CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM PRÆSTANTISSIMI ATQVE CELEBERRIMI
IVRISCONSVLTI, EQVITISQVE AC
Præsidis Senatus Montisferrati meritissimi,
D. Rolandi à Valle, Patritij Casalensis,
Liber Tertius.

SVMMARIVM CONSILII I.

1 Machinans contra personam Principis, vel eorum qui circa eius latus assistunt, vt sunt proceres sacri Palatij, vel Senatores, incidit in crimen læsæ maiestatis.
2 Senatores dicuntur pars corporis Principis.
3 Machinans aliquid contra scriptos appellat Imperator.
4 Complices sunt circa Principem, incidit in crimen læsæ maiestatis.
5 Offensa facta consiliarijs Principum in dubio videtur facta in damnum Principis.
6 Assaliens castrum domini committit feloniam, quia dicitur venire contra iuramentum fidelitatis.
7 Assaliens tiremes Cæsaru, & illas saccoponens, dicitur committere feloniam.
8 Feloniam committenti confiscantur nedum bona allodialia, sed etiam feudalia.
9 Delictum feloniæ cum sit graue, officit in feudo nedum filijs, sed etiam agnatis.
10 Vasallus propter delictum, quod de directo offendit dominum, secundum communem priuatur feudo, quod applicatur ipsi domino, siue sit feudum nouū, siue antiquum, in præiudicium etiam agnatorum.
11 Feudum in quo agnati veniunt virtute primæ inuestituræ, datum cēsetur cum hac qualitate, vt si ingratitudo committatur contra dominum, feudum ipsum ad eum reuertatur, etiam in præiudicium agnatorum.
12 Ordinatio nulla valet in feudo.
13 Nec etiam pro anima.
14 Vasallus non potest disponere, quòd vnus filiorum habeat duas partes feudi, & alter tertiam.
15 Memoria defunctī damnari potest, quando crimen læsæ maiestatis commissum est aduersus Principem vel Romanorum Rempublicam.
16 Memoria defunctī in omnibus alijs capitulis, præterquam in supradictis duobus damnari non potest.
17 Memoria defunctī vt damnari possit, non sufficit probare, quòd is sit reus læsæ maiestatis, sed quòd fuit crimē ipsum commissum aduersus Principem.
18 Delictum exinguitur cum persona.
19 Pœna l. fi. ff. ad l. Iul. maiest. non extenditur ad offendentem cum, qui circa latus Principis assidet.
20 Dispositio l. fin. C. ad l. Iul. maiest. quò ad pœnam de nouo imposita contra committentem crimen læsæ maiestatis in principem, nō extenditur ad Rempublicam Romanorum, nec ad alium.
21 Decretum Principis licèt disponat quòd quis incidat in crimen læsæ maiestatis, tamen ex hoc nō sequitur, quòd memoria eius damnari possit.
22 Sententia condemnatoria memoriæ & confiscationis bonorum lata contra illum, qui machinatus non est contra Cæsarem, ipso iure redditur nulla.
23 Dispositio l. quisquis, ad l. Iul. maiest. quæ loquitur de officialibus Principis, locum habet in astantib. coram Principe, & non in alijs.
24 Qualitas requisita à d. l. quisquis. si cessat, etiam cessare debet eius dispositio.
25 Magistratum occidens non incurrit in pœnam l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. quando consiliarius, siue assistens latere Principis missus esset in aliquam prouinciam, vel ciuitatem, vt ibi magistratum gereret.
26 Crimen læsæ maiestatis non committitur, nisi per subditum.
27 Falsificans monetam ciuitatis incidit in crimen læsæ maiestatis, si est subditus ipsius ciuitatis.
28 Subditus nō incurrit crimen læsæ maiestatis, si sit subditus tantùm ratione feudi.
29 Feudatarius licèt iuret fidelitatē domino iuxta antiquam & nouam formam fidelitatis, tamen si non sit subditus aliter quàm ratione dicti iuramenti, non committit crimen læsæ maiestatis.

Feuda-



Vngebunden Postet — 7 — ß
Der Band — 12 ß Lüb:

10.

A 108. 63-2°
3



CONSILIORVM

SIVE

RESPONSORVM PRÆSTANTISSIMI ATQVE CELEBERRIMI

IVRISCONSVLTI, EQVITISQVE AC

Præsidis Senatus Montisferrati meritissimi,

D. Rolandi à Valle, Patritij Casalensis,

Liber Tertius.

SVMMARIVM CONSILII I.

1 *Machinans contra personam Principis, vel eorum qui circa eius latus assistunt, vt sunt proceres sacri Palatij, vel Senatores, incidit in crimen læsæ maiestatis.*

2 *Senatores dicuntur pars corporis Principis.*

3 *Senatores Patres conscriptos appellat Imperator.*

4 *Machinans aliquid contra personam aduocatorum, qui occupati sunt circa Principem, incidit in crimen læsæ maiestatis.*

5 *Offensa facta consiliarijs Principum in dubio videtur facta in damnum Principis.*

6 *Assaliens castrum domini committit feloniam, quia dicitur venire contra iuramentum fidelitatis.*

7 *Assaliens triremes Cæsaris, & illas sacco ponens, dicitur committere feloniam.*

8 *Feloniam committenti confiscantur nedum bona allodialia, sed etiam feudalia.*

9 *Delictum feloniæ cùm sit graue, officit in feudis nedum filijs, sed etiam agnatis.*

10 *Vasallus propter delictum, quod de directo offendit dominum, secundum communem priuatur feudo, quod applicatur ipsi domino, siue sit feudum nouũ, siue antiquum, in præiudicium etiam agnatorum.*

11 *Feudum in quo agnati veniunt virtute primæ inuestiturę, datum cẽsetur cum hac qualitate, vt si ingratitudo committatur contra dominum, feudum ipsum ad eum reuertatur, etiam in præiudicium agnatorum.*

12 *Ordinatio nulla valet in feudis.*

13 *Nec etiam pro anima.*

14 *Vasallus non potest disponere, quòd vnus filiorum habeat duas partes feudi, & alter tertiam.*

15 *Memoria defuncti damnari potest, quando crimen læsæ maiestatis commissum est aduersus Principem vel Romanorum Rempublicam.*

16 *Memoria defuncti in omnibus alijs capitulis, præterquam in supradictis duobus damnari non potest.*

17 *Memoria defuncti vt damnari possit, non sufficit probare, quòd is sit reus læsæ maiestatis, sed quòd fuit crimẽ ipsum commissum aduersus Principem.*

18 *Delictum extinguitur cum persona.*

19 *Pœna l. fi. ff. ad l. Iul. maiest. non extenditur ad offendentem eum, qui circa latus Principis assidet.*

20 *Dispositio l. fin. C. ad l. Iul. maiest. quò ad pœnam de nouo impositam contra committentem crimen læsæ maiestatis in principem, nõ extenditur ad Rempublicam Romanorum, nec ad alium.*

21 *Decretum Principis licèt disponat quòd quis incidat in crimen læsæ maiestatis, tamen ex hoc nõ sequitur, quòd memoria eius damnari possit.*

22 *Sententia condemnatoria memoriæ & confiscationis bonorum lata contra illum, qui machinatus non est contra Cæsarem, ipso iure redditur nulla.*

23 *Dispositio l. quisquis. ad l. Iul. maiest. quæ loquitur de officialibus Principis, locum habet in astantib. coram Principe, & non in alijs.*

24 *Qualitas requisita à d. l. quisquis. si cessat, etiam cessare debet eius dispositio.*

25 *Magistratum occidens non incurrit in pœnam l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. quando consiliarius, siue assistens lateri Principis missus esset in aliquam prouinciam, vel ciuitatem, vt ibi magistratum gereret.*

26 *Crimen læsæ maiestatis non committitur, nisi per subditum.*

27 *Falsificans monetam ciuitatis incidit in crimen læsæ maiestatis, si est subditus ipsius ciuitatis.*

28 *Subditus nõ incurrit crimen læsæ maiestatis, si sit subditus tantùm ratione feudi.*

29 *Feudatarius licèt iuret fidelitatẽ domino iuxta antiquam & nouam formam fidelitatis, tamen si non sit subditus aliter quàm ratione dicti iuramenti, non committit crimen læsæ maiestatis.*

30 Feudatarius dicitur subditus ratione feudi quò ad hoc, vt possit agi ad priuationem feudi, non aliter.

31 Feudum antiquum, secundum magis communem propter homicidium vasalli transfertur in agnatos.

32 Officialem Principis eius lateri assistentem occidens, non animo aliquid moliendi contra Principem, sed in odium ipsius interfecti, non committit crimen læsæ maiestatis.

33 Patriam prodens non odio Principis principaliter vt ei ciuitas auferatur, sed alia ex causa, non incidit in crimen læsæ maiestatis.

34 Occidens officialem Principis, vt prouincia careat illo officiali, committit crimen læsæ maiestatis.

35 Officialem Principis an quis occiderit odio particulari, ex coniecturis, & præsumptionibus probatur, quibus standum est.

36 Interpretatio illa sumenda est, per quam minus graue delictum præsumitur.

37 Interpretatio quando potest fieri, quòd delictum aliquod sit grauius vel leuius, debet fieri interpretatio, quòd delictum sit leuius & minus graue.

38 Verisimilitudo est cognata naturæ.

39 Probari si non potest liquidò, quòd vasallus in damnum domini reuelauerit secretum, sumitur probatio ex coniecturis, si aliàs dominum odio habuerit, aut damnificauerit ex aliqua causa.

40 Præsumitur malum, & deterius de filio, si eius pater fuit diuersarum partium studiosus siue rebellis contra principem.

41 Præsumendum est pro filijs, si patres eorum fuerunt fideles principibus suis.

42 Filius præsumitur gesta patris imitari tam in vitijs, quàm in virtutibus.

43 Affectionis, & volũtatis eiusdem præsumitur esse filius sicut & pater.

44 Confiscatio non trahitur ad bona subiecta fideicommisso, & sic ad prohibita alienari.

45 Feudum concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, est transitorium ad quoscunque hæredes.

46 Paria sunt quòd feudum concedatur alicui pro se & hæredibus quibuscunq3, vel pro se, hæredibus, & quibus dederit.

47 Clausula, & quibus dederit, apposita in concessione feudali, operatur quòd vasallus de feudo poterit testari & contrahere sine licentia domini.

48 Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunq3, venit in restitutione fideicommissi.

49 Dux Mediolani plenitudinem potestatis habet in suo Ducatu, & in ipso ea omnia potest, quæ Imperator in vniuerso orbe.

50 Duces, Marchiones, & Comites perpetuò inuestiti, in eorum dominio censentur Principes.

51 Comes Virtutum potuit donare ciuitatem Astensem.

52 Imperator sicut potest alteri concedere facultatem disponendi de feudo, ita Dux Mediolani.

53 Ratificatio trahitur retro, & æquiparatur mandato.

54 Vasallus committens feloniam in multis casibus, agnatis non præiudicat.

55 Disponere quis potest arbitrio suo de rebus allodialibus & super illis ordinare, ac fideicommissum relinquere.

56 Dux Mediolani, qui recognoscit Cæsarem in directum dominum, sine eius priuilegio non potest facere in præiudicium alterius rem feudalem allodialem.

57 Comes non potest liberare suum vasallum à iure vasallagij sine consensu Regis.

58 Confirmatio facta cũ clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, dicitur noua datio, & nouũ pactum.

59 Confirmatio facta ex certa scientia, & animo deliberato, operatur præsumptione informationis.

60 Paria sunt, quòd in confirmatione sit expressus solus tenor rei cõfirmatæ, vel quòd in ea sit apposita clausula, ex certa scientia.

61 Verbis Principis prolatis in facto proprio creditur.

62 Exhibere est in publicum ostendere videndi causa.

63 Argumentum à communiter contingentibus validissimum est.

64 Reuocari in dubium non potest, quod factum est ex certa scientia Principis.

65 Audiri quis non debet contra id, quod Princeps facit ex certa scientia.

66 Clausula ex certa sciẽtia, excludit errorem præsumptum, & tollit vitium subreptionis.

67 Rescriptum ex certa scientia concessum, remouet omne obstaculum, & maximè, si addita est clausula de plenitudine potestatis.

68 Clausula de plenitudine potestatis, operatur, vt nihil opponi possit quod annullet gratiam, & ea stante, non potest dici Principi, cur ita facis?

69 Funiculus duplex potentior est quàm simplex.

70 Verisimilitudinem considerare debent iudices in deprehendenda veritatẽ.

71 Clausula, omnia & singula apposita in contractu, quid operetur.

72 Testator si in testamento solenni se referat ad scripturam priuatam non solennem, omnia contenta in scriptura priuata censentur expressè disposita, & expressa in ipso testamento.

73 Clausula iuribus nostris semper saluis, non operatur in concessis & expressis.

74 Dispositio conditionalis, quæ purificata fuit, habetur pro pura.

75 Verbum legat, importat dispositionem.

76 Verba dispositiua non recipiunt glossationem nec interpretationem.

77 Dispositio testatoris vim legis obtinet.

78 Iniuria restringi debet secundum animum facientis.

79 Confiscatum minus legitimè, dicitur occupatum.

80 Vasallus contrahens amicitiam cum inimico domini perdit feudum.

81 Confœderans se cum inimico domini perdit feudum, & priuatur omnibus priuilegijs, quæ à domino suo dignoscit obtinere.

82 Vasallus faciens amicitiam cum inimico domini, videtur esse eiusdem propositi.

83 Vasallus contrahens amicitiam cum inimico domini, perdit feudum, si ea contracta fuerit in perniciem domini, aliàs secùs.

84 Vasallus si copulauit amicitiam cum inimicis domini in perniciem, & damnum eius, vt inimici sint potentiores, perdit feudum: secus si non in iniuriam, sed quia virtuosum sit acquirere amicos, quia tunc non perdit feudum.

85 Amicum esse alterius, non est malum.

86 Noli esse pro amico inimicus proximo.

87 Domino incumbit probare, quòd vasallus contraxerit amicitiam in damnum & perniciem ipsius.

88 Amicitiam fuisse contractam in perniciem domini, probatur ex coniecturis.

89 Vasallus quòd reuelauerit secreta domini in perniciẽ eius probatur ex coniecturis, & qualitate personæ.

90 Probatio negatiua est difficilis.

91 Amissio feudi licèt ex copulatione amicitiæ cum inimicis domini causetur ex præsumptione, non autem ex vera probatione, tamen contra eam admittitur probatio in contrarium.

92 *Præsumptiones duæ vbi concurrunt, quarum vna est exclusiua doli seu fraudis, & sic delicti, & alia inclusiua, semper attenditur exclusiua.*
93 *Vasallus vt amittat feudum propter damnum illatum Principi, requiritur quòd sit notabile.*
94 *Vasallus si sciat quòd aliquis velit facere modicũ damnum domino, & illud non reuelat, non perdit feudum.*
95 *Ingratitudo magna adesse debet, vt vasallus perdat feudum.*
96 *Vasallus si non reuelat damnum dandum Principi, amittit feudum.*
97 *Vasallus si extitit ingratus domino, quia potuit mutuare pecuniam domino, & noluit, non perdit feudum.*
98 *Ingratitudo iure poli, & fori culpatur.*
99 *Dominus pro modico excessu non priuatur proprietate feudi.*
100 *Delator domini licet perdat feudum, tamen id fallit si de leui crimine accusatur.*
101 *Vasallus pro modico feudo non tenetur domino præstare iuramentum fidelitatis.*
102 *Modica semper censentur excepta.*
103 *Vasallus, etsi priuetur feudo, si illud deterioraurit, tamen id procedit data notabili deterioratione, aliàs secus.*
104 *Subditus si copulauit amicitiam cum inimicis domini ex iusta causa metus, excusatur.*
105 *Pœna debet tenere suos authores.*
106 *Quis non debet prægrauari ex odio alterius.*
107 *Frater pro fratre non tenetur in crimine læsæ maiestatis.*
108 *Accedens ad hostes non vt eis auxilium impendat, nec ad iacturam domini, sed vt sibimet prosit ne offendatur, secundum communem dicitur carere dolo, & non esse in culpa.*
109 *Manens cum hostibus, non in damnum domini, sed vt euitet periculum, & ipse non sit aptus in armis, excusatur.*
110 *Vasallus committendo causam aliquam priuationis feudi, non amittit feudum, si id per metum fecerit.*
111 *Metus causa si aliquid quis fecerit probabiliter, licèt non iustè, excusatur.*
112 *Verisimilitudo dicitur cognata naturæ.*
113 *Verisimilitudo habetur pro lege.*
114 *Pax seruari debet.*
115 *Pax non habet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum.*
116 *Bona rebellium, si tempore rebellionis alijs sint concessa, facta pace, restituenda sunt primis dominis, cùm tempore pacis omnia in pristinum reddi debeant.*
117 *Sententiæ latæ contra rebelles, facta pace rescindi debent.*
118 *Possessiones, quæ possidebantur ante tempus belli, possessoribus facta pace restitui debent.*
119 *Fictio postliminij quæcunque restituit, quæ aufert captiuitas.*
120 *Exceptio facta in aliquibus casibus firmat regulam in non exceptuatis.*
121 *Expressa specialiter minorem habent dubitationem, & efficaciora sunt.*
122 *Verba non censentur apposita sine virtute operandi.*
123 *Verbum nullum, quamuis minimum, superfluum esse debet.*
124 *Benemerentibus multa conceduntur, quæ alijs denegantur.*
125 *Bonorum immobilium appellatione non veniunt iura.*
126 *Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones tendentes ad consequutionem bonorum immobilium.*
127 *Actio quando competit ad rem immobilem, iudicatur vt de re immobili, sicuti etiam iudicatur de re mobili quando datur ad rem mobilem.*
128 *Iura seruitutum prædialium adhæ. ent immobilibus: quia inter ipsa computantur.*
129 *Decimæ enumerantur inter immobilia.*
130 *Ius colle&tandi & exigendi pædagium, connumeratur inter immobilia.*
131 *Reditus annui inter immobilia computantur.*
132 *Iura, & actiones veniunt in publicatione bonorum, si nomen bonorum est simpliciter prolatum.*
133 *Bonorum appellatione venit, quòd quis potest vendicare rem pro qua habet actionem, si eam non possidet, vel exceptionem si possidet.*
134 *Mandati forma est diligenter obseruanda.*
135 *Mandatum debet diligenter obseruari, non solùm in substantia, sed etiam in qualitate.*

CONSILIVM I.

IN præsenti causa, quę ventilatur coram excell. & oculatissimo Senatu status Mediolani per & inter Illust. Comitem Scipionem de Flisco actorem ex vna, & agentes pro camera Regia & Ducali ipsius status reos conuentos ex altera: decreuerã non cõsulere, sciens peroptimè, superuacuum fore coram tot excellentiss. Patrib. conscriptis, iura & decisiones allegare, quibus omnia iura aperta sunt: tamen, vt satisfaciam voto dicti Illustr. Comitis, respondeamq; subtilissimis motiuis per consummatissimum Senatorem Polydonium Mediobarbũ excitatis, conabor pro veritate dicere (prout moris mei semper fuit) quæ de iure sentio in fauorem ipsius Comitis, cuius victoriam in tuto portu fore existimo. Et quia duo sunt capita, de quibus hæsitari video, ideò gradatim procedendo, in primis, vt veritati & iustitię euidentior sit via, tangam ea, quæ allegari possunt pro dicta Camera.

Secundò nonnullas conclusiones adducam pro fundamento intentionis prædicti Comitis.

Tertiò & vltimò respõdebo adductis in fauorem ipsius Cameræ, ex quibus remanebunt etiam absoluta motiua d. præstantissimi Polydonij, quæ longè ante me resoluta per eum fuisse arbitror. Deuenien do igitur ad primum caput, dicẽdum videtur, quòd Comes Scipio restitutionẽ oppidi Pontremuli cum suis castris, iuribus & pertinẽtijs deuoluti, & aperti dictæ Cameræ ob crimen læsæ maiest. per Comites Aluisium, Hieronymum, ac Otthobonum cõmissum, in personam Illust. Zanetini Auriæ militis assistentis Cęsareę maiestati, & qui assilierunt eius classem maritimam, consequi nõ debeat. Quoniam in-
1 dubitati iuris est, † quòd si quis machinatur contra personam Principis, vel eorum, qui circa eius latus
2 assistunt, vt sunt proceres sacri palatij, † vel Senato-
3 res, qui pars corporis sui sunt, quos etiam † Patres conscriptos appellat Imperator in l. 1. C. de cad tol. vel militum, incidit in crimen læsæ maiest. text. est vulgaris, vbi notant omnes in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Socin. in consil. 275. nu 3. Iser. in c. 1. in ver. & bona committentium. in add. 1. in princ. quę sint re-
4 ga vbi etiam hoc tradit † de aduocatis occupatis circa Principem, & ibi Affl. nu 105. Alcia. in consi. 467. col. fi. ver. nec obstat ille tex. Laud. in tract. suo in tit. de crim. læsæ maiest. nu. 5 sed Comites Aluisius, Hieronymus, & Otthobonus fratres machinati sunt contra personam Illustriss. Zanetini Auriæ præfecti classis, & militis astãtis Cæsareæ maiestati, ergo, &c.

Nec obstat quòd opinio ipsa vires non habeat, quando offensio facta reperitur in odium, & inimicitiam particularem alicuius, sed solùm quando propter inimicitiam quam habet delinquens cum Imperatore, & in eius vltionem offendit Consiliarium, vel alium officialem, de quibus in d.l.quisquis. Nam respondetur, quòd † in dubio huiusmodi offensa facta
5 videtur in damnum principis, cùm non appareat alia causa, quæ possit concernere priuatum interesse, secundum quod eo in casu esset præsumendum, ita Aegid.Bos. in dicto titu. de crim.læsæ maiestat.num. 35. Item & alio modo commiserunt feloniam, quia assalierunt triremes Cæsaris, & sacco eas suppositorum
6 vel subijci fecerunt: quo casu sicut † assaliens castrum committit feloniam, vt per Iacobam de sancto Georgio in inuestitura sua in verb.dictiq; vasalli promiserunt non committere feloniam, col. 15. vers. quidam Episcopus. & priuatur feudo. cap. 1.§. porrò, quæ sit prima cau. ben.amit. Curt.Iun.in tract.feud.in 4.parte, in 10.causa priuationis. Afflict. in decis.265. num.59. Soci.Iun. in consil.68. num.84. volum. 3. quia dicitur venire contra iuramentum fidelitatis, & in consil.134. num.37. vol.eod. Abb.in consil.3.colum.1.vers.si autem, volum.2. Ita etiam
7 dicendum venit, quòd † assaliens triremes Cæsaris, & illas sacco ponens, dicitur committere feloniam, & incidere in crimen læsæ maiestatis. Cùm igitur ex his appareat, fratres suos dictum crimen commisisse,
8 sequitur † quòd legitimè confiscata fuerunt bona nedum allodialia dictorum Comitum iuxta dictam l.quisquis. sed etiam feudalia oppidi Pontremuli, ac aliorum castrorum, & pertinentiarum, etiam in præiudicium dicti Comitis Scipionis agnati,
9 quoniam † delictum tam graue officit nedum delinquentibus, & filijs, verùm etiam & agnatis, vt est recepta Doct. sententia in cap. 1.§.fin. quæ sit prima
10 cau. ben. amit. vbi † si vasallus priuatur feudo propter delictum, vel culpam, quæ de directo offendit dominum, siue feudum sit nouum, siue antiquum, semper reuertitur ad dominum, exclusis etiam agnatis, & hoc in iniuriæ suæ vltionem, cap.1.an ille qui interfec.fratr. domini. Bald.in cap.1.vers.quæro ergo, si vasal. feud. priue. Ana. in consil.32. in 2.
* dub. vbi asserit hanc esse * communem. Curt.Iun.in tract.feud.in 5.parte, in 1.conclu. Aegid.in tract.prædicto in titu.de publica.bono.num.55. Iacob.de sancto Georgio.in inuestitura sua, in verb. dictique vasalli promiserunt non comm.felo.colum.2.vers.7. quæro, & colum.16.vers. videamus nunc, hanc etiam communem dixit esse Dec.in consil.606.colum. penult. & magis communem Curt. Iun. in loco de quo suprà, quamuis nonnulli teneant contrariam de agnatis, licèt malè, vt per Gozad. in consil.84.nu. 3.vbi attestatur hanc esse magis communem, & Soc. Iun.qui multos alios citat in consi. 68. num. 127. vol. 3. vbi dicit hanc partem receptam à doctoribus, & quòd illo anno ita consuluit cum multis alijs excellentissimis doctoribus, quoniam ea est verior, & ipsam vti crebriorem sequitur Paris. in consi. 21. nu.
11 53. volum.1. Ratio etenim est, quia ex quo † feudum est beneficium in quo agnati veniunt virtute primæuæ inuestituræ, & inuestito censetur datum cum ista qualitate & conditione, vt si ingratitudo committatur contra dominum, feudum ad eum reuertatur, agnati non possunt conqueri, cùm feudum à principio fuerit affectum cum hac qualitate & conditione, videlicet, si primus, cui facta fuit concessio, & ab eo successiuè descendentes, erunt versus dominum grati, vt per Curt. Iun. & Paris. vbi suprà, ac Abb.in consil.3.colum.3. vers. ex his & alijs, volum.2.

Nec obstat, quòd præmissa opinio posset sibi locum vendicare, nisi de dicto feudo fuisset testatum per quondam Illust. dominum Sinibaldum eorum patrem, prout testatus est, & qui in suo testamento tres filios Aluisium, Hieronymũ, & Otthobonum, ac quartum nasciturum, cui imponebat nomẽ Scipio, suos hæredes vniuersales instituit, & iuxta ritum & morem suorum antecessorum fideicommissum fecit, constituendo primogenituram, & prælegando Comiti Io. Aluisio eius primogenito, maiorem partem feudorum & bonorum suorũ, in quibus etiam comprehendi voluit oppidum Pontremuli, si de eo dominus ipse Sinibaldus inuestitus fuisset, prout demum à Carolo V. Imperatore inuestitus fuit, adimendo eo in casu in locum ipsius castri d. Comiti Io. Aluisio nonnulla alia loca in dicto testamento ei priùs legata, quæ posteà prælegauit alijs tribus filijs, hac tamen lege & conditione, quòd quatenus dictus Comes Io. Aluisius decederet absq; filijs legitimis, & naturalibus, tunc omnia castra, & alia bona in ipso testamento recitata peruenirent ad Illustr. dominum Hieronymum filium 2. genitum, & ipso deficiente sine filijs ad Illust. dominum Otthobonum, & Comitem Scipionem gradatim.
12 Quia respondetur, quòd † nulla ordinatio in feudis valere potest, cap.1.in princ.ibi, nulla ordinatione defuncti inter eos manente vel valente, de suc. feud. cap.1.§.donare, qual.olim feudum pot.alien.& in c.imperialẽ. in princ.de proh.feu.alien.per Feder.
13 vbi † nec pro anima. Alex.in consi.2.col.1.vol.5.& quia de hoc latè dixi in consil. meo 42.vol. 1. ideo vlterius non progrediar. Et in tantum hoc est verum, quòd
14 inquit And. de Iser. in d.c.1. quòd † vasallus nõ potest etiam disponere, quòd vnus filiorum habeat duas partes in feudo, alter verò tertiam: quia hoc nõ obstante, æqualiter omnes filij ad feudum vocabũtur, & quæ sit ratio, assignatur ibi per Bal. & Alua. sequitur Soc.in consi.252.num.2.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem de iure verisimam esse arbitror. Et in primis, antequam condescendam ad fundandam intentionem dicti Comitis Scipionis, præsupponam duo in facto, quæ sunt verisima. Primò, quòd dictum oppidum Pontremuli cũ suis castris, iuribus, & pertinentijs erat totum dicti quondam Illust. Comitis Aluisij vigore primogenituræ, & dispositionis paternæ acceptatę per alios filios. Secundò, quod illud est subiectum restitutioni fideicõmissi in euentum in quem decederet Comes Aluisius sine filijs, vt infrà dicetur.

Quibus præmissis dico, quòd illud nullo modo potuit confiscari, sed quòd omnino ad prædictum Illust. Comitem Scipionem vti fideicommissarium restitui, & relaxari debet. Quoniam clarissimi iuris
14 est, quòd † memoria dicti Comitis Aluisij damnari non potuit, nec minus bona ipsius potuerunt iuridicè publicari. Quod luce clarius demonstratur:
15 quoniam † memoria defuncti damnari non potest, nisi quando crimen læsæ maiestatis est commissum aduersus Principem, vel Rempublicam Romanorum, vt est text. expressus in l.fin. ff. ad l.Iul.maiestatis, §.publicorum, in verb.publica autem.instit.de public.iud.l.penult.C.ad l.Iul. maiestat. Ang.in l.fin. eod.tit.idem Angel.in consi.223.col.1. vbi inquit, im-
16 possibile esse, † quòd hominis memoria possit damnari, nisi in certis casibus expressis in iure, inter quos est crimen læsæ maiestatis, solùm in duobus capitulis, scilicet quando machinatio facta est contra Cæsarem, aut contra rempublicam Romanorum: in omnibus autem alijs capitibus cessat dicta potestas memoriam damnandi. l.3. ff. ad l.Iul.maiesta. & Angel. sequuntur Arim. in add. ad Angel. in tract.malef.in ver. Qui dominus iudex videns quòd inquisiti non comparent, num.46. & Aegid.in dicto titu.de crim læsæ maiestat.num. 57 cap. fin. vbi ait, quòd in sipidè aliqui loquuntur, qui dicunt generaliter, quòd in omni crimine læsæ maiestatis quando quis venit contra dominum Principis, memoria potest damnari: quia illud solum procedit, quando contra personam Principis, vel rempublicam Romanorum est commissum dictum crimen, aliàs extra istos duos casus memoria defuncti damnari non potest. Foller.in practica sua in ver. Item, quòd commisit crimen læsæ maiestatis, num.92. Capic.in decisio.130.num.19. & Gramma. decisio.6.nume.19. vbi etiam sequuntur Ang. suprà, & in decisio. num. 21. Craue. in consil. 224. num. 6. Dec. in consil. 410. colum. penultima, vbi dicit, quòd in duobus casibus solùm habent locum iura suprà allegata, scilicet quando cõtra rempublicam Romanorum, vel contra Principem: secus autem, quando contra alia capitula læsę maiestatis, in quibus memoria damnari

non

non potest, vt not. gloss. in §. per contrarium, in ver. post mortem, instit. de hæred. quæ ab intesta. & in d. §. publicorum, in verſic. memoria. Et ideo inquit
17 † non ſufficere probare, quòd quis ſit reus læſæ maieſtatis ad hoc, vt eius memoria poſsit damnari, ſed præcisè requiritur, quòd probetur tale crimen fuiſſe commiſſum aduerſus ipſum Principem. Gramma. vbi ſuprà num. 14. ſed in caſu de quo agitur, Comes Aluiſius aliquid non eſt machinatus contra Cæſaris perſonam, ſed in perſonam illuſtr. Zanetini, ergo memoria eius damnari non potuit, & bona
18 eius confiſcari: quia † delictum per eum commiſſum extinctum fuit cũ eius perſona, l. defuncto, de pub.
19 iud. Nam iure cautum non reperitur, † quòd pœna dictæ l. fin. ff. ad l. Iul. maieſta. quæ loquitur quando aduerſus Cæſarem, vel rempublicam quis eſt molitus, vel hoſtili animo animatus, & quæ ſtricti iuris eſt, extendatur ad offendentem eum, qui circumlatus principis aſsideat, vt probatur ex not. per Ruin. in conſil. 3. col. 6. in princ. volum. 5. qui conſuluit in caſu Decij, de quo in conſil. ſuprà citato, vbi tradit,
20 quòd † ſicut diſpoſitio l. quiſquis, quò ad pœnam de nouo impoſitam contra illum, qui commiſit crimen læſæ maieſta. in principem, non extenditur ad rempublicam Romanorum, nec ad alium, ita eſt dicendum, quòd dicta l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt. quæ vult contra regulas iuris communis, quòd memoria defuncti poſsit damnari, locum non habeat, niſi contra illum, qui hoſtiliter animatus eſt contra rempublicam Romanorum & ipſum Principem, quia vtroque caſu eſt eadem ratio, & tantò magis, quia expreſsè tex. in d. l. fin. dicit, quòd non omnis qui committit crimen læſæ maieſta. poſt mortem poteſt damnari, ſed is, qui hoſtiliter eſt animatus contra principem vel rempublicam Romanorum. Cæterùm, ſi quis ex alia cauſa l. Iul. maieſtatis reus ſit morte, crimine liberatur, & ſic text. ſe reſtringit ad prædictos caſus, & omne aliud caput dictæ l. Iul. excludit. allegat Salic. in l. fi. C. ad l. Iul. maieſt. Vlteriùs ſubdit Rui.
21 in ver. ſed ad hoc clarè, quòd licèt † decretum principis diſponat, quòd quis incidat in crimen læſæ maieſta. non tamen ex hoc ſequitur, quòd memoria eius damnari poſsit, quia iſta ſtant ſimul, quòd crimen illud quis commiſerit: & tamẽ quòd eius morte extinguatur crimen, vt in d. l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt. Alcia. in conſil. 467. col. 2. in prin. ver. ſecundò reſpon
* detur, vbi dicit, hanc eſſe magis *communem, quòd d. l. fin. non habet locum niſi in Imperatore & republica Romana. Vnde ex hoc capite concludendum veni: quòd ex quo non conſtat quòd illuſtr. Comes
22 Aluiſius aliquid ſit machinatus contra Cæſarẽ † ſententiam condemnatoriam memoriæ, & confiſcationis bonorum contra eum latam, nullam eſſe fũditus ipſo iure tãquam prolatam in iam mortuum, & per iudicem mortis notitiam habentem. l. in ſumma. §. fin. if. de re iud. & ita in caſu noſtro concludit Ang. in d. conſil. 223. col. 1. quia tale delictum morte fuit extinctum. l. defuncto. ff. de pub. iud. l. 2. ſi reus vel accuſa. ſecundò dicitur, quòd etiam quatenus memoria defuncti poſſet damnari quando offen-
23 duntur officiales † aſtantes principi, iuxta formam l. quiſquis. C. ad l. Iul maieſt. Tamen quòd propter mortem illatam Illuſtr. Zanetino non potuit Illuſtr. Comitis Aluiſij memoria damnari.

Primò, quia non cõſtabat quòd ipſe fuerit officialis immediatus Cæſaris, ſed ſubſtitutus Illuſt. principis Auriæ, vt etiam palàm omnibus notum eſt.

Secundò dicitur, quòd etiam dato (ſed non conceſſo) quòd fuiſſet eius officialis immediatus, quòd tamen non erat de aſtantib. Cæſari, vt requirit text. in d. l. quiſquis.

Tertiò dato etiam ſine vero præiudicio, quòd fuiſſet de aſtantib. dicitur quòd tempore, quo fuit occiſus Illuſtr. Zanetinus, non trahebat moram penes Cæſarem, nec penes eum aſtabat, ſed erat in ciuitate Ianuæ vt effectus rei demonſtrauit. Quo caſu cùm
24 eſſet † qualitas requiſita à d. l. quiſquis, ceſſare debet eius diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis, de iure patro. Et pro iſta opinione adduco in terminis deciſionem Aegid. in d. tit. de crim. læſæ maieſt. num. 5. ver. tertiò
25 quæro. Vbi poſt Salic. in d. l. quiſquis, inquit, † quòd non incurrit occidens magiſtratum in pœnam d. l. quiſquis, quando Conſiliarius, ſiue aſsiſtens lateri Principis miſſus eſſet in aliquam ciuitatem vel prouinciam, vt ibi magiſtratum gereret, quia verum eſt dicere, quòd non occiditur aſsiſtens lateri principis dato quòd nomine ſit talis. Et ideò ſubdit, quòd cũ ex conſiliarijs Cæſaris in dominio Mediolani eligatur ſingulo biẽnio vnus pro prętore Cremonæ, pœna d. l. quiſquis, non haberet locum quo ad ipſum. Cùm igitur dictus Illuſtr. Zanetinus non fuerit de proceribus, conſiliarijs, vel aſtantibus Cęſari, meritò ſequitur, quòd licèt fuerit occiſus à d. quondam Illuſtr. Comite Aluiſio, quod tamen non incidit in tale crimen propter quod potuerit memoria eius damnari, & bona eius confiſcari. l. defuncto, de pub. iud.

Quartò, quòd dictus Illuſtr. Comes Aluiſius non incidit in crimẽ læſæ maieſtatis propter occiſionem dicti Illuſt. Zanetini, dato etiam quòd fuiſſet de proceribus, & conſiliarijs aſtantibus Cęſari, patet: quo-
26 niam, † vt quis incidat in dictum crimen, opus eſt, quòd ſit ſubditus Cæſari, aliàs non incurrit crimen læſæ maieſtatis. text. eſt iuncta glo. in verſic. ſubfuit, in clem. paſtoralis, de re iud. Bal. in l. 2. C. de fal. mon.
27 vbi inquit † ſubditum ciuitatis incidere in crimen læſæ maieſtatis, ſi ipſe falſificat monetam ipſius ciuitatis. & quòd dixit ſubditum, quia non ſubditus non incidit in crimen lęſę maieſtatis. Et quia de hoc aliàs dixi in conſil. meo 4. in princ. ideo ad ibi dicta me remitto. Quibus etiam addo Gram. in voto 10. nu. 33. Dec. in conſil. 604. in princ. Pariſ. in conſil. 101. nu. 33. in 1. vol. Corn in conſil. 96. col. prin. in fin. vol. 4. Alex. in conſi. 13. col. 1. volum. 6. Aegid. in tit. de for. competen. num. 137. & Cepha. in conſil. 75. num. 37. & 56. vol. 1.
28 Nec habet obſtare, † quòd eſt ſubditus ratione feudi Pontremuli, vt per Socin. in conſil. 222. col. penul. verſi. ſecundò, quia reſpondetur, quòd hoc non ſufficit, ſed neceſſe eſt, quòd ſit aliter ſubditus: ita Aegid. in dicto tit. de crim. læſæ maieſtatis, num. 106. vbi di-
* cit, quòd *communiter tenetur per Card. & alios in
29 clem. paſtoralis, in ver. denicq; de re iud. quòd † licèt feudatarius iuret fidelitatem domino iuxta antiquam & nouam formam fidelitatis, ſine quo iuramento non ſolet fieri infeudatio, tamen ſi non ſit ſubditus aliter, quàm ratione dicti iuramenti, non committit crimen læſæ maieſtatis, ſubdens ita declarandum eſſe Socinum in conſi. ſuprà citato, dum
30 dixit, quòd † feudatarius dicitur ſubditus ratione feudi vt poſsit agi ad priuationem feudi, & non aliter. Idem tenuit ipſe Socin. in conſi. 27. col. 1. vol. 3. hoc etiam voluit Spec. in tit. de feud. §. quoniam. verſic. decimoſeptimò quæritur. quem ſequitur Alciat. in conſ. 451. nu. 3. vbi ſimiliter inquit, omnes ita tenere in dicta clemen. paſtoralis, per caſum dicti text. vbi Papa hoc ſtatuit in Rege Roberto, qui tenebat comitatum prouinciæ in feudum ab Imperatore. Et ideo inquit ibi Alcia. quòd dici non poteſt, quòd dux Vldricus, qui erat ſolùm ſubditus Regi ratione feudi, non autem ratione originis, vel aliter, commiſerit crimen læſæ maieſtatis contra Regem. Facit etiam quod ſcribit Afflic. in cap. 1. in princip. qual. vaſal. iur. deb. fidelit. vbi inquit, non eſſe bonam conſequentiam, ſum vaſallus, ergo ſubditus: & ponit exemplũ ſuprà poſitum de Rege Roberto, de quo in dicta clemen. paſtoralis, & de Rege Aragoniæ, qui olim erat dominus montis Peſſulani, quem tenebat ab Epiſcopo Mangolicenſi, & cui fecit fidelitatem, quòd licèt eſſet vaſallus Epiſcopi, non tamen erat ſibi ſubditus, vt per Specu. in titu. de feud. §. 2. verſic. 24. & ideo inquit ibi Afflic. quòd licèt ratione feudi dominus habeat quandam ſuperioritatem in vaſallum ratione rei, cap. cæterum, de iud. non autem habet iuriſdictionem in perſonam, vt dicit Card. in dicta clemen. paſtoralis, in §. denique. & conſequenter dominus feudi non eſt iudex ordinarius vaſalli ſui, ſed extraordinarius rationè feudi tantùm, quando eſt quæſtio inter duos feudatarios. Vlteriùs ad terminos noſtros dicit idem Afflic. ibi colum. 2. verſic. & ex quibus, quòd magis eſt obligatus ſubditus domino, quàm vaſallus, quod patet, quia vaſallus

non potest domino feudi committere crimen læsæ maiestatis, sed subditus sic, vt dicit Laurentius & Matthæus, vt refert Card. in d. §. denique. Cùm igitur clarè pateat, crimen aliquod læsæ maiestatis non fuisse commissum per dictum quondam Illustriss. Comitem Aluisium aduersus maiestatē Cæsaream, nec eius astantes, cum ipse non fuerit eius subditus, sed dominorum Ianuensium, vt attestantur agentes pro Camera regia & ducali status Mediolani in suis cedulatis præsentis in iudicio, sequitur quòd per mortem eius non debet remanere priuatus oppido Pontremuli Illustr. Comes Scipio eius frater, dato etiam quòd fuisset decapitatus per sententiam
* ratione homicidij: quoniam * crebrior est Doct. sen-
31 tentia, quòd † tale feudum applicatur, & transfertur in agnatos, quando feudum est antiquum, non autem in fiscum: vt per Bart. & alios in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Curt. Iun. in tract. feu. in 5. part. versi. principalis conclu. Imò dicit Paul. de Castr. in consi. 154. colum. 2. quòd si fiscus talia bona apprehendit, dicitur de facto occupare. Sequitur Aegid. in titul. de public. bonorum. num. 53. Hanc etiam partem tenuit Socin. Iun. in consil. 68. nume. 128. volum. 3. Affl. in cap. 1. num. 42. an ille qui interf. fratr. dom. & in c. 1. §. aut si libellario. num. 10. quibus mod. feud. amit.

Quintò dicitur, quòd & si Illustriss. Comes Aluisius commisisset crimen læsæ maiestatis primi capitis contra principem occidendo officialem suum astantem, & sic Illustrissimum Zanetinū, tamen non dicitur commisisse crimen læsæ maiestatis: quoniam apud legum vertices pro iudubitato habetur,
32 quòd quando † quis occidit officialem principis eius lateri astantem, non animo moliendi aliquid contra Cæsarem, sed in odium ipsius interfecti, non committit crimen læsæ maiestatis. Ita Iser. in ca. 1. in ver. bona committentium, col. 9. vers. aduertendum est, quæ sint regal. vbi dicit, quòd interficiens consiliarium principis odio ipsius consiliarij principaliter, & non odio principis non committit crimen læsæ maiestatis. Bellame. in cons. 15. col. 5. Salic. in l. fal-
33 laciter. C. de abol. vbi ait, † quòd prodens patriam non odio principis principaliter, vt ei ciuitas auferatur, sed ob alium finem, non incidit in crimen læsæ maiestatis. Sequuntur Angel. & alij relati per Crauet. in consil. 6. num. 79. Capic. in decis. 130. num. 12. & Salic. vbi suprà. Sequitur etiam Afflict. in dicto titul. quæ sint rega. in verb. & bona committentium, nu. 57. quod inquit menti tenendum, & in num. 63. vbi
34 ait, † quòd si occiditur officialis principis, vt illa prouincia careat illo officiali: vel propter odium, quod habet versus principem, occidit officialem eius, c mmittit crimen læsæ maiestatis, secus si fuisset occisus ex particulari odio: quia erat inimicus particulari inimicitia, quoniam tunc non tenetur lege Iulia maiestatis. Isern. in constitutione regni, vt participatio. Affli. in constitutione obseruent. §. eos tantùm. num. 3. in fin. Alcia. in cons. 467. vers. nec obstat ille text. sed in casu de quo agitur, Illustr. Comes non interfecit Illust. Zanetinum in odium Cæsaris,
35 sed ex odio particulari, † quod satis probatur ex coniecturis & præsumptionibus, quibus in terminis istis standum est, vt patet ex not. per Parid. de Put. in tractat. suo synd. in verb. iniuria officialis. §. an officialis. vbi dicit, quòd si in officialem commissum est delictum, & sit dubium, an sit commissum respectu iurisdictionis, vel dignitatis suæ, an verò vt in priuatam personam, quòd recurrendum est ad coniecturas & præsumptiones. Sequitur Capic. in decisio. 130. num. 12. sed in casu præsenti nulla potest cadere præsumptio, quòd Illustr. Comes Aluisius interfecerit Illustr. Zanetinum in odium Cæsaris, cùm Imperatorem nunquam odio habuerit, nec in aliquo eum damnificauerit, imò maiores sui, & ipse semper fuerunt fideles Imperatoribus, & eis sincerè seruierūt, vt constat ex priuilegio Maximiliani concesso quondam Illustr. Ioan. Aluisio Fliſco, de anno 1495. in ciuitate Vormacien si, ibi, & si regię dignitatis generosa sublimitas vniuersos & singulos, &c. & ibi, cùm itaque nobilis noster & imperij sacri fidelis dilectus Io. Aluisius de Fliſco, & ibi, attendentes etiam sincerum suæ deuotionis & fidelitatis affectum. & ex alio eiusdem Maximiliani dato Ianuæ de anno 1496. die 7. Octobris, vbi dicit Ioan. Aluisium Fliſcum fidelia præstitisse obsequia, & adhuc præstare sibi & sacro Imperio. Et ex priuilegio eiusdem Maximiliani dato in ciuitate imperiali Landouiæ die XI. mensis Ianuarij de anno 1513. concesso Illustriss. Hieronymo Fliſco, vbi fic ait: Imperatoriam maiestatem erga eos maximè se exhibere benignam & liberalem, quos antea nobilitas, sincera deuotio, & inuiolata fides erga nos, & sacrum Romanum imperium reddit multipliciter commendatos. ac etiam ex altero priuilegio eiusdem Maximiliani concesso Comitibus Scipioni, & Sinibaldo de Fliſco in oppido Vallis Doleti, anno Domini 1524. die II. Septembris: Ibi, nos verò attendentes singularem fidei & deuotionis affectum, quæ progenitores sui erga nos, & sacrum imperium multis varijs modis effuderunt. Apparet quoque ex verbis Caroli V. positis in priuilegio, & concessione facta Illustriss. quondam Sinibaldo de Fliſco patri dicti Comitis Aluisij in oppido Mandreto, die secundo Octobris 1528. de oppido Pontremuli, ibi multum commendat gesta ipsius Sinibaldi, ac eius fidem versus sacrum imperium. ac ex alio priuilegio ipsius Caroli concesso dicto quondam Illustriss. Comiti Aluisio Massiliæ, die decimo mensis Nouembris anni 1361. ibi, quo fit vt nobis in eum repetentibus insignia fidelitatis ac virtutum merita, gratáque sinceræ deuotionis officia, quibus quondam Comes Sinibaldus de Fliſco nos ardenti animo, constanti fide, mirabilique affectu ac deuotione prosequutus est: cupientes itaque eius meritis liberalitate nostra correspondere ex aduerso, nec Imperator exosum habuerit d. Comitem, nec eius anteceſſores, imò ab eo, & à prædeceſſoribus suis dignitates, honores, immunitates, priuilegia, & dona grandia susceperunt, vt constat ex dicto primo priuilegio Maximiliani, vbi concedit facultatem Illustriss. Ioan. Aluisio Fliſco testandi de castris ibi in eodem priuilegio descriptis cum ordine primæ genituræ, & in secundo, vbi appellat dictum Ioan. Aluisium consiliarium suum, & ei concedit immunitatem amplam, & constituit eum, & Hieronymum eius filium primogenitum, & ab illo descendentes primogenitos, Vicarios Imperiales, cum facultate cudendi monetam tam auream quàm argenteam, constituítque eos Comites sacri Lateranensis palatij, ordinánsque & disponens, quòd ipse Io. Ludouicus, & ab eo descendētes semper seniores natu sint eius & successorum suorum Romani Regis & Imperatoris consiliarij. In tertio, vbi recipit Illustriss. Hieronymum, Otthobonum, Scipionem, & Sinibaldum fratres, & hæredes suos sub protectione, & salua guardia imperiali, ac eidem Hieronymo confirmat priuilegia, & alia de quibus ibi. In quarto verò concedit facultatem Scipioni, & Sinibaldo testandi, & alienandi de feudis ibi enarratis. Carolus verò IIII. Romanorum Imperator decorauit Comitem Sinibaldum modernum de oppido Pontremuli cum omnibus iuribus, & pertinentijs in feudum nobile & antiquum pro se & legitimis ipsius hæredibus & succeſſoribus quibuscunque. Vlterius d. quondam illustriss. Comes Aluisius fuit priuilegiatus à Carolo V. Imperatore, vt constat ex inuestitura sibi facta per dictum Carolum. Vnde, cùm ex his pateat, quòd dictus Comes & eius pater fuerint decorati & priuilegiati à Cæsareis maiestatibus, & anteceſſores sui fuerint multum fideles Romanis Imperatoribus, non est sumenda coniectura, & capienda præsumptio, quòd ipse voluerit interficere illustriss. Zanetinum in odium Imperatoris, à quibus tam pater eius, quàm sui anteceſſores grandia beneficia receperunt, sed in odium ipsius illustr.
36 Zanetini: quia † sumendo hanc interpretationem minus graue delictum præsumitur, prout fieri debet. l. si preſes. ff. de pœn. Craue. in cons. 6. num. 69. vbi
37 ait, quòd † quando potest fieri interpretatio, quòd delictum aliquod sit grauius vel leuius, interpretatio fieri debet, vt delictum sit leuius, & minus graue. Ruin. in cons. 1. col. 2. in fin. volum. 5. vbi inquit, quòd vbi alterum de duobus prohibitis vel delictis debet

neceſſa-

necessariò præsumi, in dubio præsumendum est delictum illud fuisse commissum, quod est minus. l. hæc enim, vbi Bar. ff. de suspec. tuto. Aret. in cons. 31. col. pen. versi. ad secundum. Rui. vbi iuprà col. pen. in fi. versi. propterea. & eò maximè, cùm hoc magis adhæreat † verisimilitudini stantibus prædictis, quæ tanquam cognata naturę attendi debet. Bal. in cons. 180. volu. 3. Ita in similibus terminis dixit Crauet. in consi. 9. nu. 29. Accedunt notata per Iser. in tit. quib. mod. feud. amit. vbi ait, † quòd si liquidò probari non potest, quòd Vasallus in damnum domini reuelauerit secretum, sumitur probatio ex coniecturis, si aliàs dominum odio habuerit, aut damnificauerit ex aliqua causa. Sequitur Capi. in decis. 130. nu. 13. & pro ista opinione bene facit quod voluit Bos. in tit. de crim. læsæ maiest. num. 35. vbi dicit, † quòd ad præsumendum malum, & deterius de filio, est considerandum, an pater eius fuerit diuersarum partium studiosus, siue rebellis contra suum principem: quia idem præsumendum est de filio. argum. l. si fugitiui. C. de ser. fugit. Barb. in cons. 34. colum. 23. versic. modò sacratissimus Imperator. volum. 2. sequitur Brun. in consi. 12. colum. 10. in princip. versi. 2. respondetur. Ergo eodem modo † præsumendum est pro filijs, si patres eorum fuerunt fideles Cæsareis maiestatibus, & virtuosi, vt contrariorum eadem sit ratio, vt per Brun. vbi suprà. Gramma. in terminis nostris criminis læsæ maiestatis in decis. 18. numer. 4. & in consil. 31. vbi tradit, † quòd filius præsumitur gesta parentis imitari, tam in vitijs, quàm in virtutibus, iuxta notata per Specu. in proœm. Specul. in versicul. cæterùm. & per l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. Hinc dixit Bal. secundum eum in l. liberti, in 2. colum. C. de oper. liber. quòd † eiusdem affectionis & voluntatis præsumitur filius sicut & pater. Vnde cùm dictus Illustris. Comes Aluisius semper fuerit cordialissimus Cæsareæ maiestati, tanquam natus ex non infecta progenie, sed ex quondam Comite Sinibaldo, qui toto tempore vitæ suæ fuit gratus & fidus Cæsari, & ab eo decoratus tantis honoribus, ac qui ei inseruiuit propris expensis, prout & sui antecessores, non est præsumendum, minusq; cogitatu dignum, quòd dictus Comes Aluisius vnquam habuerit animum occidendi Illustr. Zanetinum in odium eiusdem Cæsaris, sed ipsius occisi, ac ex inimicitia particulari, quæ præsumptio sumenda est tanquam excluſiua maioris delicti, vt per Craue. & alios, de quibus supra. & sic ex istis remanet responsum motiuo Illust. D. Polydonij, dum voluit, quòd per crimen læsæ maiestatis commissum contra dominum, & superiorem oppidum Pontremuli ad eum deuolutum fuerit, excluſis quibuscunque agnatis: quia militantibus supradictis conclusionibus, quæ ab omnibus receptæ sunt, cōstat quòd nullo modo dici potest, quòd Illust. Comes Aluisius per occisionem Illust. Zanetini commiserit crimen læsæ maiestatis. Sed vlteriùs dicitur, quòd etiam concesso sine vero præiudicio, quòd commiserit crimen prædictum, tamen quòd dictum oppidum confiscari non potuit. Quando † confiscatio non trahitur ad bona subiecta fideicommisso, & per consequens prohibita alienari. l. fi. §. sed quia. C. comm. de lega. & in auth. res quæ, eod. titu. Sed in casu de quo agitur, dictum oppidum est subiectum restitutioni fideicommissi, vt constat ex testamento Comitis Sinibaldi, qui in eo disposuit, quòd decedente dicto Comite Aluisio absque filijs masculis de se natis, & de legitimo matrimonio, illud transeat ad secundum genitum, & ad alios gradatim: quo casu cùm dicta conditio euenerit, quia mortuus est d. Comes Aluisius sine filijs, & dictum oppidum sit subiectum fideicommisso, ac in * effectu inalienabile. l. filius familiâs. §. diui, vbi *communiter scrib. ff. de lega. 1. meritò dicendum videtur, vt illud confiscari non potuerit. Alexan. in cons. 23. volum. 1. Iason. in d. §. sed quia, colum. 1. Alcia. in consi. 407. versi. quartò respondetur, & Bos. in trac. suo cri. in titu de publ. bon. num. 38. circa fin. Nec habet obstare si dicatur, quòd Comes Sinibaldus de dicto oppido disponere non potuit in suo testamento, per text. in cap. 1. de succesio. feud. quia tribus modis respondetur. Primo, quòd de eò testari potuit ex vi concessionis dicti oppidi factæ per Carolum V. Imperatorem quondam Comiti Sinibaldo, vbi sibi illud concessit † pro se, & hæredibus ac successoribus quibuscunque, virtute quorum verborum videtur, quòd per Cæsarem data fuit facultas, & licentia præfato quondam Comiti disponendi de eo, vt probatur ex infrà scriptis. Nam † à pari procedit, quòd feudum sit concessum alicui pro se & hæredibus quibuscunq;, vel pro se & hæredibus, & quibus dederit. Bal. in l. 1. quæst. 14. ff. de rer. diuis. Curt. Iun. in cons. 4. col. 2. Paris. in consi. 3. nu. 12. volum. 1. Ripa. in l. ex facto. §. fin. col. penult. ff. ad Trebel. Alex. in l. si patroni. columna secunda. eod. tit. Rub. Alexand. in l Gallus. §. quidam rectè. nu. 20. de lib. & postu. Affl. in c. 1. §. donare. nu. 15. qual. olim feu. non pot. alie. sed quando dicta verba † & quibus dederit, sunt apposita in inuestitura, nulli est dubium, quòd Vasallus de feudo potest testari, & contrahere sine licentia Principis. cap. 1. vbi omnes no. de feud. non hab. propr. nat. feudi. Iaſ. in consi. 156. colu. 1. volu. 2. vbi dicit, quòd licèt nulla alienatio in feudis valeat, vt in d. c. 1. succes. feud. tamen, quòd id locum non habet, si talia feuda fuerunt concessa pro se & hæredibus, quibus dederit, quia tunc per huiusmodi verba adeò alterata est natura feudi, quòd Vasallus potest de eo disponere in testamento, & inter viuos, & ita aliàs dixi in consil. meo 42. num. 7. cum sequentibus volu. 1. ergo idem dicendum videtur ratione paritatis, quando in inuestitura dicitur de hæredibus quibuscunque, vt in terminis voluit Bald. in c. Imperialem, in princ. col. 4. ver sed quid si est concessum. de prohib. feud. alie. vbi dixit, quòd dicta verba pro se & hæredibus quibuscunque, descripta in concessione feudali, non solùm includunt tria genera hæredum, de quibus Instit. de hæred. qual. & differ. sed etiam includit legatarium, qui in re legata dicitur quodammodo hæres. Idem Bal. in d. c. 1. §. donare. Barb. in l. cum acutissimi. nu. 159. C. de fideicomm. Rubr. Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nume. 39. ff. si quis cautio. Iaſ. in consilio 155. colum. 2. versic. tertiò facit, volum. 2. & in consi. 115 colum. 8. versic. 2. adest. vol. 4. & in prælud. feud. colum. 17. versicu. istis tamen. Iacob. de S. Georg. in inuestitura sua. in verb. & cum pacto, colum. 5. versic. quod dixi. Cagno. in l fi. num. 12. de reg. iur. Dec. in consi. 305. col. fin. in princ. Affl. in d. §. donare. nu. 15. Socin. Iun. in consilio 112. vol. 2. vbi tradit dictum feudum transitorium ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, & quòd dispositio Vasalli morientis de eo facta valebit, & in consi. 114. num. 9. volu. eod. si ergo dictum feudum est transitorium ad quos- * cunq; hæredes extraneos, vt est *communis opinio secundùm Rip. in l. quæsitum. §. si quis cum tutor. colum. 2. ff. de priuil. cred. & in l. ex facto. §. si quis ita. ad Treb. Ruin. in l. 1. §. nunciatio. num. 128. in duobus locis. ff. de nou. oper. nunc. & Rub. Alexand. in l. Gallus. §. quidem rectè, nu. 198. de liber. & postu. & nouissimè hanc esse magis communem asserit Socin. Iun. in consilio 72. numer. 23. volum. 1. licet Dec. sentiat contrarium, sed malè in consi. 185. colu. 3. in fi. ergo multò magis erit trāsitorium ad descendentes, prout fatentur Dec. in d. consi. 185. colum. 3. in fin. & alij suprà citati. Vnde sequitur, quòd stante dicto testamento & fideicōmisso in eo descripto, ac morte Comitis Aluisij sine filijs, quòd dictum oppidum Pontremuli cum alijs castris & iuribus concessum in primogenituram per quondam Comitem Sinibaldum quondam Comiti Aluisio alijs omnibus fratribus suis approbantibus voluntatem paternam, vt effectus demonstrauit, restitui debet vigore dicti fideicommissi Comiti Scipioni nominato in dicto testamento, non obstante homicidio per dictum quondam Comitem Aluisium perpetrato. quoniam *crebrior est Doctor. sententia, * quòd † quando feudum est conceptum, vt suprà, venit in restitutione fideicommissi, vt per Alex. in dict. leg. si patroni ad Trebel. Iaſo. in vsibus feud. colum. 17. versic. ista tamen. Iacob. de sancto Georgio in dicto verb. Et cum pacto, colum. 5. versicu. quod dixi. Socin. Iun. in allegato consil. 72. num. 23. volu. 1.

vbi refert hanc esse crebriorem Doct. sententiam: quia per talia verba feudum alteratur, & perdit naturam propriam, ficut si esset dictum pro se & quibus dederit, seu dare voluerit, iterum in consil. 42. nu. 5. vol. 3. & cons. 112. nu. 5. eod. vol. Riminal. in cons. 173. in fin.

Secundò, ex alio capite oppidum ipsum Pontremuli vigore huiusmodi fideicommissi dicto Comiti Scipioni relaxari debet: quia de eo etiam disponere potuit dictus Comes Sinibaldus vigore facultatis sibi traditæ in contractu celebrato cum quondam Illustrissimo Francisco Sfortia Duce Mediolani, testandi de dicto oppido, & iuribus, † & qui facultatem prædictam sibi concedere potuit, cum in suo ducatu plenitudinem potestatis haberet, & ea omnia poterat in ipso, quæ Imperator in vniuerso orbe. Angel. in consil. 190. Pau. de Castr. in cons. 225. colum. fin. Bru. consi. 19. col. 2. & in consil. 25. colum. 2. Ripa in respon. 3. col. fin. in 2. part. vbi loquitur de donatione daciorum, & pedagiorum facta per dictum quondam Illustr. Franciscum. Curt. Iun. in consi. 1. num. 26. consi. 61. num. 9. Alexand. in consi. 2. versic. quinimò plus. volum. 1. duplic. in consi. 87. volu. 2. Bos. in tit. de crim. læsæ maiestatis num. 54. * Socin. Iun. in cons. 92. num. 3. volum. 2. Nam * com
49 munis est Doct. sententia, † quòd Duces, Marchiones, & Comites, perpetuò inuestiti censentur Principes in suo Ducatu, Marchionatu, & Comitatu, & omnia possunt in eorum principatibus, quæ Imperator in vniuerso orbe. Ita Curt. Iun. in consi. 61. nu. 9. Soc. Iun. in consi. 33. num 9. volum. 3. & hanc asserit esse communem Soc. Iun. in consi. 76. num. 1. volum. 3. in consi. 126. num. 15. volu. eo. & in consilio
50 105. num. 18. & Ana. in consi. 81. vbi dixit, † quòd Comes Virtutum, qui non minorem potestatem habebat in ciuitate Astensi, quàm Imperator in vniuerso orbe, potuit in totum ciuitatem ipsam donare. Sequitur Dec. in consi. 91. colu. 2. in princ. & Bos. vbi suprà. Et ideò ex his resultat clarissima iuris conclusio, quòd sicut Imperator in vniuerso orbe potest facultatem alteri concedere disponendi de feudo in suo testamento: ita etiam Dux Mediolani in suo dominio d. Comiti Sinibaldo facultatem ipsam concedere potuit. Nam plusquam notum est, quòd dictus Illustrissimus Dux non solùm habebat talem potestatem, sed maiorem, quia poterat alienare de castris dicti Ducatus prout fecit, vt inquit Bos. in tit. de Rega. num. 36. vbi dicit minimè dubitandum esse quin Duces Mediolani, qui habent latissima priuilegia, possint etiam ex consuetudine facere alienationes donando castra, & villas in feudum, quæ sortiuntur etiam effectum quò ad successores, quando non tendunt in magnam diminutionem dominij, & subdit quòd tempore Illustr. Ducis Ludouici Sfortiæ multæ factæ sunt ex causa, & inter alias vna genitori suo, quæ semper habuit effectum etiam tempore Regis Gallorum, & aliorum Ducum, & inuictissimi Caroli V. Alexand. in consi. 1. colum. 5. versic præmissis, volu. 5. vbi loquens de Duce Ferrariæ, inquit, ipsum inuestitum ab Imperatore de Ducatu Rhegij potuisse concedere villam S. Thomę nobilibus Georgio, & Francisco de Gonzaga in feudum, quia transferre vtile dominium villæ prædictæ in tanto Ducatu non potest dici graue præiudicium, argum. eius quod habetur in cap. terrulas, 12 quæst. 2. si ergo poterat facere huiusmodi donationes, & alienationes, ergo multò fortiùs concedere facultatem dicto Comiti Sinibaldo testandi de dicto oppido Pontremuli, quo casu cùm de eo disposuerit, voluntas eius seruari debet, & per consequens illud restitui dicto Comiti Scipioni eius filio, virtute fideicommissi per eum facti in sua vltima voluntate. Et eò maximè hoc dicendum venit stante confirmatione Cæsarea facta de dicto testamento cum clausulis amplissimis, quę etiam dat efficaciam vltimæ voluntati ipsius Comitis, &
52 præiudicat ipsi Cæsari. † Nam huiusmodi ratificatio trahitur retro, & æquiparatur mandato, iuxta regulam l. fin. C. ad Maced. ita Bald. in cap. 1. §. donare, qual. olim feud. potest alie. vbi etiam Mart. Lau. & Præpos. in fin. colum. versic. pone Vasallus. Iacob. de sancto Georgio in inuestitura sua, in verb. Et cum pacto, colu. 2. vers. sed ponamus, & Cur. Iun. in tract. feu. in 4. par. in vers. pen. quæro, col. 4. & versic. stat ergo firma, & in terminis nostris ita decidit Dec. in cons. 606. col. pen. vbi dicit, quòd stante confirmatione Cæsarea facta de testamento domini Francisci, in quo disposuit, quòd si magnificus dominus Pyrrhus decederet intestabilis vel ab intestato, succederet dominus Ludouicus, ꝙ dicta dispositio valet, nec rebellio domini Pyrrhi eueniente conditione habet nocere prędicto D. Ludouico, & Dec. sequitur Bos. in tit. de pub. bon. nu. 54. in fin. Nam etiam
54 videmus, † quòd multi sunt casus, in quib. Vasallus propter feloniam suam non præiudicat alijs, vt est, quando ex tenore inuestituræ constat de mente concedentis, quòd non velit delictũ vnius alteri nocere, vt si inuestitura dicat, concedo de vno in aliũ, vel concedo omnibus principaliter, vel concedo attentis mentibus singulorũ: quia tunc propter delictum etiam commissum in personam domini per Vasallum, agnati non priuarentur feudo. Ita Alua. in cap. 1. §. deniq; col 4. versic. septima conclu. quæ fuit prima cau. ben. amit. Alex. in consi. 103. colum. fin. vol. 1. Dec. con. 252. col. pen. Alcia. in con. 182. in fi. vel quando feudum sit concessum generi, quia tunc non acquiritur domino in præiudicium agnatorum. Bald. in d. §. deniq;, colu. 1. versi. & nota. Cur. Iun. in d. suo trac. feud. in 5. par. in conclu. col. 2. ver. limitate nunc primò. Dec. in citato cons. 606. col. pen. in fi. Iacob. de S. Georg. in inuestitura sua, in verb. deniq; Vasalli promis. non comm. felo. col. 17. vers. tertiò limitabitis. Abb. in con. 3. in 7 q. col. 7. in verb. sed Doctores, vol. 2. Cùm ergo dicta dispositio valuerit, ea fortiri debet effectum, non obstante quòd d. quondam Illustr. Comes Aluisius offendisset personam domini vel officialis.

Et licet ex præmissis conclusionibus satis superq; pateat huiusmodi fideicõmiss. legitimè constitutum fuisse per dictum Illustr. quondam Comitem Sinibaldũ, in tantum, quòd sit superuacua alia demonstratio, tamen adhuc dicitur, quòd ex alio capite de dicto oppido, tanquam de re allodiali testari potuit prædictus Comes Sinibaldus. Quoniã per mortem Illust. Francisci Sfortiæ, Ducis Mediolani, sine filijs legitimis & naturalib. dictum oppidũ effectum allodiale, & patrimoniale ipsius Comitis Sinibaldi, vt cantant verba contractus dicti oppidi, inter dictum Comitem, & prædictum Illustr. Ducem. Nam in eo dicitur, ꝙ eueniẽte casu, quòd prædictus Dux Illust. decederet sine filijs legit. & naturalibus, directa superioritas intelligitur penitus deuoluta, & consolidata ad ipsum Comitẽ Sinibaldũ, & eius descendentes, & castrũ ipsum cũ ædificijs & pertinentijs efficeretur res allodialis, & patrimonialis Comitis Sinibaldi, & successorũ suorum. Quo casu cùm mortuus fuerit ipse Dux sine filijs, & sic euenerit suprædicta conditio, sequitur ꝙ de eo legitimè testatus fuit Comes ipse Sinibaldus. Quoniam clarum est,
55 † ꝙ disponere quis potest suo arbitrio, de rebus allodialibus, & super illis ordinare, & relinquere fideicommissum. leg. 1. C. de sacros. eccl. Paris. in cons.
56 2. in fi. colu. 1. & in cons. 72. nu. 3. vol. 3. Nec obstat, † ꝙ d. Illust. Dux, qui recognoscit in directũ dominum Cæsaream maiestatem, non potuerit facere in eius præiudiciũ rem feudalem allodialem, iuxta not. per Isern. in c. 1. col. fi. de contro. feu. apud pares termin. & ibi Affl. num. 45. vbi inquit, Baronem non posse facere rem feudalem burgensaticam sine priuilegio Regis: quia ista reductio est alienatio feudi. l. fi. C. de reb. alie. non alie. quæ est prohibita. Item, quia ista reductio est in damnum Baronię, quæ similiter non valet. Iterum Isern. in quadam additione in cap. 1. circa fin. an ille qui interfec. fra. dom. Affl. in cap. 1. §. si verò contigerit, num. 8. de pac. iur. firma. facit etiam quod dicit Afflic. in constitut. probationum.
57 numer. 20. vbi ait, † quòd Comes non potest liberare suum Vasallum à iure Vasallagij, sine consensu Regio. Quia respondetur, quòd licet dictum pactum appositum in huiusmodi contractu celebrato cum Illustr. Francisco Sfortia forsitan de iure non valeat per decisiones suprà allegatas, quamuis de

consue-

consuetudine aliter fiat, vt passim videmus quotidie fieri per principes, qui reducunt res feudales ad allodium sine consensu domini directi, tamē quòd dictum pactum fuit confirmatum per Cæsarem
58 cum clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, † quæ confirmatio cùm non sit facta in forma communi, dicitur noua datio, & nouū pactum, vt per Bart. & alios in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. Imol. in c. inter dilectos, in glo. in verb. appellari, de fid. inst. Dec. in Rubr. de confir. vtili vel inutili, nu. 3. & in cons. 341. num 2.

Similiter non obstat, quòd confirmatio ipsa seu noua datio, non valuerit tanquam facta à Cæsare malè informato de tali pacto, & de eo notitiam non habente: quia respondetur, quòd ex quo Cæsar fecit
59 huiusmodi confirmationem † ex certa scientia, & animo deliberato, talia verba operantur præsumptionem informationis, vt inquit Alex. in consi. 15. colum. 2. ver. prætereà glo. vol. 5. Cur. Sen. in consilio 49. ver. ad sextam, col. fin.

60 Secundò respondetur à pari procedere, † quòd in confirmatione sit expressus solus tenor rei confirmatæ, vel quòd in ea sit opposita clausula ex certa scientia. Arch. in c. præsentium, in prin. 7. q. 1. Butr. in c. porrecta, col. 2. de confir. vtili vel inutili. Abb. in cap. quia diuersitatem, de concess. præben. Felin. in c. cùm inter, col. 1. de excep. Aret. in cons. 15. col. 4. in fin. versic. Item opponitur. Alex. in cons. 1. num. 39. volu. 5. Cur. Sen. in cons. 65. col. 9. Paris. in cons. 3. num. 74. vol. 4. & in cons. 15. num. 61. vol. 2. Sed quando tenor rei confirmatæ ponitur in confirmatione, Princeps dicitur habere informationem rei confirmatæ, vt est tex. & ibi notant omnes in cap. pen. de confir. vtili vel inutili. ergo etiam quando est apposita clausula, ex certa scientia, vt locum habeat dicta æquiparatio. Et tantò magis hoc dicendum venit in terminis nostris, ex infrascriptis.

Et primò, quia vt patet in confirmatione Cęsaris, ipse attestatur de exhibitione dicti instrumenti ce-
61 lebrati per dictum Comitem Sinibaldum, cum prędicto illust. Duce, † quibus verbis tanquam prolatis in facto suo proprio creditur. cle. 1. de probat. Dec. in cons. 614. col. pen. nu. 10. per quam exhibitionem clara videtur resultare informatio dicti contractus,
62 † cùm exhibere, sit in publicum ostendere videndi causa. l. 1. §. ait prætor. ff. de lib. hom. exhibē. Vlteriùs,
63 † si valet argumentum à communiter contingentibus, prout in iure admittitur tanquam validissimum. l. certi cōdictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. communiter non solent exhiberi instrumenta coram Cæsare pro reportanda eorum confirmatione, quin prius videantur, prout fieri solet in omnibus curijs, quod præsertim dicendum arbitror in casu nostro stantibus verbis appositis in dicta confirmatione,
64 videlicet clausula, ex certa scientia. Nam † quod factum est ex certa scięntia principis, in dubium reuocari nō potest. Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicil. & dicit Bald. in cap. 1. si quis autem, in
65 princ. per illum text. de pace Const. † quòd non debet quis audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa scientia: imò debet repelli quis, & illi silentium imponi. Dec. in cons. 191. nu. 5. 168. colum. 1. 169. nu. 11.
66 373. nu. 7. 614. col pen. & in cons. 655. nu. 3. † Item dicta clausula excludit errorem præsumptum, nec allegari potest vitium subreptionis. Innoc. in cap. 2. de confir. vtili vel inutili. Castren. in cons. 223. in fin. Item inquit Bart. in cons. incip. Ciuitati Camerini, in
67 2. dub. quòd † rescriptum ex certa scientia emanatum, remouet omne obstaculum, & maximè vbi additum est de potestatis plenitudine, & vbi non tractatur. nisi de Principis præiudicio gratiam concedentis, vt in casu nostro.

68 Secundò † ex clausula de potestatis plenitudine, quæ vbi apponitur per Principem, nihil opponi potest, quòd annullet gratiam. Bald. in proœm. Decret. colu. 4. & stante tali clausula non potest dici Principi, cur ita facis? Bald. in prælud. feud. colum. 9. versic. sed pauca. Dec. in cons. 373. num. 8. 191. num. 3. 198. colum. 1. & 653. nu. 23. & maximè id admittendum venit, vbi dictæ clausulæ simul & semel adsunt: quia
69 efficacior redditur talis confirmatio, † cùm funiculus duplex sit potentior. c. 1. vbi Doct. de treug. & pace. Dec. in cons. 373. num. 8. 341. colum. 3. in princ. & Paris. in cons. 3. num. 91. volum. 1. & Bart. in cons. suprà citato.

Tertiò dicitur in ea animo deliberato, & sano accedente consilio, quis enim tam supini ingenij est, qui velit sibi persuadere, quòd si Cæsar non fuisset informatus de facto, quòd voluisset apponere dicta verba in ipsa confirmatione? certè in mentem sensati cadere non debet, cùm hoc verisimile non sit,
70 † quam verisimilitudinem maximè cōsiderare debent iudices in veritate deprehendenda. Aret. in cons. 9. colu. 2. Craue. in cons. 9. num. 35 & ad propositum verè facit quod voluit Dec. consil. 614. colum. pen. vers. postremò, vbi ponderat præsentationem instrumenti, ratificationem, ac confirmationem principis factam, ex certa scientia, deliberatè & consultè. Item consideranda sunt alia verba sequentia, videlicet approbamus, ratificamus, & cōfirmamus omnia, & singula in dicto contractu in omnibus suis punctis, articulis & clausulis, prout in dicto in-
71 strumento est descriptum, † quæ verba cùm sint relatiua ad omnia, & singula contenta in eo, perinde est, ac si omnia & singula specificata fuissent: quia illud dicitur contineri in scriptura referente, quod dicitur in scriptura ad quam fit relat. l. asse toto. ff. de hæred. instit. Dec. in con. 341. col. 3. vers. de ista enim confirmatione. Paul. de Cast. in consilio 377. in
72 primo dubio, volūm. 2. vbi inquit, † quòd si testator in testamento solenni se referat ad scripturam priuatam non solennem, omnia contenta in scriptura priuata censentur expresè dispositа, & expressa in ipso testamento. Sequitur Craue. in consi. 114. num. 6.

Ex quibus omnibus suprà adductis, & allegatis concludendum venit, stantibus prædictis, fatuum esse dicere, quòd perfunctoriè Cæsar in dicta confirmatione apposuerit verba ipsa, quod nequaquam dicendum est, cùm omnia maturè, & consultè coram eo agantur, & quod de dicto oppido vti allodiali potuit disponere dictus Comes Sinibaldus. nam ignoti iuris non est, Imperatorem posse facere rem feudalem allodialem, vt dicunt Ifern. & Affl. in d. cap. 1. de contro. feud. apud par. term. & alijs locis suprà citatis, quæ vlteriùs non transcribo, quibus addo tex. expressum in cap. 1. de feud. non hab. propr. naturam feudi, vbi Affl. in 4. notabili inquit, ibi esse tex. notandum de hoc, & mirari, quòd ille text. ad hoc nunquam fuerit ponderatus per aliquē Doct. in aliquo loco. Rursus Affl. in c. 1. §. ex eadem nu. 37. de capit. Conrad. Nec obstat, quòd Cæsar in dicta confirmatione vsus est clausula, iuribus nostris sem
73 per saluis. Quia dicitur, † quòd clausula ipsa non operatur in concessis & expressis, sed per talem reseruationem videtur Princeps reseruare alia quàm donata, & ea quæ non sunt in confirmatione vel donatione: quia generi per speciem derogatur, Ita Ifern. in cap. 1. qui succes. teneat. quem sequitur Gramma. in decis. 66. num. 7. hoc etiam voluit Paul. de Cast. in cons. 162. in 2. dub. secundùm antiquam impressionem, ibi, stantibus dictis pactis Socin Iu. in cons. 126. num. 26. vol. 3. Et per prædicta responsum remanet motiuo dicti insignis Polydonij, dum inquit, Illustris. Ducem Mediolani per dictum contractum non potuisse nocere iuribus superiorum, ac confirmationem Cęsaris, tanquam factam à malè informato non valuisse, maximè stante clausula, iuribus nostris semper saluis.

Similiter non obstat, quod in motiuis dicitur, videlicet: quòd in substitutiōe gradatim facta per dictū Comitem Sinibaldum, nō includatur oppidum Pontremuli inter alia prælegata: quia nō reperitur, quòd de eo disposuerit ipse Comes. Quoniam respondetur, quòd imò de eo disposuit, & inter prælegata includitur oppidum prædictum, si bene aduertatur ad verba dicti prelegati. Nam in testamento dicti Comitis Sinibaldi ad me transmisso reperio solùm ita scriptum fuisse, & non vltrà: Item legauit Illust. D. Ludouico de Fliſco filio suo legitimo & naturali castra, & loca infrascripta. Et primò Montobiū, Turriliam, Coregā, & alia ibi descripta.

subdens

ſubdens poſteà verba formalia, de quibus infrà. Volens tamẽ, ſtatuens,& ordinans,quòd quatenus ipſe dominus teſtator eſſet inueſtitus de caſtro Pontremuli,tunc & eo caſu dictum caſtrum legauit, & legat dicto domino Io. Ludouico, & tunc & eo caſu, & non aliter, voluit,ſtatuit, & ordinauit, quòd legatum prædictum eidem domino Io. Ludouico factum,vt ſuprà,de locis Grandonæ,& Crementi ſpectent alijs filijs ipſius teſtatoris, & prout infrà dicetur.hac tamen lege & conditione, quòd quatenus dictus dominus Ludouicus decederet abſque filijs maſculis de ſe natis,de legitimo matrimonio, tunc & eo caſu ex nunc prout ex tunc,& econtrà caſtra & loca,ac alia bona immobilia, de quibus ſuprà,legabat alijs filijs cum conditione præmiſſa, & gradatim. Primò igitur ponderanda ſunt illa verba: Volens tamen, ſtatuens, & ordinans: quæ ſunt verba diſpoſitiua. Item & alia, videlicet, legauit & legat dicto domino Ludouico. Vnde cùm de eo fuerit inueſtitus dictus Comes Ludouicus per Carolum V. Im-
74 peratorem, & ſic † diſpoſitio conditionalis fuerit purificata,quæ pro purà habetur.l.fin. §. Titius,vbi Doct.ff.de vulg.& pupil. Pariſ.in conſilio 46. num. 45.volum.4.Et clarum ſit,quòd dicta verba,volens,
75 ſtatuens,& ordinans, & ſimiliter alia verba † legauit,& legat,ſunt diſpoſitiua, quia inducunt diſpoſitionem,vt per Pic.in l.Titia.cum teſtamento. §. Ti-
76 tia cùm nuberet,colum.1.de lega.2. † Et non recipiunt gloſſationem,nec interpretationem, iuxta not. per Bald.in auth.niſi rogati.colum.2.verſic.nam vbi.C.ad Treb.Pariſ.in conſi.1.num.29. volum.3.Alex.in conſi.62.num.7.volum.2. Sequitur quòd ad vnguem diſpoſitio ipſa obſeruari debet, vt omnia iura clamant.c.nos quidem,de teſta. Alex. in conſi. 81.num.16.volum. 6. & Pariſ.in conſi. 26. num.21.
77 volum.4.† Quia diſpoſitio teſtatoris vim legis obtinet.§.diſponat, in auth. de nupt. coll. 4. Pariſ.in conſ.90.nu.2. vol.2.

Supereſt modò vt confutentur, quæ ex aduerſo allegata fuerunt. Et deueniendo ad primum argumentum,dicitur, quòd illud non militat in terminis noſtris,vbi non datur crimen læſę maieſtatis,vt fuit oſtenſum ſuprà,ſine quo memoria dicti Illuſtr. Comitis Aluiſij non potuit damnari, nec ſimiliter bona eius potuerunt confiſcari, vt per Dec.Rui.Alcia.& alios, de quibus in ſupradictis concluſionib. Secundò reſpondetur,quòd dato(ſed non conceſſo) quòd propter homicidium d.Illuſtr.Comitis Aluiſij commiſſum in perſonam Illuſtr. Zanetini potuiſſet priuari feudo Pontremuli,quod illud non poterat applicari directo domino, ſed agnatis proximioribus.eiuſdẽ Comitis,& ſic Illuſtr.Comiti Scipioni, tum virtute ſtipulationis paternæ,de qua in cõceſsione dicti oppidi, vt per Bart.& Alex.in d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff.de dam.infect.& alios de quibus ſuprà,tum virtute fideicommiſsi paterni,vt pariter dictum fuit. Tertiò non obſtat,quòd aſsiluerit triremes ſuæ maieſtatis, exiſtentes in ſtatione hyemali in portu Ianuæ,easq; inuaſerit, & ſubegerit:quia reſpondetur, quòd eas aſsiluit in odium Illuſtr.Zanetini,qui præerat gubernio dictarum triremium,non autem in odium Cæſaris, vt conſtat ex coniecturis,quibus in hoc caſu ſtatur, vt dictum fuit. Nam hoc arguunt duæ triremes ſuæ maieſtatis, tunc temporis in portu Ianuenſi hyemantes, quæ in aliquo nõ fuerunt tactæ,nec læſæ, ita iubente dicto quondam Illuſtr. Comite Aluiſio, & proteſtante,ſe nolle res Cæſareę maieſtatis moleſtare,quo caſu cùm ſatis pateat, quòd eas non aſsiluerit propter aliquam inimicitiam, quam haberet contra Cæſaream maieſtatem,ſed ſolùm in odium dicti Illuſtr.Zanetini,ſequitur quòd non debuit confiſcari
78 dictum oppidũ Pontremuli, quia † iniuria reſtringi debet ſecundum animum facientis. l. verum, ibi Bar.ff.de fur.Alcia.in ſimili in conſil. 451.num.14.& ſequenti. Vlterius dicitur, quòd dictum oppidum non potuit confiſcari ex dicto aſsaltu poſt mortem dicti Illuſtr. Comitis Aluiſij, cuius memoria,& bona reſpectiuè non potuerunt damnari,& confiſcari, cùm tantùm damnari poſsit, quando offenditur
79 perſona Principis,vt abundè oſtẽſum fuit.† Siergo minus legitimè ac nulliter confiſcatum fuit, infert quòd tanquam de facto occupatum,vt inquit Paul. de Caſtr.in dicto conſilio 154. colum. 2.relaxari debeat dicto Illuſtr. Comiti Scipioni vti proximiori agnato dicti quondam Illuſtr. Comitis Aluiſij eius fratris.Et eò maximè hoc dicendum venit, ſtante diſpoſitione paterna facta de dicto oppido, cui per dictam confiſcationem præiudicari non potuit,per
* not.per Doct *communiter in l.filiusfam.§.diui.de lega.1.& per Iaſ.in l.fin.§.ſed quia.C.com.de lega.

Vltimò non obſtat, quòd diſpoſitio paterna facta de dicto oppido non tenuit, reſiſtente lege feudali,de qua in cap.1.de ſucceſ. feu. quia ſatis reſponſum apparet ex duabus concluſionibus ſuprà factis, & etiam ex tertia, quæ ex abundanti poſita fuit.

Deuenio ad ſecundum caput, in quo prima facie dicendum videtur, quòd dictus Illuſtr. Comes Scipio legitimè priuatus fuit dicto feudo Pontre-
80 muli,† quia Vaſallus qui contrahit amicitiam cum inimico domini,perdit feudum, vt in terminis voluit gloſſ. in cap. 1.§. porrò, quæ ſit prim.cau. ben.amit. glo.in l.1.§.cùm patronus.ff. de off.præfec.vrb.
81 vbi Bald.dicit,† quòd qui confœderat ſe cum inimico domini ſui, debet priuari feudo, & priuilegijs omnibus,quæ à domino ſuo dignoſcit obtinere, nec mirum,cùm etiam in metallum damnari debeat eo ipſo, quòd conſpirauerit, quod inquit notandum gloſſ.Bald.Salic.& Iaſ.in l.liberi. C. de inoff teſtam. Ana.in conſi.2 in fi. Affl.in c.ſi capitanei.colu.fin.in tit.2 quib.mod.feud. amit. Item in cap. 1.§. Item ſi fidelis,nu.53.quib.mod.feud.amit.tit.1.& in §.Item ſi quis feudum,num.23.eod tit. Et ratio eſt, ſecun-
82 dùm patres prædictos,quia † Vaſallus faciens talem amicitiam cum inimico domini, videtur eſſe eiuſdem propoſiti. Cùm igitur dictus Illuſtr. Comes Scipio amicitiam contraxerit cum Rege Chriſtianiſsimo Franciæ, tunc inimico domini ſui,& eius partes ſequutus fuerit, non mirum ſi feudo priuatus fuit.Sed his non obſtantibus contraria ſententia in terminis noſtris eſt de iure verior. Quoniam, & ſi præmiſſa concluſio ſit vera, tamen illa locum
83 habet, † ſi contracta fuit amicitia in perniciem ſeu damnum domini,aliàs ſecus.Ita Mart. Laud. in c.1. §.Item ſi fidelis, quib. mod. feud. amit. Iſern. in d.
84 cap.1 §.porrò,colum.3 verſic. ſed an dominus,& ibi Laud.col.1.& Præpo.col.2.vbi dicunt,† quòd ſi Vaſallus copulauit amicitiam cum inimicis domini,in damnum & perniciem domini, vt puta,ad hoc vt inimici ſint potentiores domino,amittit feudum, ſecus ſi non in perniciem & damnum domini. Sed quia operoſum ſit & virtuoſum, acquirere amicos, quia tunc non perdit feudum, Præpoſ.in d.cap.ſi
85 Capitanei,glo.ibi. † nam eſſe amicum alterius non
86 eſt malum, quia eſt præceptum diuinum, vt patet Eccleſiaſt.cap.7. Noli eſſe pro amico inimicus proximo.Bald.in d.§.porrò,Mart. de Laud. in d.cap.ſi Capitanei,col.fi.Iacob.de S.Georgio in inueſtitura ſua feud.in verb.dictiq; Vaſalli, col.4. verſic quinta cauſa principalis.Affl deciſ.307.Aluar.in cap.1.quot teſtes ſunt neceſ.ad proban.ingrat.gloſſ. in cap.1.in verb.aſsilierit, quæ ſit prima cau. ben. amit. Curt. Iun.in tract.feudali in 4. parte in 15. cauſa priuationis.Clar.in §.feudum quæſt. 54. Et in tantum hoc
87 eſt verum,quòd † domino iucumbit probare,quòd Vaſallus contraxerit amicitiam in damnum & perniciem ſuam,aliàs non poteſt feudo priuari, ita voluerunt Mart.de Laud.in d.§.porrò,colum.1.verſi. ſed difficultas ſtat.Præpoſ. col.2. verſic. ſed difficultas.Et ideò ibi concludunt ſupradicti patres,quòd ſi dominus probaret Vaſallum contraxiſſe amicitiam cum inimicis ſuis, non condemnaretur: imò abſolueretur, niſi probaret, quòd in eius perniciem amicitia cõtracta fuiſſet,quod dicũt notabile.Idem Præpoſ.in citato c.ſi Capitanei,col.fi.ver. ſed operæ pretium,& ibi Lauden.col. fi. verſic.quid autem. & Alua.colum.fi.verſic.ſecus.Rurſus Alua. in d.§.porrò,col.2.verſic. quis autem, dum ſe remittit ad dicta per eum in d.c.ſi Capitanei. Iacob. de S. Georg.in d. inueſtit. ſua,in verb dictiq; Vaſalli, colum.4.verſic. quinta cauſa principalis, & Affl. in citata deciſ.307. in fin.

in fi.licet contrarium dixerit,& malè in d.§.porrò. nu.20 & in §.Item si fidelis.nu.55.vers.& sciendum, eod.tit Zas.in tract.feud.in 10.par. num. 43. & Socin.Iun.in cons.134.num.36.volum.3. Sed in casu de quo nunc tractamus,probatio aliqua facta non reperitur,quòd d.Comes sequutus fuerit partes hostium,vt inimici ipsi essent potentiores, nec ob aliam causam tendentem in præiudicium domini,ergo feudo priuari non potuit.

Vlterius,dato (sed non concesso) quòd spectasset ad d. Comitem Scipionem probare, quòd non in damnum domini talem amicitiam contraxerit, ta-
88 men hoc satis † præsumptiuè probatur ex coniecturis,& ex qualitate personæ, quæ sufficiunt in casu nostro.Quod probatur:nam ignoti iuris non est,q
89 † si Vasallus reuelat secreta domini,perdit feudum. c.1.§.si delator,quæ sit prima cau.ben.amit. Videlicet, si non probat reuelationem non fecisse in damnum domini, quod equidem probari potest ex coniecturis,& qualitate personæ.Iser.in d.c.si Capitanei,vbi etiam Affl.nu.17.vers. Item quæro.Zas.in trac.feud.in 10 par.nu.46 vbi inquit: Vasallo hoc onus incumbere,cùm præsumptione grauetur propter rem illicitam,quam facit l.siue possidetis.C.de
90 proba.Et quamuis † hæc proba.tanquam negatiua sit difficilis.l.actor.C. de proba. tamen ex coniecturis animum suum inculpabilem fuisse probare poterit,quod inquit notatu dignum. Ergo idem dicendum erit in terminis nostris, vt voluit Isern.in d.§.porrò,col.3.vers. sed & dominus, & Affl.in cap. 1.§.Item si fidelis.num.55.vers.& sciendum, quibus
91 mod.feu.amit.vbi inquit,† quòd talis amissio feudi ex copulatione amicitiæ cum inimicis domini, causatur ex præsumptione,non autem ex vera probatione, & ideò quòd admittitur probatio in contrarium, vel alia præsumptio magis vrgens, quæ tollat præcedentem.l. diuus.ff.de in integ.rest. Nam diuersa ratio reformat pactum. l.interpositas C de transact. Sed in casu nostro nunquam apparebit, quòd Illust.Comes Scipio odio habuerit Cæsarem, nec quòd eum damnificauerit,nec quòd Cæsar eum exosum habuerit,imò quòd maiores sui & in specie,quòd Illustris. Comes Sinibaldus eius pater ipsi Cæsari inseruiuit, nedum cum persona, sed etiam de bonis suis,vt attestatur Carolus V. in concessione oppidi Pontremuli sibi facta,& quòd ratione suę fidelis seruitutis eum decorauit multis priuilegijs & concessionibus,de quib. suprà. Idem etiam constat ex qualitate personæ ipsius, qui tempore, quo talem amicitiam,& partes Gallicas sequutus est, erat minor 20.annis,cuius ætas apta non erat ad inferendum damnũ Cæsari,& quam amicitiam contraxit ductus metu,vt infrà dicetur. Ergo stantibus prædictis coniecturis sumenda erit hæc probatio, tanquam exclusiua delicti. l. merito ff. pro socio. Gram. in cons.13. num.9.vbi loquitur in terminis
92 nostris, dicens, † quòd vbi concurrunt duæ præsumptiones,quarũ vna est exclusiua doli seu fraudis,& sic delicti,& alia inclusiua, semper est capienda ea,vt excludatur delictum.Abb. in cap.in præsentia,de proba.Dicitur etiam,quòd ad hoc vt † Vasal-
93 lus amittat feudum, propter damnum illatũ Principi,requiritur,quòd sit notabile,aliàs feudo priuari non potest,text.est in cap.1.§.præterea si Vasallus, quæ sit prima cau.ben.amit.vbi Affl. in 2. notab. in-
94 quit,quòd † si Vasallus sciat, quòd aliquis vult facere modicum damnum domino, & illud non reuelat,non perdit feudum:quia ille tex. requirit ma-
95 gnum damnum, & † sic magna ingratitudo adesse debet,vt Vasallus perdat feudum, & tamen clarum
96 est in feudis,quòd † si Vasallus nõ reuelat damnum dandum Principi,feudum amittit, c.1. de no.for.fidel.c.1.de veter.for.fidel.Cur. Iun.in tract. feud.in 4. par.in 24.causa priuationis.Cephal.in cons.75.num. 32.& in consil.sequenti,num.61.volum.1. Accedit secundò text.in dict.§. porrò,ibi,graues iniurias,vbi grauis iniuria debet esse commissa per Vasallum in Dominum,vt feudo priuari possit, tertiò facit text. in c.1.ex quib.cau.feud.amit. vbi per illum text.in 2. notab.tradit Affl.quòd nõ omnis ingratitudo commissa per Vasallum in dominum est sufficiens ad priuationem feudi,sed debet esse magna,& egregia-
97 Vnde subdit,† quòd si Vasallus ingratus extitit domino,puta,dum potuit mutare domino petenti pecuniam,& denegauit,& sic fuit domino, à quo feu-
98 dũ habuit, ingratus, † licèt ingratitudo iure poli & fori culpetur.12.q.2.cap.8 tamen ex ista ingratitudine feudum perdere non debet.per casum d.c.qui requirit magnam ingratitudinem. Affl. in c.1. §. licèt Vasallus.nume.12 si de feud.fuer. controuer.inter
99 dominum & agna. vbi ait: † quòd pro modico excessu Vasallus non priuatur proprietate feudi.& ideò dixit ipse Afflict.in cap.1 §. si delatorum. quæ sit
100 prima cau.ben. amit. † quòd licet delator domini perdat feudum,tamen id locum non habet,si de leui crimine accusatur. secundùm gloss. ibi, vel si ex tali delatione graue damnum non dederit domino. Curt. vbi suprà in 29.causa priuationis. Hinc est,
101 quòd † pro modico feudo non tenetur feudatarius præstare iuramentum fidelitatis domino, cap. inuestitura.§.nulli autem, vbi Affl.nume. 5. per quos fiat inuest. rursus in cap.1.§.Sed quia, quæ sit prima
102 cau.ben.amit.num.35.† modica enim semper censentur excepta.cap. terrulas §. possunt.12. quæstion. 2.Confirmatur hæc sententia,ex not. per Bald.in c. primo.§.publici latrones, de pace Const. vbi dicit,
103 † quòd licet Vasallus priuetur feudo, si illud deteriorauerit, tamen id procedit, si deteriorauerit notabili deterioratione,aliàs secùs. Sequitur Iacob.de sancto Georg. in inuestitura sua, in verb. dictique Vasalli promiserunt non comm. felo. in 12. causa priuationis,& Curt.Iun. vbi suprà in 12. causa priuationis. Sed in terminis nostris dici non potest, quòd dictus Illustrissimus Comes,ætatis annorum tunc temporis decem & octo,amiserit dictum oppidum,propter notabilem ingratitudinem,vel magnum damnum illatum Cæsari propter amicitiam contractam cum Rege Franciæ, quia eius partes sequutus fit,ergo,&c. Dicitur etiam,quòd si Comes Scipio copulauit amicitiam Regis Francorum, & eius partes sequutus fuit, id fecit non voluntariè,
104 † sed ex iusta causa metus, quia videns se bannitum à toto dominio Ianuensi,& Mediolani ob notorias sententias iniquas,ac nulliter contra eum latas,quòd omnia & quæcunq; eius bona confiscata ac se exosum Illustrissimo Principi Auriæ, qui eum odio lethali & mortifero prosequebatur,prout prosequutus est alios eius fratres, quos totis viribus insequutus est,donec morti traditi fuerunt, & qui bona paterna pro parte possidebat, ac qui longas manus in tota Italia habebat, licet hæc cõtra ipsum facere non deberet, cùm in aliquo eum non offenderit, nec vnquam voluntatem habuerit eum offendendi.Similiter videns insidias,quæ quotidie sibi parabantur indebitè & iniustè per affines, coniunctos,& partiales Illust. Zanetini interfecti ab eius fratre Illust.Comite Aluisio, pro quo in aliquo
105 non tenebatur, † cùm pœna suos auctores tenere debeat.l.sancimus. C. de pœn. toto titu. ne filius pro patre,nec pater pro filio,nec vxor pro marito,&
106 similiter † quòd quis non debet alterius prægrauari.l.si quis in suo.C.de inoffic.testa.etiam in crimine læsæ maiestatis, vt per Dec. in consilio 64. co-
107 lum.1.vbi † in tali crimine frater non tenetur pro fratre, ex dicta plusquam iusta causa metus pro tutela corporis sui coactus fuit se transferre ad partes Gallicas, vbi contraxerit amicitiam cum Rege Christianissimo, non in odium Cæsaris, nec in eius perniciem, sed vt magis securè viueret,& sub clypeo regio protegeretur ab eius persequutoribus de quibus multum dubitabat,prout vnusquisque fortissimus vehementer poterat dubitare. Vn-
* de firma sequitur conclusio * communiter rece-
108 pta,† quòd accedens ad hostes, non vt eis auxilium impendat,nec ad iacturam domini, sed vt sibimet prosit,ne offendatur, dicitur dolo carere, & non esse in culpa: vt per Gramma. in terminis nostris,in consilio 31. numer. 29. rursus in consilio 13.
109 numero 35.& num 60.vbi † manens cum hostibus, non in damnum domini,sed vt euitaret periculum, & ipse non sit aptus ad arma, vt in casu nostro, vbi tempore quo Comes Scipio contraxit amicitiam

cum

cum Rege, non erat aptus ad arma: quia ætatis decem & octo annorum excusatur, iterum in voto 18. num. 6. Mart. de Laud. in c. 1. §. Item si fidelis, ver.
110 no. glos. quib. mod. feud. amit. vbi † Vasallus nō perdit feudum, si iusto metu ductus amicitiam contrahit cum inimicis domini, Gram. consil. 31. num. 43. Affl. in c. 1. Item si fidelis, num. 55. vers. & sciendum
* quib. mod. feud. amit facit gloss. * communiter approbata in c. 1. §. Sed quid si delator, quæsit 1. cau. ben. amit. Gram. in d. cons. 31. num. 36. cons. 13. num.
111 30. & voto 18. numer. 9. vbi dicunt, † quòd Vasallus committendo aliquam causam priuationis, non amittit feudum, si id per metum fecerit. Imò plus dicitur, quòd sufficit metum habuisse, si non iustè, saltem probabiliter ad excusationem, si per metum quid factum sit. Gramm. in d. consil. 31. num. 35. & in decisio 5. num 57. Cùm igitur ex his verisimilitudo satis vrgeat, & potens sit ad excusationem d. Comitis, quòd dictam amicitiam contraxerit cum d. Rege, & quòd dictas partes sequutus sit pro sui corporis tutela, quod etiam in terminis nostris considerat Alc. in cons. 467. & non in perniciem domini sui, cui tota nobilissima eius familia tantum inseruiuit, etiam propriis expensis, & quæ à Maie. Cæsaris tantum decorata fuit, vt dictum est suprà, videtur con-
112 cludendum, quòd d. Illustr Iudices † eam tanquam cognatam naturæ, teste Bald. in cons. 180. volum. 3.
113 Crauet. consi. 61. num. 9. & 135 num. 33. † & quæ habetur pro lege, Oldr. in consi. 13. summoperè attendere debent, & sequi, vt decet, & eò maximè considerata ætate d. Comitis, qui non erat aptus ad offendendum Cæsarem, nec ad suscipiendum arma contra eum, quia impotens, quod etiam ponderatur à Gramma. in d. cons. 13. num. 60. iuuatur quoq; d. Comes Scipio, ex capitulis sanctæ pacis, initę inter
114 maiestates Catholicam & Christianissimam, † quæ per easdem seruari debent, vt in §. si quis verò, vbi Bald de pact. Constan. Socin. Iun. cons. 60. num. 89.
115 volum. 3. quo casu † cùm pax ipsa non habeat vim simplicis indulgentię, sed restitutionis in integrum, secundum Bald. in c. primo §. hoc quoque in versic. priuilegia omnia, colum. 2. de pact. Constan. vbi in-
116 quit menti tenendum, quòd † si bona rebellium tempore rebellionis aliis sint concessa, facta pace sunt restituenda primis dominis, cùm tempore pacis omnia in pristinum reddi debeant, l. vnica, in princip. Cod. de cad. tollen. Rursus Bald. in dicto c.
117 primo §. sententiæ quoque, vbi dicit, † quòd sententiæ latæ contra rebellem occasione rebellionis, facta pace rescindi debent: quia cessante causa harum sententiarum, seu discordia sublata, cessare debet earum effectus, argumento l. generaliter. C. de episcopo. & cler. Iterum in ipso capitu. in §. possessio-
118 nes, vbi ait, † quòd possessiones, quæ possidebantur ante tempus belli, debent restitui possessoribus, & cum sententia Bal. in dictis locis transit AEgid. Bos. in titu. de restitu. quæ fiunt à princip. colum. 2. & Affl. in cap. 1. in 6. not. numero 36. hic finitur leg. Federic. quod equidem inquit procedere, etiam si sint concessa per delictum: sequitur ergo, quòd dictum oppidum prædicto Comiti Scipioni restitui debet. Et eò magis id procedere deberet, cùm oppidū prędictum reperiatur apud Fiscum, quo casu nullus
* ab hac sententia discrepat, vt tradunt Doct. * communiter in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. Et eò maximè hoc dicendum venit, stantibus capitulis dictæ sanctæ pacis, inter quæ vnum est, quod incipit: *Et ritorneranno li subditi.* vbi cauetur, quòd subditi & seruitores vtriusque maiestatis exceptis Neapolitanis, Mediolanensibus, & Siculis, non obstante, quòd inseruierint hostibus, plenariè restituantur ad bona capta, & occupata occasione belli, remaneantq; in eo gradu, in quo erant ante bellum, non obstantibus donationibus, concessionibus, declarationibus, confiscationibus, & sententiis commissis, & datis propter contumaciam, & in absentia partium, quæ non fuerint auditæ propter causam belli, cessantibus omnibus impedimentis, & contradictionibus, propter quod pactum inquit Angel. in l. penult. C. de capt. & postlim. reuer. quòd
119 ex quo † fictio postliminij quæcunque restituit, quę aufert captiuitas. l. fin. eod. titul. quòd illud est vtile pro exitiis, qui tempore pacis reuertuntur cum pactis, vt eis restituantur quæcunque tenebant tempore suę eiectionis, quia recuperabunt mobilia, & immobilia, quorum dominium, & possessionem habebant, & etiam meram detentionem, sequitur AEgid. in d. titul. de restitut. quæ fiunt à Princip. vbi etiam ponderat verba capitulorum, dum dicunt, quòd restituantur ad eorum bona, quibuscunque sententiis & processibus, occasione rebellionis factis non obstantibus. Vnde, cum d. Illustr. Comes Scipio
120 non † sit de exceptis, sed de comprehensis in generali restitutione, & sit de regula, cum exceptio facta in aliquibus casibus firmet regulam in non exceptuatis. l. quæsitum. §. denique. vbi Bart. ff. de fun. instruc. Dec. in consilio 604. num. 7. Videtur dicendum, quòd dicto capitulo standum sit, & quod illud obseruari debet.

Nec habet obstare, quòd Illustris. Comes Scipio beneficio dictæ generalis, & plenariæ restitutionis aliis concessę gaudere non debeat, propter specialem mentionem factam de eo in alio capitulo speciali, vt est videre in capitulo penultimo dictę pacis, vbi ipse non est relictus sub generalitate eorum, qui in pristinum statum sunt reponendi, non obstante seruitio ipsis Serenissimis Regibus, vel alteri eorum prędicto, sed de eo est facta specialis mentio, & conuentum, vt ad bona restituatur, si & prout iuris erit. Quia respondetur, quòd imò debet gaudere beneficio dictæ pacis, vt clarè demonstrant verba dicti capituli, specialiter de eo loquentia, dum in primo dicitur: *Similmente ch'il Conte Scipione dal Fiesco goderà del beneficio della pace, come se specialmente vi fusse compresso.* Ex quibus apertè patet, quòd debet gaudere beneficio dictæ generalis, & plenariæ restitutionis, de qua mētio habetur in alio c. suprà citato. quoniam præsens c. faciens specialem mentionem de eo, non venit derogatiuè ad aliud, de quo suprà, sed factum fuit ad tollendum omnem exceptionem,
121 quę obijci posset. † Nā specialiter expressa minorem habent dubitationem, & efficaciora sunt. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Decius in consi. 197. col. fi. Nec obst. quòd ex aduerso dicitur, quòd dictus Comes tātùm habilitatus videtur ad prosequendū iudiciū, & ad consequendum bona, prout iustitię fines postulabunt. Quoniam aduertendum esse arbitror, q; illa verba apposita in d. c *Et quanto à quello, che lui pretende essergli ritenuto de' beni, ne farà per suo procuratore ricercare in Genoua, & in altri luoghi, & il detto Re Catholico tenerà mano in fauore del Re Christianissimo, al quale detto Conte è seruitore, accio che la giustitia li sia administrata bona, & breue,* fuerūt addita ad finem prosequendi iudicium contra Cameram Regiam Mediolani occasione oppidi Pontremuli, quod Fiscus regius occupauerat sub prætextu criminis lęsę maiestatis commissæ per quondam Illustris. Comitem Aluisium eius fratrem, qui occiderat Illustrissimum quondam Zanetinum Aurium, & ratione aliorum bonorum, non autem vt fieret iudicium an Comes Scipio amiserit bona sub prætextu, quia cōtraxerat amicitiam cum maiestate Christianissima, & eius partes sequutus fuerit: quia, si ista interpretatio sumeretur, sequeretur, quòd non posset gaudere beneficio sanctæ pacis, prout tamen gaudere debent ex dispositione dictarum Maiestatum, si inspiciantur verba apposita in princip. dict. cap. quæ sunt: *Che' Conte Scipione del Fiesco goderà del beneficio della pace, come se specialmente vi fusse compreso.* Quomodo enim posset gaudere beneficio dictæ pacis, si deberet fieri iudicium super eo, quòd dictas partes Gallicas sequutus fuerit? certè non posset. Vnde, vt
122 dicta † verba non videantur apposita frustratoriè, & sine virtute operandi, contra l. si quando, de leg. 1.
123 & Bald. in Rubri. C. de contrah. empti. quæst. 9. † vbi nullum verbum etiam minimum non debet esse superfluum. Decius in consi. 626. num. 7. vbi nec syllaba apposita censetur, nisi sit necessaria: dicendum venit, quòd dicta verba debent intelligi eo modo, quo suprà, & non aliter, quia operabuntur suum effectum: & sic dictus Comes Scipio gaudebit beneficio dictæ pacis, vt firmatum fuit inter dictas Regias Maiestates.

Vltimò

Vltimò dicitur, quòd dictum capitulum mentionem faciens de ipso Illustr. Comite Scipione factum etiam fuit, quia Rex Christianissimus intendebat demonstrare Catholicæ maiestati, & seculo, quanta cum benevolentia, & amore dictum Comitem prosequebatur vti benemerentem: quod equidem prosequebatur vti benemerentem: quod equidem prosequebatur vti benemerentem: quod equidem pro-
124 prium est Principum. † Nam multa benemerentibus cõceduntur, quæ alijs denegãtur. l. Aquilius Regulus. l. si pater, §. 1. ff. de dona. Iaſ. latè in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure. Dec. in conſ. 498. num. vigesimo quinto. quo casu inducta in fauorem alicuius, non debent in eius odium retorqueri, vulgata l. quod fauore, de legibus, prout sequeretur in terminis nostris, si dictum capitulum intelligeretur, prout conantur intelligere fiscales Regiæ Cameræ, igitur, &c.

Non obstat vltimum motiuum insignis Polydorij, dum dixit, quòd ex quo capitulum pacis lo-
125 quitur tantùm de restitutione immobilium, † quorum appellatione non veniunt iura, secundùm Alex. in conſ. 45. num. 12. volum 1. & nondum liqueat Comitem Scipionem habuisse alia immobilia, ad quæ detur restitutio, quòd in ea non cadunt iura Pontremuli, tanquam tertia species separata ab immobilibus. Quoniam respondetur plurimis modis,
126 & primò, † quòd appellatione bonorum veniunt iura, & actiones tendentes ad consequutionem bonorum immobilium, vt per Bart. in l. mouentium. ff. de verb. signif. & in l. is potest. col. 1. ff. de auth. tu-
127 to. vbi dicit, † quòd quando actio competit ad rem immobilem, iudicatur vt de immobili, sicuti etiam iudicatur de re mobili, quando datur ad rem mobilem. Alexand. in conſ. 244. col. 1. vol. 6. per text. §. * in authen. de non alienan. vel permutan. collat. 2. Et hanc partem vti *communem amplectitur Tiraq. in tract. de retract. fol. mihi 77. num. 17. pro qua sententia facit quod notant Butr. & Imol. in cap. nulli,
128 de reb. eccleſ. non alien. vbi dicunt, † quòd iura seruitutum prædialium adhærent immobilibus: quia inter immobilia computantur. facit etiam quod
129 notat Bald. in cap. 1. de contro. inter masc. & fœm. vbi etiam † decimæ computantur inter immobilia. Sequitur Alex. in conſi. 211. num. 5. volum. 6. hinc etiam dixit Card. in clemen. prima, in nona quæstio-
130 ne, de reb. eccleſ. non alienan. † quòd ius collectandi & exigendi pedagium connumeratur inter immobilia, cui accedit quod notat Alexan. in l. si constante. §. fin. columna fina. ff. soluto matrimonio. vbi
131 † annui reditus cõputantur inter immobilia. Cùm igitur in casu nostro agatur, nedum ad relaxationem oppidi Pontremuli, & bonorum immobilium ibidem sitorum, sed etiam ad alia quæ computantur inter immobilia, meritò cessat motiua supradicta.

Secundò respondetur, quod imò in capitulo pacis specialiter loquente de ipso Comite, cauetur: *Che quanto à quello che lui pretende essergli ritinuto beni, ne faccia ricercare in Genoua, & altri luoghi, che il detto Re Catolico tenerà mano in fauore del Re Christianissimo, al qual detto Conte è seruitore, accio che la giustitia li sii administrata bona, & breue.* Ponderandum enim illud
132 verbũ, boni, simpliciter prolatum, † quorum appellatione veniunt iura & actiones, est text. in l. si constante. §. fin. ff. soluto matrimonio. vbi per illum text. dicunt ibi Bald. Angel. & Alexand. quòd publicatis bonis veniunt iura & actiones, si nomen bonorum est simpliciter prolatum. Idem Bald. in l. si maritus in fin. ff. eodem titul. Negus. in tract. de pig. char. 6. colum. 4. Pariſ. in consilio 94. nume. 12. vo-
* lum. 2. Et hanc esse *communem attestatur Tiraquel. in repetit. l. si vnquam, in verb. bona. num. 8. cum duobus sequentibus. C. de reuo. dona. Accedit
133 etiam quod notat Bart. in l. rem alienam, colum. 2. in fin. ff. de pigno. actio. vbi dicit, quòd † appellatione bonorum venit, quòd quis potest vendicare rem pro qua habet actionem, si eam non possidet, vel exceptionem si possidet. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom.

Tertiò respondetur, quòd in rescripto catholicæ maiestatis mandatur excellentissimo Senatui, vt de iuribus, quæ dictus Comes Scipio prætendit habere in oppido Pontremuli cognoscat, & iustitiæ com-
134 plementum sibi ministret. Vnde, † si forma mandati diligenter custodienda est, & fines eius transgrediendi non sunt. l. diligenter. ff. mand. cap. cum dilecta, de rescript. Pariſ. in conſ. 171. num. 32. volum. 4. Alex. in con. 25. num. 2. vol. 2. & conſ. 90. numer. 2. vol. 3. Dec. in consil. 493. colu. antepenult. in fin. vbi
135 in quit, † quòd mandatum diligenter debet obseruari, & non solùm in substantia, sed in qualitate, vt not. Butr. in cap. Pisanis, in 7. notabili de restit. spolia. Iaſon in conſi. 134. volum. 4. in conſi. 56. colum. pen. volum. 3. & in conſi. 200. colum. 1. volum. 2. meritò sequitur, quòd à forma dictæ commissionis recedere non possunt, vt ibi per Iaſo. in d. 1. colum. Vnde ex his quæ dicta fuerunt, concludendum esse arbitror, oppidum Pontremuli cum iuribus & pertinentijs, de quibus suprà, omninò restituendum esse, & restitui debere prædicto Illustr. Comiti Scipioni per dictum illustrissimum Senatum, vnà cum fructibus, eius arbitrio declarandis: non obstantibus oppositis, & exceptuatis per fiscales Regiæ Cameræ, prout facturum spero.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij II.

1 *Ordo iuris est, vt prius de possessione, quàm de proprietate agatur.*
2 *Quod ampla procedere de iure Canonico.*
3 *Et etiam in materia feudali.*
4 *Possessionis commodum est, quòd ille qui possidet, dicatur reus, qui actore non probante absoluitur.*
5 *Possidentis conditio est melior in re dubia.*
6 *Hæres scriptus in testamento non abolito, nec cancellato, nec in aliqua sui parte vitiato, mittendus est in possessionem bonorum, quæ defunctus tenebat, & possidebat tempore mortis suæ.*
7 *Remedium l. fi. C. de edict. diui Adria. tol. datur hæredi scripto, non solùm vt inducatur in possessione hæreditatis defuncti, sed etiam vt in possessione iam apprehensa propria auctoritate confirmetur.*
8 *Remedium d. l. fi. quod dicitur adipiscendæ, est summarium, & celeriter ac de plano propter notorietatem resultantem ex testamento expediendum.*
9 *Imò magis summarium, quàm aliud possessorium.*
10 *Instrumentum testamenti dicitur habere paratam executionem.*
11 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, & non feudalia.*
12 *Res feudalis dicitur habere quandam seruitutem.*
13 *Seruitus non præsumitur.*
14 *Res omnis præsumitur libera, habito respectu ad originalem habitũ propter naturalem statum rerum, nisi probetur aliqua alia qualitas seruitutis apposita.*
15 *Præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium.*
16 *Inuestitura facta de castro, & terris cultis, & incultis, non arguit ipsas esse feudales.*
17 *Concessio facta de iure, quod quis habet in tali castro & eius finibus, tanquam obscura nihil operatur, nisi de iure concedentis appareat.*
18 *Incertitudo impedit acquisitionem possessionis.*
19 *Confirmatio non est noua datio, sed per eam confirmatur prius habitum & possessum.*
20 *Relatiuum, quæ, sine copula stat restrictiuè & limitatiuè.*
21 *Marchio si vendit castrum, & ipsius territorium cum omnibus terris pertinentibus ad castrum, venditio dicitur facta limitata ad terras, quæ essent de pertinentijs.*

22 *Relatiuum, qui, quæ vel quod, si est adiectum alicui determinato, facit conditionem.*
23 *Conditio si deficit, totum corruit.*
24 *Paria sunt non esse, sed esse, & non apparere.*
25 *Alba reprobatur in consi. 60.*
26 *Hæres scriptus mitti debet in possessionē bonorū feudalium, quæ defunctus possidebat tempore mortis.*
27 *Filia hæres instituta à patre mitti debet in possessionem bonorum feudalium, & agnati non sunt legitimi contradictores.*
28 *Dispositio cap. 1. §. inter filiam, si de feud. fuerit controuer. inter dom. & agna. procedit, nedum in filia, sed etiam in extraneis.*
29 *Filius hæres siue extraneus agit petitione hæreditatis ad feudum contra possidentem.*
30 *Edictum diui Adr. in feudis locum habet.*
31 *Dispositio d. §. inter filiam, locum etiam habet, quando agnatus reperitur possidere.*
32 *Agnati sunt legitimi contradictores ad impediēdam missionem in possessionem bonorum feudalium, si offerunt incontinenti velle probare bona esse feudalia.*
33 *Probare quis dicitur incontinenti, quando habet instrumenta in manibus, & illa ostendit sine alia dilatione.*
34 *Fideicommissarius vniuersalis paratus incontinenti probare de iure suo, impedit hæredem mitti in possessionem vigore l. fi. C. de edict. diui Adria. tollen.*
35 *Dominij defectus non obstat in possessorio, si incontinenti de illo probetur.*
36 *Statutum si reijcit omnes exceptiones contra sententiam vel instrumentum, legitimas exceptiones reijcere non videtur, quæ incontinenti possunt probari.*
37 *Indaginem altissimam quæ requirunt in iudicio possessorio, non veniunt admittenda, sed in petitorio reseruanda.*
38 *Beneficium d. l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollen. est possessorium quasi recuperandæ possessionis.*
39 *Probatio quando dicatur fieri incontinenti.*
40 *Ab antiquioribus inuestituris non est recedendū, nisi in posteriorib. expresse dicatur, quòd de communi cōsensu aliter facta sit, quàm hactenus esset solutū.*
41 *Negatiua quomodo probetur.*
42 *Hæres scriptus mittitur in possess. bonorum defuncti, non obstante, quòd testamentum falsum vel inofficiosum, vel alio vicio subiectum esse dicatur.*
43 *Bona allodialia & feudalia, quando sunt commixta, ipsorum discussio vel separatio non est fienda in iudicio possessorio, sed petitorio.*
44 *Aduersarij quando possident cùm vitio, non possunt impedire missionem in possessionem.*
45 *Inuasio simile est expilationi.*
46 *Hæreditas expilata, potest dici quasi spoliata.*
47 *Agnati non sunt legitimi contradictores ad impediendam immissionem in possessionem, iuxta l. fin. C. de edicto diui Adr. tol quando non habent titulum ab hærede vel defuncto.*

CONSILIVM II.

VIso & perlecto eleganti consilio celeberrimi, & consummatissimi Iurisc. Dom. Traiani Delphini mihi vti fratris obseruandissimi edito in fauorē Illust. filij Illust. Comitis Camilli Castiglioni hæredis ex testamēto quondam Illustr. Comitis Antonij de Hippolytis, sententiam ipsius vti amicam, & consonam legibus approbandam esse & confirmandam duxi. Et quia
1 †ordinarij iuris est, vt priùs de possessione, quàm de proprietate agatur, l. ordinarij. C. de rei ven. l. incerti. C. de interd. Et vt exordiar cum Dec. in cons. 424.
2 col. 2. in prin. in con. 467. in princ. & 498. col. 1. †quod etiā procedit de iure Cano. Abb. in c. cùm ad sedem,
3 de restit. spol. Goza. in cons. 10. nu. 15. Et in materia feud. Affl. in c. 1. in 3. notab. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agna. quod ex eo constitutum videtur, vt ille qui victus est, de possessione petitoris parte
4 fungatur. l. exitus. ff. de acq. poss. † Et commodum possessionis est, quòd ille qui possidet, dicatur reus, qui actore non probante absoluitur. §. commodum, instit. de interdic. c. ex literis de probat.
5 † Et si res dubia est, melior est conditio possidentis. Barto. in l. 1. §. non autē. ff. de secund. tab. Port. in cons. 29. nu. 15. & 125. nu. 44. Ideò maturè fuit consultum præfato Illustr. Comiti Camillo vti legitimo administratori eius filij, vt prius intentet possessorium, quàm petitorium, in quo quidem possessorio res clara esse videtur in fauorem d. Illust. hæredis, q. habere debeat possessionē bonorū, quæ d. Illust. Comes Antonius tempore mortis suæ tenebat & possidebat, siue essent bona allodialia, siue feudalia: de allodialib. non videtur dubitandum, quoniam in-
6 dubitati iuris est, † q. hæres scriptus in testamento nō abolito, nec cancellato, nec in aliqua sui parte vitiato, mittendus est in possessionem bonorum, quę defunctus tenebat, & possidebat tempore mortis
* suæ. text. est ad literam in l. fi. C. de edict. diui Adriatol. & ibi * communiter Doct. Ias. in cons. 172. col. 2. volu. 4. Gozad. in cons. 7. nu. 5. & in cons. 50. num. 7. Ruin. in cons. 129. col. fin. volu. 2. Bero. in cons. 1. nu.
7 9. volu. 2 53. nu. 4. & 54. vol. eod. vbi inquit, † quòd hæredi scripto datur remedium d. l. fin. non modò, vt inducatur de nouo in possessionem hæreditatis defuncti, sed etiam vt in possessione iam apprehensa propria authoritate confirmetur. Rursus in cons.
* 55. nu. 5. 56. in prin. 66. colum. 1. in fin. volu. eod. & in cons. 69. nu. 8. volum. 8. quam sententiam vti * communem sequuntur Curt. Iun. in cons. 41. colum. 2.
8 & 109. col. 4. † quod quidem remedium, quod dicitur adipiscendæ, Doct. in d. l. fin. Dec. in cons. 84. col. penult. est summarium, & celeriter ac de plano propter notorietatem resultantem ex testamento expe-
* diendum, teste Barto. quem omnes * alij sequuntur in d. l. fi. Bero. in cita. con. 56. in princ. & 60. colum. 2.
9 † Imò magis summarium quàm aliud possessorio-
10 um Bero. in cons. 57. colu. 1. vol. 2. † quo respectu instrumentum testamenti dicitur habere executionem paratam, vt per Bart. in d. l. fi. col. 5. & Ias. colu. 1. quæ conclusio nullam penitus habet dubitationem respectu bonorum allodialium, in quibus hæ-
11 res fundatam habet intentionem, † cùm in dubio allodialia esse præsumantur, & nō feudalia, vt not. Ioan. And. in c. nimis, vbi etiam alij, de iureiur. Alexand. in cons. 129. in princ. volum. 1. vbi dicit, quòd res præsumitur allodialis ac libera, & non feudalis, nisi verè vel præsumptiuè probetur feudalis. Ra-
12 tio q. est, † quia res feudalis dicitur quandam seruitutem habere. gloss. in l. si cuius. §. si vsusfructus, in
13 verbo oportet ff. de vsufruct. † quæ non præsumitur. l. altius C. de seruit. & aqua. Cur. Sen. in cons. 75.
14 colum. 2. † vbi omnis res præsumitur libera, habito respectu ad originalem habitum propter naturalem statum rerum, nisi probetur aliqua alia qualitas appositа seruitutis † Et quòd ista præsumptio
15 libertatis transfert onus probandi in aduersarium, allegat Bartol. in l si prius, in 4. char. verfic. venio ad tertiam partem, de oper. nou. nunciat. Dec. in consi. 32 col. pen. in fin. 269. in princ. 424. col. 2. 468. col. 2. & 588. col. 2. Ruin. in cons. 45. col. fi. vol. 1. Paris. in cons. 20. in princ. vol. 1. 23. nu. 9. vol. eod. & in cons. 16. num. 14. volu. 4. Alc. in cons. 491 c. fi. Socin. Iun. in consilio 102. col. 4. in princ. vol. 2. Bero. in consi. 115. num 30. vol. 1. vbi ait, quòd in dubio non præsumitur, quòd bona sint feudalia, siue quòd homines sint homagio ac oneri & seruituti homagij, & mansatæ subiecti, & cons. 65. num. 157. volum. 2. vbi asserit hanc
* esse * communem. 152. num. 18. volum. eod. & 49. nu. 6. volum. 3. His igitur sic stantibus, infertur quòd immittendus veniat in possessionem omnium prędiorum repertorum in bonis defuncti tempore mortis suæ.

Nec

16 Nec habet obstare si dicatur, † quòd imò prædia ipsa dicuntur feudalia, quia in inuestitura prima Gazoldi comprehendantur nedum castrum, sed etiam possessiones, terræ cultæ, & incultæ, prata, &c. ex quibus verbis demonstratur, prædia siue cultiua, siue pratiua, siue alterius qualitatis, esse allodialia, per ea quæ scribit Alba. in consi. 60. num. 7. vbi inquit, quòd quamuis bona in dub. præsumantur allodialia, & non feudalia, tamen si in inuestitura castri dicatur cum pertinentijs, vel cum iuribus, generalitas ipsa declaratur ex possessione bonorum, quia omnia bona quæ inuestitus possidebat in territorio, censebantur feudalia: Quia respondetur,
* quòd contra Albam extat * communis schola Doctorum, quòd per dicta verba, prædia ipsa non probantur feudalia, nisi aliter probetur de iure concedentis: quoniam dicta verba tantùm important, ac
17 si per inuestientem dictum fuisset, † concedo quicquid iuris habeo in tali castro & eius finibus, quæ concessio tanquam obscura non valet, vt constat ex nota. per Dy. Bartol. & alios in l. si sic. §. si mihi, de lega. 1. vbi dicunt, quòd si Comes concessit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali loco, seu in tali villa, hæc concessio nihil operatur, nisi de iure concedentis appareat, debuit enim probare & constare, quid
18 Comes in dicta villa tenebat, & possidebat, † alioquin incertitudo impedit acquisitionem possessionis, & consequenter ex tali concessione non potuit vsucapiendi seu præscribendi conditio transferri l. 3. §. incerta. l. locus. l. si quis fundum. ff. de acquir. pos. Accedit quod scribit Oldra. in cons. 164. vbi ait, quòd si Comes concessit, si quid in dicto loco habebat, quòd per dicta verba generalia, & sub quodam confuso sermone prolata, nihil iuris dicitur collatum, nisi quantum Comiti competere ostendatur. d. l. si sic. §. 1. & quòd apertè hoc describit lex, dum inquit, quòd si dicam, quicquid mei iuris est in hoc fundo tibi trado, & incertum sit quantum iuribus habeam, nihil tradam & ille nihil accipit. d. §. incertam, & si Episcopus de quo ibi nihil aliud probet, quàm per priuilegium, certum est, quòd eius intentio non est plenè nec simpliciter probata. c. auditis de præscrip. & quòd non iuuant etiam confirmatio-
19 nes posteà subsequutæ: † quia de intentione confirmantium etiam non est aliquid noui dare, sed confirmare tanquam prius habita & possessa, c. inter dilectos. §. porrò, sed de fide instrum. vnde, cùm prima concessio per se sola non iuuet Episcopum, non iuuabunt quoq; confirmationes priuilegiorum, quæ ex ipsa prima causa originem acceperunt, vt à primordio tituli posterior formetur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. descri. lib. 10. sequitur Bero. in consi. 21. col. pen. volu. 1. Imò plus dixit Alex. in consi. 187. nu. 9. volu. 3. quòd istud etiam procedit, si res singulariter specificetur, vt si concedens dixerit, quòd concedit iura, quæ habet in tali fundo, & cum expressione confinium. Dec. in cons. 302. col. 3. in fin. & Craue. in consil. 292. colum. 4. Et eò maximè huiusmodi probatio facienda esset in casu nostro, cùm in prima concessione Gazoldi Cæsar non concesserit primo acquisitori terras existentes in finibus ipsius loci indistinctè, sed tantùm quas tenuerunt & possederunt spectabilis Raterius Comes de Mosio, & quondam Albertinus de Hippolytis, & sic restricti-
20 uè & limitatiuè per illud relatiuum, † quæ, sine copula, quòd stat restrictiuè & limitatiuè, vt per Bart. in l. ea adiectio, de lega. 3. Docto. in l. omnes populi, de iust. & iur. & per ea quæ dixit Crau. in cons. 292.
21 nume. 4. in fin. vbi dixit, † quòd si Marchio vendit castrum & ipsius territorium, cum omnibus terris cultis vel incultis pertinentibus ad ipsum castrum, venditio dicitur facta limitatiua ad illas terras & possessiones, quæ essent de pertinentijs castri: quia illud participium, pertinentibus, resoluitur in relatiuum, quæ pertinent. glo. in clem. 1. in verb. dignitatibus. in fi. de præben. quod relatiuum stat restrictiuè & limitatiuè ad eas terras tantùm, quæ pertinent ad castrum. Et ideò, quòd ille qui vult dicere, illas terras esse de pertinētibus, debet probare, quę, quot, & quanta sint, quæ pertinent ad castrum, per not. in d. l. omnes populi, ergo & idem dicendum in terminis nostris, cuius sententiam amplexus sum in cons. 82. num. 28. vol. 2.

Accedit quod scribit Aret. in cons. 166. colu. 1. vbi ait, quòd si verba priuilegij sonant hoc modo: Concedo omnia, quæ isti nobiles habent iusto titulo in Comitatu Lucensi, nihil operatur huiusmodi concessio, nisi aliter doceant isti nobiles, quæ erant illa, quæ habebant in Comitatu Lucensi iusto titulo. omninò Signo. de Homod. in consi. 19. col. penult. in fin. cum princ. sequentibus, quem sequitur Natta in consi. 514. num. 31. vbi expressè terminat, quòd si facta fuit inuestitura alicui de omni eo, quod tenebat Iac. de Arali, licet inuestitura tali modo facta à iure non reprobetur. l. vxorem. §. legauerit. de lega. 3. tamen nisi certificentur terræ, reducitur ad nihilum.
22 l. quod in venditione. ff. de hæred vel actio. vend. † Item, quia relatiuum qui, quę, vel quod, adiectum
23 alicui indeterminato, facit conditionem. † qua deficiente totum deficit. l. qui hæredi. §. fin. ff. de condi. & demon. & quæ dicitur deficere, ex quo non appa-
24 ret quid certum. d. l. si sic. † Item, quia non esse, vel esse & non apparere, paria sunt. l. in leg. ff. de contrah. empt. pro qua sententia optimè conferunt dicta per Ruin. in cons. 30. num. 6. & sequenti, vol. 1. vbi dicit, quòd si dicatur probatum, quòd iste est bene certificatus, qualiter Alamadranæ omnes quæ sunt in costa maris, erant suæ, quòd relatiuum quæ adiectum certæ generalitati sine copula, stat restrictiuè, & sic restringitur ad illas Alamadranas, quæ erant tempore literarum per totam costam maris, vbi autem, & in quo loco essent, & earum numerus, non probatur ex illis verbis, & si per Marchionem negetur, quòd in territorio de Tariffa essent aliquę Alamadranæ, intentio sua est fundata, & asserenti in contrarium incumbit onus probandi.

25 Nec est verum, † quod dixit Alba in d. consil. 60. quia contra eum est aperta decisio Alex. in consi. 55. colum. 8. vol. 4. vbi concludit, quòd si aliquis est inuestitus de Castro cum iurisdictione, & alijs iuribus & pertinentijs, possideat prædia in loco illo, tamen non præsumuntur feudalia, nisi per alias probationes limitatè appareat de ipsis, & Alex. sequuntur Curt. Iun. in consi. 41. nu. 7. & 108. col. 4. Natta in cons. 514. nu. 30. dixi in cons. 82. nu. 10. cum pluribus sequentibus in 2. volu. & non eundo per mendicata suffragia, & in terminis de quibus agitur, quòd dicta verba, cum terris, &c. posita in inuestituris, non faciant censeri eas esse feudales, nisi aliter demonstretur de iure concedentis, est decisio Bru. in cons. 1. col. 1. Craue. in d. con. 292. col. 4. Bos. in tract. crim. in tit. de principe, nu. 253. c. fin. vbi refert ita aliàs fuisse iudicatum in Senatu Mediolani. Natta in cons. 313. colu. 1. & in cons. 514. nu. 29. & ita scripsi in consi. meo 82. num. 14.

Vlteriùs dicitur, quòd etiam dato, & præsuppositò, quòd prædia ipsa essent feudalia, & alia de quibus in dicta inuestitura, de cuius veritate aliàs dice-
26 tur in petitorio, si opus fuerit, † quòd etiam hæres ipse virtute dicti testamenti mittēdus venit in possessionem ipsorum bonorum, per nota. per Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de testa. §. penult. in vlt. additione, vbi refert Guid. de Suza. qui in dicta
27 l. fin. quærit, † an si vnica filia hæres instituta à patre Vasallo petat mitti in possessionem in omnibus bonis inclusis feudalibus, agnati sint legitimi contradictores quò ad feudalia? arguit pro & contra, tandem concludit, quòd in possessionem debet mitti, & agnati non sunt legitimi contradictores, etiam si feudum debeatur agnatis, & ei restitui debeat. subdentes de hoc esse casum in c. 2. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. & post missionem venit cognoscendum & diffiniendum, & si consuetudo, vel aliud ius iuuet filiam, defendetur in illo,
* aliàs assignabitur agnatis, quam decis. * communiter sequuntur scriben. in d. l. fin. Ias. in cons. 172. col. secunda, in princip. volum. 4. Ruin. in consilio 18. num. 20. volum. 1. & in consi. 45. colum. 5. in princip. volum. eod. Dec. in cons. 424. colu. 3. in prin. in consilio 467. colum. 2. 390. colum. 6. versicu. & primo. 588. colum. 2. & 498. in principio. & consil. 269. Afflict. in decisio. 119. Gozad. in consi. 7. colum. 1. Paris.

in conſ.22.nu.64.vol.1.& 41.col. fin. vol.eod.Brun.in conſi.1.colum.1 & 83.col.1. Curt.Iun.in conſi.41.col. 2.vbi aſſerit hanc eſſe communem, & in conſi.108. colum. 4. Alciat.in conſ.172. in princip.257.in prin. & in conſi. 199.in fin.Bero.in conſilio 58.in fin. vol. 2. 68.in princ. 176.nu.51.vol.eod. 45.nu.19.vol.3.

Nec vis facienda eſt,quòd diſpoſitio d.§.inter filiam,& deciſiones Docto. in d.l.fin. loquuntur in filia,& non in alijs: quia præſumptio eſt pro ea, cùm viuo patre dicatur quaſi domina.l. in ſuis. ff.de lib.
28 & poſthum. Quia reſpondetur,† quòd diſpoſitio d. §.inter filiam,non ſolùm procedit in filia,ſed etiam & in extraneis, quod probatur, quia ratio illius §. quæ eſt, quia filia intentionem habet fundatam, cùm defunctus cenſeatur dominus, ita etiam & eius hæres, vt per gloſſ. & Docto. ibi ita, militat in quolibet extraneo hærede,vt patet ex dictis per Dec. in conſi.424.colu.2.vbi inquit, quòd illa ratio,quæ locum habet in filia, quòd mittatur in poſſeſſionem, cùm habeat intentionem fundatam de iure communi, vt admittatur ad hæreditatem patris, authen.in ſucceſsione. C. de ſuis & legit.hæred.§.in auth.de hæred.ab inteſta.coll. 9.ita militat in ſorore,quæ non exiſtentibus filijs fratris ſuccedit.auth. defuncto.C.ad Tertul.& in conſi.558. Pariſ.in conſi. 22.nu. 65.volu.1.vbi poſt multos ibi per eum relatos concludit, fœminam hæredem, ſiue filiam, ſiue ſororem præmortui mittendam eſſe in poſſeſſionem bonorum etiam feudalium, & immiſſam debere in ea conſeruari,& quod agnati prætendentes ius,non dicuntur legitimi contradictores. Goza. in conſi.7. col.2. in fin. vbi inquit d. §. inter filiam militare in quocunque hærede extraneo.

29 Hinc videmus, † quòd hæres, ſiue filius,ſiue extraneus agit petitione hæreditatis ad feudum contra poſſidentem.gloſſ.in l. item veniunt.§. fin.in gl. fin. ff.de pet.hæred.quam ſequuntur Bart.& alij in l. ſi patroni, ad Trebel & licet Bar.in l.vt iuſiurand.§. ſi liberi. ff. de oper. libert. dicat illam gloſ. reſtringendam,quando ille, qui ageret petitione hæreditatis ad bona feudalia,erat de filijs,vel de comprehenſis in inueſtitura,aliàs ſecus,tamẽ Docto. * communiter intelligunt illam gloſ. indiſtinctè procedere, iterum in conſilio 10.num.44. Ruin. in conſ.45.nu. 11.volum.1. quia id quod dicitur de filia,pariter dicendum eſt de quocunque extraneo : quia filia non minus excluditur à feudo quàm extraneus.1.§.& quia videmus,de his qui feud. dar. poſ. & in c.1.de nat.ſucceſ. feud. ac ex notatis per Bald.in c.1.colu.5. verſic. quæro nunquid.an agna.vel fil.vbi determi-
30 nat indiſtinctè,† quòd edictum diui Adr.tol.in feudis locum habet : quia in illo iudicio veniunt & res de quibus quis non poteſt teſtari, vt res depoſitæ & commodatæ,vt not.gloſſ in d.l.ſi. & ibi Scrib.ſufficit enim in his detentio tempore mortis defuncti. Alcia.in conſi.162.num.2.Domini Hier.Lucen.& Alberi.in conſ.41.num.53.inter conſilia ſtatus Montisferrati,Collegium Bononienſe ibi in conſ.14.num. 13.Senatores Mantuani ibi in conſ.1.nume.55.Socin. Iun.ibi in conſi.3.num.36.& in conſi.20.col. 2. volu.
* eo.dixi in con.1.nu.72.ver.venio ad quartum.vol.1. & hanc eſſe * receptiorem ſententiam inquit Port. in conſ.1. nu.18.

31 Nec huic ſententiæ refragari videtur,† quòd diſpoſitio d.§. inter filiam,locum habet quando agnatus non reperitur poſsidere, aliàs ſecus ſi poſsideat: quia tunc ceſſat diſpoſitio ipſius §.Dec.in conſi.517. colum.penult.quem ſequuntur Gozad.in conſ.50. colum.fi.& Alba.in conſ.78.nu.18.quia reſpondetur, hæredem quamuis extraneum immittendum eſſe, & immitti debere etiam in poſſeſſionem bonorum feudaliũ poſſeſſorum per agnatum, vt in terminis decidere videtur Dec. in conſ. 424. vbi concludit, ſororem immittendam eſſe in poſſeſſionem bonorum nedum allodialium,ſed etiam feudalium fratris defuncti,non obſtante, quòd agnatus poſsideret, quam deciſ. referunt & ſequuntur Senatores Mantuani in d.con.1.nu.55. Et aduertendum eſt, quòd conſilium Decij fuit requiſitum pro veritate. Itẽ pro iſta opinione eſt textus in c.1.§.defuncto milite,ſi de feud.fue.contro.inter dom.& agna. vbi filia debet mitti in poſſeſſionem feudi excluſo domino,& ſic nõ attenditur,an poſsideat dominus. Collegium Bononienſe in conſ. 14.nu. 33. inter conſilia ſtatus Montisferrari,& ibi in ſignis D. Hierony. Lucen.in conſ.5.nu.22.& 25.Confirmatur hæc reſponſio ex gloſ.in c.1.de contro. inter maſ.& fœmin. vbi gloſ.dicit, quòd fœmina mitti debet in poſſeſsionem, vbi eſt controuerſia inter eam & agnatum, non ſolùm ſi poſſeſsio vacat,verùm etiam ſi agnatus poſsideat,qui ſi prætendit prędium eſſe feudale, debet poſteà petere,quam gloſſ.ibi ſequuntur Bald. & Lauden.per tex.in d.§.inter filiam.

Non obſtat quoque,quòd per dictos aduerſantes impediri poſsit huiuſmodi immiſsio bonorum feu
* dalium requiſita per ipſum hæredem ex * commu-
32 ni deciſ.Docto.quæ habet,† quòd quoties quis petit ſe immitti in poſſeſsionem bonorum feudalium,ſi agnati ſunt parati probare incontinenti bona eſſe feudalia, dicendo, hodie conſtat, hodie agatur,dicuntur legitimi contradictores ad impediendã immiſsionem in poſſeſsionem.Iſer. Præpoſ. & alij in d. § inter filiam.Sed domini aduerſantes videntur(vt audio)dicere ſe habere ſua iura in promptu,& inueſtituras,per quæ & quas conſtat, bona relicta per teſtatorem tempore mortis ſuæ fuiſſe feudalia, ergo dicuntur incontinenti probare de iure ſuo, quod ſufficere videtur ad dictam immiſsionem impediendam per ea,quæ ſcribit Bal.in l.2. C. de edict. diui
33 Adr.tol.vbi ait, † quòd quando quis habet inſtrumentum in manibus, & illa oſtendit ſine alia dilatione,dicitur incontinenti probare. Refert Dec.in d.con.424.col.2.& 467.colu. 2. Pro cuius confirmatione adducitur in medium, quod notant Bartol.&
* * communiter alij in l.filiam fratrib. ff. ad Trebel-
34 lian. † vbi fideicommiſſarius vniuerſalis,ſi paratus eſt incontinenti probare de iure ſuo, impeditur hæres immitti in poſſeſsionem vigore d. l. fin. nam in remedio d.l.fin.quod eſt adipiſcendæ. Bero.in conſ.
35 62.nume.17.volum.3.† Nec obſtat defectus dominij, ſi incontinenti de illo probetur, vt not.Bar.in l.fin. C.quor.bonor.& in leg.1.quor.legator. Dec.in conſilio 220 colum.1.Pariſ. in conſi.53. num.110.volum. 3.Ruin.in conſi.107.num.3.volum.4.26. num.7.volum.5.& in conſi.140.volum.eod.faciunt notata per Abb.in c.ſuſcitata,colum.penult.de reſtit. in integr. in c.ſuper eo, in fin. de offic. dele. & in conſilio 64.
36 libr.1.vbi dicit, † quòd ſi ſtatutum reijcit omnes exceptiones contra ſententiam vel inſtrumentum, non videtur reijcere,quando quis velit incontinenti probare legitimas exceptiones. Gozad. in conſi. 50.num.20.in fin.Bero.in conſ. 69.num.3. volum.3. & in conſ.89.colum fin. volum.eod. Vaſq. in tribus libris contro.c.88.colum.1. Quia reſpondetur, præmiſſam concluſionem nullo modo locum habere poſſe in caſu de quo agitur : quia negatur dominos aduerſarios poſſe incontinenti probare de iure ſuo, imò pro firmo habetur,quòd nunquam de eo edocere poterunt, cùm omne ius ſuper bonis prædictis ſpectet ipſi domino hæredi, nam reſpectu prædiorum clarum eſt,quòd per priuilegia vel inueſtituras nõ poterunt incontinenti docere de iure concedentis ſuper ipſis præſidijs, quòd fuerint ſua,nec in quibus regionibus,& ſub quibus confinibus,quę tamen omnia probanda ſunt,iuxta ſuperiùs allega-
37 ta: † vnde, cùm hæc altiſsimam requirant indaginem,in hoc præſenti iudicio poſſeſſorio ſummariſſimo non veniunt admittenda, ſed in petitorio reſeruanda,glo.& Doct.tam in l.2.C.de edict diui Adr. tol.quàm in l. fin. eiuſdem tituli, & ideò notabiliter inquit Bald.in conſ.141.colu.2.in fin. vol. 1. quòd ea quæ requirunt altiorem indaginem, non impediunt quominùs hæres ſcriptus mittatur in poſſeſsio-
38 nem,adducens pulchram rationẽ,& dicens, † quòd beneficium d.l.fi.C. de edic. diui Adr.tol.eſt poſſeſſorium,quaſi recuperandæ poſſeſsionis,ac ſi diceremus,quòd hæreditas fuerit quaſi ſpoliata in perſona hæredis reſtituenda & reintegranda, licet hæreditas propriè non poſsideatur, & quòd in dicto edicto non eſt plenè diſputandum de vero iure hęreditario, ſed ſolùm de vera figura, ſiue apparentia.l.ſi quis legatum. ff.de falſ.& l. ſi quis aliquid. §. teſtam.

ff.de

ff.de pœn.Bero.in consilio 62. num.17.volu.3. Nam certissimi iuris est, quòd si dicti domini aduersarij conabuntur velle probare prædia ipsa fuisse concedentis, quòd ex aduerso D. hæres institutus similiter operam dabit probandi contrarium: vnde ratione conflictuum dictarum probationum, quæ quidem breui tempore expediri non possunt, non est quis tam sani capitis, qui dicere possit hæc posse expediri infra illud tempus, infra quod possessorium expediretur, si talis exceptio opposita non fuisset: quoniam id quod dicitur de probatione in continenti facienda, intelligitur arbitrio boni viri, & sic iudicis, qui arbitrium regulare debet, secundùm quod ius vult & intelligit. arg.l. continuus. §. cùm ita, de verbo.oblig. sed ius vult & declarat exceptionem proprietatis seu concernentem causam petitorij posse in iudicio possessorio incontinenti probari, quando probari possit infra illud tempus, infra quod causa possessionis principaliter mota posset & * deberet expediri.l.si is à quo, vbi Bart.quem * communiter cæteri sequuntur.ff.vt in pos.lega & in l.4. §.condemnatum.ff.de re iud. ergo iudex debet suum arbitrium secundùm hanc declarationem regulare, ita Bero.in cons.56 num.8.cum seq.volum.2.& Gozad.in consilio 7.num.24.vbi sic formaliter inquit, & in feudis quando fœmina vult mitti in possessionem, non admittuntur agnati, quando incontinenti non probant, vt per Docto. in §. inter filiam.

39 † Et dicitur incontinenti fieri, quando non requirit altiorem indaginem, & quando potest expediri infra illud tempus, infra quod possessorium expediretur, si talis exceptio apposita non fuisset, secundùm Bart.vbi suprà. Sed in casu nostro dici non potest, quòd iura dominorum aduersariorum, quæ consistunt in iure & in facto, possint expediri infra illud tempus, quo debet declarari hæredem prædictum esse immittendum in possessionem: quia tale iudicium adipiscendæ (vt dictum fuit) est summarissimum, ac celeriter & incontinenti expediendum extraordinariè, non in figura iudicij, & absque citatione alicuius, qui non sit legitimus contradictor, vt per Bartol. & alios in d.l.fin. ac velo leuato, vt per Bero.in d.cons.num.8. Et quod dictum est de prædijs, pariter dicendum venit de alijs contentis in concessione seu inuestitura prima Gazoldi, à qua omnes aliæ regulantur. Bal. in consi.82.vol.1.Paul. de Castr.in consilio 61.col.fin.secundùm antiquam

40 impressionem. † vbi ab antiquioribus inuestituris nō est recedendum, nisi in posteriorib.expressè dicatur, quòd de communi consensu aliter facta fit inuestitura, quàm hactenus esset solitum fieri. Dec.in consi.263.colu.3.quia cùm in ea non sint nominati, si volunt per interpretationem verborum admitti, hoc fieri non debet, per ea quæ no. Dec. in con.424. col.fin.vbi dicit, quòd de fideicommisso nullo modo potest incontinenti probari per inspectionem

41 instrumentorum, cùm persona nō fuerit nominata in testamento, † nam talis negatiua probatur hoc modo, inspecto testamento non reperitur, quòd Titio sit legatum, ergo non est legatum. Bart. in l.fin. per illum text.C.de reb.cred. etsi per interpretationem verborum, quæ in testamento habentur, velit eius intentionem probare, talis probatio tanquam requirens altiorem indaginem nō est admittenda, sed in alio iudicio reseruanda, per supradicta. rur-

42 sus in consil.220.in fin.per text.in d.l.2. † vbi hæres scriptus mittitur in possessionem bonorum defuncti, non obstante, quòd testamentum falsum vel inofficiosum, vel alio vicio subiectum esse dicatur. Aff-

* flict.in decis.14. num.14.vbi dicit, hanc esse * communem, Gozad.in cons.7.num.17. Socin.Iun.inter consilia status Montisferrati in cons.3. num.29.& seq. Aut volunt audiri per viam probationis testium, & alia iura non liquida, & tunc etiam non debent audiri ad impediendam huiusmodi missionem propter probationes, quæ hinc inde resultare possunt, iuxta supradicta. Et eò magis hoc dicendum venit, cùm in iudicio petitorio si mouebitur, paratus sit per veras causas & legitimas dictus hæres probare se omninò capacem dictorum bonorum relictorum, per defunctū tempore mortis suæ, quamuis etiam essent feudalia, & nullum ius competere dictis dominis aduersarijs, quod sufficit ad excusationem eorum, ne audiantur in hoc iudicio possessorio, vt per Brun. in cons.1. & Campeg.in consil.2. inter ipsa cons.Brun.vbi dicunt, quòd etiam si apertè constaret, quòd bona essent feudalia, filia debet mitti in possessionem ipsorum bonorum, non obstantibus agnatis, quando ipsa allegaret ex aliqua causa admitti debere ad feudum, vt demonstraret in petitorio. Paris.in cons.22. num.65.volum.2.Gozad.in cons.7.num.13 & in consi.10.nu.44.Soc.Iun. in cons.3.num.38.inter con.Montisferrati, & ibi etiam Collegium Bononiense in cons.14. nu.16.in fin. dixi aliàs in cons.1.nu.67.vol.1.

Vlteriùs dicitur, quòd quando in bonis defuncti relicta sunt bona allodialia & feudalia, quòd hæres ipse mittendus esset in possessionem, per ea quæ not.Curt.Iun.in consilio 41.nume.11.vbi consuluit fœminas immittendas fore in possessionem bonorum feudalium, cùm sit possibile, quòd aliquo casu fœminæ sint capaces, prout in multis casibus contingit, quod discutiendum nō venit in iudicio pos-

43 sessorio, sed potiùs reseruandum in petitorio, † attento maximè, quando possunt esse commixta allodialia & feudalia, quorum discussio vel separatio non est fienda in iudicio possessorio, sed petitorio, quod multum facit ad propositum nostrum, vbi etiam sunt multa melioramenta, à quibus remoueri non debet hæres, nisi illis solutis glos. in l. si quis rem. ff.de acq.pos.Senatores Mantuani in d.consi.1. nu.56.Paris.in consi.4.inter dicta con.nu.77. & Bello.in cons.10.nu.2.

Præterea dicitur, quòd dicti aduersarij non pos-

44 sunt impedire talem missionem: † quia possident cum vitio, iuxta nota.per Bar.in l.filiam fratribus, vbi omnes alij.ff.ad Trebel.& in d.l.fi. quòd autem possideant cum vitio, patet, quia expilarunt hæreditatem fratribus defuncti, in damnum hæredis

45 scripti, & eam inuaserunt, † quæ inuasio similis est expilationi, teste Bald. in l.fin.colu.1.C.de edict.diui Adr tol. quod in terminis nostris ponderat d. do-

46 minus Hieronymus Lucen.in d.cons.5.nu.22. † nam hæreditas expilata potest dici quasi spoliata. Bero.in cons.91.nu.2.vol.2.

47 Dicitur & quoq; † quòd cùm d. domini aduersarij non habeant titulum ab hærede vel defuncto, non possunt dici legitimi contradictores, ad impediendam huiusmodi immissionem requisitam, vt per Bart.& alios in d.l.fin.Bero. in cons.60.nume.4. volu.2.176.num.50.volum.eod. dom.Hieronymus Lucen.in d.cons.5.num.23. Ex his igitur concludendum esse arbitror, prædictum Illustriss.D. Comitem Camillum vti legitimum administratorem Illustr. eius filij hæredis testamentarij prædicti Illustr. Comitis Antonij omninò immittendum esse, & immitti debere in possessione omnium & quorumcunq; bonorum, quæ dictus testator tempore mortis suæ tenebat & possidebat: saluo iure & possessione naturali vsusfructus relicti per d.Illustr. Comitem Antonium in suo testamento Illust. Dominæ Annæ Castiglionææ eius vxori, vt per Bero.in cons. 60.nu.8.volum.2.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij III.

1 *Inquisitio formari potest ad dictum cuiuslibet testis, quod declara vt in num.45.*

2 *Corruptus facit indicium ad inquisitionem: contra secundùm communem, vt in num.46.*

3 *Assertio vulnerati constituti in articulo mortis, facit indicium ad inquisitionem, sed contra secundùm communem.num.47.*

4 *Infamis infamia iuris dicitur condemnatus de furto per sententiam, & nu.21.*

5 *Infames in delictis nocturnis, in quibus verisimiliter alij testes haberi non possunt, faciunt indicium ad torturam.*

6 *Lenones regulariter repelluntur in criminalibus à teſtimonio.*

7 *Conſilium appellari poteſt omnis ops, & auxilium, quod præſtatur verbis.*

8 *Variatio facit indicium ad torturam de clauſula, vt in num. 62.*

9 *Inquiſitio contra aliquem formari non poteſt, & formata non tenet, niſi præcedente diffamatione.*

10 *Diffamatio notificari non debet iudici in occulto.*

11 *Statuto ſi caueatur, quòd poteſtas in criminalibus liberè inquirere poſſit, tamen non poterit inquirere fama non præcedente.*

12 *Inquiſitio non procedit contra non diffamatum, licet teſtes probarent crimen, de quo non erat diffamatus.*

13 *Iudex inquirens contra aliquem fama non præcedente, tenetur inquiſito ad expenſas, & præſumitur contra eum de calumnia.*

14 *Inquiſitionis verba, non probant famam publicam præcedere, licet illam dicant præcedere.*

15 *Inquiſitio quæ fit ex mero officio ſecundùm communem, non valet nulla præcedente diffamatione.*

16 *Indicia quando ſuccedant loco diffamationis.*

17 *Teſtis vnus deponẽs de maleficio propinquo, fama non præcedente, non facit indicium ad inquiſitionem.*

18 *Fama non probatur per vnum teſtem, dicentem illam eſſe in vna parte ciuitatis, & per alium deponentem illam eſſe in alia parte ciuitatis.*

19 *Inquiſitio formata, nullis præcedentibus legitimis indicijs, non valet.*

20 *Iudici aſſerenti legitima extare indicia, non eſt credendum.*

22 *Infamis infamia iuris repellitur in criminalibus à teſtimonio.*

23 *Infamis infamia facti, non admittitur pro teſte in criminalibus.*

24 *Infamis infamia iuris, nedum repellitur vt inhabilis, ad obtinenda beneficia, verùm priuatur obtentis: ſecus in infame infamia facti, quia tantùm redditur inhabilis, ad beneficia obtinenda.*

25 *Vincula duo plus ligant quàm vnum.*

26 *Minor 25. annis in criminalibus non admittitur.*

27 *Teſtimonium minoris in criminalibus eſt ipſo iure nullum.*

28 *Nullatenenſis in criminalibus pro teſte non admittitur, maximè ſi eſt vitæ ſuſpectæ.*

29 *Condemnatus de furto fugiens de carcere aperto, puniri debet.*

30 *Teſti contrario non creditur.*

31 *Socius criminis non eſt ſufficiens ad inquiſitionem formandam.*

32 *Infamis infamia iuris & facti qui plures alios defectus patitur, non eſt ſufficiens ad inquiſitionem formandam.*

33 *Inquiſitio vbi eſt inepta, quicquid geritur, poſteà nullum eſt ipſo iure.*

34 *Reſponſio facta per minorem inquiſitioni cum autoritate curatoris, qui minori authorauit, ſine cauſæ cognitione, eſt nulla.*

35 *Stylus non præſumitur, niſi probetur.*

36 *Stylus contra ius commune non valet, niſi ſit præſcriptus.*

37 *Probationes in criminalibus, ſicut eſſe debent luce meridiana clariores, ita indicia ad torturam clara eſſe debent in genere ſuo, & talia quæ de iure ſubſiſtant.*

38 *Teſtis vnus vt faciat indicium ad torturam, omni exceptione maior eſſe debet.*

39 *Teſtis faciens ſemiplenam probationem in ciuilibus, facit indicium ad torturam in criminalibus.*

40 *Teſtis non omni exceptione maior, non facit ſemiplenam probationem.*

41 *Defectus quilibet in teſte impedit, ne faciat indicium ad torturam.*

42 *Teſtibus deponentibus, ſe cognouiſſe talem de nocte ad vocem, quam notam habent, aliqualiter diminuitur de fide.*

43 *Teſtes deponentes de viſu, quia luna lucebat, non videntur integri teſtes.*

44 *Teſtes dicentes in criminalibus, ſe audiuiſſe à tali, cuius vocem notam habent, non probant.*

45 *Veritas vbi aliter haberi non poteſt, admittuntur teſtes inhabiles, dummodò articuletur & probetur, quòd aliter veritas haberi non poterat, aliàs ſecùs, & declara vt ibi.*

49 *Teſtis, qui patitur plures defectus, non admittitur quando aliter veritas haberi non poteſt, & nu. 53.*

50 *Depoſitioni factæ in tortura licet ſit ſtandum, quando teſtis eſt contrarius, tamẽ id ſanè intelligi debet, ſi alius non obſtat defectus, aliàs ſecus.*

51 *Iura diſponentia, in certis caſibus eſſe ſtandum ſocio criminis, intelligi debent in ſocio criminis, aliàs non infame ex alio delicto.*

52 *Infames licet admittantur, vbi aliter veritas haberi non poteſt, tamen id intelligitur cum tormentis.*

53 *Confeſſio emanans non præcedentibus indicijs, ſicut extorta dicitur, ita & variatio.*

54 *Confeßio facta in tortura, legitimis indicijs non præcedentibus, eſt nulla, dato quòd fuerit millies ratificata, & noua ſuperuenerint indicia.*

55 *Confeſſio per torturam præcedente ſolo indicio famæ, non præiudicat inquiſito.*

56 *Probatio bonæ famæ debilitat indicia ad torturam.*

CONSILIVM III.

IN cauſa inquiſitionis formatæ contra Nob Aluiſium de Galarate occaſione aperti conſilij ſeu auxilij, præſtiti Antonio de Robertis, cõdemnato ad triremes per quinquennium, vt aufugeret à carcere, prout aufugit, prima conſideratione dicendum videretur, inquiſitionẽ ipſam contra eum legitimè per curiã fuiſſe formatã, dictumq; Matthæi de Euſebiono iunctis variationib. dicti Aluiſij ſufficere ad torturam comminatam ipſi inquiſito, quòd autem legitimè
1 formata videatur, patet: quoniam † ad dictum cuiuſlibet teſtis inquiſitio formari poteſt. Bald. in l. ſeruos. C. de teſtib. Feli. in c. cum dilecti, colu. fi. verſic. 6. limita, de accuſa. Bru. in tract. de indi & tort. char. 2. col. 1. etiam ſi ipſe eſſet infamis infamia iuris. Bald. in l. 1. col. 5. C. de ſum. Trin. & fid. catho. Brun. vbi ſup. Alexand. in add. ad Bart. in l. maritus, col. 2. verſic. & dum dicat. ff. de quæſt. Felin. in c. ſicut, in vlt. not. de
2 teſtib. vbi inquit, †9 dictum teſtis aſſerentis ſe fuiſſe corruptum, facit indicium ad inquiſitionem reſpectu corruptionis, facit etiam quod not Brun. vbi
3 ſuprà, chart. 3. col 3. in princ. vbi ait, †9 exiſtens in articulo mortis, ſi dicit ſe fuiſſe vulneratum à Titio, eius dictum eſt ſufficiens ad inquiſitionem Boſſ. in tract. ſuo crim. in tit. de inquiſit. nu. 47. Cùm igitur ea formata reperiantur ad dictum Matthæi præfati, ſequi videtur, 9 valida fuerit, quamuis † ipſe in-
4 famis fuerit infamia iuris: quia condemnatus de furto per ſententiam. Deci. in c. at ſi clerici. nu. 34 de iud. Plot. in l. ſi quando, nume. 706. C. vnde vi. nam, vt dicit Imol. in c. cùm l. & A in fi. de re iud. in cauſa inquiſitionis criminoſi quoque recipiuntur, quòd autem eius dictum ſimiliter faciat indicium ad tor-
5 turam, probari videtur ex communi theorica,

quæ

5 quæ habet, † quòd infames admittuntur in delictis nocturnis, in quibus verisimiliter alij testes interesse non possunt, iuxta not. per Salic. in l. ea quidem, colum. 10. ver. ad quintam quæstionem. C. de accusa. vbi ponit exemplum de ludente in prostibulo, qui fuit deceptus in taxillis falsis, qui poterit probare ta-
6 lem deceptionem † per lenones, qui communiter repelluntur à testimonio ferendo tãquam infames ipso iure, Alex. in cons. 32. col. 2. vol. 6. 150. num. 9. vol. 5. Paris. in cons. 20. num. 67. vol 3. Et eo magis hoc dicendum venit, cùm deponat directo super maleficio, videlicet de monitione facta d. Antonio per Aluisium, quòd ostium per quod egredi oportebat, & sine cuius patentia locus fugæ esse non poterat, erat apertum, quæ quidem monitio venit sub vocabulo
7 consilij, † omnis enim ops, & auxilium, quod præstatur verbis, consilium appellari potest, Bartol. in l. non solùm. §. si mandato. in fi. ff. de iniur. & maximè id dicendum venit, quia cum eius dicto etiam con-
8 currunt † variationes eiusdem inquisiti, quæ etiam sufficere videntur ad torturam, secundum Bart. in l. de minore. §. plurium. ff. de quæstio. Roma. in cons. 8. Marsi. in pract. sua crim. in §. diligenter. num. 68. in cons. 15. num. 15 & in consilio 130. numero 45. Quibus tamen non obstantibus, quæ verè non obstant, intrepidè tenendum arbitror, quòd inquisitio formata contra dict. Aluisium sit nulla, responsio etiam ad inquisitionem nullissima. Item, & tertiò, quòd dictum Matthæi nec variationes inquisiti nullâ prorsus probationem faciunt ad torturam ipsi Aluisio comminatam.

Quò ad primum, quòd dicta inquisitio sit nulla, patet, quia nulla præcedente diffamatione formata
9 fuit, † sine qua secũdum * communem formari non potest, & formata non tenet, ca. qualiter & quando, de accusa. Marsi. in pract. sua crim. in §. 2. num 87. & in consi. 35. num. 5. Dec. in consilio 175. colum. 2. vbi dicit, quòd præcedere debet à fide dignis non tantùm semel, sed pluries, ita quòd generaret scãdalum. Soc. Iun. in consi. 7. in princ. vol. 2. Ruin. in consi. 147. in princ. vol. 5. Riminal. in cons. 58. in prin. Hippoly. Riminal. in cons. 105. nu. 20. inter cons. diuers. Iurisco.
10 † quæ etiam in occulto notificari non debet iudici. c. inquisitionis, de accusa. Et in tantũ verum est, quòd inquisitio non procedit fama non præcedente, quòd
11 etiam † stante statuto, quòd in criminalibus potestas liberè possit inquirere, tamen per hoc non poterit inquirere contra non diffamatum, Ias. in l. milites. C. de testa. milita. Marsi. vbi suprà. Dec. in citat. consil. 175. colum. 2. verfic. non obstat. imò plus dicitur, quòd inquisitio ipsa non procedit contra non
12 diffamatum, quòd † licet testes producti super inquisitione probent crimen de quo infamatus non erat inquisitus, tamen tales testes illi non præiudicant. Spec. in tit. de inquisi. §. nunc videndum, quem sequitur ibi Bald. in add. in vlt. vers. Marsi. in cons. 35. num. 6. consil. 48. num. 10. cons. 53. numero 5. consilio 117. numero 6. & in cons. 130. numero 6. Grammat. in consi. 38 num. 22. & in cons. 42. num. 18. Socin. Iun. in consil. 37. in princ. volum. 2. & in cons. 117. in princip.
13 volu. 3. & adeò istud receptum est, † quòd si iudex inquireret sine fama, vltra quòd inquisitio impugnatur, ipse tenetur inquisito ad expensas, & cõtra eum præsumitur de calumnia. Paris. de Put. in tract. synd. in verb. inquisitio. colum. 2. Maran. in tracta de ord. iud. part. 6. numero 21. Nec sufficit, quòd in inquisi-
14 tione dicatur † fama publica præcedente, quia talia verba non probant famam, nec ad illius essentiam sufficiunt, nisi fama ipsa aliter probetur, Fulg. in cons. 107. col. 2. Dec. in cons. 189. colum. fi. in cons. 170. col. 2. vers. sed prædictis, & in cons. 256. col. pen. in fin. Marsi. in pract. sua crim. in §. constante. numero 16. cons. 57. numero 15. 104. num. 13. & in cons. 122. nu. 20. Bos. in tract. suo crim. in tit. de inqui. nu. 23. Maran. in d. suo tract. de ord. iud. in 6. & vlt. part. nu. 20. Cathus in cons. 99. nu. 4. inter cons. diuer. Iurisc. & Hippoly. Riminal. inter dicta cons. 105. num. 20. Nec obstat, quòd quando iudex procedit ex officio, non requiratur diffamatio, vt voluit Ang. in l. si vacãtia. C.
15 de bon. vacan. lib. 10. per tex. in c. 1. de off. ord. quia re-
* spõdetur, † quòd opinio Ang. * cõmuniter improbatur, vt dicũt Gand. in suo tract. in tit. quom. cognos. de malef. per inquis. Alcia. in d. c. 1. de off. ord. Hippol. Riminal. in d. cons. 105. nu. 27. Bos. in d. tract. suo crim. in tit. de inquisit. num. 21. vbi inquit Ang. pessimè loqui. Riminal. in cons. 59. num. 3. & Marsi. latissimè in §. constante. num. 22.

Similiter non obstat, quòd indicia succedant loco diffamationis, vt per Ang. in tracta. de malefic. in verb. fama publica. nu. 3. & Arim. ibi in add. Maran. vbi suprà nu. 22. in princ. sextæ & vlt. part. quia duobus modis respondetur. primò, quòd hîc non extãt indicia, vt infrà dicetur. Secundò, quòd sentẽtia ipsa
16 posset procedere † vbi indicia essent propinqua maleficio, secus si remota, ita quòd ex eis nõ oriatur infamia, sed suspicio quædam. Marsi. in cons. 70. num. 9.
17 idemq; est † vbi adest vnus testis tantùm deponens de maleficio propinquo, vt tradit de vtroq; Marsi. in d. §. constante. nu. 19. quem sequitur Hippol. Rimina. in allega. cons. 105. nu. 13. quia fama inducitur à pluribus. l. de minore. §. plurium. vbi Bart. & alij de quæst. Marsi. in cons. 20. num. 21. cons. 31. num. 37. & in consil. 75. nu. 15. & ideo inquit Imo. in c. illud, de præsumpt.
18 † quòd si volo probare famam, non sufficit, quòd vnus testis dicit illam in vna parte ciuitatis esse, & alius in alia. Marsi. in cons. 1. nu. 67. Cùm igitur in casu nostro non constet de diffamatione, quæ præcedere debet inquisitionem, iuxta conclusionem, quam totus mundus sequitur, vt inquit Cathus in cita. cons. 99. num. 2. cum sequent. sequitur necessariò, inquisitionem ipsam nulliter contra dictum Aluisium formatam fuisse.

Secundò, quòd sit nulla, alio modo demõstratur:
19 quia † formata nullis præcedentibus indicijs legitimis, quæ requiruntur ad esse inquisitionis, ita quòd ortum habuerint à fide dignis, & non à maleuolis, seu suspectis, c. qualiter & quando. c. inquisitionis, de accusat. Ang. in d. l. si vacantia. Ang. in d. tract. malef. in verb. fama publica. nu. 4. Curt. in l. admonendi. nu. 200. de iureiur. Bart. & alij in l. penult. de quæstio.
20 Fulg. in cons. 149. col. fi. vbi etiam inquit, † quòd iudici hoc asserenti non creditur, per text. in c. quoniam contra, de probat. idem Fulgo. in consil. 173. col. 1. Marsi. in cons. 2. nu. 23. cons. 118. nu. 5. 120. nu. 27. 130. nu. 16. 134. nu. 6. & in d. §. constante. nu. 33. sed in terminis nostris nulla adsunt indicia, quæ ortum traxerint à fide dignis, sed à dicto Matthæo maleuolo & suspe-
21 cto, † qui est infamis infamia iuris, quia per sententiam fuit condemnatus de furto, quæ infamat. l. 1. ff. de his qui not. infa. Dec. in cita. c. at si clerici. num. 24.
22 quę † quidem infamia à criminalibus repellit à testimonio deponere volentem. l. 3. §. l. Iulia. in fi. ff. de testib. Ias. in l. cunctos populos, in 2. lect. colum. 6. C. de sum. Trin. & fide catho. Bertran. in cons. 176. num. 7. volum. 3. Marsi. in cons. 101. num. 9. quod etiam procedit, si sit infamis emendatus. Alex. in consil. 32. col. 2. vol. 6. Bar. in l. Cassius. ff. de senatorib. Lanfr. in tract. de testib. num. 102. Corne. in consil. 270. num. 15. vol. 1.
23 nam † si infamis infamia facti repellitur in criminalibus à testimonio, Ias. in d. l. cunctos populos, in 7. lect. col. 6. Bart. in d. l. Cassius. Marsi. in cons. 101. nu. 9.
24 nimirũ si infamis infamia iuris. nã videmus, † quòd infamis infamia iuris nedum redditur inhabilis ad obtinenda beneficia, verùm priuatur obtentis, iuxt. Imol. & Abb. in ca. inter dilectos, de excess. præl. infamia. C. de decur. lib. x. quod secus est in infame infamia facti, quia tãtùm redditur inhabilis ad obtinenda beneficia, non autẽ priuatur obtentis. l. 2. vbi not. C. de dig. lib. 12. Paris. in con. 88. col. 1. vol. 4. & eo maximè hoc dicendum venit in d. Matthæo, qui laborat
25 vtraq; infamia, videlicet iuris & facti: nam † plus operantur duo vincula quàm vnũ, auth. itaq; C. com. de succe. not. in l. balista. ff. ad Treb. Secundò d. Mat-
26 thæus † est minor 25. annis, vt ipsemet fatetur in suo testificatu, qui in criminalib. nõ admittitur. l. testiũ. ff. de testib. Alex. in con. 64. col. 1. vol. 1. Marsi. in con. 28. num. 14. vbi inquit post Ang. in §. 1. per illum text. in
27 auth. de testib. † quòd testimonium minoris in criminalibus est nullum ipso iure, in con. 31. nu. 30. & in cons. 65. nu. 31. Alex. in cons. 99. col. fi. vol. 1. & in cons.
28 2. col. 2. vol. 7. Tertiò est † nullatenensis, vt etiam ipse deponit, qui non admittitur in criminalib. Marsi. in

conſ.31.nu.31.conſ.28.nu.20.& in conſ.65.nu.30.Ruin. in conſ.145.nu.7.vol.5.conſ.147.col.2.in fi. vol. eod.& maximè, cùm ſit vitæ ſuſpectæ, quia infamis & fur: vt per Ruin.in conſ.158.nu.27.vol. eod. Alex.in conſ. 15.col.1.vol.3.Quartò,quia lata ſententia de furto contra d. Matthæum, quæ tranſitum fecit in rem iudi-
29 catam,† aufugit de carcere,& demum admiſſus fuit ad deponendum contra d. Aluiſium, exindeq; relaxatus impunitus,qui tamen debebat puniri tam reſpectu contentorum in ea, quàm fugæ: quod equidem factum non fuit,vt fieri debebat,vt not.in l.1.§. 1.ff.de effrac.& expil. Cuma. in conſ.105.col.1. Mar.in pract.ſua in §.attingam.num.37. Quintò,eſt contrarius aliis teſtib. videlicet Ambroſio de Mirabello, &
30 Antonio Teſtæ, † ratione cuius cõtrarietatis ei non creditur,Spec.in tit.de teſte.§.poſtquam,& in §.1.ver. item quòd teſtes. Marſ.in conſ.4.nu.31.& in conſ.51. nu.19. Si enim vbi eſt vnicus teſtis, qui laborat ſolo defectu,is non admittitur ad inquiſitionẽ formandam,vt eſt videre † in ſocio criminis contra ſocium
31 criminis,vt per Fulg.in conſ.107.Dec.in conſ.180.nu. 9. Gozad. in conſ.2.num.21.Hippoly. Rimi. in citato conſ.105.nu.20.Boſ.in tract.ſuo crim.in tit.de inqui-
* ſitio.nu.42.vbi dicit * communem eſſe opinionem, corruptum non ſufficere ad inquiſitionẽ formandam, quantò magis non debet admitti hic Mat-
32 thæus,† qui patitur defectus ſupradictos ad formandam inquiſitionem contra prædictum Aluiſiũ. Vnde ſtantib. his defectibus, concludendum venit, di-
33 ctam † inquiſitionem nulliter fuiſſe formatam,& omnia exinde geſta poſt eam fuiſſe nullius momenti. Angel.in conſ.178. quem ſequitur Marſ. in conſil. 128.nu. 8. 130. nu.17.& d.§.2.nu.87. Boſ.in d.tit.de iniquis.nu.77.Socin.Iun.in conſ.37.in princ.vol.2.& in conſ.38. nu.21.vol. eod.ac in conſ. 117. in princ. vol.3. & Pariſ.in conſ.163.col.fin.vol.4.

Tertiò,quòd dicta reſponſio ad inquiſitionẽ fue-
34 rit nulla,demonſtratur: quia † facta per dictum Aluiſium cum autoritate curatoris ſibi decreti eo momento temporis, quo fuit conſtitutus curator, quo tempore authorare non potuit dicto inquiſito propter breuitatem temporis: & ſic cùm nulla adhibita fuerit cognitio cauſæ in ipſa reſponſione, ea non valuit: ita in terminis decidit Marſ.in pract. crim.in §. nunc videndum.nu.31.& ſequenti.in conſ.48.nu.31. & in conſ.130. nu.47.vbi dicit, diligenter aduertendum eſſe, quòd quando iudex dat curatorẽ minori inquiſito, debet cautè agere, quia nõ debet pati neq; admittere, quòd eo momento temporis, quo datus eſt curator, eodẽ tempore authorizet in aliquo minori:nam nullus eſſet actus propter breuitatẽ temporis, ex quo apparet, quòd in tali præſtatione authoritatis non præceſsit, nec interuenit aliqua cauſæ cognitio,quę ad validitatem actus debet interuenire. Idem voluit Foller. in pract. ſua crim. in verſ. fiat conteſtatio litis.nu.28. vbi ait,aduertendum eſſe ne erretur, quòd ſi inquiſitus ſit minor, die vno vel duob.ante examen debet ei dari curator ad litem,ad finẽ vt bene informatus de iurib.minoris poſsit ei rectè authorari, aliàs ſi eodem inſtanti, quòd daretur,præſtaret authoritatem ſuam,actus eſſet nullus, quia eſſet præſtare authoritatem ſine cauſæ cognitione.rurſus in §.& ſi confitebuntur.nu.26.Imò fortius dixit Marſ.in conſ. 48.num.48. quòd etiam ſi in præſtatione authoritatis interueniſſet cauſæ cognitio,de qua non fuerit facta aliqua mentio in inſtrumento actus geſti per minorem, ille actus non valeret,nec eius cõfeſsio.Plus etiã ſubdit,quòd & ſi fuiſſet per curatorẽ adhibita cauſæ cognitio in interpoſitione dictę authoritatis,& in inſtrumẽto actus geſti per minorem fuiſſet per notarium facta ſpecialis mentio cauſæ cognitionis, vel etiam per iudicẽ, coram quo fuit factus actus,fuiſſet facta mentio de dicta cauſę cognitione,tamẽ etiam per hoc valeret dictus actus per minorem factus,quoniã non ſufficit, quòd adhibeatur cauſæ cognitio per curatorem, niſi fiat mentio in inſtrumento,quin etiã hoc non ſufficit,vt actus factus à minore valeat, ſed etiã opus eſt, quòd de ipſa cauſę cognitione fiat ſcriptura de per ſe diuiſa ab eo,ſuper quo interponitur authoritas,iuxta ſingulariter not.per Pau.de Caſt.in conſ.91.

35 Nec obſtat ſi dicatur,† quòd ſtylus ſit in contrarium:quia reſpondetur, quòd iſtud eſt facti, quod nõ preſumitur, niſi probetur.Pariſ.in cõſ.168.nu.15.vo.4.

Secundò dicitur, quòd ſtylus contra ius cõmune non valet,vt concludit Ale.in con.36.col.fi. vol.2. vbi
36 dicit, † quòd ſtylus vnius curiæ non poteſt operari & inducere derogationem legis contra ius commune,ſed ſolùm declarationẽ eius, quod eſſet arbitrio iudicis cõmiſſum.Natta in con.252.nu.6.Cra.in con. 201.nu.19.niſi eſſet ſecundum eum præſcriptus.

Tertiò dicitur, quòd d. Aluiſius torquendus non
* venit,quod probatur premittendo prius vnã * com
* munem* cõcluſionem, quæ habet,quòd ſicut in cri-
37 minalibus ad condemnandum probationes debent eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. ita & indicia ad torturam in genere ſuo debent eſſe clara, & talia quæ de iure ſubſiſtant,& inuulnerabilia. Bal. in conſ.229.col.2.vol.3.Marſ.in conſ.20.col.2.conſ.50. num.16.& Craue.latè in conſ.99.col.1.quo præſuppoſito ſtante, dico, quòd dictum Matthæi deponentis contra ipſum Aluiſium aliquod indicium,non facit
38 contra eum ad torturam:nam ad hoc † vt aliquis faciat indicium ad torturam contra aliquem,requiritur, quòd ſit omni exceptione maior, ita quòd aliqua macula ei impingi non poſsit.Bart.in l.maritus. ff.de quæſt.in l.1.§.idẽ Cornelio,eo.tit.Marſ.in conſi. 65.nu.34.conſ.72.nu.9.88.nu.20.101. nu.37.& in §. diligenter.num.2.Socin.Iun.in conſ.39.nu.56.vol.2.ſed Matthæus non eſt omni exceptione maior, ergo nõ potuit facere indicium ad torturam. Conſtat enim ipſum fuiſſe infamem infamia iuris,& facti,& pati defectus alios infinitos, vt abũdè dictum fuit. quorum prædictorum vnum ſufficit ad eum remouendum à tortura, ſed multò magis, vbi reperiuntur alij defectus in perſonam ſuam cumulati. ita Frãc.de Placen.in conſ.84.nu.8.vol.2.inter conſilia diuerſo-
39 rum iuriſcon. † nam ſi in ciuilibus,vbi agitur de modico præiudicio, vnus teſtis non facit ſemiplenam probationem, ſi non ſit omni exceptione maior, vt
* not.* communiter per omnes in l. admonendi. ff.de iureiur.ergo multò fortius in criminalibus,vbi tractatur de maximo præiudicio, cùm tritum ſit in iu-
40 re, quòd id † quod in ciuilib. non facit ſemiplenam probationem, in criminalibus non facit indicium
41 ad torturam.Bart.in l.ſi.ff.de in lit.iur.† nam omnis minima macula,& omnis minimus defectus impedit,vt non faciat teſtis indicium ad torturam.Pariſ. in conſi.160.num.64.vol.4.

Vlterius dicitur,quòd ei omninò non eſt credendum ex alio capite,quia in teſtificatu ſuo inquit,parum ante tempus fugæ Antonij, quæ fuit de nocte, audiuiſſe Aluiſium dicentem, *ho aperto l' vscio della prigione ſe vuoi far leffetto fallo.* & eum cognouiſſe ad vocem,quam notam habebat,quæ depoſitio operatur,vt ei detrahatur etiam de fide, quoniam apud
42 doctores receptum eſt, † quòd teſtibus deponentibus ſe cognouiſſe talem, quia notam habebat vocem,aliqualiter diminuitur de fide. Boſ. in tract.ſuo crim.in tit.de ind.nu.173. ex not.per Felin. in c. ſicut in 2.declaratione,de re iud.vbi dicit vidiſſe teſtes reprobari, qui dixerunt ſe vidiſſe de nocte contrahi matrimonium:quia non dixerunt,quòd cognoſcebant infallibiliter voces contrahentium.& ſubdit Boſ. quòd tales non concluderent ad torquendum,
43 & damnandum,ſicut nec etiam concluderent † qui deponerent de viſu,cùm Luna luceret, quia non videntur omnino integri & inuulnerabiles, cùm Luna habeat radios lugubres,& Sol claros.imò fortiùs
44 dicitur,† quòd in criminalibus teſtes deponentes ſe audiuiſſe à tali,quia vocem eius notam habent,non faciunt probationem,vt tradunt Imol.in l.2.§.Idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen. Fel. in cap. præterea.nu. 4. de teſtib.Pet. Calepha. inter conſilia diuerſ. iuriſcon.in conſi.86.num.40. in 1.par. & Lancel.Corrad. in praxi ſua,in tit.de officio præt. in cauſis ciuilib. in §.2.in verb. cæcus, ex quibus deciſionibus videtur, quòd malè locutus ſit laſ.in l.minorem. C.de tranſact.colum.2.ver.limita ſingulariter, quem ſequutus fuit Plot.in l.ſi quando.num.485.C.vnde vi. qui aliter ſenſit,dum voluit tales facere fidem in criminalibus ad torturam,neq; mirum, quia non allegat aliquid

quid pro sua sententia, sed transit sicco pede, & memor non fuit de dictis per Imol. & Felin. vbi suprà.

Non obstat quæ ex aduerso allegata fuerunt: nam deueniendo ad primum argumentum, respõdetur,
45 quòd licet vnus testis possit esse sufficiens ad inquisitionem, tamen id admittitur esse verum ad effectum vt iudex instruatur de facto, non autem, quo ad inquirẽdum vt suspectus torqueatur, vel puniatur: ita Bos. in d. tit. de inquis. col. 2. in princ. vbi dicit, ita esse intelligendum Bald. in d. l. seruos.

46 Similiter non obst. d. Fel. in d. c. sicut, quia † negatur dictum corrupti facere indicium ad inquisitionem, vt hanc esse *cõmunem attestatur Dec. in cons.
* 189. col. 6. Bos. in d. tit. de inquis. nu. 42.

Pariter non obstat quod dicitur de dicto vulnerati constituti in articulo mortis, quia respõdetur,
47 † quòd sententia ipsa non est vera, vt patet ex dictis per Ange. in tract. malef. in verb. qui iudex ad probationem. num. 5. & Gram. in consi. 42. num. 7. vbi inquit, quòd talia verba dicti vulnerati non inducunt inquisitionẽ, quæ sit species probationis, sed solùm quandam vilem præsumptionem, quæ habet hunc effectum tantùm, videlicet quòd excusabit à calumnia accusatam ex necessitate, non autem ex volun
* tate, vt inquit Bald. in l. 2. C. de calum. & hanc esse *communem opinionem asserit Plo. in reperto. suo ad l. si quando. C. vnde vi. in verb. indicium ad inquisitionem.

Secundò principaliter non obstat, quòd infames admittuntur in delictis, quæ committuntur de nocte, vbi alij testes verisimiliter occurrere non possunt: quia primò respondetur, quòd illud procedit, quando ex natura illius actus vel facti alij testes verisimiliter actu & habitu non potuerunt interesse, secus si alij potuissent adesse, licèt casualiter non interuenerint: quia tunc testes minus idonei non admittuntur, etiamsi veritas aliter haberi nõ poterit, ita But. in c. tertio loco, de proba. & in consi. 24. Dec. in consi. 310. colum. 2. Alexan. in consi. 64. col. 1. volu. 1. Gram. in consil. 45. num. 11. & in consil. 58. vbi loquitur de inquisito, qui de nocte ingressus fuerat domum cuiusdam nobilis matron. Ruin. in consil. 150. num. 18. ver. & similiter. volum. 5. vbi etiam loquitur, quando tractatur de probãdo actu, qui fit clam, & de nocte. Mars. in consil. 31. num. 33. consil. 41. num. 6. 80. nume. 62. in sing. 73. & in l. infans. col. fin. ff. ad l. Corn. de sica. Alcia. tract. de præsump. in 1. regul. præsump. 47. Deci. in consil. 133. col. fin. & 363. colum. 2. Aymo Craue. in tract. de antiq. temp. 1. part. §. Viso. num. 13. Neuiza. in consi. 54. num. 16. sed in casu, de quo agitur, testes alij verisimiliter occurrere poterant, licèt casualiter non occurrerint, quia dicta verba quæ asseruntur prolata per Aluisium, paulò antequam aufugerit Antonius, dicta reperiuntur sub porticu palatij iustitiæ ciuitatis & prope plateam ipsius ciuitatis, in quo loco frequẽs est aditus tam satellitum, qui habitant in dicto palatio, quàm alio-
48 rum, ergo, &c. Itẽ illud quod dicitur, † quòd in subsidium, vbi aliter veritas haberi non potest, admittuntur testes minus idonei & inhabiles, locum habet quando ante omnia articulatum esset, & probatum, quòd veritas aliter haberi non poterat: aliàs nõ possunt inhabiles admitti. Alexan. in citato cons. 64. colum. fin. Mars. in consi. 31. num. 33. in consi. 80. num. 61. Gram. in consi. 45. nu. 10. 41. col. 3. & 58. num. 4. Alciat. in d. præsump. 47. & Plot. in d. l. si quando. num. 149.

Tertiò dicitur, quòd dicta opinio posset sibi locũ vendicare, vbi in Matthæo infami esset illa sola in-
49 habilitas, secus si plures defectus militarent contra eum, vt militant, de quibus suprà facta est mentio: quia tunc eius dictum non valet. ita Craue. in cons. 6. num. 54. vbi inquit, quòd illud quod tradunt Do-
50 ctor. † standũ esse depositioni factę in tortura, quando testis est contrarius, debet intelligi, si alius non obstat defectus, secus si alij obstarent, quia quando plura sunt obstantia, licèt vnũ tollatur, non censentur alia sublata. l. si pro fure. ff. de cond. fur. Gram. in
51 cons. 38. nu. 9. vbi ait, † quòd iura disponentia in certis casibus esse standum socio criminis, dicũt intelligi in socio criminis, aliàs nõ infame ex alio delicto, iterum in cons. 1. de for. iud. nu. 61. Mars. in cons. 74. nu. 23. Dec. in cons. 133. col. 3. ver. secundò quia. Paris. in cons. 53. nu. 36. vol. 4. Craue. omnino in cons. 249. nu. 11. Lancel. Corra. in praxi sua in §. 2. de off. præt. in causis ciuilibus, nu. 80. in ver. quocirca, & in terminis nostris vbi aliter veritas haberi non potest, ita concludunt Mars. in cons. 102. nu. 12. ex not. per Soc. in cons. 118. col. antepen. ver. postremo, vol. 1. Barb. in cons. 54. col. 9. vol. 1. & in cons. 65. col. 4. vol. 4. Cepha. in cons. 65. nu. 28. Gram. in cons. 45. nu. 22. & in cons. 58. nu. 12. & in cons. 1. de for. iud. nu. 62. Cathus consi. 99. num. 26. inter cons. diuer. iurisc. vbi inquit, hanc esse pulcherrimam limitationem. Hippol. Riminal. inter dicta consilia, in cons. 106. nu. 18. sed in casu presenti (vt dictum fuit) sunt plures defectus contra d. Matthæum, ergo, &c.

Quartò dicitur, quòd etiam dato quòd essemus in casu, in quo iste Matthæus laboraret tãtùm vno defectu, & non pluribus, & essemus in casu, in quo actu & habitu alij testes interuenire nõ potuissent, quòd adhuc dictum ipsius Matthæi non faceret indicium ad torturam contra Aluisium: quoniam, & si vera sit
52 doctorum sententia, † quòd infames in subsidium admittantur, quando veritas aliter haberi non potest, tamen ea procedit cum tormentis, & non aliter. tex. est iuncta glo. in l. 3. in verbo delectu. ff. de testib. vbi Bald. dicit de hoc esse casum in l. ob carmen. §. si rei, eodem tit. vbi Bald. summat illum text. dicens, quòd testi infami non creditur sine tormentis in casibus etiam exceptis. Aret. in ca. testimonium, de testib. Bald in l. cunctos populos. C. de sum Trin. & fide cathol. quem sequitur Ruin. in cons. 146. colum. 2. volum. 5. Mars. in consil. 78. num. 16. & in consil. 105. num. 15. Gramm. in consil. 45. num. 21. & in consil. 58. num. 2. vbi dicit, quòd licet criminosi admittantur in subsidium, quando veritas aliter haberi non potest, maximè in his quæ fiunt de nocte, in quibus nõ consueuerunt esse plures, non ita indistinctè admittuntur, nisi cum tortura. Bos. in tract. crim. in tit. de iniquis. num. 52. verific. num in criminalib. Albe. in tract. de testib. colum. 25. Gram. in consil. 35. num. 54. Mars. in cons. 109. num. 13. Plot. in d. l. si quando. nu. 144. sed in terminis nostris Matthęus infamis depositus fuit sine tormentis, ergo eius dictum non est sufficiens ad torturam.

Vltimò non obstat, quod dictum est de variatio-
53 nib. quia duobus modis respõdetur. † Primò, quòd variationes non faciunt indicium ad torturã, quando principaliter variatio nõ est circa factum, sed circa circunstantias & qualitates delicti, vt sunt nõnullæ in terminis nostris, quæ nõ transcribuntur cùm claræ sint: ita dixit Mars. in cons. 15. num. 15. ver. præterea etiam respondeo. Foller. in pract. crim. in verb. ad defensam. num. 56. Paris. de Puteo in tract. synd. in verb. tortura, il primo, vers. Viso de indicijs. Alex. in consi. 63. volum. 1. Bos. in tract. suo crim. in tit. de ind. num. 38. vbi inquit, practicam ita seruare. Craue. in cons. 48. num. 3. post Aret. in consil. 79. col. fin. facit quod dicitur de falsitate quæ non nocet circa accessoria, dummodò in substantia sit veritas. Butr. in c. exhibita, de indic. Dec. in consi. 142. col. 2. & Craue. in d. cons. 48. num. 3.

Secundò respondetur, quòd variationes circa factum principale, quæ extant, non nocent inquisito: quia factæ super inquisitione inepta & inualida: quod probatur ex infrà scriptis.

Et primò ex cõclusione, quæ habet, quòd confessio facta super inquisitione inualida, non nocet confitenti, nec illi præiudicat. Barb. post alios in c. at si clerici. col. 7. de iud. Paris. in cons. 163. col. penul. ad fi. vol. 4. Mars. in cons 130. nu. 36.

Secundò ex dictis per Bos. in tract. suo crim. in tit.
54 de mand. ad homicid. nu. 22. vbi tradit, † quòd confessio facta nõ præcedentib. indicijs, dicitur extorta.

* Tertiò ex *communi Doct. sententia, quæ habet,
55 † quòd confessio facta nõ præcedentibus indicijs in tortura, est nulla & nullius momenti, etiamsi milies ratificetur. gl. in l. penult. ff. de quæstion. vbi omnes notant, dato etiam quòd superueniãt noua indicia. glo. in l. maritus. vbi Barto. ff. eod. tit. Mars. in consi. 8. nu. 13. cons. 12. nu. 33. consi. 14. nu. 4. quæst. 18. nu. 19.

quæst.

quæſt.22.num.8.& in conſ.43.num.14. vbi etiam dicit,quòd non præiudicat in crimine læſæ maieſtatis. Accedit etiam quod voluit idem Marſ. in conſil.44.
56 num.17. vbi confeſsio per torturam præcedente ſolo indicio famæ non præiudicat. ſi enim confeſsio facta præcedẽte inquiſitione nulla & inualida, quia nullis præcedentibus indicijs, vel alia ex cauſa, eſt nullius valoris,multò fortiùs debent eſſe nullæ variationes ipſius Aluiſij factæ præcedente inquiſitione nulla:quia nulla præcedente diffamatione & non præcedentibus legitimis indicijs, & facta per minorem cum autoritate curatoris præſtita ſine cauſæ cognitione, vt in terminis variationis ita conſuluit Marſ.in conſ.139.nu.46. Vnde ex his quæ ſuprà dicta fuerũt iuris eſſe arbitror, Aluiſium ipſum quæſtionibus tormentorum non eſſe ſubijciendum. maximè, cùm ex parte ipſius etiam comprobatum repe-
57 riatur de eius † bona fama, & qualitate, quæ debilitant indicia curiæ, ſi quæ extant cõtra ipſum inquiſitum.Bart.in l.pen.per illum text.ff.de re milita.vbi probatio bonæ famæ alicuius facit,ne torqueri poſſit ex indicijs.Dec.in conſ.175.col.9.189.col.10. Craue. in conſ.99.num.11.q.145.col.penult. in fin. & in conſ. 151.num.21. Marſ. conſ. 109. num.27.117. num.47.128. num.32.& 130.num.48.Gramma.in deciſ.69.nu.12.& in deciſ. 28.num.17. vbi ait, quòd bona fama facit vt inculpatus à ſocio criminis elidat tale indicium,etiam in exceptuatis delictis, quod maximè procedere debet in caſu noſtro, vbi non eſt probata mala fama in contrarium, vt traditur per Pet. Calepha.in conſ. 102. nu. 14. inter conſilia crimin.diuerſ. iuriſconſul. in 1.par. nam qualitas præcedentis vitæ elidit huiuſmodi indicium in d.§.diligenter.num.196.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONſilij IIII.

1 *Inſufflatio ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ ex cauſa fieri poteſt.*
2 *Quæ autem ſint cauſæ,hîc exprimuntur.*
3 *Dominus directus non poteſt inſufflare ſpiritũ vitæ inſtantiæ peremptæ in terris vaſallorum habẽtium merum & mixtum imperium cum regalibus.*
4 *Vaſallus habens vtrunque imperium cum regalibus in territorio, & cum perpetua adminiſtratione, dicitur princeps,& in eo ſibi locum vendicant,quæ de principibus in materia iuriſdictionali ſancita reperiuntur. Declara,vt in num.39.*
5 *Taxatio inſtantiæ eſt de iure poſitiuo.*
6 *Statuta locorum aliter taxant et limitant inſtantiam inductam à iure communi,quæ ſubrogatur loco illius.*
7 *Prætor finita inſtantia inſufflat ſpiritum vitæ actioni peremptæ.*
8 *Vaſallo habenti perpetuam adminiſtrationem competit facultas concedendi gratias delictorum, & bannitos reſtituendi in priſtinum ſtatum,ſed contra num.32.*
9 *Bannitus reſtitutus dicitur nouus homo.*
10 *Dominus directus in prima inſtantia ſubditorum vaſalli non poteſt ſe intromittere,declara vt in num.60.*
11 *Inſufflatio ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ dicitur reſtauratio.*
12 *Inſufflatio ſpiritus vitæ inſtãtiæ peremptæ per ſolum Principem concedi poteſt.*
13 *Inſufflatio ſpiritus vitæ eſt de regalibus.*
14 *Regalia ideo dicuntur,quia ad ſolum regem pertinent.*
15 *Inſufflatio ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ ex mera gratia Principis conceditur.*
16 *Principi quæ competunt ex mera gratia, non veniunt in conceſsione meri, mixti imperij, & omnimodæ iuriſdictionis.*
17 *Princeps poteſt concedere alteri facultatem inſufflãdi ſpiritum vitæ inſtantiæ peremptæ.*
18 *Legitimandi poteſtas licèt ſit de reſeruatis Imperatori ſeu Pontifici, nec ab alijs exerceri poſsit, tamen hoc fallit ſi Papa vel Imperator hanc facultatem alteri communicet.*
19 *Inſufflatio ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ non poteſt concedi ab habente regalia ſine clauſula, ex certa ſcientia, vel motu proprio.*
20 *Conſuetudo patriæ tanquam altera lex ſequenda eſt.*
21 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
22 *Conſuetudo attendi debet cùm ſit actus practicus.*
23 *Interpretatio vera ſumitur à practica, ſeu ab eo quod fieri conſuetum eſt.*
24 *Practica ab antiqua recedendum non eſt.*
25 *Interpretatio eius quod eſt minus, ſi impetrari ſolet à principe multò magis quod eſt maius.*
26 *Prorogatio inſtãtiæ per ſubditos vaſallorum impetrari ſolet à Principe.*
27 *Conceſsionis facilioris eſt prorogare id quod eſt, quàm concedere de nouo aliquid,quod iam extinctum ſit.*
28 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione in iure eſt fortiſsimum.*
29 *Poteſtas ſtatuendi regulatur à iuriſdictione.*
30 *Vaſallus habens vtrunq; imperium, non poteſt aliquid ordinare vel ſtatuere,quod ſit contra ius commune.*
31 *Barones & vniuerſitates quæ habent iuriſdictionem ordinariam in eorum terris ſecundum communem poſſunt facere ſtatuta licita,honeſta etiam pœnalia,quæ non ſint contra legem ſupertoris,nec contra ius,ſed præter ius.*
32 *Inferiores ſicut non poſſunt ſtatuere contra ius commune, nec legi derogare, ita nec conſuetudinem inducere, nec vti clauſula,non obſtante.*
33 *Feudatarij ſicut non poſſunt ſtatuere cõtra ius commune, ita nec poſſunt reſcribere prætoribus & officialibus eorum,vt procedant ſummariè in cauſis ordinarijs.*
34 *Senatus Mediolani quotiens talia fieri intelligit à feudatarijs,excandeſcit,& in eos animaduertit.*
35 *Princeps ſolus poteſt facere ſtatuta ſuper lite pendente, non inferior.*
36 *Princeps in iuriſdictionalibus omnia poteſt.*
37 *Inferior à Principe ſeculari,dato quòd poſsit ſtatuere contra ius commune,tamen id debet intelligi ex cauſa reſpiciente publicam vtilitatem.*
38 *Proclama vel ſtatutum factum per communitatem,ne bona immobilia in ſua iuriſdictione iacentia quoquo modo in non ſubditos alienentur, quamuis ſit contra ius commune,valet:quia reſpicit publicam vtilitatem.*
40 *Vaſallus non poteſt cognoſcere de ſecundis cauſis.*
41 *Cognitio cauſarum appellationum non comprehenditur ſub conceſsione meri & mixti imperij, & omnimodæ iuriſdictionis, niſi nominatim exprimatur in inueſtitura.*
42 *Dux eo ipſo quòd quis creatur, non ſolùm regalia, de quib. in titulo quæ ſint regalia, videntur in eum tranſlata, ſed etiam ea,quæ ſunt reſeruata in ſpecie Principi.*
43 *Dux vel Marchio poteſt in eius dominio, & quò ad ſuum dominium, legitimare naturales & ſpurios.*
44 *Dux Sabaudiæ poteſt in ſuo territorio creare Comites & Marchiones.*
45 *Princeps in caſtro duplex ius habere videtur, vnum tanquam ſpecialis dominus dicti caſtri, aliud tanquam Princeps & dominus in toto regno.*
46 *Princeps ſi concedit caſtrum cum omni iure, non veniunt regalia.*
47 *Reſeruata non veniunt ſub generali prouiſione,& ſuper illis inferiores manus opponere non poſſunt.*
48 *Regalia poſsideri non poſſunt abſque ſpeciali commiſsione.*
49 *Prætor aliàs æquiparabatur Regibus.*
50 *Poteſtas & facultas requiritur in quocunq; actu.*

51 Illatio

51 *Illatio rectè fieri non potest ex separatis & habentibus diuersam rationem.*

53 *Indulgentia delictorum non potest concedi à recognoscente superiorem sine ipsius speciali licentia.*

54 *Indulgentia prædicta si concedatur, intelligitur ante latam sententiam, secus post: quia requiritur specialis licentia.*

55 *Relegato seu misso in exilium, non potest iudex dare licentiam veniendi, sed solus Princeps, & non alius.*

56 *Ciuitates Italiæ quæ sunt Principes sibiipsis, & similiter omnes ciuitates, quæ habent licentiam condendi statuta, in negotijs magnis possunt facere leges vt exules reuertantur.*

57 *Princeps solus concedit indulgentias ac priuilegia restitutionis, & contra sententias absolutiones in criminibus.*

58 *Princeps solus propter honorem suæ domus potest facere abolitionem generalem in criminibus.*

59 *Feudatarij status Mediolani non possunt concedere gratiam subditis suis, nisi quò ad bona, & pœnam quæ eis applicantur.*

61 *Insufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ bina vice concedi non potest, sed contra, num sequenti 62.*

63 *Insufflationem spiritus vitæ instantiæ peremptæ impetrans, si stetit per iudicem quo minus causa fuerit terminata, vel quia iudex est mutatus, vel quia ita visum fuit Principi ex iusta causa, non tenetur refundere expensas parti.*

64 *Instantia causæ si fuit ex negligentia actoris peremptæ, tunc ipse tenetur soluere expensas parti contrariæ.*

65 *Instantia quando fuit peremptæ culpa actoris, si per Principem vel sacrum consilium concedatur ipsius instantiæ restauratio, nulla facta mentione expensarũ, potest pars opponere, quòd non audiatur actor, nisi refectis expensis.*

66 *Si autem dolo aduersarij, & tunc ipse tenetur soluere expensas.*

67 *Dolus aduersarij culpæ actoris præponderat.*

68 *Instantia si facto tertij perijt contra ipsum potest agi ad expensas.*

69 *Citatio non requiritur in concessione restaurationis instantiæ.*

70 *Concedi quæ possunt parte inuita, ergo & ignorante.*

71 *Citatio non requiritur in donatione facta per Principem.*

72 *Priuilegium quando conceditur, non est de more, neque de iure, quod quis citetur, quia est donum superioris.*

73 *Princeps solus sicut legem condere potest, sic in eius potestate est concedere priuilegium.*

74 *Actus priuilegiandi est supremæ potestatis, quam alterius contradictio impedire non potest.*

75 *Citandus quis non est in impetratione gratiæ.*

CONSILIVM IIII.

1 QVoniam receptissimi iuris est, & inter legũ vertices nulla penitùs est discrepantia, † quòd ex causa insufflari
2 potest spiritus vitæ instantiæ peremptæ, verbi gratia, † vt si lite causæ principalis pendente superueniat pestis in ciuitate, vel terræmotus, aut alia impedimẽta publica vel priuata superueniant: (vt legatio, vel propter ferias repentinas à principe inductas) propter quæ ius redditum non fuit, quo casu non stetit per partem, sed potius per iudicem: de quibus in l. sed si per Prætorem, & l. nec non. ff. ex quib. cau. maiori. l. Senatus. ff. de off. præsid. vel ex alijs causis visis Principi, quas sigillatim enumerare non possum. d. l. sed & si per prætorem. §. Item, inquit, cum sequenti, vbi declaratur ista clausula, si qua iusta causa videbitur, in quibus casibus consueuit Princeps concedere restaurationẽ instantiæ, vt clarè per Parid. de Put. in tract. syndica. in verb. sententia. c. restat, quæ etiam ex alijs causis concedenda venit. vt si euenerit impedimentum infirmitatis, item carcerationis vel paupertatis: necnon & cõpromissum factum de lite, vt in cle. quandiu, de appella. Item negligentia procuratoris: vel si sequutus fuerit aliquis casus in itinere, vt per Docto. in c. ex ratione. de appell. & Afflic. in constitutione regni incip. sæpe contingit, in secundo notab. sub rubr. de numero baiu. & etiã vbi pro tractatione seu dolo aduersarij perit instantia. l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. Et de quibus omnib. supradictis mentionem faciunt Paris de Puteo vbi suprà, Gramma. in decisio. 69. Boër. decis. 247. num. 16. cum sequentib. Maran. in suo aureo speculo, chart. mihi 270. numero 32. Ideò exoriri videntur plura dubia, de quibus infrà.

Et primò, an illustrissimus Dux potuerit insufflare spiritum vitæ instantiæ peremptæ subdito vasalli, qui causam tractauit, & mouit coram ordinario eiusdẽ vasalli, eo inuito, & contradicente ac conquerente insufflationem dictæ instantiæ ad eum spectare ratione meri & mixti imperij & regalium, quæ habet, & de quibus in concessione sibi facta, vel antecessoribus suis.

Secũdò, posito quòd dicta insufflatio fieri potuerit, an iteratò & sic pluries concedi potuerit?

Tertiò, vtrum in dicta restauratione parti aduersæ veniant resarciendæ expensæ factæ in instantia peremptæ?

Quartò & vlt. an in concessione dictæ insufflationis requiratur citatio partis?

Deueniendo igitur ad primum caput, prima facie
3 dicendũ videtur, quòd † restauratio ipsa neri debuerit à vasallo immediato domino territorij, & quòd alibi facta, veluti à non habente ad hoc potestatem, viribus nõ subsistat. Quoniam nemini dubium est,
4 † quòd habens vtrunq; imperium cum regalibus in territorio & cum perpetua administratione, dicitur Princeps, & in eo sibi locum vendicant, quę de principibus in materia iurisdictionali sancita reperiuntur. sic terminũ hunc declarat Iac. de S. Georg. in inuestit. sua feud. in verb. Princeps Pedemõtium. Cur. Iun. in cons. 61. num. 9. & Socin. Iun. in cons. 105. nu.
5 17. vol. 3. Item † quòd taxatio instantiæ est de iure positiuo, vt in l. properandum, in princip. C. de iudicis.
6 vbi not. omnes. Hinc videmus † quòd per statuta locorum aliter taxatur, & limitatur instantia inducta à iure communi quæ subrogatur loco illius, quæ est (vt dictum fuit) de iure communi. Alex. in cons. 42. col. 2. vol. 3. Neuiz. in cons. 42. col. 1. Soc. Iun. in consi.
* 95. col. 2. in fin. vol. 1. vbi asserit hanc * communem, dixi in cons. 15. in princ. vol. 2. Ex hoc igitur fundamento sumi videtur argumentum, quòd sicut Princeps in territorio suo potest insufflare spiritum vitę instantiæ peremptæ, ita etiam & vasallus inuestitus de mero & mixto imperio cum regalibus, & qui habet perpetuam administrationem castri sui, cùm insufflatio ipsa sit de regalibus, vt per Afflict. in c. 1. nu. 69. quæ sunt regalia.

7 Secundò facit, nam † prętor finita instantia insufflat spiritum vitæ actioni peremptæ, vt per Bart. in l. ab hostibus. col. 2. vers. quæro quando. C. quibus ex cau. maio. sicut dicunt naturales Philosophi de Leęna, quę parit frusta carnium, & per clamorem super eos inspirat spiraculum vitæ. gloss. Bart. & alij in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. eod. tit. Capic. in decis. 165. col. 2. Gramma. decis. 69. Boër. in decis. 247. & Paris de Puteo in tract. de syndi. in ver. sententia. c. restat. col. 2. Ergo eodem modo dicẽdum videtur, quòd vasallus debeat posse insufflare spiritum vitæ instantiæ peremptæ, & quòd falsa sit opin. Afflict. in c. 1. nu. 69. quæ sint regalia, dũ dicit, quòd solus princeps potest insufflare spiritum vitæ instantiæ peremptæ, per not. per glo. in d. §. sed quod simpliciter, quæ hoc non dicit, imò vult quòd Prætor ipse, & sic alius quàm solus princeps possit insufflare spiritum vitæ actioni peremptæ.

8 Tertiò facit, † quia vasallo habẽti perpetuã administrationem competit facultas concedendi gratias delictorum, & bannitos restituendi in pristinum statum iuxta doctrinam Salic. in l. cum indulgentiam,

col.

col.2.C.de sent.pas.10.de Amic.per plura in consi.89. per totum .Alba in cons.64.num.14. & alibi passim.

9 †qui bannitus restitutus dicitur nouus homo,per l. intercedit,vbi Bart. ff.de condi.& demonst. Brun.in tracta.de refectio.num.32. si ergo potest quod maius est,vt scilicet in criminalibus possit abolere delictū, & nouum hominem creare, cur non idem in instantia quin possit nouam creare,ac actionem reuiuiscere? Hi enim omnes effectus ex pari potestate in vasallum translata procedunt.

10 Quartò & vltimò facit,† quòd dominus directus in prima instantia subditorum vasalli non potest se intromittere,prout tradit Curt. Iun. in cons. 2. Natta collega meus in cons.408. Bos.in suo tract.in tit.de pœn.num.21. & per me in cons.16.nu.13.vol. 2. Cùm igitur domino directo hoc non liceat,sequitur conclusio, quòd processus & actus alibi agitatus, quàm coram proprio iudice,non valeat,vt per Cur. Iun in tract.feud.in 7.part.num.19.Capic. decis.9. & Bos. in tit.de Principe, nu 261. quod maximè procedere videtur,domino vtili reclamante,vt in casu de quo agitur, ita vt nec de vlla prorogatione vel ex tacito consensu agi possit.

Sed præmissis non obstantibus, vt infrà dicetur, contrariam sententiam tanquam de iure veriorem amplectendam fore arbitror. Et pro fundamẽto hu
11 ius partis dico in primis, † quòd insufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ,quę dicitur restauratio,vt per Maran. in tract. de ord. iud.in 5. parte ver. deue-
12 nio.num.32.†nisi per solum Principem concedi potest, vt in specie dixit Afflic. in c. 1. num. 96. quæ sint
13 regalia. †cùm ea sit de regalibus,& enumerata inter
14 ea,vt ibi per Afflict. Nam†regalia ideo dicũtur,quia ad solum Regem pertinent,vt in d.c 1.Bos. in titu. de rega.in princ.facit etiam quod not.Ioan.Igenus in l. necessarios.§.non aliàs.in §.nouissimè, versic.136.ad Syllan. vbi dicit, quòd dicta iura ideo dicuntur regia,quia solùm ad regem spectant,vt in exemplis ibi positis per eum, & ex dictis per Angel. & sequaces in
15 l.si tempora.C.de tempo. appel. vbi ex gratia Principis insufflatio ipsa conceditur.†imò ex mera gratia,
16 teste Gramma.in decis. 103. num.117. & sic ex speciali priuilegio,quo casu†quę competunt Principi ex tali priuilegio non veniunt in concessione meri& mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis, vt in cons.
17 meo 42.num.7.vbi omninò videndum,& per Vasal. in l.imperium.num. 50.de iurisd.omn.iud.vel † nisi Princeps specialiter alteri concedat vel communicet,vt etiam scripsi in cons.1.num.15.vol.2. & in cons. 94.in fin.vol.eod.& per Afflict.in d.c.1.& per Igneum vbi suprà,ac in consilijs meis suprà allegatis.

18 Hinc videmus,† quòd licèt potestas legitimandi sit de reseruatis Imperatori seu Põtifici, nec alijs exerceri possit,tamen hoc fallit,si Papa vel Imperator huiusmodi facultatem concesserit, vt per Paris.in cons.2.nu.7.volum.2.& in cons. 12.num.131.vol. eod. Scribẽtes in c.per venerabilem, qui filij sint legitim. & in l.Gallus.§. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu.
19 imò plus dicitur in casu nostro, † quòd etiam si in concessione feudali dictum sit de regalibus absque clausula, ex certa scientia, vel motu proprio, adhuc insufflatio ipsa per vasallum fieri non posset: quoniam huiusmodi rescripta præsumuntur obreptitia,& vt latius infrà dicetur.

20 Secunda est conclusio,† quòd consuetudo patriæ tanquam altera lex sequenda venit,vt per Maran.in loco, de quo suprà num. 32. Gram. decis.69.colum.1.
21 †Est enim consuetudo optima legum interpres.Angelus in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si plus quam per l.fal.
22 quæ attendi debet, cùm sit actus practicus, secũdum
23 Bald. in l. quicunq;.C. de ser.fug. † Nam vera interpretatio sumitur à practica, seu ab eo quod fieri consuetum est.l.minimè.ff.de leg.c.cùm dilectus,de consue.Bald.in ca.1.in princ.de feud.sine culp. non amit. Et ideo dixit Bald.per illum tex.in l.illud.ff.de excus.
24 tuto. † quòd ab antiqua practica recedendum non est.Dec.in cons.6.col.fin.in cons. 286.col.2.in princ.& in cons.378.col.2.Soc. iun. in cons. 2.num. 26.volu.1. Craue.in cons.91.num.7. Restaur.in tracta. de Imperatore,quæst.24.sed sic est quòd in dominio dicti Illustriss.Ducis consuetudo viget, & semper practicata fuit, quòd insufflationes instantiæ per ipsum Illustriss. Ducem,seu eius sacrum Consilium concedi solent subditis vasallorum in causis primis vertentibus coram eorum ordinarijs, non obstante, quòd vasalli sint inuestiti nedum de mero & mixto imperio & omnimoda iurisdictione, sed etiam de regalibus: ergo vasallo ipsi competere non potest ipsa restauratio, sed ad supremum dominum spectat, qui eam legitimè concesserit ex ipsius mera gratia ad supplicationem partis actricis.

25 Tertia est conclusio,† quòd si à principe impetrari solet quod est minus, multò magis quod est maius,vt est regula triuialis. sed in patria d.Illust. Prin-
26 cipis practicatur, quòd † prorogatio instantiæ per subditos vasallorum impetrari solet per supplicationem à Principe,vt per Parid.de Puteo, vbi suprà in d.verb.sententia,c.restat.num.7.quem sequitur Maran. in tract. prædict. in vers. deuenio. num. 19. ergo multo magis impetrari debet insufflatio præmissa.
27 † Nam facilioris cõcessionis est prorogare id, quod est, quàm concedere de nouo quod iam extractum sit,per Ias.in l.properandum,in princ.col.3. in princ. C.de iudic.

Restat modò vt respondeatur argumentis adductis in contrarium, ad quorum confutationem con descendo.Et ad primum respondetur, illud esse falsum, & veritate carere: quod probatur arguendo à
28 sufficiẽti partium enumeratione, quod quidem argumentum in iure fortissimum est, vt notatur per Scrib. in l.patre furioso, per illum text. ff. de his qui sui vel alie. iur. glo.in l.1.in gl.magna circa medium. ff.de actio.& obliga. Bald.in c.venerabilis, de except. Nam aut volumus dicere, quòd ratione meri & mixti imperij, quod habet vasallus in territorio suo, possit in eo exercere omnia iurisdictionalia, quæ
29 principi sancita reperiuntur, & hoc ab omni iure alienum est. Nam nemini dubium est, † quòd potestas statuendi regulatur à iurisdictione. l. nulli.C.de sent.& interlo.om.iud.Bart.in l.omnes populi,& ibi Cacialup. num. 8. ff.de iust.& iur. Barb.in rubric.C.
30 qui admit. num. 284.& tamen videmus,† quòd vasallus habens dictum vtrumq; imperium, nõ potest aliquid ordinare vel statuere, quod sit contra ius commune.Bald.in d.l.omnes populi.& ibi Ias.in 1.lectura,in penult.colum.& in 2.lect.col.3 Bald.in l.nec quicquam.§.fin.ff.de offic.procon. & lega. Afflict.in
31 constitutionib.regni,quæst.6.vbi inquit,† quòd Barones & vniuersitates, quæ habent iurisdictionem ordinariam in eorum terris, possunt facere statuta licita,honesta,& pœnalia, quæ non sint cõtra legem superioris nec contra ius,sed præter. Alexan. in l.nemo potest.col.1.de lega.1. Alex.in l.1.colum.pen. & ibi
* Deci.ff.quod quisque iur.vbi asserit hanc esse * communem opinionem, & quam vti communi calculo receptam sequitur Ruin. in cons.109. num.10. vol.4. & in cons.208.num.3.vol.1.in cons.187. in princ.vol.
32 2.vbi inquit, quòd sicut inferiores non possunt statuere contra ius commune. c.fin.de off.Archiep.vbi Ioan.And.& alij,nec legi derogare, ita nec consuetudinem inducere, nec vti clausula, non obstante.glo. in verb. figura, in c.fi.de hæret.in 6. Bald.in l.rescripta.C.de prec. imper. offeren.& ideo refert Bossius
33 in tract.suo crim.in tit.de principe,num.287.† quòd sicut feudatarij non possunt statuere cõtra ius commune,ita nec possunt rescribere Prætoribus & officialibus eorum,vt procedant summariè in causis or-
34 dinarijs. Et quoties † Senatus Mediolani talia fieri intelligit à feudatarijs,excandescit,& in eos animad uertit.Hîc dixit ipse Bos.in tit.de regalijs.num.19.aduertendum esse an dicta facultas statuendi cõtra ius commune, sit concessa feudatarijs in priuilegijs,vel an tales sint in possessione statuendi contra ius commune patientibus subditis,& plus,an tanto tempore sint in possessione vt eam præscripserint. Accedit etiam quod notat Iacob.de S.Georg. in inuestit. sua feudali in verb. Princeps, in 2. specialitate. vbi in-
35 quit, † quòd solus princeps potest facere statuta super lite pendente,& non inferior, vt in auth.vt cùm de appel. cogn.in princ.col.8.& per cano.in c. fi.vt lite pen. ergo malè subsistere non potest dictum fun-
36 damentum,† cùm princeps in iurisdictionalibus omnia

mnia posit, vt not. Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. & licèt nonnulli sentire videantur, quòd imò inferiores à Principe possunt statuere cõtra ius commune, vt per Fel. in c. 1. de rescript. vbi inferiorẽ à Principe seculari posse statuere contra ius commune, secus in inferiore à Principe ecclesiastico. quem sequitur Bos. in tit. de pœn. num. 26. in tit. de Principe, nu. 287. & in tit. de regal. num. 19. tamen in contrarium
* est* communis opinio, vt supradictum fuit, nisi sal-
37 uando eum dicamus, quod intelligi debet, † quando inferiores ex causa respiciente publicam vtilitatem aliquid contra ius statuerent: quia tunc statuta ipsa valerent. Ias. in d. l. omnes populi, in 1. lectu. colum. fin. & in 2. col. 3. Annib. in repe. l. nemo potest. nu. 48. de lega. 1. Bos. in d. tit. de Principe. num. 287. Soc. Iun. in consi. 76. num. 27. versic. item etiam, volumine 3.
38 vbi inquit, † quòd proclama vel statutum factum per communitatem, ne bona immobilia in sua iurisdictione iacentia quoquo modo in non subditos alienentur, quamuis sit contra ius commune, valet: quia respicit publicam vtilitatem. Rursus in consil. 105. num. 19. vol. eod.

Aut volumus dicere, quòd vasallus habeat omnia iurisdictionalia in suo territorio, ex quo habet nedum merum & mixtum imperiũ, sed & perpetuam
39 administrationem: quia † illud tantùm procedit in Ducibus & Marchionibus & Comitibus habentibus perpetuam administrationem, vt per Cur. Iun. in consilio 1. colum. 3. & in consil. 71. numero 9. vbi in-
* quit, hanc esse * communem conclusionem. Cacialup. in dicta lege omnes populi. numero vigesimoquarto, & Soc. in consilijs suprà allegatis, secus autem in inferioribus, quia licèt habeant dictum merum & mixtum imperiũ, & omnimodam iurisdictionem, tamen non possunt omnia iurisdictionalia in suo territorio exercere, vt cõstat ex scriptis per Dec. in d. l. 1. quod quisque iuris. Nam si vera esset o-
40 pinio contraria, sequeretur † quòd vasallus posset nedum cognoscere de primis causis suorum subditorum, sed etiam de secundis, de quibus habet cognoscere Princeps, teste Bald. in l. 1. quæst. 43. ff. de rerum diuis. idem dixerunt Ioannes Fabri. in §. fi. insti. Attil. tuto. Bos. in tit. de for. compet. num. 45. & in tit. de Principe. num. 281. cum aliquibus sequentib. Bru. in consil. 102. Iacob. de S. Georg. in d. verb. & cum mero & mixto imperio, colum. 3. ver. sed an ille, vbi in-
41 quit, † quòd cognitio causarum appellationum nõ comprehenditur sub concessione meri & mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis, nisi nominatim exprimatur in inuestitura. Purpur. in l. imperium. num. 75. de iurisd. om. iud. Ex his igitur videtur dicendum, quòd illud, quod dicitur de habente perpetuam administrationem cum mero, & mixto imperio, habet locum in supradictis Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, non autem in alijs inferiori-
42 bus ab eis. Et ratio est, quia eo ipso, † quòd quis creatur Dux, Marchio, &c. non solùm regalia, de quibus in tit. quæ sint regalia, videntur in eum translata, verùm etiam & omnia alia, quæ sunt reseruata in specie Principi soli & Imperatori propter excellentiam.
43 Et ideo videmus, † quòd possunt legitimare in suo dominio, & quò ad suum dominium naturales & spurios, vt per Iacob. de S. Georg. in inuest. sua feud. col. 1. vers. dubitatur. quem sequitur Bos in tit. de Rega. colum. 1. Hinc dixit idem Iaco. vbi suprà in verbo
44 Princeps, in 58 specialitate, † quòd Dux Sabaudię potest in suo territorio creare Comites & Marchiones, faciunt etiam quæ dixi in tractatu meo de lucro dotis, in quæst. 3. num. 8. cùm sequenti. cùm igitur sit diuersa ratio inter ipsos, de quibus suprà, ius diuersum etiam esse debet. l. illud. ad l. Aquil. à contrario sensu. l. fi. de calum. Vltimò dicitur, quòd etiam dato (sed non concesso) quòd inferioribus habentibus merum & mixtum imperium, & iurisdictionẽ, competat facultas statuendi contra ius commune, non tamen circa ea, quæ sunt Principi reseruata, cùm ea non veniant in quacunq; generali concessione, nisi specialiter exprimantur, vt per Purpur in d. l. imperium. nu. 62. & nu. 300. post alios ibi per eum citatos, prout est restauratio instantię, vt iam sæpius dictum fuit.

Vlteriùs dicitur, quòd si fit fundamentum, quòd sub mero & mixto imperio veniat insufflatio seu restauratio instãtiæ, tanquam quòd illa sit quid iurisdictionale, & istud non admittitur: quia est de regalibus & reseruatis principi, quæ non veniũt sub mero & mixto imperio, nec in concessione vniuersali facta à Principe, nisi exprimatur: ita Gaspar Valasch. in repe. l. imperium. num. 50. ff. de iurisd. om. iudi post
45 Alber. de Rosa. ibi per eum citatum. † Nam duplex ius Princeps in castro habere videtur, vnum tanquam specialis dominus dicti castri, & illud venit in ipsius concessione cum territorio: aliud tanquam Princeps & dominus in toto regno, & istud ius regale non venit in tali cõcessione. facit text. in c. Regnũ, in fi. 23. quæstio. 5. Et ideò dixit ipse Alber. in l. fi. in fi.
46 C. de iurisd. om. iudic. quòd † si Princeps concedit castrum cum omni iure Principis, quod non veniunt regalia. sequitur Laud. in tract. de Principe, conclu. 115. Iacob. de S. Geor. in d. sua inuest. in verb. de castro Rubei montis, col. 1. ver. ego addo. Bos. in tract. de re-
47 gal. nu. 25. † Nam reseruata non veniunt sub generali prouisione. c. 2. in fi. de præben. & super illis alij inferiores manus apponere non possunt. d. ca. 2. Paris.
48 cons. 1c. nu. 2. vol. 4. Gram. decis. 19. nu. 18. vbi † regalia possideri non possunt absq; speciali commissione. Cùm ergo dicta restauratio sit de regalibus, & de reseruatis Principi, sequitur conclusio clara, quòd vasallus inuestitus de iurisdictione cum mero & mixto imperio, & qui habet perpetuam administrationem, non possit talem insufflationẽ concedere, quę est quid regale, & non solet concedi, vt dictum est, nisi à Principe ex mera gratia.

Aut volumus dicere, quòd in cõcessione facta dicto vasallo sunt regalia, quæ iam (vt diximus) per Principem alijs concedi possunt, inter quæ est ipsa insufflatio, vt per Affict. in citat. cap. 1. quæ sint regalia, quia aduertendum est, quòd concessio regalium non valet, nisi in concessione ipsa adsit clausula, ex certa scientia, vel motus proprij, quæ in inuestitura facta dicto vasallo descripta non reperitur: ita Mar. de Laud. in cap. 1. colum. 4. versic. nota vnum, qui feud. dare poss. Ias. in vlib. feud. char. 26. in fi. ver. & circa. & quia de hoc aliàs abundè dixi in consilio 1. numero 102. volum. 2. & in consilio 18. numero 78. eodem volum. vbi multa alia adduxi, quæ faciunt ad propositum, ideo ad ibi scripta me remitto. Et ita etiam dixerunt Boër. in decisione quinquagesima numero duodecimo. & Alba in consilio sexagesimo quarto, numero 90. stantibus igitur omnibus istis suprà consideratis, quæ communi calculo recepta sunt, clarissimi iuris est, quòd dicto vasallo, nullo modo competat ius restaurandi instantias, sed soli Principi.

Non obstat secundum argumentum, quia re-
49 spondetur, † quòd si prætor, qui aliàs æquiparabatur Regibus, vt per Bartol. & alios in l. omnes populi, de iust. & iur. poterat insufflare spiritum actioni
50 peremptæ, id procedebat † ex potestate sibi concessa à lege, quæ requiritur in quocunque actu, vt in leg. cùm te. C. de dona. prop. nup. c. cùm supra de off. de-
51 leg. quæ non reperitur concessa vasallo. † Vnde ex separatis & habentibus diuersam rationem, illatio rectè fieri non potest. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Similiter non obstat tertium argumentum, quòd vasallo habenti perpetuam administrationem competat facultas concedendi gratias delictorum, & bannitos restituendi, iuxta notat. per Salic. Ioan.
52 de Amicis & Albam vbi suprà: quia † respondetur quòd Sal. in dict. l. cùm indulgentiam, tenet oppositum, & expressè concludit, quòd indulgentia prædicta non potest concedi à recognoscente superiorem sine ipsius speciali licentia, per l. relegati. ff. de pœn. & alia ibi allegata per eum, & si bene inspiciatur Ioan. de Amicis in citato consilio 89. idem vult
53 in 2. numer. quando iam lata est sententia † quia hæc indulgentia est soli Principi reseruata, nisi specialiter alteri per ipsum concedatur, per text. in l. 1. in §. fina. ff. de quæstionib. & in l. diui fratres. ff. de pœnis. imò plus vult, quòd si princeps, qui habet facultatem non solùm commutandi pœnam mortis in

aliam leuiorem, sed penitus absoluendi & liberandi, non solùm ante sententiam, sed etiam post (vt in
54 dictis legibus) concedit † facultatem alteri commutandi pœnam, intelligi debet ante condemnationem, non autem post: quia tunc facultas ipsa concessa non videtur, nisi specialiter exprimatur, per d. l. j. §. fina. Alba verò in allegato consilio 46. numero 14. vult contrarium eius ad quod allegatur. Verba enim formalia ipsius sunt hæc: octauò extant quàm plures gratiæ seu liberationes à delictis factæ per ipsos episcopos aliquando in particularibus casibus, aliquando generaliter, & talis actus propriè ad prin cipes pertinet, vt tradit Bartol. in dicta l. relegati. vbi
55 inquit, † quòd relegato seu misso in exilium, non potest dare iudex licentiam veniendi, & quòd re-
56 uertatur, sed solus Princeps, & non alius, † & ciuitates Italiæ, quæ sunt Principes sibi ipsis, & similiter omnes ciuitates, quæ habent licentiam concedendi statuta in negotijs magnis, possunt facere leges, vt exules reuertantur, & tunc habebunt licentiam redeundi authoritate legis & Principis, qui concesit quòd possint facere huiusmodi leges & statuta, l. prohibere. §. planè, quod vi aut clam. idem tenuerunt Iacob. de S. Georg. in inuestit. sua feud. in verb. Et cum mero & mixto imperio, colum. 2. versic. sed an inuestitus. Bald. in l. imperium. in j. lectu. ff. de iurisdi. om. iud. Aflict. in cap. j. columna 2. ver. septi-
57 mò, quæ sint regalia, vbi dicit, † quòd solus Princeps concedit indulgentias ac priuilegia restitutionis, & contra sententias absolutiones in criminibus, vt in
58 lege 1. & 2. C. de sen. pas. & in ver. 8. vbi tradit, † quòd solus Princeps propter honorem suę domus potest facere abolitionem generalem in criminibus, & alicui specialem, & quòd id, quod aliàs erat vendicandum, transeat impunitum, per l. si interueniente. ff. ad Turpil. & in versic. 43. vbi etiam ait, quòd solus Princeps potest facere gratiam lata sententia, l. j. §. sequitur. ff. de postul. & per Innoc. in ca. cùm te, de re iudic. & in versic. 58. Iterum Iacob. de S. Georg. in dict. inuestit. in 5. chart. in 17. specialiter Principis. Bos. in tract. crim. in titul. de remed ex sola clemen. Princ. numero quinquagesimoprimo,
59 ver. an feudatarij, vbi dicit, † quòd feudatarij status Mediolani non possunt concedere gratiam subditis suis, nisi quo ad bona & pœnam, quæ eis applicantur. allegat Salic. in dicta lege cum indulgentia, & subdit, quod ita cauetur in ordinibus dicti dominij, & quòd tempore Regis, quo adhuc ordines non erant editi, vidit suspendi quendam subditum feudatarij cum gratia collo annexa. idem etiam volunt Bart. & Doct. in l. acta. §. amplianda. ff. de re iud.

60 Non obstat etiam vltimum, quia † respondetur, verum esse, directum dominum & supremum non posse se intromittere in cognitione, & decisione primarum causarum subditorum vasalli, & ita procedunt allegata in contrarium, secus in alijs reseruatis ipsi Principi, quæ comprehensa non reperiuntur in concessione & inuestitura facta vasallo, prout est insufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ, quæ competit soli Principi, & quæ per eum solum conceditur ex gratia. Vnde ex his remanent resoluta omnia, quæ in contrarium adducta fuerunt, concludendumq; venit vasallo minimè licere cõcedere dictam insufflationem.

Deuenio ad secundum caput, in quo prima facie
61 dicendum venit, † quòd insufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ nõ possit bina vice concedi, per text. in l. fin. C. si sæpius in integr. rest. postu. vbi dicit, quòd in vna eadémque causa non conceditur iterata restitutio. Facit etiam dictum Ang. in dict. l. si tempora, dum dicit, quòd instantia & causa, quæ erat peremptа, resuscitatur ex gratia Principis, qui insufflat spiritum vitę in eam mortuam, & sic de nihilo facit aliquid, tanquam Deus terrestris in terris, prout sic fecit Deus cœlestis incarnatus, qui in cadauer Lazari insufflauit spiritum vitæ, ex cuius verbis & comparatione resultare videtur, quòd sicut Christus non resuscitauit Lazarum nisi semel, ita etiam non liceat Principi nisi semel suscitare instantiam peremptam.

Sed his non obstantibus, altera pars tenenda est
62 & in consulendo & in iudicando, quòd imò † Princeps iteratò possit concedere insufflationem spiritus vitæ instantiæ peremptæ, per text. in l. & si fine. §. restitutus. ff. de mino. vbi quamuis semel circa additionem hæreditatis minor sit restitutus, iterum restitui poterit, quod & vt vult gloss. in dict. l. fin. & ibi Bald. in vltimis verbis. Secundò ita tenuerunt Capic. in decisio. 165. vbi refert, in sacro Concilio ita fuisse iudicatum, & Grammat. in decisio. 60. vbi in finalibus verbis plus refert per sacrum Concilium fuisse concessam tertiam restaurationem instantiæ. Non obstat text. in d. l. fin. quia respondent Capic. vbi suprà colum. 2. & Gramma. in cita. decis. 169. col. fin. quod ille text. loquitur quando primo loco fuit denegata restitutio.

Non obstat similiter d. Ang. de Lazaro, quia respondent dicti patres in locis de quibus suprà, quòd si à Domino fuisset iterum postulata resuscitatio, de nouo concessisse, imò & in nouissimo die eum secundo loco suscitabit.

Circa tertium, an veniant refarciendæ expensæ per actorem, qui impetrauit restaurationem instantiæ parti conuentæ, non cõterendo tempus vbi non expedit, distinguendum esse arbitror vt infrà.

63 † Aut stetit per iudicem, vel quia iudex est mutatus, vel ex alia causa, quæ Principi videtur iusta, & tunc impetrans restaurationem instantię non tenetur refundere expensas retardati processus: ita Paris de Put. in tracta. syndica. in verb. sententia. ca. testat. colum. 2. argumen. l. properandum. §. fin autem vtraque. C. de iudi. ita Boër. in decis. 247. num. 10. in fin. Maran. in tract. de ordi. iudi. char. mihi 270. nu. 21. in fin. Aut verò instantia non ex causis supradictis, sed ex negligentia actoris peremptа fuit, & tunc
64 † ipse tenetur soluere expensas parti contrariæ, ita Boër. vbi suprà, & Maran. in loco suprà citat. nu-
65 mero 31. in fin. & numero 33. vbi etiam inquit, † quod quando instantia fuit peremptа culpa actoris, si per Principem, vel sacrum Concilium concedetur restauratio ipsa, nulla facta mentione expensarum, potest pars opponere, quòd non audiatur actor,
66 nisi refectis expensis. † Aut verò instantia peremptа fuit dolo aduersarij, & tunc ipse tenetur soluere expensas secundum Imol. in cap. venerabilis, vbi Scribentes de excep. per text. in l. non ignorat. C.
67 de fruct & lit. expen. † quia dolus aduersarij culpæ actoris præponderat. l. arbitror. §. si dolo. ff. de
68 dolo. vbi etiam Bald. dicit, † quòd si facto tertij perit, quòd contra ipsum potest agi ad expensas: ita Boër. vbi suprà numero 11. post alios ibi per eum citatos.

69 Circa vltimum caput, † an citatio partis requiratur in concessione ipsius restaurationis: concluden-
70 dum videtur, quòd non: † quoniam ea parte inuita concedi potest, ergo & ignorante, l. quæ inuitis. ff. de regulis iur. Marsi. in l. de vnoquoque. numero 130. de re iudic. Dec. in consilio 498. in fin. & in consil. 46c. colum. j. Quòd autem hoc sit verum, patet ex
71 infrascriptis. Nam nemini dubium est, † quòd in datione facta per Principem, non requiritur citatio, vt per Bald. in l. nam ita diuus, de adopt. vbi dicit,
72 † quòd quando conceditur priuilegium, non est de more, neque de iure quòd quis citetur: quia est donum superioris. Decius in consilio 194. columna j. ver. venio ad secundum, in consilio 598. in fin. & in
73 consil. 624. colum. fi. † Sicut enim Princeps solus legem condere potest, sic in eius potestate est concedere priuilegium. Bald. in l. fin. C. quib. res iud. non nocet. Curt. Iun. in consi. 1. num. 25. Brun. consi. 1. colum. 10. & in consi. 2. col. 9. consi. 6. colum. 4. consi. 7. in fin. &
74 in consi. 10. col. 11. † Nam actus priuilegiandi est supremæ potestatis, quam alterius præsentis contradictio impedire non potest. Bru. d consil. 1. col. 10. in princ. ergo id dicendum videtur de restauratione instantiæ, quę est supremę potestatis, vt iam dictum, & donum superioris.

75 Secundò facit, † nam in interpretatione gratiæ nemo citandus est: quia est quędam donatio: ita Abbas in cap. cum olim, col. 5. & ibi Bald. col. 2. de re iud. Dec. in allegato consi. 194. col. 1. & 624. colum. fin. sed

insuf-

insufflatio instantiæ conceditur de gratia per Principem, vt per Angel. in dict. l. si tempora, & Capic. ac Gramma. vt suprà.

Tertiò & vltimò ita decidit in terminis Capic. in d. decisio. 161. vbi inquit, de hoc esse casum in ipsa l. si tempora, vers. quod si ita.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij V.

1 *Viam ferro aperit, qui per contraria scandit.*
2 *Vasalli tenentur dominum egenum alimentare, & nu. 9. sed contrà num. 12. & 15.*
3 *Vasallus debet subuenire domino, quando imminet magnum periculum mortis.*
4 *Filius æquiparatur vasallo, declara vt in nu. 38.*
5 *Filius tenetur alere patrem, & è conuerso.*
6 *Vasallus æquiparatur liberto, declara vt in nu. 39.*
7 *Libertas vasallorum nõ potest pœna astringi, sicut nec libertorum.*
8 *Vasallus tenetur mori pro domino, & præferre vitam domini suæ propriæ. contra nu. 36. & 40.*
10 *Discipulus tenetur alere doctorem egenum.*
11 *Patronus si vergit ad inopiam, alendus est ab ecclesia, fallit vt in nu. 33.*
13 *Dominus si promisit cum iuramento soluere creditori, & non potest, non tenetur vasallus dare pecuniam domino vt soluat.*
14 *Anima corpori præfertur.*
15 *Vasallus non tenetur dominum egenum alere.*
16 *Fallit, nisi ex facto vasalli dominus bona sua consumpsisset.*
17 *Consilium datur domino vt in inuestitura opponat pactum, quod si peruenerit ad inopiam, vasallus teneatur eum alimentare.*
18 *Pacta quæ etiam sint præter naturam feudi, seruanda sunt.*
19 *Amicus non tenetur alere amicum reductum ad egestatem.*
20 *Tutor pupillum alere non tenetur, si egestate laboret.*
21 *Vasallus præsuppositò (sed non concesso) quòd teneatur dominum alere, id tamen intelligi debet, quando dominus non haberet vnde se aleret.*
22 *Consuetudo licèt valeat, quòd subditi debeant domino prouidere de victualibus, vel de rebus ad alimenta sine pretio, tamen ea locum sibi vendicat, si Princeps non habet de suo, vel si adest publica vtilitas, aliàs secus.*
23 *Vasalli non tenentur ad redemptionem domini, si de suo redemptionem soluere potest.*
24 *Reges sibijpsis prius imponere debẽt subsidia, & posteà alijs, si mensa eius non sufficit.*
25 *Principes, qui militant, debent etiam de communi viuere, & communitatis negotia procurare, si eius reditus non sufficiant.*
26 *Et quænam huiusmodi sit ratio, assignatur.*
27 *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.*
28 *Subditi, licèt possint grauari quando dominus indiget pro expensis communis boni, nec quicquam haberet, non tamen vt extendat manus suas ad iniquitatem.*
29 *Libertus domino præstare non tenetur alimenta, si habet vnde se alat.*
30 *Pater non tenetur alere filium habentem vnde viuere possit.*
31 *Vasallus in casu quo teneretur alere dominum egenum, non astringitur si laboraret inopia.*
32 *Libertus non dicitur ingratus, si non subuenit patrono, quando non sufficerent bona pro alimentis suis et patroni.*
34 *Vasallus, qui à captiuitate dominum redimere tenetur, liberatur, si sibi non sit copia pecuniæ, vel quando commodè hoc facere non posset.*
35 *Prima charitas incipit à seipso.*
37 *Vasallus non tenetur dominum defendere contra seipsum.*
41 *Leges loquentes de seruis, non possunt allegari ad vasallos.*
42 *Vasalli debent defendere dominum, salua eorum vita & persona.*

CONSILIVM V.

ILlustriss & Reuerendiss domine, vidi thema ad me transmissum, ex quo resultare videtur dubitatio, an vasalli teneantur dominum directum alimentare, & quia moris mei quasi semper fuit in responsis ad vtranque
1 partem arguere, vt verè decet consulentem: † quia viam ferro aperit, qui per contraria scandit: teste Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs subst. ideo
2 arguendo dicendum videtur, † quòd ad dicta alimenta teneantur ipsi vasalli, quod satis apertè demonstrari videtur ex infrascriptis. Et primò per textum in cap. 1. §. licet, si de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. † vbi vasallus debet subuenire domino quando imminet magnum periculum mortis, etiam quando non habet vnde se alat, l. necare. ff. de lib. agnosc.
3
4 Secundò facit, nam † filius æquiparatur vasallo, gloss. in cap. 1. §. econtrario, de inuest. de re. alie. facta, in gloss fina. ibi, idem dicitur de filio. vbi inquit Afflict. Nota istam glo. quæ æquiparat filium vasallo: quia de ea potes te iuuare, vt possis inducere argumenta legum loquentium pro filijs, vt locum ha-
5 beant in vasallis: † sed filius tenetur alere patrem, & econuersò. l. si quis à liberis. §. vel si parens. de lib. agno. ergo & vasallus.
6 Tertiò accedit, nam † vasallus æquiparatur liberto, glo. in cap. 1. §. fin. de mil. vas. qui cont. est. Iaco. Ardizo. in j. rubr. feud. in §. notandum. Andre. de Iser. in c. j. quibus mod. feud. amit. & ideo infert Bald. in
7 cap. 1. de mil. vas. † quòd libertas vasallorum non potest pœna astringi, sicut nec libertorum. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio. sed libertus tenetur alere patronum, d. l. si quis à liberis. §. solent, de lib. agno. ergo & vasallus dominum egenum, vt æquiparatio locum habeat, Affliict. in c. 1. in princ. nu. 47. quib. mod. feud. amit.

Quartò confirmatur hæc sententia per gl. in l. 1. §.
8 iuxta. ff. ad Syllan. quæ dicit, † quòd vasallus tenetur mori pro domino, & præferre vitã domini suę propriæ: ergo ad alimenta tenetur.

Quintò hanc partem tenuit Bartol. in d. l. si quis à liberis. §. alimenta. sed firmius in tracta. de aliment. colum. fin. Iacob. de S. Georg. in inuestit. sua feudali in verb. qui quidem inuestit. colum. fin. in princip.
9 vbi inquit, † quòd vasalli & subditi tenentur dominum inopem alimentare, per dict. l. alimenta. §. fin. l. diuus Claudius, & l. magistratus. §. de iure patron. Idem voluerunt Mart. de Laud. in dict. §. licet, in fin. Affliict. in cap. 1. in princip. numero 47. quibus mod. feud. amit. & in decis. 265. numero 104. Cacialup. in tract. de feud. in 6. art. numero 15. vbi ait, quòd vasallus tenetur alere dominum pauperem, & econtrà sicut filius patrem, & è conuerso. dict. §. si vel parens,
10 sicut etiam † discipulus doctorem. l. 2. §. sed Pius diuus, ibi plurimum. ff. de orig. iur. Rom. in singulari.
11 136. † & sicut patronus si vergit ad inopiam, ecclesia debet eum alere, c. à nobis, de iure patro.
12 Sed † præmissis non obstantibus, contraria sententia est de iure verior, vt expressius demonstrabitur ex infrà dicendis, quod primò probatur per tex.
13 in dict. cap. licet. † vbi si dominus promisit alicui sub

iuramentò aliquid ſoluere, & non poteſt, non tenetur vaſallus ſibi dare pecuniam vt ſoluat, & periurium euitet. Iacob. de S. Georg. in d. inueſt. ſua in verb. quidam inueſtiti, col. 9. circa fi. & col. ſequenti circa fin. Afflict. in ca. 1. §. morte. in 2. notabili de alie. feud. pater. Zaſ. in tract. feud. in titul. de feud. amiſ. num. 25. ſi ergo vaſallus non tenetur dominum eripere à periurio, vt notant omnes in d. ca. licèt, & ſic à periculo animæ, vt ita & minus à periculo corporis: quia
14 † anima corpori præfertur, l. ſancimus, in fin. C. de ſacroſ. eccle.

15 Secundò † ita in terminis tenuerunt Iacob. Ardizo. in ſumma quib. mod. feud. amit. ſub rubric. An vaſal. tene. dom. ege. alere. per l. 3. §. penult. ff. de adminiſt. rer. ad ciui. pertinen. niſi dominus pro facto vaſalli ſui bona conſumpſiſſet, argumen. l. decurionibus. ff. de decurio. Ioan. Andr. in additio. ad Spec. in titul. qui filij ſint legitimi. §. 1. Rayn. Iſer. Præpoſ. Afflict. & Aluaro. in dict. cap. licèt, colum. 3. vbi dicit Aluar. quòd hoc cautum in iure non reperitur, niſi
16 prout dixit Iacob. Ardizo. vbi ſuprà, † & ſi dominus fuiſſet factus egenus facto vaſallo diuite, vel quia vniuerſa bona in feudaſſet, vel maximum eſſet feudum, quo caſu tenetur, aliàs ſecus: quia non eſt veriſimile, quòd pro modico feudo vaſallus voluerit ſe obligare ad alimentandum dominum, pro quo facit gloſſ. multùm ſingularis in ratione ſui, in cap.
17 quicunque. 19. quæſtio. fin. Et † ideo conſilium eſt ſecundum Iſer. in d. c. licèt, quod dominus in inueſtitura apponat pactum, vt alimentetur ſi peruenireta ad inopiam. † quia pacta, etiam ſi ſint præter naturam feudi, ſunt ſeruanda, ca j. §. penult. quid ſit inueſtitura. Hanc quoque ſententiam amplectitur Salic. in l. ſolo. in fi. C. de lib. cau. vbi dicit, vaſallum non teneri, quia nulla lege vel conſuetudine in vſibus feudorum hoc ſcriptum reperitur, & ſubdit pro hoc
19 facere regulam, quæ habet, † quòd amicus non te-
20 netur amicum, † nec tutor pupillum ad egeſtatem redactum alere. l. 3. §. penult. ff. vbi pupil. educa. debeat, in fin. Frider. Schenelz in dict. §. licet. num. 3.
* Et hanc eſſe * communem doctorum ſententiam firmant Aluaro. vbi ſuprà. Curt. Iun. in tract. feud. in 4. part. verſ. cadit ideo. & Zaſ. in tracta. de feud. in tit. ad quid vaſallus, num. 41.

21 Tertiò præſuppoſita, † ſed non admiſſa opinione contraria pro vera, ea ſaltem debet intelligi, quãdo dominus non haberet de ſuo vnde poſſet ſe alimentare, aliàs ſecus, quod probatur medijs infraſcriptis. Et primò ex notat. per Afflict. in conſtit. quàm plu-
22 rimum. num. 28. vbi ait, † quòd licèt valeat conſuetudo, quòd ſubditi debeant domino prouidere de victualibus & rebus ad alimenta ſine pretio, tamen quòd valida erit ex cauſa publicæ vtilitatis, & quando Princeps eſſet in neceſsitate, quòd nõ haberet de ſuo, aliàs ſecus, per id quod dixit Bald. in l. ſicut. C. de ſeruit. & aqua. Alberi. de Roſa. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com præd.

Secundò ex nota. per eundem Afflict. in dict. con-
23 ſtitu. num. 3. vbi inquit, † quòd vaſalli non tenentur ad redemptionem domini, ſi dominus poſſet de ſuo ſoluere redemptionem ſuam, Gui. Papæ in deciſ. 113. in fi. & 551. in fin.

Tertiò ex dictis per Bal. in c. conquerente, circa fi.
24 de off. ordi. vbi concludit, † quòd quando Reges imponunt ſubſidia, quòd prius ea debent imponere ſibijpſis, & poſtea alijs, ſi menſa Regis non ſufficit, l. ab omnibus. §. ſi Titio. ff. de lega. 1.

Quartò accedit quod voluit ſingulariter Luc. de Pen. in l. 1. colum. 3. C. de ſuperind. lib. 10. quem ſequitur Afflict. in rubr. quæ ſint regalia, col. penult. in fi.
25 verſi. 4. adduco, vbi formaliter ſic inquit: † quia aliquando contingit, quòd Principes non habent ſufficientes reditus ad cuſtodiam terræ, & ad alia quæ imminent Principibus rationabiliter expendenda, tali caſu iuſtum eſt, quòd ſubditi exhibeant vnde
26 poſsit communis eorum vtilitas procurari. † Et ratio eſt, quia Principes, qui militant, debent etiam de communibus viuere, & communitatis negotia procurare, vel per reditus deputatos, vel ſi huiuſmodi deſint, aut ſi ſufficientes non fuerint, per ea, quæ à ſingulis colliguntur.

Quintò facit, nam ſi (vt in facto præſupponitur) anteceſſores præſentis directi domini honorificè vixerunt de reditibus ſuis ordinarijs, ergo & idem facere debet ipſe directus dominus modernus, & eò magis hoc dicendum eſt, cùm in dicto themate expreſsè dicatur, quòd ipſe acquiſierit maiores redi-
27 tus, quàm haberẽt ſui anteceſſores † argu. auth. multò magis. C. de ſacroſanct. eccle. Nam vt inquit And. de Iſer. in cap. 1. in verb. & extraordinaria quæ ſint
28 regalia, † licèt ſubditi poſsint grauari, quando dominus indigeret pro expenſa communis boni, nec quicquam haberet, non tamen vt extendat manus ſuas ad iniquitatem: ſi enim haberet vnde faceret impenſam, & illud ſuperfluis veſtibus & alijs deliciosis impendat, qua fronte, inquit, exiget quod eſt ſubditorum? ſequitur ibi Afflict. num. 4. facit etiam
29 † nam libertus non tenetur ad alimenta patrono ſi habet vnde ſe alat, l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi alimen. ff. de lib. agno. Afflict. in d. verb. extraordinaria. nu. 6. ergo nec vaſallus domino. Idem etiam videmus
30 † in patre qui non tenetur alere filium quando habet vnde viueret, vt in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi filius. ff. de lib. agno.

Sextò principaliter dicitur, quòd dicta opinio lo-
31 cum non habet † ſi vaſalli egerent, quia non tenentur ſubuenire domino in ſuis neceſsitatibus, vt ſingulariter tradit Salic. in l. ſolo. C. de lib. cau. vbi inquit, ſi non ſufficerent bona liberti pro alimentis
32 ſuis & patroni, quòd tunc † libertus non dicitur ingratus, ſi non præſtat alimenta patrono, per l. alimenta, in princ. ff. de lib. agno. quod inquit Sali. notandum pro eccleſia quæ tenetur alere patronos in-
33 opes, † vt non teneatur Capellanus ſi reditus vix ei ſufficiant. Accedit etiam quod notat Zaſ. in tract. de feud. in titul. quib. mod. feud. amit. num. 145. vbi in-
34 quit, † quòd vaſallus tenetur à captiuitate redimere dominum ſicut filius, qui hæreditate priuatur ſi patrem non redimat, ſi ſibi ſit copia pecuniæ, & hoc
35 commodè fieri poſsit per eum. Et ratio eſt, † quia prima charitas incipit à ſeipſo, l. ſi præſes. C. de ſeruit.
36 & aqua. † Nam vaſallus non tenetur dominum adiuuare cum periculo perſonæ ſuæ: quia ſuæ ſaluti non debet præponere ſalutem domini ſui, glo. eſt in c. 1. §. ſi à morte, de alie. feud. pater. vbi Afflict. num. 5.
37 c. 1. §. ſi. hic finitur lex Conr. † vbi vaſallus non tenetur dominum defendere contra ſeipſum. Cur. Iun. in tract feud. in 4. part. in ver. 4. cadit. Afflict. in c. 1. §. præterea, quæ ſit prima cau. benefi. amit. & in cap. 1. §. contra omnes. num. 14. cum ſequentibus, hic finitur lex Feder.

Non obſtant modò, quæ in contrarium allegata fuerunt: quia reſpondetur ad primum, quod imò ille text. in §. licèt, facit in oppoſitum, vt patet ex his, quæ dixi in primo argumento huius partis negatiuæ. nam, ſi non tenetur vaſallus dare pecuniam domino vt ſoluat creditori, vt periculum euitet, & ſic vt liberetur à periculo animę, vt ibi, ergo multò minus alere dominum, cùm anima præferatur corpori, d. l. ſancimus.

Ad ſecundum reſpondetur ex mente Salic. in d.
38 l. ſolo, quòd non eſt ſimile † quod dicitur de filio & vaſallo: quia dominus vaſallum non prodit in eſſe, vt pater, ſed ſolùm in rebus feudi bene facit ei, & iſta non neceſsitant recipientem ad ſe obligandum pro illo, l. 3. §. penult. ff. de adminiſtra. rer. ad ciui. pertinen. licèt ad antidora ſic. l. ſed & ſi. l. §. conſuluit. ff. de peti. hæred.

Ad tertium de liberto, quòd vaſallus æquipara-
39 tur liberto, reſpondetur, † iſtud ſimile non facere ad propoſitum ex his, quæ dicit Salic. in d. l. ſolo. vbi inquit, quòd dominus vaſallum non prodit in eſſe, ſicut facit patronus libertum.

40 Similiter non obſtat † quartum, quia reſpõdetur ſecundum Barb. in l. cum acutiſsimi. numero 218. C. de fideicommiſ. Et primò quòd glo. ipſa loquitur arguendo, & per conſequens non decidendo. ca. forus. §. argum. de verb. ſign. Secundò, quòd gloſſ. illa arguit de ſeruo ad dominum, quæ æquiparatio non eſt bona, vt per Curt. Iun. vbi ſuprà in ver. & ex præ-
41 dicta concluſione, vbi inquit ſignãdum eſſe, † quòd leges loquẽtes de ſeruis, non poſſunt allegari ad vaſallos.

sallos: quia seruus debet præponere salutem domini saluti propriæ, secus autem in vasallo, vt in ca. 1. quibus modis feud. amitt. † vbi vasalli debent defendere dominum salua eorum vita & persona, quam præponere non debent saluti dominorum: quia vasalli non sunt sicut serui, vt dicit gloss. ibi, quam Aflict. nu. 46. dicit signandam & notandam vnà cum simili in c. 1. §. à morte, de alie. feud. pater. vbi Aflict. in fin.

42

Non obstat vltimò, quod contrarium tenuerunt Bartol. & alij suprà citati: quia dicitur, sententiam contrariam veriorem, & communi calculo receptam, vt suprà ostensum fuit. Vnde ex his concludēdum esse arbitror ex rationibus, iuribus & auctoritatibus suprà citatis, vasallos prædictos minimè teneri ad præstandum alimenta domino, nisi in casibus suprà citatis.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij VI.

1 *Remedium c. reintegrandæ, secūdum communem non datur ei, qui authoritate iudiciali & ordine iuris seruato fuit spoliatus.*
2 *Sententia facit ius inter partes.*
3 *Plus iuris in hæredem transferri nō potest, quàm quod penes defunctum extabat.*
4 *Hæres subrogatur in locum defuncti.*
5 *Demanialis res, de qua Princeps viuere debet, alienari non potest. declara, vt in nu. 50.*
Princeps concedens bona demanialia alicui, illa concedere videtur cum alterius iniuria. ibid.
6 *Bona demanialia regis, eius sunt stipendia.*
7 *Remedium c. reintegrandæ, secundum magis communem non datur contra titulo possidentem, qui causam habuit ab authore non vitioso, cōtra secundum magis communem. nu. 40.*
8 *Remedio c. reintegrandæ, secundum communem præscribitur spatio 30. annorum, quod declara vt in numero 42.*
9 *Præscriptio, quæ ortum habuit cum defuncto currit contra minorem.*
10 *Spoliatus feudo ante omnia est restituendus.*
11 *In remedio c. reintegrandæ, is obtinet, qui probat de antiquiori possessione.*
12 *Possessio iunior præsumitur vitiosa & clandestina.*
13 *Actor præsumitur sine iusta causa à possessione cecidisse, nisi contrarium probetur.*
14 *Remedium c. reintegrandæ, transit ad hæredem quando defunctus in vita sua cecidit à possessione sine culpa & facto suo.*
15 *Hæres repræsentat personam defuncti in iure creato et formato actiuè & passiuè tempore mortis suæ, secus in formato & creato.*
16 *Sententia quæ transitum fecit in rem iudicatam, pro veritate habetur, facitq; rem notoriam, & de albo nigrum, & econtrà.*
17 *Tantæq; authoritatis & potentiæ est, quòd naturalia vincula mutat, & falsa in verum, non essentialiter, sed quò ad effectum.*
18 *Instrumentum facit rem manifestam, veritatem apparentem, probationem probatam, & disceptatione fori non indiget.*
19 *Possessionis ingressus probatur per instrumentum.*
20 *Exercitium omne possidendi probatur per instrumentum.*
21 *Feudatarius cum licentia domini in eius præiudicium feudum alienare potest.*
22 *Licentia concessa vasallo de alienando feudum, transit ad hæredem similitérque licentia emendi.*
23 *Hæredi suo vt sibi prouidere quilibet præsumitur.*
24 *Confessio præiudicat confitenti.*
25 *Probatio nulla est melior quàm propria oris confessio.*
26 *Confessio maior est quocunque publico instrumento, & quibuscunque depositionibus testium.*
27 *Confessio vbi est, ibi etiam est relaxatio omnis probationis, & adeò efficax est, quòd iudex illam nullam pronunciare non potest.*
28 *Simulatio in dubio non præsumitur, nisi probetur.*
29 *Simulationem allegans eam in specie probare debet.*
30 *Simulationis præsumptio à veritate excluditur.*
31 *Veritati standum est.*
32 *Stipulatio facta per iudicem ordine iuris non seruato, æquiparatur spoliationi priuati.*
34 *Incarceratus ordine iuris postergato, ante omnia relaxandus est.*
35 *Confirmatio violenti possessoris facta à Principe, non valet.*
36 *Remedium c. reintegrandæ, datur pro iniustitia notoria.*
37 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati.*
38 *Sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla.*
39 *Iniquitas manifesta idem operatur quod nullitas.*
42 *Præscriptio cum mala fide de iure canonico, quod etiam seruatur de iure ciuili, cùm agatur de peccato, non currit.*
43 *Quod amplia procedere etiam in præscriptione immemoriali.*
44 *Contractus super re litigiosa habitus est nullus ipso iure.*
45 *Mala fides præsumitur in contrahente, qui scit contractum rescindi posse.*
46 *Mala fides præsumitur ex scientia rei alienæ.*
47 *Mala fides defuncti officit hæredi, vt non possit continuare præscriptionem, nec de nouo eam inchoare ex persona sua in quacunq; actione.*
48 *Præscriptio respicit dominium, & non possessionem.*
49 *Exceptio dominij reijcitur in possessorio reintegrandæ sicut in interdicto vnde vi.*

CONSILIVM VI.

VIsis & diligenter consideratis omnibus, quæ in occurrenti consultatione proponuntur, videbitur prima facie dicendum, remedium c. reintegrandæ 3. quæstio. j. intentatum per illustrissim. Theodorum Rotarium Comitem Viciæ contra fiscum Ducalem, & illustr. Comitem Tendæ pro cōsequenda restitutione possessionis octauæ partis, seu quasi Summæ Ripæ iurisdictionis, & aliorum, de quibus in causa inter ipsas partes vertente in sacris audientijs Taurini, ipsi illustris. Comiti Viciæ non competere, quo-
1 niam indubitati iuris est † dispositionem d. c. reintegrandæ, ei non competere, qui authoritate iudiciali, ordinéque iuris seruato fuit spoliatus. Abba. in c. conquerente, colum. 1. de restit. spol. vbi asserit hanc
* esse * communem: quia ex quo iudex procedit iudicialiter, non dicitur violentiam intulisse, subdens, quòd isto casu oportet quòd reus appellet, aliàs sententia transiret in rem iudicatam, etiam si sententia
2 esset iniusta, & vlterius non audiretur: † quia sententia facit ius inter partes. l. res iudicata. ff. de regul. iur. Socin. in consil. 12. colum. 2. Dec. in c. referente. in 2. notab. de præben. Marsi. in pract. sua crim. §. diligenter. num. 37. & Craue. in consil. 302. colum. 2. ver. hoc ita. sed in casu de quo agitur, illustris. q. dom. Ioannes Rotarius pater illustris. domini agētis fuit spoliatus authoritate iudiciali & ordine iuris seruato pos-

to possessione, seu quasi dictæ octauæ partis Summę Ripæ iurisdictionis, & aliorum de quibus in processu, ergo sicut ei si viueret non competeret dictum remedium, minus debet dari præd. Illustriss. Theo-
3 doro hæredi d.q. Illustrissimi Ioannis: †quia plus iuris non transfertur in hæredem, quàm erat penes defunctum, l. hæredem. ff. de regul. iur. l. cui fundus, in fin. ff. de condi. & demonst. Ratio etenim est, quia
4 †hæres subrogatur loco defuncti, l. cum à matre. C. de rei vend. ergo eodem iure censeri debet, l. si donare. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & eò magis hoc dicendum venit, cùm non tantum ritè sed &
5 rectè spoliatus fuerit, quoniam † concessio dictæ octauæ partis ipsi Illustriss. q. D. Ioanni nec authoribus suis fieri potuit per Principem, tanquam de re demaniali, de qua viuere debet ne subditos grauet, imponendo eis sarcinas, onera, & gabellas nouas. Iser. in constit. Regni in constit. dignum, vbi etiam Afflict. colum. 2. versic. & scias. nam si Princeps bona demanialia concedit, illa cum alterius iniuria concedere videtur, secundum Afflict. ibi post Baldum in titul. de pac. Constant. in verb. priuilegia.
6 †omnia enim bona demanialia Regis, sunt stipendia eius quasi ad hoc constituta, vt iustitiam faciat in regno, Iser. in constitut. super incisionibus, colum. 2. & Afflict. vbi suprà colum. 2. ver. habere ergo debet.

Secundò, quòd ei etiam non licuerit intentare
7 dictum remedium, patet, † quia non datur contra titulo possidentem & habentem causam ab authore non vitioso. Bartol. Angel. Imol. & Socin. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. Alex. in consi. 118. colum. 2. volum. 2. vbi agens nunquam obtinet in tali remedio contra titulo possidentem, nisi res sit vitiosa, per l. siue autem. §. si duobus. ff. de publicia. Bart. in l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de fur. Brun. in consil. 19. colum. fin. & in cons. 2. colum. 2. in fin. Socin. in cons. 266. colum. 6. Anch in consilio 157. colum. 2. Rub. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 72. ff. de acquir. poss. & in consilio 4. per totum. Gozad. in consil. 28. num. 36. Dec. in consil. 302.
* colum. penult. in fin. & hanc esse *communem dixit Paris. in consi. 1. num 166. volum. 1. & magis communem legistarum. Soc. in consil. 39. colum. 2. vol 3. sed Illustr. Comes Tendę possidet dictam partem Summæ Ripæ bona fide, & cum titulo habito ab Illustr. q. Ludouico Duce Sabaudiæ, vt constat in processu f. 188. cum seq.

8 Tertiò facit, nam † dicto remedio præscribitur spatio 30. annorum secundum Bur. & Abb. in c. solicitè, de rest. spol. Alexand. in cons. 6. col. pen. in princ. volum. 3. Soc. in d. l. rem quæ nobis, in 8. q. in consilio 39. num. 5. ver. præterea, vol. 3. & in consil. 106. col. 2. vol. eod. Paris. in cons. 1. num. 154. vol. 1. Rui. in consi. 69. num. 14. vol. 1. consil. 44. col. pen. in princ. volum. 45. 6. ver. circa secundum. 47. col. 2. in princ. vol eod. Maran. in tract. de ord. iudi. in 4. part. in 7. principali distinct. num. 50. in fin. Dec. in consil. 302. columna pen. circa medium. Paul. de Cast. in cons. 105. colum. fin. vol. 1. Riminal. in cons. 207. numero 17. & in consilio 428. numero 11. Craue. in consil. 124. colum. pen.
* in fi. & hanc esse *communem Doct. sententiam firmat Balb. in tract. de præscrip. in 4. part. princ. in 24. art. Nec mirum, quia si præscribitur dominium spatio 30. annorum, quod est magis præiudiciale à bonæ fidei possessore, Bart. in l. rem alienã. ff. de pigno. actio. Docto. in c. fi. de præscri. Item si præscribitur actionibus personalibus, quæ dantur ad dandum propter bonam fidem debitoris, vt in d. c. fin. multò fortius debet posse præscribi conditione ex dicto canone à possessore bonæ fidei spatio 30. annorum, cùm hoc sit minus præiudiciale: ita Soc. in dict. l. rem quæ nobis, in 8. q.

Nec habet obstare, si dicatur, quòd durante minori ætate d. Illustr. D. agentis nulla decursa fuerit ei præscriptio per text. in l. fin. C. in quib. cau. in integr. resti. vbi minor ipso iure seruatur illæsus: quia respõdetur, quòd dispositio dict. l. procedit, vbi quis vellet inchoare præscriptionem à persona minoris:
9 quia tunc ea non currit, †secus quando fuit inchoata cum defuncto: quia currit contra minorem ex-

cepto tempore pupillaris ætatis. Cyn. & Bald. in dict. fin. Paris. in consil. 66. num. 115. vol. 3. Balb. in tract. de præscript. in vlt. part. in vers. 23. casus, colum. 3. ver. 2. principalis conclusio. licèt sibi competat restitutio. l. sicut. C. de præscrip. 30. an. Alex. in cons. 81. colum. fi. vol. 3. Hannibal in l. naturaliter. num. 249. ff. de vsucap. sed in terminis nostris præscriptio fuit inchoata cum q. Illustr. D. Ioanne per fiscum, seu Illustr. q. D. Raynerium, vel Illustr. Comitem Tendæ, & finita cum q. Mag. & Illustr. Domino agẽte, qui nullam petijt restitutionem in integrum, ergo, &c.

Quibus tamen non obstantibus, contrariam sentẽtiam vti veriorem in terminis nostris amplectendam arbitror, & pro fundamento huius partis assu-
* mo vnam *communem conclusionem, quæ habet,
10 †quòd spoliatus feudo ante omnia est restituendus, c. 1. de contro. inter epis. & vas. vbi Afflict. in 4. notab. dicit, quòd ita clarè alibi non probatur in iure feudorum. Bal. in c. 1. in fi. principij, & ibi Affl. num. 11. de natu. feud. vbi dicit, quòd si quis est spoliatus feudo, & Princeps illud confirmat spolianti, quòd antè omnia facienda est restitutio, & quòd cõfirmatio ipsa ius aliquod non tribuit spolianti. Bart. in l. si quem. C. ne rei dom. vbi loquitur de eo, qui occupauit rem emphyteoticam, & posteà ecclesia sibi cõcesit. Item
* ex alia *communi Theorica, quę habet, quòd in possessorio reintegrandæ, quod est plenissimum remedium magis generale & vtilius inter alia omnia remedia possessorio, & quod cum eis concurrit, secundum Lanfr. in rub. de cau. pos. & propr. col. 3. in 3. cõclu. quem sequitur Maran. in tracta. de ord. iud. in 4. part in 7. princ. dist. nu. 60. Soc. Iun. in consil. 128. col. fi. vol. 2. & in cons. 68. nu. 130. vol. 3. quis videtur habe-
11 re intentionem fundatam eo ipso, †quod probat de sua antiquiori possessione, & quòd alius de præsenti possidere reperiatur, dato etiã quòd aliter non probet de spoliatione, & violentia, nisi tamen constet, quòd antiquior possessor iustè possessionem ipsam amiserit. Inno. & alij communiter in c. post electionem, de concess. præben. in c. sæpe. de restit. spol. Alex. in cons. 200. col. 2. vol. 2. in cons. 90. in princ. vol. 5. duplicato in cons. 33. vol. 6. cons. 19. col. 2. in prin. 92. col. 2. ver. hoc præsuppositio. cons. 98. nu. 8. vol. eo. cons. 103. col. 1. vol. 7. & in cons. 6. col. 2. ver. & ex hoc. vol. 3. vbi
* attestatur hãc esse *communem. Dec. in cons. 62. col. 1. 136. col. fin. 252. nu. 2. 302. col. 3. & 449. col. pen. Bru. in cons. 83. col. 1. c. fi. Iaf. in cons. 172. col. 1. vol. 4. Gozad. in cons. 28. nu. 35. Ruin. in cons. 48. in prin. vol. 4. in cons. seq. in prin. & in con. 102. nu. 10. vol. 5. Soc. Iun. in cons. 128. col. fi. vol. 2. Riminal. in cons. 98. nu. 48. 207. nu. 14.
12 & 438. col. 1. Et ratio est, †quia possessio iunior præsumitur vitiosa & clãdestina. c. licet causam. de probat.
13 Bar. in l. Celsus, de vsucap. item † & quia præsumitur actor sine iusta causa à possessione cecidisse, si cõtra-
* rium non probetur, secundum Inno. & alios *communiter in dict. cap. post electionem, & eò magis hoc procedit, vbi intentans dictum canonem allegat & capitulat, quòd aduersarius possidet à se clàm vel precariò, respectu suæ antiquioris possessionis, iuxta not. per Bartol. Imol. & alios in l. si de eo. §. fin. ff. de acquir. possess. Socin. in l. rem quæ nobis, in 7. q. princ. eod. tit. Iason. in consil. 21. in princ. vol. 3.

Secundò pro fundamento dictæ partis facit alia
* communis *conclusio, † quòd dictum remedium
14 transit ad hæredem quando in vita defunctus cecidit à possessione per iniustas causas & sine culpa ac facto suo. l. 1. §. hoc interdum. ff. de vi & vi arma. Corn. in terminis in consilio 929. columna 7. in fin. volum. 1. Cagnol. in l. hæredem. numero 22. de regulis iur. Ruin. in consilio 45. numero 10. ver. & quia. volum. 1. Socin. Iun. in consilio 34. num. 13. ver. vera est. volum. 3. Natta in consilio 440. in distinct.
15 sua & in fin. Ratio quidem est, quia hæres personam defuncti repræsentat in iure creato & formato actiuè & passiuè tempore mortis in personam ipsius defuncti, secus in non formato, & quia nunquam penes eum fuit. Aret. in consilio 122. columna secunda. nam si defunctus spoliatus non fuisset, ius recuperandæ possessionis non fuisset in personam defuncti formatum, & ideo ad hæredem transmissibile non esset. Corn. in consi. 18. litera d. volum. 1. Paris. in

cons.

consj.num.159.volum. 1. His igitur fundamentis firmis manentibus, & quæ sunt communiter recepta, dicitur, quòd cùm Illustr. q Ioannes Rotarius spoliatus fuerit in vita sua via iudiciali, sed nulliter & iniustè possessione dictæ octauæ partis, seu quasi Summæ Ripæ iurisdictionis, & aliorum, de quibus in actis præsentis causæ, transmiserit; in Illust. Comitem Vitiæ eius filium & hæredem, ius iam sibi creatum & formatum, pro recuperanda possessione, seu quasi dictorum bonorum, & per quem fuit probata sua antiquior possessio iuncta accessione patris sui, & possessio fisci ducalis & Illustris. Comitis Tendæ iunioris, quòd in dicto remedio tanquam legitimè sibi competenti obtinere debeat.

Quod autem d. q. Illustriss. D. Ioannes possessor fuerit antiquior, probatur primò per sententiam aliàs latam, de anno 1473. die 21. Iulij, in fauorem q. mag. D. Othonis Rotarij dom. dictæ octauæ partis Summæ Ripæ, & authoris mediati d. q. Illustriss. D. Ioannis, cuius sententiæ tenor est in volum. iurium sub litera d. fol. 1. quæ quidem lata fuit, & in qua ordinatum fuit ipsum dominum Othonem restituendum & reintegrandum fore in possessionem, seu quasi dictæ octauæ partis & iurisdictionis Summæ Ripæ, à qua spoliatus fuit de facto, & quæ pars vnà cum alijs partibus incorporata fuit fisco Ducali ob feloniam aliorum condominorum dicti loci, quæ legitimè incorporari non potuit, cùm d. q. magnifi. Otho nullam vnquam commiserit feloniam, nec
16 de ea processatus fuerit, † quæ sententia transitum fecit in rem iudicatam, quæ pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de sta. hom. & facit rem notoriam. c. vestra. de cohab. cler. & muli. & de albo nigrum, & econtrà. Bal. in c. nosti. de elect. Ias. in l. Iulianus verum debitorem. in 2. notab. ff. de cond. ind. Curt. Iun. in cons. 177. num. 12. Maran. in tract. de ord. iud.
17 in 6. par. in verb. expedita, num. 129. † Nam tantæ est authoritatis & potentiæ, quòd naturalia vincula mutat, & falsa in verum, non essentialiter, sed quò ad effectum. Bal. in c. in præsentia de prob. Cur. Ias. & Maran. vt suprà. Crauet. in consi. 29. in 1. colum. in cuius executionem missus fuit d. Otho in possessio-
18 nem, vt constat † publico documento, de quo in volum. iurium sub litera d. fol. 31. quod facit rem manifestam. l. fi. C. de reb. cred. Alex. in cons. 37. colum. 4. in fi. volum. 2. veritatem apparentem, & probationem probatam non probandam, neque indiget disceptatione fori. Item & quòd inducit probationem euidentissimam & realem, vt de istis omnibus & alijs ad saturitatem per Tiraquel in tract. de re-
19 tract. fo. 393. num. 20. cum plurib. sequentibus. † Et per quod probatur ingressus dictæ possessionis, vt per Soci. in cons. 205. num. 5. in fi. vbi inquit, quòd licet possessio continuata & successiua non probetur per instrumentum, tamen actus momentanei ad probandam possessionem possunt per instrumenta probari, vt patet in ingressu possessionis. l. prædia.
20 ff. de acquiren. possimò subdit, † quod etiam omne exercitium possidendi probatur per instrumẽtum, vt patet in locatione, precario, & similibus. l. Titia. ff. de solut. nam possunt fieri instrumenta solutionis mercedis & pensionum, ex quibus probatur perceptio fructuum, & sic possessio. Igneus in l. necessarios. §. cum alias in §. nouissimè. nume. 130. ff. ad Syllan. Zucard. in l. fi. num. 433. C. de edict. diui. Adrian, tol. Probatur etiam continuata eius possessio vsque ad mortem suam per testes & iura similiter & dominorum Honorati & Contini eius filiorum & hæredum, vt per septimum, octauum, nonum, duodecimum, decimum septimum, & per alios, qui exinde partem ipsam octauam vendiderunt q. Illustrissim. dom. Ioanni, vt apparet in volumin. iurium sub litera d. fo. 66. virtute licentię, aliàs concessæ per excellentissimum Ducem Sabaudiæ Illust. q. Theodoro fratri Othonis, & auo paterno præfati
21 Comitis Vitiæ, † quam concedere potuit in sui præiudicium, ex not per Doct. in c. 1. per illum text. de alien. feud. pater. & in c. imperialem, in princip. de prob. feud. alie. per Feder. & in c. 1. qui succes. tenean. vbi Affl. in num. 17. dicit, quòd si Princeps assentit venditioni faciendæ, deinde moriatur venditor sine descendentibus & agnatis, & si feudum aliàs deberet aperiri regiæ Cameræ, tamen assensus præstitus in dicta alienatione Principi præiudicat in iure sibi superuenienti. Rursus Affl. in decis. 112 & in constit. Regn. in constitutio. Constitutionem diuæ memorię. num. 27. virtute cuius licentiæ potuerunt illam vendere in Illustr. q. dominum Ioannem. vt decidi videtur ex nota. per Andr. Iser. in c. imperialem, in princip. & ibi Afflict. numer. 77. de prohib.
22 feud. alien. per Feder. vbi inquit, † quòd si habens feudum, impetrauit licentiam vendendi personis fidelibus, & illud non vendidit, & mortuus est relicto hærede, quòd hæres virtute dictæ licentiæ poterit illud vendere, per l. sicut. §. si debitori, quibus mod. pig. vel hypo. sol. & l. si pactum. ff. de probat. ergo idem dicendum venit, quòd si concedatur alicui à Principe licentia emendi feudum, quòd etiam ea extendatur ad hæredem, cùm militet in eo
23 ratio. d. l. si pactum. quæ est, † vt quilibet præsumatur hæredi suo vt sibi prouidere. Probatur quoque possessio D. Ioannis, donec fuit ea spoliatus, primò per testes & iura, quæ sufficere videntur ad proba-
24 tionem domini actoris, necnon & per † confessionem propriam Illustrissim. Comitis Tendæ, quod ipse tenet & possidet, seu quasi dictam octauam partem, & alia petita, quæ confessio sibi præiudicat,
25 † cùm nulla sit maior probatio quàm propria oris
26 confessio. l. cum te. C de transact. † Est enim confessio maior quocumque publico instrumento, & qui-
27 buscunque depositionibus testium. † Et vbi est confessio, ibi est omnis probationis relaxatio. Bald. in cons. 354. col. pen. volum. 3. & adeò efficax est, quòd iudex non potest eam nullam pronuntiare. Abb. in consi. vlt. col. fi. volum. 2. Craue. in cons. 61. num. 3. & in consi. 171. num. 9. Item & per testes (vt dixi) videlicet per secundum, tertium, sextum, decimum septimum, & decimum nonum. Cùm igitur ex præmissis constet de possessione antiquiori domini actoris iuncto tempore patris & auctoris, quæ quidem auctoris possessio ei prodesse debet. l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acquir. poss. Craue. in consi. 124. colum. 1. in fi. vol. 3. & de possessione iuniori d. Comitis Tendæ, quæ præsumitur clandestina & vitiosa respectu dictæ possessionis antiquioris, sequitur indubitanter, ipsum magnificum dominum agentem in hoc remedio Canonis reintegrandæ obtinere debere.

Nec obstat, quòd parte Comitis Tendæ excipiatur sententiam latam in fauorem domini Othonis
28 fuisse simulatam, quoniam respondetur, † quòd simulatio non præsumitur contra dictam sententiam latam in fauorem d. Othonis per sacras audientias, nisi probetur. l. quamuis, vbi Bald. C. si quis alteri vel sibi. Bald. in cons. 456. col. 1. vol. 1. Dec. in con. 461. col. 1. in fi. Craue. in cons. 145. col. 2. in princ. Paris. in cons. 54. nu. 7. vol. 1. & in cons. 77. num. 6. vol.
29 3. Item dicitur, quòd † qui allegat simulationem, eam in specie probare debet. Bar. in cons. 65. Alex. in cons. 111. col. 1. vol. 3 Dec. in cons. 468. nu. 8. & Ruin. in cons. 32. num. 4. volum. 4. sed hîc non probatur species aliqua legitima simulationis, ergo, &c. Item di-
30 citur, † quòd præsumptio simulationis, si qua fuisset (quod tamen omninò negatur) ea excluditur à veritate, de qua constat, cùm appareat in processu de essentia dom. Othonis, de eius possessione, filiorum, ac denique & vltimo loco dicti q. domini Ioannis, qui dictam octauam partem Summæ Ripæ, ac aliorum bonorum possedit spatio decem annorum & vltra, quo casu cùm constet de ipsa ve-
31 ritate † ei stãdum est, reiecta dicta exceptione simulationis tanquam minus legitimè & friuolè opposita.

Restat modò, vt allegatis ex aduerso respondeatur. Et deueniendo ad primum argumenrum, re-
32 spondetur, † quòd illud posset procedere, vbi iudex iuris ordine processisset: quia tunc est quòd spolia-
33 tus authoritate iudicis, non restituitur: † secus vbi ordo iuris non fuisset seruatus, vt in casu nostro, vbi constat, quòd ordo ipse non fuit seruatus: quoniam omissæ citationes necessariæ & de substantia,

ergo ſpoliatio nulla. Alexand. in conſilio 229. colum. 1. volum. 2. Bald. in conſilio 357. volum. 2. 135. 147. & 149. volum. 3. Socin. in conſ. 12. colum. 2. circa finem. Gozad. in conſi. 93. columna. penult. verſic. ad quartum. conſil. 18. colum. 10. ver. nec obſtat. Dec. in conſilio 200. in princ. Marſ. in conſ. 48. num. 42. in pract. ſua crim. in §. 2. nume. 73. & in §. nunc videndum. num 38. Craue. in conſ. 18. num. 8. Ratio eſt, quia talis ſpoliatio iudicis æquiparatur ſpoliationi priuati. Dec. in conſ. 449. num. 30. in l. fin. colum. 10. C. de edict. diui Adr. tol. Craue. in conſ. 124. num. 4. & 140. colum. penult. Ruin. in conſilio 102. numero 11. volum. 5. cui ſententiæ accedit, quod voluit Barto. in l. 2. §. fin. ff. de cuſto. reo. & Alex. in conſi. in l. legata inutiliter. colum. 2. ff. de lega. 1. vbi dicunt, † quod
34 incarceratus iuris ordine poſtergato ante omnia relaxandus eſt. Marſ. in conſ. 38. columna. penult. in
35 conſi. 99. nu. 18. † Et adeò reſtitutio huiuſmodi fieri debet, quòd ei non obeſt authoritas Principis confirmantis violentum poſſeſſorem. l. authoritate. C. vnde vi. Alexand. in conſilio 3. columna fin. volum. 5. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil. commune. numero 63. ff. de acquirend. poſſ. & Gozad. in conſilio 8. num. 13.

36 Secundò reſpondetur, quòd etiam † data iniuſtitia, competit dictum remedium, quando ea eſt no-
37 toria, vt in caſu præſenti clarè liquet ex actis: † quia ea æquiparatur nullitati. c. inter cæteras, de re iudi.
38 vbi Abba. & alij dicunt, † quòd ſententia continens manifeſtam iniquitatem, eſt nulla ipſo iure Maran. in tract. de ord. iud. par. 6. in §. expedita ſecunda part.
39 num. 116. Card. in conſi. 56. vbi ait, † quòd manifeſta iniquitas idem operatur, quod nullitas, per no. per Inno. in c. cùm Bertaldus, ſuper verb. conceſsimus, de re iud. vbi dicit hoc notatu dignum, ſequitur Cur. Iun. in conſ. 170. nu. 8. Feli. in c. quoniam contrà, col. 12. verſi. fallit ſecundò, in fin. de proba. Crot. in l. 1. in prin. num. 26. de no. ope. nū. & in terminis noſtris ita concludunt Felin. in c. dilectus, il. 1 colu. 2. de reſcr. Craue. in conſ. 302. col. 2. & Dec. in conſilio 202. in princ.

Tertiò reſpondetur, quòd Illuſtr. q. D. Ioannes non fuit ſpoliatus poſſeſsione, ſeu quaſi dictæ octauæ partis, & aliorum authoritate iudiciali, quod eſt ſummè ponderandum, ſed de facto & propria authoritate à d. q. D. Raynerio: quoniam & ſi lata reperiatur ſententia in fauorem fiſci Ducalis, & contra præfatum D. Ioannem de dictis bonis, tamen illius executio non fuit facta de mandato & ordine iudicis ad commodum fiſci: ſed d. Illuſt. Raynerius vigore infeudationis ſibi factæ, & ſic tanquam priuata perſona & violentus poſſeſſor ſpoliauit d. Illuſtriſ. q. Ioannem de facto poſſeſsione, ſeu quaſi dictorum bonorum, quo caſu ad illorum reſtitutionem tenetur, iuxta not. per Barto. in l. meminerint. col. 2. C. vnde vi. Alex. in conſ. 52. col. 2. volu. 7. & Neguſan. in tract. de pigno. char. mihi 67. ſecundùm paruam impreſsionem.

40 * Ad ſecundum reſpondetur † magis communem Doct. ſententiam * eſſe, quòd remedium dicti capituli reintegrandæ datur contra titulo poſsidentem cum bona fide, & habētem titulum ab authore non vitioſo. Inno. in c. ſæpe, de reſt. ſpol. Card. in c. cum ad ſedem, eod. tit. Ancha. in conſ. 402. Alexand. ſibi contrarius in l. rem quæ nobis, colum. 6. ff de acqui. poſſ. vbi tradit ita vidiſſe ſæpius iudicare & obtinuiſſe; in conſ. 100. colum. 2. in prin. volum. 2. in conſi. 92. col. 2. volum. 5. & hanc communem eſſe dixerunt Abbas in c. ſi diligenti, colum. 5. de præſcript. & in cita. c. cùm ad ſedem, colum. 7. Ripa in d. c ſæpe. num. 28. Iaſ. in conſ. 172. colum. 1. volum. 4. Soc. in conſ. 89. colum. fin. volum. 1. Dec. in conſ. 75. col. fina. Boer. in deciſ. 339. colum. 17. in fin. Rui. in conſ. 48. in princip. vol. 4. Riminal. in conſ. 98. num. 76. & in conſil. 428. colum. 2. in princip. Afflict. in deciſ. 361. num. 13. vbi inquit, dominos de ſacro Conſilio ita notaſſe. Socin. Iun. in conſi. 34. nume. 12. volum. 3. vbi inquit in conſulendo & iudicando abea non eſſe recedendum, & ipſam vti magis communem ſecuti ſunt Alexan. in conſ. 91. colum. fin. volum. 5. & in conſilio 6. colum. 5. in princ. volum. 1. Iaſ. in d. l. rem quæ nobis, colum. 4. & Ripa 27. vbi citat ita tenere magis communiter Legiſtas & Canoniſtas. Beroius in c. in literis, nu. 33. de reſti. ſpol. Dec. in conſ. 252. num. 4. Ruin. in conſi. 49. colum. 1. volum. 4. & Maran. in tract. ſuo in 4 part. in 7. principali diſtin. num. 50. vbi tradit d. c. dari ei qui cecidit à poſſeſsione ſine iuſta cauſa, quæ peruenit ad alium, ſiue bona fide, ſiue mala, ſiue ſciēter, ſiue ignoranter, ſiue cum vitio, ſiue ſine, ſiue cum titulo, ſiue non. Si ergo datur contra titulo poſsidentem habentem cauſam ab authore non vitioſo, ergo multò magis contra habentem cauſam à vitioſo, vt in caſu de quo agitur, vt conſtat ex ſupradictis.

Tertiò non obſtat, quòd dicto remedio ſecundum communem præſcribatur ſpatio 30. annorum,
41 quia reſpondetur, † ſententiam ipſam locum habere, ſi præſcribatur à bonæ fidei poſſeſſore, aliàs ſecus. Ang. in §. quadrupli. colum. 9. ver. ex quibus infertur. inſt. de actio. Balb. in tract. de præſcript. in 4. par. principali verſ. 24. principaliter quæro, colum. 2. verſic. igitur fortius, & in verſ. concludo igitur, vbi ſic ait, quòd remedio d. can. præſcribitur ſpatio 30. annorum, concurrente tamen bona fide, etiam ſi res eſſet affecta vitio reali: quia tanto tempore purgatur omne vitium. Soc. in d. l. rem quæ nobis, in 8. q. in fi. de acqui. poſſ. ſed hîc non adeſt bona fides, ſed mala, ergo prodeſſe non poteſt. Alex. in conſ. 99. nu. 5. volum. 4. 185. num. 33. volum. 2. & Craue in conſi.
42 116. num. 6. Nam † nulla præſcriptio de iure Canonico (quod ſeruari debet etiam in foro ciuili, cùm agatur de peccato. gloſſ. & omnes in c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. Abb. & alij in c. fin. de præſcript.) currit cum mala fide: nam præſcribens ſemper eſſe debet in bona fide, vt nulla temporis parte debet habere conſcientiam rei alienæ. d. c. fin. vbi eſt text. apertus,
43 in qua regula comprehenditur quoque † præſcriptio immemorialis, vt expreſsè tenet Franc. in c. 1. colum. fin. poſt gloſſ. ibi ſuper verbo niſi de præſcri. in 6. Moder. in tract. de præſcript. char. 6. column. 1. Pariſ. in conſi. 101. num. 111. volum. 1. & in conſi. 112. num. 34. vol. eod. quæ mala fides probatur ex nullitate tituli in feudationis ſcienter habitę de re litigioſa, quæ ventilabatur in ſacris audientijs, † qui titu-
44 lus tanquam nullus ipſo iure, Bart. in l. 1. colum. fin. ff. de litigioſ. arguit malam fidem, & impedit præſcriptionem. Bart. & alij in l. Celſus. ff. de vſucap. Pariſ. in conſ. 27. nume. 171. vol. 1. & in conſi. 101. nu. 112. volum. eo. vbi id etiam procedit (vt dictum fuit) in
45 præſcriptione immemorialis: nam † ſi quis cenſetur eſſe in mala fide, quando ſcit contractum poſſe reſcindi. Imol. in c. apoſtolicæ, ſuper verb. præſcriptione, de dona. Alex. in conſ. 54. num. 10. vol. 6. Riminal. in conſ. 296. num. 22. quantò magis vbi ſcit contra-
46 ctum nullum, † nam mala fides præſumitur ex ſcientia rei alienæ. c. fi. vbi omnes de præſcript. c. ſi diligenti. eod. tit. adeò potens eſt hæc mala fides, † quæ
47 officit etiam hæredi. l. cùm hæres. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. Alex. & Iaſ. in l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acqui. poſſeſſ. ex quo hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, qui tenetur purgare malam conſcientiam defuncti. Pariſ. in conſilio 27. num. 139. cum duobus ſequentib. volum. 1. vbi aſſe-
* rit hanc eſſe magis * communem, quòd impedit hęredem præſcribere & continuare præſcriptionem, & ipſam inchoare ex perſona ſua in quacunque actione, rurſus in conſ. 29. num. 26. vol. eod. & in con.
48 66. num. 109. volum 3. Video etiam per d. Comitem Tendæ opponi † de exceptione præſcriptionis, de qua non eſt curandum in præſenti iudicio poſſeſſorio reintegrandæ ex ſupradictis, & quia ea reſpicit dominium, vt per Alex. in conſ. 92. colum. fin. volu. 5. Dec. in conſ. 56. in fi. & in conſ. 57. col. fin. Craue. in
49 conſi. 124. colu. 2. in fi. ver. non obſtat tertium, † quæ exceptio domini in ipſo Canone reijcitur, ſicuti quando intentatur interdictum vnde vi. Butr. in c. ſæpe, colum. fin. de reſti. ſpol. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. char. 4. de acqui. poſſ. in conſil. 33. colum. 1. volum. 6. Curt. Iun. in conſi. 175. col. pen. in fin. Soc. conſ. 266. num. 17. Ripa in d. §. nihil commune. num. 73. Soc. Iun. in l. 4. §. Cato. num. 115. de verb. oblig. & Alex. in conſi. 6. colum. pen. in prin. volu. 3.

vbi

vbi citat hanc esse veram conclusionem. Item non obstat, quòd concessio facta per excellentissimum q. Ducem Sabaudiæ de dicto castro Summæ Ripæ fieri non potuit, tanquam de re demaniali, quæ non potuit alienari: quia respondetur, quòd de dicta exceptione erit discutiendum in iudicio petitorio, in quo si opus erit, demonstrabitur clarissimè † alienationem ipsam, tanquam non tendentem in maximam diminutionem status Ducalis fieri potuisse, iuxta no. per Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. vbi tradit, quòd si Rex alienat aliqua, quorum donatio tenderet in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, non posset hoc facere, & si iuramento donatio firmata esset. c. intellect. de iureiur. secus si donaret aliqua, quæ non diminuerent ita iurisdictionem suam, quia valeret, & donatio facta à Rege præiudicaret successori in regno, per text. in c. Abbate sanè, de re iud. in 6. Iaſ. in cons. 10. num. 4. volu. 3. & in cons. 56. col. 2. volum. 1. & tantò magis hoc dicendum venit, cùm excellentissimus Dux non abdicauerit à se directum dominium, sed vtile tantùm. Dec. in cons. 289. in fin. & in c. 1. nu. 4. de proba. Alex. in cons. 1. nume. 19. volu. 5. vbi dicit, quòd & si transferatur vtile dominium villæ S. Thomæ, non dicitur tractari de graui præiudicio Ducatus Ferrariæ.

Similiter non obstat, quòd per agentes vniuersitatis Summæ Ripæ opponatur de suis priuilegijs, per quæ nituntur velle probare, quòd non potuerunt neque possunt alienari: quia dicitur, quòd exceptio ipsa, tanquam respiciēs petitorium, in dicto iudicio reseruari debet, quamuis ad eam satis pateat responsum ex his, quæ contra eam consuluerunt Soc. in consil. 4. in 3. vol. & Iaſ. in cons. 227. volum. 2. in quo quidem iudicio si intentetur, paratus ero demonstrare omnes supradictas exceptiones in nihilo obesse optimis iuribus d Illustr. Comitis Viciæ agentis. Vnde ex his quæ suprà dicta fuerunt, omninò iudicandum esse arbitror, per sacrum consilium Taurini, dictum dominum agentem reintegrandum esse, & reintegrari debere in possessionem, & quasi dictæ octauæ partis castri Summæ Ripæ iurisdictionis & aliorum: quæ bona nunc occupantur per d. Comitem Tendæ, eundemq; condemnandum esse ad restitutionem fructuum perceptorum, iuxta tradita per Arch & Dom. in d. c. reintegrandę. Barb. in consi. 24. colum. fin. vol. 4. & Dec. in consilio 57. in fine.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ VII.

1 Rei satis demonstratæ frustrà adijcitur demonstratio.

2 Multiloquium solet prudentissimos stomachari.

3 Recedere volens à contractu si non restituit recepta, succumbere debet.

4 Declaratio ad text. in l. si à te. C. de pact. inter empt. & vend.

5 Nullum quod est, rescindi non potest.

6 Contractus conditionalis ante consensum Cæsaris positum in conditione, non valet.

7 Emphyteota vendens rem emphyteoticam sub conditione, si consensus domini interuenerit, si conditio non fuit adimpleta, non priuatur feudo.

8 Quod amplia multò fortius procedere, quando in instrumento dicitur, quòd omnia & singula contenta in contractu voluit non procedere, nisi domini consensu interueniente.

9 Actus gestus per Canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à sede apostolica, ruit conditione non adimpleta.

10 Contractus emptionis ex defectu conditionis, redditur nullus.

11 Concessio Principis, quando statim non debet sortiri effectum, quia pendebat ex consensu alterius, non potest dici, quod lex ab initio translationem dominij inducat.

12 Quod amplia, etiamsi traditio interuenisset, pendente conditione.

13 Traditio nuda & sine causa dominium non transfert.

14 Contractus venditionis factus ad mensuram, interueniente etiam traditione ante mensuram, nō transfert dominium.

15 Mentita data sub conditione, ea non verificata est nulla.

16 Venditio facta per minorem de bonis immobilibus, non seruatis debitu solennitatibus à iure requisitis, non valet.

17 Statuto si caueatur, prout est Florentiæ, quòd quis in decimo octauo anno habeatur pro maiore 25. annis, talis habilitatus non intelligitur, quò ad alienationem bonorum immobilium sine decreto.

18 Transactio facta per minorem super bonis & hæreditate ad eum spectantibus, non interueniente are alieno, causa cognita, & decreto iudicis, redditur nulla.

19 Solennitates requisitæ in alienationibus rerum minorum sunt octo.

20 Solennitas principalis, quæ requiritur in alienatione rerum minorum, est, quòd adsit causa necessaria vrgens ad eam faciendam.

21 Decretum iudicis validum & legitimum, requiritur in alienatione rerum minorum.

22 Decretum iudicis interponi debet iudice sedente pro tribunali, & num. 99.

23 Decretum iudicis interpositum die feriato, in alienatione rerum minoris non valet.

24 Subhastationes in alienatione rerum minoris fieri debent per 20. dies.

25 Descriptio iudicis requiritur in eius decreto.

26 Alienatio immobilium minoris, non subsistente causa necessitatis, etiam si expedierit minori vendere, non valet.

27 Constitutio generaliter prohibens alienationem rei ecclesiæ, non extenditur ad casum quo agitur de alienatione rei infructuosæ, tamen secus in minore.

28 Contractus gestus cum minore vbi est nullus. si minor agit ad reuocationem nulliter alienatorum, tenetur ad restitutionem pretij, nisi aduersarius minoris probet ipsum ex dicto contractu locupletiorem factum fuisse.

29 Oblatio iudicialis producit actionem.

30 Exceptio restitutionis pretij non facta tanquam de apicibus iuris, non est habenda in consideratione, vbi est causa commissa summariè, & sola facti veritate inspecta.

31 Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur vt iudex iudicare debeat, tanquam Deus in terris iudicaturus esset, qui soli innititur veritati.

32 Sola facti veritate inspecta, quando proceditur solùm, considerandum est ius naturale & diuinum, adiecta æquitate Canonica.

33 Causa quando est commissa, sola facti veritate inspecta, iudex potest procedere manu regia.

34 Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, vt censeantur remotæ & sublatæ omnes solennitates iuris ciuilis, & iuris subtilitates & apices.

35 Bona fides attenditur, quando proceditur sola facti veritate inspecta.

36 Iudex, cui commissa est causa, cum clausula, solæ facti

facti veritate inſpecta, poteſt credere probationi ſolum perſuaſiuè, non concludenti.

37 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, tantæ eſt efficaciæ, vt ſi vnus agit ex vna cauſa, & probet de alia, obtinere debet.*

38 *Cumulatio licet ſit prohibita, etiam in caſibus à iure permiſsis, vbi procederetur ſimpliciter & de plano, tamen ſecus ſi permiſſum eſt vt procedi poſsit, ſola facti veritate inſpecta, imò non refert tunc quomodocunque conſtet iudici de intentione actoris.*

39 *Contractus nullus ipſo iuramento non firmatur.*

40 *Iuramentum metu extortum non valet, quando interpoſitũ reperitur ſuper actu de ſui natura nulla.*

41 *Confeſsio facta ſine indicijs per metum ſicut eſt nulla, ita & iuramentum ſuperueniens, quod præſumitur meticuloſum, eſt nullum.*

42 *Declaratio ad l. non dubium. C. de legib.*

43 *Iuramentum non obeſt minori enormiſsimè læſo in contractu.*

44 *Enormis læſio vbi adeſt, dolus re ipſa interueniſſe dicitur.*

45 *Dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito.*

46 *Læſio quando eſt euidens, de facili arguitur dolus ex qualitate perſonæ minoris.*

47 *Iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum.*

48 *Iuramentum tres comites habere debet, veritatem, iudicium, & iuſtitiam.*

49 *Simplicitas in minore præſumitur, non obſtante iuramento.*

50 *Præſides boni faciunt iuramentum minoris, & violentas extorſiones per capturam perſonæ caſſari.*

51 *Læſio enormis vbi datur, quis audiendus eſt, non obſtante, quòd iuraſſet omnia, & ſingula fuiſſe, & eſſe vera.*

52 *Imò ſi renuntiaſſet generaliter omni legum auxilio, deberet audiri.*

53 *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria, vbi datur enormis læſio.*

54 *Læſio ſecundùm vnam opinionem eſt, quando quis læditur in ſexta parte.*

55 *Secundum verò alteram committitur arbitrio iudicantis.*

56 *Tamen hæc vltima eſt magis recepta.*

57 *Iuramentum ſemper intelligitur rebus ſtantibus prout ſtant.*

58 *Abſolutus à iuramento, non dicitur amplius aſtrictus vinculo iuramenti.*

59 *Abſolutio quando eſt conceſſa, iuramentum non impedit minorem dicere de nullitate.*

60 *Iuramentum appoſitum ſuper contractu conditionali, cuius conditio non fuit adimpleta, nullos producere poteſt effectus.*

61 *Iuramentum ex defectu conſenſus nihil poteſt operari.*

62 *Iuramentum cenſetur eſſe naturæ, & qualitatis contractus, cui accedit.*

63 *Dolus non præſumitur, vbi interuenit decretum iudicis, cum cauſæ cognitione.*

64 *Decretum interpoſitum cauſa non cognita, eſt nullum, cò maximè, quando continet renuntiationem, repudiationem, vel alienationem.*

65 *Cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia alienationis rerum minorum.*

66 *Diſcuſsio & inquiſitio requiritur in venditione rerum minoris.*

67 *Inſtrumentum debet fieri de diſcuſsione, cognitione & examinatione venditionis rerum minorum ſeparatum ab inſtrumento, ſuper quo interponitur decretum.*

68 *Decretum continens iniquitatem & iniuſtitiam, non valet.*

69 *Notarius quando atteſtatur aliquid in inſtrumento, quòd tunc temporis rogitus inſtrumenti fieri non poteſt, eius atteſtatio non valet.*

70 *Alienatio immobilium minoris vt valeat, non ſufficit, quòd in inſtrumento notarius dicat, credit crem inſtaſſe & petijſſe ſibi ſolui, & æs alienum eſſe.*

71 *Iudex ſi tempore quo interponit decretum, dicit in eo, quòd adhibuit cauſæ cognitionem, verba ipſius iudicis non probant, quòd habita fuerit cauſa cognitio.*

72 *Decreto iudicis non ſtatur, quamuis in eo exprimatur adhibitam fuiſſe cauſæ cognitionem, niſi ſolennitates neceſſariæ fuerint nominatim enuntiatæ.*

73 *Decretum ſubreptitium non valet.*

74 *Prohibitio quæ de iure communi in quibuſdam caſibus fieri potuit, accedente prohibitione teſtatoris expreſſa, etiam in illis caſibus aliàs permiſsis fieri non poteſt.*

75 *Res ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi, ſi prohibetur expreſsè alienari, non poterit alienari eo caſu, quo valere potuiſſet alienatio, ſi facta non fuiſſet expreſſa prohibitio, propter concurſum duplicis prohibitionis.*

76 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo ſi fiat ab ignorante, ignoranti licet valeat, tamen ſecus ſi expreſsè fuit prohibita alienatio.*

77 *Prohibitio facta à teſtatore ſine cauſa valet, quando concurrit cum alia prohibitione legali.*

78 *Feudatarius ſi promiſit non alienare rem, alienatio fieri nõ poterit in caſibus ſpecialibus, in quibus aliàs potuiſſet valere, non obſtante prohibitione.*

79 *Cauſa poſſeſſorij, in qua de iure communi eſt prohibita appellatio, ſi committitur appellatione remota, non poterit etiam appellari in illis caſibus ſpecialibus, in quibus interponi potuiſſet.*

80 *Poteſtas & voluntas requiritur in quocunque actu.*

81 *Reſcriptum Imperatoris contra teſtamentum non valet, & nu. 121.*

82 *Declarationi animi Principis ſtandum eſt.*

83 *Literis Papæ interpretantibus intentionem ſuã ſtandum venit.*

84 *Citatio non requiritur, vbi Princeps declarat intentionem ſuam.*

85 *Decretum interpoſitum ex falſa cauſa, non valet.*

86 *Quod ampliatur procedere, etiam ſi ſit interpoſitum ex cauſa vera pro parte, & falſa pro alia.*

87 *Datio in ſolutum in totum redditur nulla, ſi ſumma pro qua eſt facta, non ſit pro debita parte.*

88 *Decretum iudicis eſt indiuiduum.*

89 *Læſio vbi eſt euidens, pro decreto non præſumitur.*

90 *Probatio nulla eſt maior, quàm quæ conſtat per euidentiam facti.*

91 *Nam ea præfertur omni aliæ probationi.*

92 *Decretum interpoſitum ante contractum, vel poſt, non valet.*

93 *Venia ætatis non poteſt concedi per Imperatorem minori 25. annis completis, & ſi concedatur, redditur nulla.*

94 *Venia ætatis redditur nulla, ſi non fuerunt ſeruatæ quæ diſponuntur in l. ſecunda, de his qui veni. æta. impetra.*

95 *Venia ætatis non cuique temerè, ſed cum exacta*

cauſæ

causa cognitione concedi debet, & non aliter.

96 *Imperator veniæ ætatis debet intelligi, si preces veritate nitantur.*

97 *Concessio veniæ ætatis subreptitia, nulla est.*

98 *Qualitas negotij apertè iudici declarari debet, vt planè intelligat quid agatur.*

99 *Habilitatio veniæ ætatis ex defectu potestatis non valet.*

100 *Factum ex certa scientia Principis, in dubium revocari non potest.*

101 *Audiri quis non debet contra illud, quod facit Princeps ex certa scientia.*

102 *Clausula de plenitudine potestatis, operatur, vt nihil opponi possit, quod annullet gratiam.*

103 *Item operatur, vt Principi dici non possit, cur ita facit?*

104 *Funiculus duplex potentior est quàm simplex.*

105 *Clausula, ex certa scientia, solùm operatur in his, quæ sunt iuris & non facti.*

106 *Clausula, non obstantibus, non operatur, vbi Princeps non est informatus de facto.*

107 *Clausula, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & non obstantibus, non præiudicant tertio. & numero 114. quod amplia, vt in num. 115. & 116.*

108 *Clausula, ex certa scientia, nihil operatur, nisi quando processum est cum causæ cognitione, aliàs secus.*

109 *Quod amplia procedere, etiam si cum ea concurrerent clausulæ de plenitudine potestatis, & motu proprio.*

110 *Clausulæ ex certa scientia, de plenitudine potestatis, nihil operantur, data impetratione subreptitia.*

111 *Quæ sit ratio, ponitur ibi.*

112 *Impetratio redditur subreptitia, si qualitas facti non exprimatur.*

113 *Clausula de plenitudine potestatis, locum non habet, quando resultaret iniquitas.*

CONSILIVM VII.

1 Voniam † rei satis demonstratæ frustra adijcitur demonstratio. l. 1. ff de dote prælega. l. certum, vbi Soc. ff. si cert pet. Soc. Iun. con. 22. volu. 2. Ideò in præsenti consultatione non conterendo tempus † in multiloquio, 2 quod prudentissimos stomachari solet, vt exordiar cum Are. in cons. 11. in princ. sed prius approbando, ac confirmando omnia, quæ per præstantissimos, ac celeberrimos Dominos consulentes scripta fuerunt in fauorem Illust. Dom. Sigismundi de Gonzagha, super nullitate contractus venditionis aliàs per ipsum celebratæ, cum quondam Illust. dom. Aemilia de Gambara, de castro Vescouati, & cæteris bonis in instrumẽto dictæ venditionis descriptis, quæ communiter à legum verticibus approbata reperiuntur. Ex quibus in substantia nihil superaddi potest, conuertam me ad resolutionem motiuorum eleuatorum per magnific. & excellentem motiuanuem, contra prædictum Illust. Dom. Sigismundum.

3 Et dico, q; & si vera sit conclusio, † quòd qui vult recedere à contractu si non restituit recepta, & quicquid ad eius manus peruenerit, succumbere debeat, per tex. expressum in l. si à te. C. de pact. inter empt. & vend. & authoritates in motiuo allegatas. Tamen quòd in casu præsenti text. ipse obstare non videtur

4 contra d. Illust. Dom. Sigismundum. Quia † loquitur quando agitur ad rescissionem contractus, vt per Castr. vbi, & in l. 2. colu. 2. vers. breuiter. eod. tit. Bald in l. acceptam. quæst. 5. & ibi Cast. C. de vsuris. Alexand in cons. 92. colum. penult. versic. nec obstat quod not. gloss. volum. 1. Cassan. in cons. 41. numer. 17. ad quam non egit d. Illustr. Dom. Sigismundus contra Illust. Comites Lucretium, & Nicolaum Aemilium de Gambara, sed vt contractus ipse pronuntietur, & declaretur nullus, & minus legitimè

5 factus: quo casu cùm agatur respectu eius, † quod nullum est, & quod rescindi non potest. l. nam & si sub conditione, versicu. post defunctum. ff. de iust. & rup. testa. l illud. l. quod vulgò. ff. de bon. poss. con. tab. c. ad dissoluendum, de despon. impub. sequitur, quòd tex. ipse in nihilo refragatur intentioni ipsius Illustr. d. actoris.

Quod autem contractus ipse fuerit & sit nullus,

6 duplici modo demonstratur. Primò, quia † conditionalis, & imperfectus ante consensum Cæsaris, vt etiam dicunt prædicti consummatissimi consultores: quo casu cùm conditio ipsa adimpleta non fuerit, perinde est, ac si factus non fuisset. §. ex conditionali, inst. de verbor. obliga. l. cedere diem. ff. de verbor. signif. Curt. Sen. in consi. 8. column. fina. vbi in-

7 quit, quòd si † emphyteota vendidit rem emphyteoticam sub conditione, si consensus domini interuenerit, si conditio nõ fuit adimpleta, non cadit à iure suo, quia deficiente conditione, perinde est, ac si venditio & dispositio facta non fuisset. l pecu-

8 niam ff. si cert. pet. † quòd maximè procedere subdit, quando in instrumento dicitur, quòd omnia, & singula contenta in eo, voluit non procedere, nisi domini consensu interueniente, quæ decisio multum facit ad terminos, de quibus agitur, vbi similia verba in substantia apposita videntur. Paris. in

9 consilio 31. numero 17. volu. 4. vbi ait, † quod actus gestus per Canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à sede Apostolica, ruit, conditione non impleta. Cepha. in cons. 118. colum. 2. vers. quibus tamen non obstantibus, volu. 1. vbi tradit † con-

10 tractum emptionis reddi nullum, & pro infecto haberi ex defectu conditionis in eo appositæ, si consensus domini accesserit, quia domino non consentiente venditor non censetur vendidisse. l. necessariò. §. quòd si pendente, il 2. ff. de peri. & commod. rei vend. Facit quoq; quod scripsit Socin. Iun. in consi.

11 94. num. 17. volum 2. vbi dicit, † quòd quando concessio Principis statim nõ debebat sortiri effectum, sed pendebat ex euentu conditionis consensus Imolensium, nónne potest dici, quòd lex ab initio translationem dominij inducat: quia id esset contra ipsius Principis intentionem, sed illud posset contingere postea impleta conditione, si aliud non obstaret.

12 Quinimò † subdit, quòd etiam si traditio interuenisset, pendente conditione, non posset dici dominium translatum: quia per conditionis pendentiam dispositio adhuc non dicebatur valida seu perfecta,

13 c. super eo, vbi Doct. de cond. appos. † & traditio nulla, & sine causa dominium non transfert. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. dom. Idem Socin. in

14 consil. 26. colum. fin. volum. 1. vbi inquit † contractum venditionis factum ad mensuram, conditionalem esse, & imperfectum ante mensurationem, & sic facta fuerit traditio, non tamen dicitur translatum dominium. quia illa dicitur nuda à causa. Et ideò nil mirum, si per eam non fuit translatum dominium. Accedit etiam, quod dixit Dec. in cons. 487. colum 2. quem sequitur Socin. Iun. in cons. 122. num.

15 32. volum. 2. vbi dicit, † quòd mentita data sub conditione, ea non verificata, est nulla: quia quæ conditionalia sunt, pendent à veritate conditionis, & ea non verificata nullius sunt momenti. Cùm igitur venditio dicti castri, & cæterorum bonorum nulla fuerit ex defectu consensus imperialis, meritò dicendum videtur, venditionem ipsam nullam fuisse, & pro infecta habendam esse. Et eò magis cùm in dicto instrumento venditionis sit apposita dicta clausula, quòd venditionem prædictam facit Illustris. dominus venditor saluis præmissis, quam multùm considerant Curt. Sen. vbi suprà, & Cepha. in cita. cons. 118. colum. 2.

16 Secundò quòd † venditio prædicta sit nulla, nullius q; momenti demonstratur, quia facta per ipsum Illustr. dominum Sigismundum minorem de dicto castro, & cæteris bonis immobilibus, quæ nullo modo per eum alienari potuerunt, nisi cum debitis solennitatibus, de quibus in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. ibi, nullam esse venditionem, & ibi, nullum esse decretum. Areti. in §. nunc admonendi

colum. 2.

colum.2. institut.quibus alien. non licet, vbi inquit hoc perpetuò notandum,quia vidit multoties errari.glos.in l.si quidem C.de præd. minor. Gozad.in cons.44.num 12. Dec in cons.60.colu 2.versic.nam alienatio, & in cons.39. colum. 2. vbi etiam dicit,
17 † quòd stante statuto prout est Florentiæ, quòd quis in 18.anno habeatur pro maiore 25 tamen habilitatus nō intelligitur, quantùm ad alienationem bonorum immobilium sine decreto, iuxta not.per Paul.de Castr.in l. eos, per illum text. C. de his qui ven.æta. impetr. & in consi.271.colum. 2 secundùm antiquam impressionem, rursus Dec. in consi. 403. colum.2.in fin.& 556.colum.penult.in fin. Socin.in cons.130 colum 2.volum.1.Soci. Iun.in cons.39 nu. 56.volum.3.cons.63. num.50.vol.eod.cons.3.nume. 21.volu.2.cons.22.colum.1. volum.eo.& in cons.144.
18 nume.21.volum.1. vbi dicit, † quòd transactio facta per minorem super bonis, & hæreditate ad eum spectantibus, & per quam inducatur alienatio iuris,& bonorum minoris,in qua non interuenerit ea communis solennitas, quæ aliàs requiritur in alienatione rerum minoris, videlicet, vt fiat ob æs alienum causa cognita,& cum decreto iudicis, & alia interueniant,de quibus in l.1.& per totum.ff.de reb. eo.redditur inefficax.Alci.in cons.107.versic.videndum ergo solùm est.Ant. de Peru.in l.1. num.130.ff. de iureiur.sed in casu nostro non constat,quòd fuerint obseruatæ solennitates ipsæ, quæ requiruntur
19 in alienationibus rerum minorum,† quas octo esse enumerat Bald.in suo consil.incip.In Christi nomine videtur dicendum, relato per Fabia. in tract.de empt.& vend.part.5. colum. 24. versic. sequitur videre de forma & solennitate,quæ requiritur in alienatione rerum pupillarium, & Afflic.in constit.Regni constit.Minorum iura.num.24.& quod consilium de verbo ad verbum est scriptum in fin.Summę Tancredi.idem Affl.in decis.249. & de quibus latè dixi in cons.meo 33.& 99.vol.1.

Primò,quia non interuenit solennitas principa-
20 lis,quæ est,† quòd adfuerit causa necessaria, vrgens ad faciendam dictam venditionē, per ipsum Illustr. Dom.Sigismundum, prout requiritur, secundum text.in l.minorum. C. de præd mino ibi,nisi apud acta causis probatis, quæ venditionis necessitatem inferant,& text.in l.ob æs alienum, & ibi glos.C.eo. tit.Affl. & Fabia. vbi suprà, & dixi in cons.meo 99.
* num.38.vbi citaui,hanc esse *communem,minusq;
21 † quòd interuenerit decretum iudicis legitimum
22 & validum, quodq; illud interpositum fuerit † iudice sedente pro tribunali, vt requiritur secundum Spe.in tit.de feriis.§. sequitur, versicu. fin.vbi dicit,
23 † quòd decretum super alienatione minoris diebus solennium feriarum interpositum,non valet: quia causa cognita, & iudice sedente pro tribunali fieri debet,allegat. l. lex quæ. C. de admi. tut.& l.minorum,ac l.ob æs C.de præd.minor. & Spec. ibi sequitur Bald.in addit.in versi. tempore feriarum,cuius sententiam aliàs sequutus sum in dictis consiliis 33. num.5.in fi.& 99.num.32. quam opinionem etiam tenuit Bald.in.l.naturali,in fin. de confir. tut.quem
24 sequitur Petr.de Rau.in sing.153. † Pariter nec interfuerunt subhastationes, quæ in tali alienatione omninò secundùm communem requiruntur,vt per Bald.in cons.184.colum.1.volum.2.Paris.in consilio 98.num.10.volu.1.ac alios,quos citaui in dictis consiliis 33.num.13.& 99.num.17. quæ non fuerunt factæ per viginti dies ante authen.hoc ius porrectum, ibi,per viginti dies oportet rem esse venalem.C.de sacrosanct.eccles.& per Fab. ac me vbi suprà. Nec
25 quòd fuerit facta † descriptio iudicis, in decreto secundum Fab.vbi suprà,& Affl.in d const.Minorum iura,in fin.Ergo clara datur conclusio,quòd alienatio ipsa, tanquam minus legitimè facta,sed præcipitanter,& perfunctoriè,nullius sit roboris & momenti. Et ideò indubitata est huiusmodi sententia,
26 † quòd non subsistente causa necessitatis,non potest fieri alienatio bonorum stabilium,minoris,etiam si expediret minori prædia vendere, text.est ad literam in l.magis puto.§.si æs alienum.ff. de reb.eo. vbi inquit legislator,quòd si tutores allegarent expedire prædia minoris vendere, vel alia comparare, vel certè istis carere, quòd prætor hoc ei permittere omninò debet, quoniam ei liberum arbitrium datū non est distrahendi res pupillares, sed ita demum si æs alienum immineat,& si permiserit ære alieno non allegato,nulla redditur venditio,nullumq; decretum.Affl.in decis.87.num.5.Ruin.in consi.63.nu. 12.volum.1.Facit etiam text.in l. fundus sterilis.ff eo.tit.vbi Imperator Antonius & diuus eius pater rescripserunt, fundum arenosum sterilem, saxosum, vel pestilentem alienari non posse.Et ideò dixit Ro-
27 ma.in l.si verò.§.de iuro.num.61 ff. solut.matrimo. † quòd licet constitutio generaliter prohibens alienationem rei ecclesiæ, non extendatur ad casum, quo agitur de alienatione rei infructuosę vel sterilis,tamen secus est in minore:quoniam alienatio rerum immobilium minori prohibita,extenditur et-
* iam ad fundum sterilem. Quibus conclusionibus stantibus,quæ passim, & indistinctè *ab omnibus
* admittuntur, tertia resultat conclusio etiam rece-
28 pta *communiter, † quòd vbi contractus gestus cum minore est nullus, si minor agit ad reuocationem nulliter alienatorum, non tenetur ad restitutionem pretij, nisi aduersarius minoris probet ipsum ex dicto pretio locupletiorem factum fuisse. ita glos.Bar. Alber.& Salice.in l. prædiorum. C.de præd.mino.Bar.Bald.& Alber.in l.1.C.si aduer.cred. Salicet.& Albert.in l.vtere.C de præd.mino.Ang.in §.1.instit.de autho.tut. Odofr.in l.si prædium,in fin. C.de præd.minor.Socin.in consi. 115.colum.fin.volum.1.& Dec.in cons.60.colum.2. versi. ex quo ergo, vbi inquit, quòd alienatio bonorum immobilium dominę Lucretiæ pupillæ fuit nulla,quia facta nulla subsistente causa necessitatis, ipsamq; dominam Lucretiam enormissimè læsam fuisse,dum ad restitutionem pretij condemnata fuit,nō constito,quòd ex tali alienatione,& pretij receptione facta fuerit locupletior. Etlicet Deci. ibi loquatur in pupilla,tamen idem vult in adulto,per tex.quem allegat in d.l. si prædium, vbi lex loquitur & de pupilla, & de adulta.sed in casu nostro satis demonstratum fuit,contractum alienationis factæ per Illustriss.Dom. Sigismundum minorem,de dicto castro Vescouati, & cæteris bonis,fuisse nullum, igitur ad restitutionem alicuius pretij non tenetur, cùm ex aduerso per dictos Illustriss. Comites conuentos probatum non extiterit,præfatum Illustr.dominum actorem, ex dicto contractu effectum fuisse locupletiorem.

Prætereà dicitur, quòd quatenus rescissoria actum fuisset per dictum Illust. dom. Sigismundum contra prænominatos Illustr. dom. Lucretiam,& Nicolaum AEmilium, quod tamen omninò negatur, quòd satis dicitur ei satisfactum, per oblationem eisdem factam in libello parte eiusdem Illustr. dominiagentis:quoniam nemini dubium est,quòd
29 † oblatio iudicialiter facta,apta est & fuit ad producendum actionem ipsi Illust.dom.Sigismundo. glo. Bart.& Paul.de Cast.in l.si rem.§ fi.ff. de pign. actio. Bar.& Pau.in l.si debitor. ff. de solut Bald.in consil. 25.colum.pen.in fin.volum.1.Idem Paul de Castr.in l.si à te.C.de pact.inter empt.& vend. Boer. in decis. 124.num.27.Corn.in cons.230.volu.1.Luc.de pen.in l.1.colum.3. C.de suscep.lib.10 Ias.in l.interdum.§.fi. colum.fin.ff.de verbor.oblig. Tantò magis cùm pecuniæ per emptricem exbursatę paratæ sint solutioni,si opus erit,tum virtute depositi de ipsis per eam facti, tùm quia d. Illustrissim. dominus Sigismundus diues est,& idoneus facultatibus, quod sufficit, iuxta not.per Alexand. in l.si mora. ff.solu.matrim. & Negusan.in tract.de pign.in 3.memb.5.par.in ver. 3.limitatur.

30 Secundò dicitur, † quòd ista exceptio restitutionis pretij non facti tanquam de apicibus iuris, non est habenda in consideratione per Illustr.& excellentissimum Ducem Ferrariæ, cui per Cæsaream Maiestatem fuit supradicta causa commissa,cum facultate procedendi summariè,& sola facti veritate in-
31 specta, † vigore cuius clausulæ habet iudicare, vt Deus in terris esset iudicaturus, qui soli veritati innititur.Bald.in l.pen. versi.6 quæro. C. de iur.delib. Natta in clem.sæpe.§. non sic. de verb. signif. Gramma.in decis.19.Seysel.in l.beneficium, in princip.ff.

de

de const. vbi inquit, ita solitum esse dicere Aret. in c. dilecti. colum. 3. & ibi Dec. num. 4. de iud. Neuiz. in consi. 80. num. 39. facit quod not. Alexand. in l. mi-
32 lites. C. de mili. testa. vbi inquit, † quòd quando proceditur sola facti veritate inspecta, solum est considerandum ius naturale, & diuinum, adiecta æquitate Canonica. Accedit quoq; quod notat Bald. in l.
33 prolatam. C. de sent. vbi tradit, † quando causa est commissa cum tali clausula, iudex potest procedere manu regia. Cor. in consi. 243. volum. 4. Rui. in consi. 134. num. 11. vol. 5. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 811. ff. de acquir. poss. Aret. in consi. 64.
34 colum. 3. & Grammat. in decis. 19. num. 4. Item † per dictam clausulam videntur remotæ & sublatæ omnes solennitates iuris ciuilis, & iuris subtilitates, & apices, vt concludit Butr. in c. dilecti, de iud. quem sequitur Rimin. in consi. 387. num. 11. Roma. in consi. 20. circa fin. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. col. 6. ff. si cer. petat. Ripa. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, num. 181. de verbor. oblig. Maran. in l. is po-
35 test. num. 195. ff. de acq. hær. † & solùm attenditur bona fides. Ias. in l. alienam. colu. 1. C. de procur. post Bald. in c. 1. column. 2. de constit. vbi apices iuris dicuntur, quicquid bonam fidem non tangit, sed ex-
36 trinsecus ventilatur. Hinc est, † quòd talis cui committitur causa cum dicta clausula, potest credere probationi solùm persuasiuæ, non concludenti. Bald. in l. solam in fin. C. de testi. Aret. in consi. 126. colum. 2. Dec. in consi. 54. col. pen. 650. colu. 2. & 699. col. fi. Ias. in d §. si nummos. colum. 6. Marsi. in sing. 343. Dec. in d. c. dilecti. nume. 4. Alcia. in consi. vlti. in fin. Accedit etiam quod not. Alexand. in d. §. Chry-
37 sogonus. colu. 5. in fin. vbi huiusmodi † clausula est tantæ efficaciæ, vt si vnus agit ex vna causa, & probet de alia, obtinere debet, quamuis aliàs secus, sequitur Ias. ibi, num. 33. Idem tenuerunt Ias. in dicto §. si nummos. colum. 7. Alexand. in consilio 114. numero 6. volum. 6. Ruin. in consi. 5. num. 12. volum 4. consi. 12. num. 11. vol eod. Crot. in l. 1. §. si quis ita. numero 50. ff. de verb. oblig. Marsi. in sing. 272. & Parisi. in consi. 131. volum. 1. facit etiam quod tradit Claud. in l. 1. colum. 1. versicu. vltimò. ff. de vulga. & pup. vbi
38 ait, † quòd licet vbi procederetur simpliciter, & de plano, prohibita sit cumulatio, etiam in casibus à iure permissis in l. edita. C. de edend. tamen si concessa sit facultas procedendi sola facti veritate inspecta, non prohibetur cumulatio, imò non refert quomodocunque iudici constet de intentione actoris.

Non obstat secundum motiuum de iuramento:
39 quia respondetur pluribus modis. Et primò, † quòd vbi contractus est nullus ipso iure, iuramentum non potest illum firmare. Fulg. in authent. sacramenta puberum, seu in l. 1. C. si aduersus ven. quem ibi sequuntur Cyn. & Vltramontani, Franc. de Perus. in c. quamuis, de pac. in 6. Marsi. in l. penult. co-
40 lum. antepen. ff de quæst. vbi dicit, † quòd iuramentum metu extortum obligat, quando actus super quo interponitur iuramentum per metum non est nullus, secus quando est nullus de se, & sui natura,
41 quia tunc non valet. Et ideò inquit, † quòd sicut confessio facta sine indicijs per metum, est nulla & inualida, eodem modo & iuramentum superueniens, quod præsumitur meticulosum, erit nullum & inualidum. Ang. in consi. 160. colum. 2. vbi ait, quòd quando contractus est ipso iure nullus, non potest firmari iuramento: quia dicitur impossibilis confirmatio, nisi præsupponatur aliquod subiectum confirmabile, vt probatur in c. auditis, de elect. in c. prudentiam, vbi ita dicit Imo. de off. deleg. Barb. in consi. 21. col. 5. vol. 1. Ruin. in consi. 135. num. 12. volu. 1. & in consi. 60. num. 4. vol. 4. Marsi. in consi. 125. colu. 4. versic. quia respondeo. Socin. Iun. in consi. 48. num. 17. volum. 1. & in consi. 44. nu. 16. volum. 2. vbi dicit, quòd licet in practica ista opinio non sit multum tuta, quia multi contra eam tenent, tamen restringendo eam quando contractus esset omninò inualidus de iure communi, videtur quòd de iure pro-
* cedat, subdens hanc esse * magis communem opinionem, quam inquit etiam tenuisse Saly. in d. auth. sacramenta puberum, vbi & Ias. col. 12. versic. tu re-

sponde. vbi scit veram resolutionem ad l. non dubi-
42 um. C. de legib. esse, vt procedat † quando cõtractus de iure communi est reprobatus, quia tunc iuramento non validatur, secus si actus esset inualidus de iure speciali, & ita decisum fuisse in Capel. Tholo. refert Stepha. Aufr. in decis. d. Capel. quæst. 282. sed contractus venditionis factus de dicto castro, & cæteris bonis per d. Illustris. dom. Sigismundum, tunc minorem prædictæ Illustr. quondam dominæ Aemiliæ, est nullus ipso iure propter solennitates iuris communis omissas, & de quibus suprà, ergo & iuramentum nullum.

43 Secundò respondetur, † quòd quando minor enormissimè læditur in contractu, quia tunc re ipsa verè est dolus: quia sic lex præsumit, iuramentum non obest minori solùm propter præsumptionem doli. Anch. in c. 1. quæst. 11. de const. Corn. in consi. 11. col. 5. vol. 3. consi. 72. col. 3. & 124. col. 1. & 2. volum. eo. Cuma. in consi. 180. Barb. in consi. 55. colu. fin. volu. 2. Parisi. in consi. 89. colum. penult. in fi. vol. 1. & Craue. in consi. 192. colum. 2. 99. num. 20. vol. eod. Et ratio
44 est, † quia vbi est enormis læsio, dicitur interuenisse dolus re ipsa. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.
* qui quidem æquiparatur dolo ex proposito. Dec. in consilio 180. colum. 3. & 4. vbi citat hanc esse * communem, & propterea iuramentum non obligat in minore, muliere & rustico, quibus de facili propter personæ qualitatem iura subueniunt. Quod rationabile videtur, vt inquit Cornel. in consilio 189. co-
46 lumna prima, volum. 1. Ex † qualitate enim personæ minoris de facili arguitur dolus, quando læsio est euidens. l. si superstite. C. de dolo, ibi, si læsa es im-
47 modicè. Item † iuramentum esset iniquitatis vinculum, quod esse non debet. c. quanto, de iureiur.
48 Et † iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam. c. animaduertendum.
* 22. quæstio. 2. Et hanc esse * communem opinionem asserunt Dec. in consi. 180. colu. 4. vbi dicit ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, in consi. 349. num. 7. 379. colum. fi. & 403. num. 21. Soci. in consi. 47. nume. 43. volum. 3. Socin. Iun. in consil. 48. num. 24. vol. 1. & num. 27. consi. 53. per tot. consi. 77. nume. 132. & 144. num. 21. volum. eod. & in consi. 47. col. fin. in prin. volum. 3. Ripa. in respon. 15. colu. 4. versic. 6. facit in 3. part. Socin. Iun. in consi. 53. num. 1. volum. 1. Facit quod not. Bald. in rubric. C. de rer.
49 permut. c. fin. vbi inquit, quòd † non obstante iuramento præsumitur simplicitas in minore: ideò iuramentum debet relaxari. Fortius voluit idem Bal. in cap. 1. §. item sacramenta, colum. 3. de pac. iur. firma. † quòd boni præsides faciunt iuramenta mi-
50 norum, & violentas extorsiones cessari per capturam personæ. sequitur Ias. in l. generaliter. in 3. notabili. ff. de verbor. oblig. Et adeò vera est hæc conclusio, vt ea procedat etiam si minor iurauit non venire contra, ratione minoris ætatis, vel alia ratione, vel causa. Corn. in consi. 158. colum. 5. volum. 4. Debent enim talia verba intelligi ciuiliter, & ab illis verbis generalibus grauis læsio excipi debet: ita Dec. in consi. 349. num. 7. Parisi. in consi. 89. colum. fi.
51 volum. 1. vbi etiam dicit, † quòd lata enormi læsione quis audiendus est, non obstante quòd iurasset omnia, & singula fuisse vera. Imò fortiùs dicit,
52 † quod etiam si minor renuntiasset generaliter omni iuris & legum auxilio vel fauori, deberet audiri. Ita Corn. in consi. 83. colum. 3. vol. 4. sed in terminis nostris interuenit enormis & enormissima læsio, ergo dictum iuramentum non habet officere d. Illustr. dom. Sigismundo. Et in tantum hoc est verum, quod inquit Corn. in consi. 166. colu. 2. volum. 1.
53 † quòd à tali iuramento non est necessaria absolutio, sequitur Dec. in consi. 180. col. 3. in prin. Soc. Iun. in consi. 48. nu. 29. vol. 1.

Quod autem constet de enormi læsione, quæ excedat dimidiam iusti pretij, satis demonstratum fuit latissimè à dictis præclarissimis consultoribus, quorum dicta non transcribam, quamuis vera non sit illa opinio, quòd læsio debeat excedere dimidiam iusti pretij: quoniam duæ sunt principales o-
54 piniones, & magis approbatæ, vna † vbi quis læditur in sexta parte eius quod sibi debebatur, vt vo-

luerunt Bartol.in l.ſi ſocietatem §. arbitrorum, colum.5.ff.pro ſoc. Lanfran. in tract. de arbitr. in vlt. part.q.19. Cuma.in conſ.50.colum.2.verſic.ad id autem.Dec.in conſ.39.colum.fi.Cur.Iun.in conſ.79.in fin.vbi inquit, opinionem Bart. * communiter approbatam.Socin. in reg. 22.in fall.11. Ruin. in conſilio 81.colum.2.volu.1. Altera eſt, † quòd committatur arbitrio iudicantis, poſtquam non reperitur expreſsè ſtatutum.arg. l.1. ff.de iure deli.qui variè ex perſonis cauſis q; conſtituit. Alexand. in conſi. 130. col.2.in fin.volu.7.Pariſ.in conſ.89.num.53.volum. 1.in conſ.12.colum.penult. in princ.vol.eod.Socin. Iun.in conſi.48.num.22. volum.1. vbi citat has duas opiniones magis approbatas, licet vltimam * magis receptam ſecundum quam iudicandum inquit.Sed cui dubium eſſe poteſt (certè nemini) quòd in caſu præſentis alienationis, non interuenerit enormis læſio, quæ ſit plus quàm ſexta pars, vel ſaltem quæ non debeat mouere animum Illuſt. domini delegati ad iudicandum contractum huiuſmodi venditionis fuiſſe enormem.

57 Tertiò reſpondetur, † quòd iuramentum ſemper habet clauſulam, vt ſcilicet intelligatur rebus ſtantibus prout ſtant, argum.l.quod Seruius ff.de cond. cau.dat.Barb.in conſ.38.colum.21.volum 2.Brun.in conſ.99.col fin.Pariſin conſi. 97. nu. 51. volum.1.ſed in terminis noſtris res aliter ſe habet, quia cùm d.

58 Illuſtr.dom Sigiſmundus fuerit † abſolutus à dicto iuramento, ſeu habilitatus, meritò non dicitur amplius vinculo iuramenti aſtrictus, vt in terminis dicit Corn.in conſ. 188. colum.10.volum.3. quem ſequitur Socin.Iun.in conſ.3.num. 44. volum.2. Et

59 † quando abſolutio, vel habilitatio conceſſa eſt, iuramentum non impedit minorem dicere de nullitate.Alexand.in conſ.29.colu.5.volu.7 Socin.Iun.in conſ.47.col. pen.ver. quoniam reſpondetur, vol.3. in conſ.50.col.2.in prin.vol. eo. conſ.48.nu. 30.vol.1. & in conſ.53.col.pen.in fin.vol.1. Pariſ. in conſilio 12. nu.6.vol.2.& Riminal.in conſ.222.colum.1.vbi dicit, quòd abſolutio idem operatur, ac ſi iuramentum non interueniſſet.

60 Vltimò dicitur, quòd dictum iuramentum nullos effectus producere poteſt, tanquam interpoſitum ſuper contractu conditionali, cuius conditio non fuit adimpleta Vnde, ſicut ſuprà dictum fuit, dictus contractus principalis non valet, ita nec iuramentum valet, nec obligat, quia obſtat defe-

61 ctus conſenſus, quo caſu † iuramentum ex defectu conſenſus nihil operari poteſt.l.ſi. C. de non nume. pecu.Dec in conſilio 493. numero 25. Pariſ.in conſilio 12.num.68.volum.2.Ruin. in conſilio 137.num. 16.volum. 2. & in conſilio 67. colum. fin. volum. 4. Roma.in conſi 517.volum.6.verſic.ſed certè reſpon-

62 deo.Socin.Iun.in conſ. 44.num. 48.volum. 2. Item & quia † iuramentum cenſetur eſſe naturæ, & qualitatis contractus, cui accedit. Ruin.in conſ.67.num. 10 volum.4.conſ.16.num.14.volum.2.Dec.in conſi. 536 .num.7.

Non obſtat, quòd dolus non præſumitur, ex quo in dicto inſtrumento venditionis interuenit decre-

63 tum: quia eo ſtante non poteſt excipi de dolo & læſione.l.1.vbi Barto.C.de præd. decur. lib.10.maximè attenta authoritate & proprietate excellentiſsimorum Dom. interponentium decretum, & actum exercentium, ex quo omnia præſumuntur ſolenniter proceſsiſſe, per not. per Abba. in c.niſi eſſent, de præben. Quia reſpondetur ſententiam ipſam locum

64 habere, quando † decretum cum cauſæ cognitione interpoſitum fuiſſet, aliàs ſecus: quia tunc non valet.l.minoris, vbi gloſſ.Bar.Bal & Salicet.C de præd. mino.Paul.de Caſt.in conſ.177.colum.2. ſecundum antiquam impreſsionem, quem ſequitur Ruin.in conſilio 107.num.14.in fin.volum.1.Dec. in conſilio 403.num.19.Anchar.in conſi 83.colum 1.Bald & Sa-

65 licet.in l.prima. C.ſi aduer. cred.vbi dicunt, † q; decretum interpoſitum cauſa non cognita, eſt nullum, maximè quando continet renunciationem, repudiationem, vel alienationem, quod dicit perpetuò menti tenendum Ang.in §.tripli. colùm.3. inſtit.de actio. Et ratio eſt, quia † cauſæ cognitio, quæ requiritur in alienatione immobilium minoris, iuxta l.magis puto.§. ne paſsim. ff. de reb. eo. eſt de ſubſtantia dictæ alienationis. Imol. in conſ.98.colu. 1.quæ neceſſaria in eam eſt.l. lex quæ tutores. C.de admin.tuto.vbi Imperator inquit, cauſas alienationis primò eſſe probandas, antequam decretum interponatur.l.minorũ.& in l.ſi.C de præd.mino.vbi probatio, & examinatio cauſæ debet præcedere decretum, & de his debet in actis conſtare.laſ.in l.ne quicquam.§.vbi decretum, colum.pen. verſ. Item adde.ff.de off.proconſ.& lega.Bald. in conſi.376 vo-

66 lum.1.vbi ait, † quòd in venditione rerum minoris requiritur inquiſitio, & diſcuſsio: ſed in caſu præſenti non apparet de aliquo decreto, in quo interuenerit aliqua cauſæ cognitio, ergo decretum nullum.Dec in conſ.403.colu.2.verſ.2. Pariſ.in conſ.98. num.9.volum.1.conſ.99.colum 4.& in conſ 101 co-

* lum 2 volum.eod & in conſ.85.colum. 3. volum.3. vbi aſſerit hanc eſſe veram & * communem opinionem.Fabi.in tract.de empt. & vend. in 5.part.num. 104.& de hoc aliàs dixi in conſilio meo 33.num.11.& 99 num. 23. vol.1. Quòd autem nulla interuenerit cognitio ante allegatum decretum, patet, quoniam ad illum deuentum fuit, nulla præuia cauſa neceſſaria alienandi dictum caſtrum cum cæteris bonis, vt requirebatur, vt in d.§.ne paſsim. Nam hic non adfuerunt creditores, qui inſtarent, vt fieret executio aliqua in dictis bonis pro ære alieno ſoluendo, nec alia cauſa neceſſaria, & legitima pro dictorum bonorũ alienatione, ſed ſolùm ad eam peruentum eſt ex cauſa voluntaria, quæ apta non fuit vt interponeretur dictum decretum, ſicuti etiam non fuiſſet apta, quia expediebat ipſi Illuſtr. domino minori deuenire ad ipſam alienationem, vt per text. iunct. gloſſ.in verb. mouere. in l.ſi fundus. ff. de reb. eo. & in d.l.magis puto.§.ſi æs alienum. Cùm ergo dictum decretum fuerit interpoſitum ſine vlla pro-

67 batione, quæ cõſtet ex actis, & † de qua probatione, cognitione, & examinatione fieri debebat inſtrumentum ſeparatum, de per ſe, vel diuerſum ab eo, ſuper quo interponitur decretum, manifeſtè illud redditur nullum.Pau.de Caſt.in conſ.91.ſecundum antiquam impreſsionem, quẽ ſequuntur laſ.in d.§. vbi ait decretum.col.antepen.verſ.imò plus voluit. Dec.in conſ.341.col.6.in princ.& in conſ. 403. col. 4. Marſ.in pract.ſua crimi.in §.nunc dicendum, num. 33.& plures alij quos retuli, & ſecutus ſum in iam dictis conſilijs meis 33.num.11.& 99. num.23. Et vltra eos idem tenuerunt Felin.c. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 7.verſ.11.de conſtit. Monferrat. c. Raynutius, char.29.colu.1.ver.2.fallit, de teſta.Ruin.in conſ. 189.nu 8.volum.1. Alexand.in conſ.17. num.6.volu. 4.Bologn.in conſ.33.col.2.Ruin.in conſilio 40.num.

68 3.in fi.volum.5 ſequitur, † quòd dictum decretum tanquam cõtinens iniquitatem, & iniuſtitiam, non valet.Bar.in l.fin.C.ſi contrarius, vel vtil.pub.Dec. in conſilio 40.colum. 4. 528. num.8.& 606. num 13. Pariſ.in conſi.99.num 60.volum.1. Bald. in l.magis puto.§.ſi æs alienum.ff. de reb. eo. vbi inquit, inordinatum decretum non valere. Et adeò vera eſt con-

69 cluſio prædicta, quòd ea etiam procedit, † ſi notarius rogatus de interpoſitione decreti diceret in inſtrumento, qualiter cum cauſæ cognitione interpoſitum fuit: huiuſmodi enim verba notarij aſſertiua non ſufficerent ad probandum, quòd in eo interuenerit cauſę cognitio prout requirebatur: ita Paul. de Caſtr.in conſ.86.ſecundum antiquam impreſsionem per regulam notabilem, quæ habet, quòd quando notarius atteſtatur aliquid in inſtrumento, quod non potuit fieri tunc tempore rogati notarij, inſtrumentum non probat. Barto.in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.ſed cauſæ cognitio nõ potuit ſtatim illo tunc adhiberi, ergo dicta verba notarij non probant huiuſmodi cauſæ cognitionem. Pro iſta ſententia facit quod notat Pariſ. in conſ.98. nu 3.vol.1. & in conſ.85.nume.20.volum 3. quòd ad

70 † hoc vt valeat alienatio immobilium minoris, non ſufficit, quòd in inſtrumento notarius dicat, creditorem inſtitiſſe, & petijſſe ſibi ſolui, & ęs alienum eſſe, ex quo illa verba aſſeruntur à notario, tanquam dicta à tutore & contrahente cum ipſo: ſicut etiam in ſimili videmus, quòd nõ ſtatur verbis narratiuis

inſtru-

instrumenti,in quo dicatur alia bona non extare, vt per Paris.in citato consilio 98. numero 5. versic. nec obstat. Imò plus consuluit Castren.vbi suprà,
71 quòd si † iudex ipse tempore quo interponit decretum dicat in eo,quòd adhibuit causæ cognitionem, verba ipsius iudicis non probant, quòd habita fuerit causæ cognitio,quia tritum est in iure,quòd non statur assertioni iudicis,qui non potest actum liberè facere,& cum Paul.transeunt Paris.in consi. citato.99.colum.2.in cons.sequent. col.2. Dec.in allega. consilio 403.colum.4.Felin.in d.c. ecclesia S.Mariæ, col.fin.vers.11.& ita aliàs dixi in locis per me relatis. Nam iudici non creditur, nisi quatenus ex actis apparet.c.cùm in iure,de off.delega.Bald.in materia in cons.376.vol.1.

72 Secundò respondetur, † quòd pro decreto non præsumitur, quamuis adhibitam fuisse causæ cognitionem exprimatur,nisi solennitates necessariæ nominatim sint enuntiatæ,Bald.in.l.ex his C.de testa.milit.quia secundum Io.Fab.in §.fin.instit. de fide inst.notarius videretur scripsisse vt iudex, nõ vt testis,qui clarè debet loqui.Paris.in cita.cons.98.colum.3.in fin.in con.100.col.3.vol.1.& in cons.12. nu. 57.volum.2.Felin.in c. quoniam contra,colum.21. vers.limita seu declara,vt ibi Dec.num.55. versic.& istud de probat.Socin.in cons. 158.num.18.volum.2. Rui.in con.69.nu.6.vol.1.Alcia. in tract. de præsum. in 10.reg.nume.5.in 3.par.Bald.in cons. 47.volum.1. Brun.in tract.de for.char.84.colum.3.versic.& istud sanè.Io.de Plat.in l.1.C. de præd. decur. libr. 10. Rodul.in rep.c.fine,q.10.12. quæst.2.Alexand.in consilio 176.numero 4.volum.6.Et ratio est,quia aliàs de facili posset eludi & fraudari, secundùm Alexan.dispositio legis requirentis dictas solennitates in alienatione bonorum stabilium. Ruin.in cons. 189.nu. 8.volum.1.

73 Tertiò respondetur, † quòd dictum decretum fuit subreptitium, quia non fuit narratum Illustr. dominis,quòd vltra prohibitionem legis communis disponentis bona stabilia minorum non posse alienari, nisi debitis interuenientibus solennitatibus,de quibus suprà abundè dictum fuit,concurrebat etiam prohibitio testatoris, videlicet Illustriss. quondam Ioannis aui ipsius Illustrissimi dom. Sigismundi,qui alienationem dicti castri, & cæterorum bonorum prohibuerat in suo testamento,quæ
74 non parum operatur: quia facit † quòd prohibitio quæ de iure communi in quibusdam casibus fieri potuisset, accedente prohibitione testatoris expressa,etiam in illis casibus aliàs permissis fieri non potest.text.est in §.sanctissimas,in authen.de aliena.&
75 emph.coll.9. Hinc est † quòd si res subiecta restitutioni fideicommissi,si prohibeatur expresè alienari,non poterit alienari eo casu, quo valere potuisset alienatio,si facta nõ fuisset expressa prohibitio propter concursum duplicis prohibitionis tacitæ scilicet & expressæ.Ruin.cons.150. colum. fi.volu.2.& in cons.127.nu.13.vol.5.Doct.in l.filiusfa.§.diui.ff.de l.
76 1.Item,quòd † licet valeat irreuocabiliter alienatio rei subiectæ fideicõmisso, si fiat ab ignorante ignoranti.l.fi.§. fin.ff.de leg.2.si tamen hæres prohibitus sit expresè alienare, non valebit dicto casu alienatio.Alexand.in l.Marcellus.§.res quæ,ad Treb.Ruin. in consi.18.colum.1.volum.2.123.nu.12.147.num.14. volum.eod.& in consi.127.num.13. volum.5. Plus
77 † prohibitio facta à testatore sine causa valet, quando concurrit cum alia prohibitione legali. l. 2. ff.de vsucap.pro empt.Bartol.& alij in dicto §. Diui. Ruin.in consi. 11. nume.18. volum.2.& in consilio 118. nu.11.vol.3. Et ideò dicit Bal.in cap.1.§.præterea,de
78 cap.Conra.† quòd si feudatarius promisit non alienare rem, quòd alienatio fieri non poterit in casibus specialibus, in quibus valebat non obstante legis prohibitione,& hoc, quia cum ea concurrit etiam hominis prohibitio. dicit etiam Bald.in l.2.C.
79 de appella.† quòd si causa possessorij, in qua de iure est prohibita appellatio.l.1.C.si de momen.possess. fue.app.committatur appellatione remota, quòd non poterit appellari in illis casibus specialibus, in quibus interponi potuisset: quia illa auget effectum possessorij,& remouet obstaculum. Ruin. in consilio 82.num.4.volum.5. de qua quidem alienatione si verisimiliter sciuissent,huiusmodi decretum non interposuissent, cùm illud etiam interponere non
80 potuissent ex defectu potestatis, † quæ in quocunque actu requiritur.l.cum te.C.de dona. ante nupt. nam nõ est verisimile ipsos voluisse facere actu nullum.Paris.in cons.90.colum. 1. volum. 3. nam actus fustratorius, & nullus fugiendus est. argum.l. hæc stipulatio.§.diuus,vt lega.nomine cauea.c.quia frustrà,de vsur.Paris.in consilio 101. num. 46.& 94. volum.primo.nam nec Imperator id facere potuis-
81 set:quia † rescriptum Imperatoris contra testamentum non valet.l. si testamentum. C. de testa. & ideò dicit ibi Fulg.se consuluisse in ciuitate Tridentina, quòd Imperator non potest derogare testamento, cum sit de iure gentium. Dec. in consilio 357. colum.penult.in princip.403.nume.13.537.colum.2.& in consilio 608. colum.fin. Cepha. in consil.111.numer.38. Socin.Iun.in consi. 110. num. 26. volum.3.& in consil.65.num.4.volum. 2.cùm ille dicat vnicam esse suam intẽtionem,vt vota testantium impleantur,vt in authent.de iureiuran.à mor.præst.in princip.cùm igitur dicta qualitas, quæ est notabilis, & quæ non erat tacenda, non fuerit expressa,d. Illustriss.im. dominis meritò dicendum venit, decretum ipsum subreptitium fore, & per consequens nullum.l.& si præses,vbi gloss. & Doct. C. de præd. mino.Dec.in citato consilio 403. colum. 5. Paris.in consilio 12. num.63.volum.2.Alcia.in consilio 164. numero 10. Et eò magis hoc dicendum est,cùm ipsi Illustr.domini per suas literas attestentur tempore dicti decreti requisiti,nullam factam fuisse mentionem de dicta prohibitione, de qua si sciuissent, & de ea notitiam habuissent, illud non interposu-
82 issent. † & quibus credendum venit de tali animi declaratione,vt per Curt.Sen.in consilio suo 50.colum.14.versic.quia ad hæc respondemus,& per An-
83 gel.in consi.273.colum.penult.vbi dicit, quòd † statur literis Papæ interpretantis intentionem suam, etiam si illa nunquam fuit, quia cùm attestetur de eius animo, non admittitur probatio in contrarium.sequitur Felin. in c.cùm veniissent, colum. pri-
84 ma,de iud.qui etiam inquit, † quod in tali interpretatione non requiritur citatio partis, quod latiùs prosequitur ibi Dec.& Socin. Iun. in consi. 81.num. 62.volum. 3.

Quartò dicitur, quòd dictum decretum fuit interpositum ex falsa causa: quia narratum Illustrissimis Cardinali, & Ducissæ contractum huiusmodi alienationis fore valdè vtilem d.Illustr. domino Sigismundo venditori,& tamen de contrario constat, videlicet illum fuisse sibi damnosum, & cedere in maximum eius damnum & detrimentum, vt constat ex rationibus,& causis longe latè allegatis, per dictos dominos consulentes. Vnde, cùm falsitas fuerit suggesta d.Illust.dominis, sequitur indubita-
* ta & * communis conclusio,quòd decretum † inter-
85 positum ex falsa causa est nullum.l.cùm verò. §.subuentum, vers.proinde,ff. de fideicom.liber.l.magis puto.§.si æs alienum,versic. proinde.ff.de reb.eo.Alexand. in cons. 39.nu.9.vol.6.Paris.in d.cons.12.numer.63.& in cons.89.num. 59. vol.1. Dec.in consilio
86 351.nu.6.Quod † procedit,etiam si decretum sit interpositum ex causa vera pro parte,& falsa pro alia: quia in totum vitiatur decretum, secundum Bart. Paul. & alios in l. si non sortem. §. si centum.ff. de
87 condict.indeb.vbi vult,quòd † datio in solutum in totum sit nulla,si summa pro qua est facta, non sit debita etiam pro parte. Alexand. in l.iustè posider. ff.de acquir.pos.vbi ex not.per Bart.vbi suprà dicit, quòd decretum partim ex falsa causa,in totum non valet.Ruin.in cons.160.num.27.volu.2.Bal.in l.certi conditio.§.quoniam,col.3.in fin.ver. 2. ff.si cer.peta.
88 Et ratio est, quia † decretum iudicis est indiuiduum.l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei. Affl. in decis.218. nu.4.Paris.in consi.89.nu.69.volum.1.& in cons.98. num.16.vol.eod.Bald.in cons.223.colum.1.volum.2. Alcia.in trac.de præsump.regula.10.in 3.par. Capic. in decis.51.in princ.Dixi in d. cons. 99. num. 31.cum sequen.Iaf.in l.si is ad quem,nume. 20. ff. de acquir. hæred.Curt.in l.antepen.colum.fin.C.qui admit.&

* in consi.170.num.vbi dicit hanc esse* communem conclusionem.

89 Quintò dicitur, † quòd pro decreto non præsumitur, quando constat de euidenti læsione, vt in casu præsenti, & prout suprà dictum fuit, quo casu
90 † nulla maior est probatio, quàm quæ constat per euidentiam facti, secundum Inno. in c. proposuisti,
91 de proba. † Nam ea præfertur omni aliæ probationi. Dec. in cons.209. in princip. 251. colum. fin. & 479. num.5. Barb. in cita. cons.55. colu. fin. volum. 2. Ruin. in cons.107. nume.14. volum. 1. & Rimin. in cons.315. colum.1.

92 Sextò redditur nullum decretum, quia † interpositum non reperitur in contractu dictæ conditionis, nec post, sed ante: quo casu omnia non præsumuntur solenniter facta propter decretum, vt voluit Alex. in l. sciendum. in 9. colum. in princip. ff. de verbor. oblig. vbi propriè dicit, quòd in alienatione rei minoris non præsumitur solennitas, quamuis decretum in ea debeat interponi, si decretum processit: secus verò si interponatur in actu, vel post actum, & Alex. sequitur Ruin. in consi. 86. num. 6. in fi. volum. 1.

93 Vltimò dicitur dictum decretum non valere, quia illud interpositum non reperitur à d. Illustrissimis dominis, sedentibus pro tribunali, vt per Cor. in cons. 98. col. 1. volu 1. dixi in dictis consilijs 33. numer. 9. & 99. nume. 32. Bald. in l. naturali, in fin. ff. de confir. tuto. quem sequitur Petr Rauen in fi. 157. Bal. in add. ad Spec. in titu. de feriis, in verbo tempore feriarum.

Ex istis igitur omnibus satis eneruatum videtur motiuum de decreto, de quo (iudicio meo) hîc tractandum non erat, cùm decretum aliquod non interuenerit in contractu ipsius alienationis, nec post, sed tantummodò videndum est de venia ætatis, vel habilitatione concessa d. Illustriss. dom. Sigismundo per prædictos Illustr. Principes de faciendo dictum contractum alienationis prædictæ quondam Illust. Dom. AEmiliæ de Gambara, quòd ipso iure nullum esse videtur ex infrascriptis. Nam clarum est in iure, quòd ea concedi non potest per Imperatorem masculo minori 20. annis, & si concedatur, non valet, text. est clarus in l. 2. vbi not omnes. C. de his qui veniam æta. impetr. Socin. Iun. in cons. 47. nu. 37. vol. 1. ergo multò minùs per d. Illust. Principes inferiores ab eo, sed dicta venia ætatis, seu habilitatio fuit concessa per prædictos Illustrissimos Principes d. Illust. dom Sigismundo, ætatis annorum quindecim, ergo nulla ex defectu potestatis, quæ in quocunque actu requiritur. c. cùm super, de offic. deleg.

94 Secundò redditur nulla, † quia nõ apparet, quòd post dictam habilitationem fuerint obseruata, quæ à legislatore ordinantur in d. l. 2. videlicet probatus numerus annorũ, probitas animi, & instituta morum, quibus deficientibus secundum text. ibi in fin. est nulla ipso iure. Et ideò dixit Clau. in tract. de offic. iud. c. 3. nu. 14. quòd † venia ætatis non cuiq; temerè, sed cum exacta causæ cognitione concedi debet, & non aliter.

96 Tertiò dicta † impetratio habilitationis caret veritate supplicatorum, quæ tamen debet intelligi, si preces veritate nitantur. Vnde si falsum sit Prin-
97 cipibus supplicatum, † gratia dicitur subreptitia, & ipso iure non valet. c. ad aures, in fin. c. ad audientiam, il 2. de rescript. sed in supplicatione porrecta d. Illustriss. Principibus narratum fuit, & expressum, quod valdè vtile erat ipsi Illust. domino Sigismundo deuenire ad alienationem dicti castri, & cæterorum bonorum propter tenues reditus, qui non excludebant scuta 390. & si pecunia redigenda ex dictis bonis implicaretur in alijs bonis maiores reditus consequeretur, quod tamen est falsum propter rationes euidentes, & à iure approbatas, de quibus in consultationibus prædictorum insignium virorum. Vnde cùm videantur ipsi Illustrissimi domini moti ex suppositis prædictis præsuppositis ve-
109 ritate eorum, quæ in illis narrata fuerunt, non habita informatione ab illis, qui notitiam habebant de statu dicti castri, & cæterorum bonorum, iuxta text. in d. l. magis puto. §. in primis, ibi, requirat ergo necessarios pupilli, vel parentes, vel libellos aliquos fideles, vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habeat, aut si nemo inuenitur, aut suspecti sunt, qui inueniuntur iubere, debẽt edi rationes. Sed informatio sumpta fuit ab alijs suspectis, qui huiusmodi alienationem affectabant in fraudem d. Illust. dom. Sigismundi, & ad commodum d. quondam Illustr. dominæ AEmiliæ, ergo ipsa concessio nulla, vitio subreptionis, vt in similibus terminis consuluit Dec. in cons. 403. col. 2. cum duabus
98 sequentibus. † Nam negotij qualitas aperte iudici debet declarari, vt plane intelligat quid agatur, ita Bald. in rubr. C. qui admit. col. 2. quem sequitur Fab. in tract. de empt. & vend. in 5. parte. nu. 104.

99 Vltimò dicitur, † quòd d. habilitatio ex defectu potestatis non valet, quia in tali prohibitione alienationis bonorum, de quibus suprà, concurrit dispositio iuris communis, & etiam testatoris, qui huiusmodi alienationem prohibuit, quo casu ex concursu legis, & testatoris fortior redditur, vt suprà dictum fuit, de qua si Illust. Principes notitiam habuissent, vtique habilitationem non concessissent, Vnde ex capite dictæ expressionis prohibitionis testatoris non factæ, quæ si expressa fuisset, omninò eosdem Illust. Dom. à tali concessione, seu habilitatione retraxisset, concluditur eam nullam fuisse, & esse, c. super literis, de rescriptis Ruin. in cons. 157. nu. 4. vol. 1. Dec. in cons. 142. col. 4.

Non obstat, quòd in dicta habilitatione interuenerit clausula, ex certa scientia, quo casu
100 † factum ex certa scientia Principis, in dubium reuocari non potest. Barto in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicil. Bald. in c. 1. §. si quis autem. in princip. per illum textum in titu de pact. Constan. vbi quis non
101 † debet audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa scientia, imò debet repelli, & illi perpetuum si-
102 lentium imponi. Et † similiter, quòd clausula de plenitudine potestatis operatur, vt nihil opponi possit, quod annullet gratiam: vt per Bald. in proœ.
103 decret. † & quod nõ potest dici Principi: Cur ita facis? Bald. in prælud. feud. colum. 9. versic. sed pauca. Dec. consilio 341. colum. 1. & 2. in consilio 614. colu. penult. & tantò magis hoc dicendum sit, cùm dictæ
104 clausulæ simul concurrant, quia † funiculus duplex potentior est quàm simplex, c. 1. de treug. & pace. quia pluribus modis respondetur. Et primò, quòd
105 † dicta clausula solùm operatur in his, quæ sunt iuris, & non facti: ita Bald. in l. fin. C. sent. rescind. non poss. Alexand. in cons. 118. num. 10. volum. 2. Corn. in consilio 189. colum. 5. volum. 4. Ias in consi. 8. colum. penult. inter consilia Brun. Neuiza. in consilio 12. colum. 28. versicul. non obstat, quod fuerit, inter dicta consilia Brun. Dec. in consilio 142. colum. fin. 198. nume. 6. & 410. nume. 21. consi. 544. nume. 10. & in consilio 606. nume. 8 Ruin. in consilio 157. nume. 9. volum. 1. 71. numero 18. volum. 3. Ias. in l. 2. §. substituere ff. de vulga. & pupil. column. 2. vbi etiam in-
106 quit, quòd † clausula non obstantibus non operatur, vbi Princeps non est informatus de facto. Sequitur Cepha. in consilio 133. num. 112. imò plus dicit Cur. Sen. in consi. 40. num. 22. versic. 13. sequitur:
107 † quòd clausula ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & non obstantibus, non faciunt præsumere Principes voluisse alicui in iure suo præiudicare, vbi de facto non sunt informati, sequitur Socin. Iun. in cons. 77. num. 15. vol. 1. sed in casu de quo agitur, Principes Illustrissimi, qui huiusmodi habilitationem concesserunt, non fuerunt certificati de testamento d. Illustr. quondam Ioannis, & de fideicommisso facto de ipsis bonis venditis, ergo clausula prædicta nihil operatur.

108 Secundò respondetur, † dictam clausulam locum non habere, nisi quando processum est per Principes cum causæ cognitione, aliàs secus, ita Domin. de Rot. in decis. 230. incip. Papa confirmando. Socin. in cons. 164. colum. 3. versicu. sed ad ista. Dec. in consilio 373. column. penult. vbi loquitur † quando concurrebant simul clausulæ ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & motu proprio, & consi. 407. colum. fi. 410. col. penult. & in consi. 606. col. penul. versic. vltimo, non obstat, vbi inquit, clausulas, ex certa scien-

scientia,& de plenitudine potestatis,non operari sine causæ cognitione,& in consilio 695. circa fi. Cur. Iun.in cons.142 col.4. versi. nec obstant clausulæ,& de plenitudine potestatis,& in cons.170.num.32.Neuiza.inter cons.Bru.12.col.25.Alcia.in cons.298.num. 10.Ruin.in cons.98.nu.18.vol.4. Et ita aliàs tenui,vt in cons.2.num.164.vol.1. sed dictæ clausulæ fuerunt appositæ,nulla præuia causæ cognitione in dicta habilitatione,vt abundè suprà dictum fuit,ergo nullius effectus esse debent dictæ clausulæ.

110 Tertiò dicitur, † quòd dictæ clausulæ nihil operantur, quando impetratio habilitationis fuit ob-
111 tenta per subreptionem. Abb.in c.1. de confir. vtili, vel inutili. Dec.in cons.198.n.6. Et † ratio est, quia sicut principalis concessio videtur facta, si preces veritate nitantur,ita & clausulæ accessoriæ, quæ apponuntur,intelligi debent. Vnde si non valet principale,ita nec accessorium. l. cùm principalis. ff. de reg.iur.& id quod dictum est de clausula, ex certa scientia,subdit Dec. vbi supra idem esse clausula de plenitudine potestatis. sed impetratio dictæ habilitationis fuit subreptitia, & continet falsa narrata, quia in dicta impetratione Illustr. dom. Sigismundus expressit non dicenda,videlicet quòd alienatio per eum facienda erat ei vtilis, & tacuit, quòd alienationem ipsam facere non poterat, vigore dicti fideicommissi:quo casu sequitur quod dixit Roma.
112 in cons.326.colum.fi vbi inquit, † quòd impetratio redditur subreptitia, si qualitas facti non exprimatur.Dec.in cons.142.colum.4.Paris.in cons.1.nume. 83.& 92.volu.1.Gozad. in cons.9.num.42.vbi etiam de clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. Et quia de hoc aliàs dixi in cons.1. num.157. cum multis sequentibus.volum.1.ideò vlterius non me extendam.

113 Quartò respõdetur, † quòd dicta clausula de plenitudine potestatis,locum nõ habet, quando resultat iniquitas: quia tunc non dicitur clausula de plenitudine potestatis,sed tempestatis.Soc. in con.164. col.9.sed in terminis nostris si dicta clausula valeret, & effectum produceret,cõtineret iniquitatem: quia derogaret testamento quondam Illustr. domini Ioannis, quam derogationem nunquam cogitarunt d.Illust.Principes facere. Primò ex defectu potestatis:quia,vt dictum est, ipsi non possunt tollere voluntatem testamentis,& sic ius gentium, ita in terminis Soc.Iun.in cons.65.num.6. vol.2. Didac.lib.3. Var.Resol.cap.6.fol.700.nu.5.& fo.602. vers.6.& nu. 9.vbi etiam inqnit, clausulam ex certa scientia,hoc casu nihil operari ex defectu potestatis.

114 Quintò respondetur, † quòd dictæ clausulæ non operantur,vbi agitur de præiudicio tertij, vt in casu isto,vbi per istam alienationem prohibitam à testatore fieret præiudicium substitutis, de quibus in testamento d.quondam Illustris.D. Ioannis.Bald.in prælud.feud.col.14.vers.Idem dicit Andreas.Dec.in cons.373.col.pen.vers.non obstat clausula in consil.
115 606.col.fi vbi inquit, † istud etiam procedere, si agatur de præiudicio tertij,non in re,sed ad rem. Idem Dec.in cons.544.col.fin.in cons.689. col.2. Gozad.in cons.9.nu 42.Ruin.in cons.71.num.37.volu.3.vbi loquitur de clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,vbi non operatur in præiudicium notabile tertij,in cons.62.nu.17.vbi dicit,quòd clausula motus proprij, & ex certa scientia, non operatur contra præsumptam mentem Principis,qui non intelligitur velle tertiò præiudicare. Paris. in cons.82. nu.62 vsq; ad 67 vol.1.Rui.in cons.123 num. 20. vol. 3.cons.109.num.16. vol.4.in cons. 98.num. 18.versic. præterea,volum. 4. vbi de clausula non obstante,& ex certa scientia.Et si dicatur istud procedere quando solùm adest clausula ex certa scientia,& de plenitudine potestatis,non autem quando sunt clausulæ prædictæ cum clausula, non obstantibus: Respon-
116 detur, † ista omnia suprà dicta etiam procedere, vbi est clausula motus proprij, ex certa scientia, de plenitudine potestatis,clausulæ supplentes, & non obstantibus,vt per Paris.latè in cons. 1. à nu. 80.vsq; ad 96.vol.1.in cons.23.nu.153.& in cons. 11.num. 119.cum pluribus sequentibus vol.eod.Ruin. in cons. 97. nu. 7.col.fin.vol.3.cons.71.nu.38.volu.3.Vnde ex istis satis responsum esse arbitror, motiuis magnifici & excellentissimi motiuantis.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij VIII.

1 *Crimen hæresis est maximum & publicum, quia per ipsum offenditur diuina maiestas, ac turbatur,& iniuriatur vnitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & fides catholica.*

2 *Hæresis crimen maius est, quàm crimen læsæ maiestatis.*

3 *Peccatum nullum est grauius hæresi.*

4 *Hæreticorum infidelitas est grauius peccatum, quàm infidelitas Iudæorum.*

5 *Crimen hæresis est ecclesiasticum.*

6 *Præsumptio leuis & modica, est sufficiens ad inquisitionem contra hæreticum, etiamsi ante eam non præcedant clamor,& infamia.*

7 *Hæreticus damnatur in confiscatione bonorum, nulla præcedente sententia priuatiua, sed declaratoria.*

8 *Declaratoria hæresis, potest etiam fieri post mortem hæretici.*

9 *Bona hæretici condemnati, spectant ad dominum temporalem,si hæreticus est secularis, declara,vt in num.15.*

10 *Bona hæretici condemnati, secundum aliam opinionem diuidenda veniunt in tres partes,videlicet vna fisco temporali,altera Inquisitori, & tertia officio Inquisitionis.declara vt in nu.16.*

11 *Bona declarati pro hæretico possunt per iudicem secularem apprehendi absque nouo processu, & sine alio iussu iudicis ecclesiastici.*

12 *Bona hæreticorum confiscata secundum tertiam sententiam,debent diuidi per Inquisitores in tres partes,quare vna detur Ciuitati, in qua hæreticus damnabitur,alia potestati & officialibus ciuitatis,& tertia officio Inquisitionis pro ipsius sustentatione.*

13 *Bona damnati pro hæretico, secundum apostolica rescripta, debentur pro dimidia Romanæ ecclesiæ,secundum quartam opinionem,& alia dimidia officio Inquisitionis.*

14 *Bona hæretici confiscata secundum aliam opinionem, debent in totum applicari officio Inquisitionis.*

17 *Paria sunt,quòd quid non sit,vel sit,& demonstrari non possit.*

18 *Paria sunt,quòd aliquid non extet,vel extet, sed obscurè.*

19 *Non entis nullæ sunt qualitates.*

20 *Relatum ad id quod non apparet, vel quod est inualidum,nullius est momenti.*

21 *Referentis nulla est virtus, nisi appareat qualis & quanta sit virtus termini,ad quem fit relatio.*

22 *Publicatio seu recitatio legis,requiritur post eius promulgationem.*

23 *Publicatio nihil aliud est,quàm publicè palàm facere de actu gesto.*

24 *Publicatio legis debet fieri coram multitudine populi,& in loco per eundem frequentato.*

25 *Publicatio legis debet poni pro rostris, id est,ante oculos hominum,vt omnes eam legere possint.*

26 *Publicatio legis fieri debet ex auctoritate conditoris.*

27 *Legem publicans, mandatum habere debet speciale de quo constet, aliàs etiam post publicationem non esset ipsa lex obseruanda.*

28 *Paria sunt aliquid non esse, vel esse, sed minùs legitimè.*

29 *Pœna confiscationis bonorum, non pro omni crimine hæresis imponenda est.* 7

30 *Constitutiones quæ nunquam vsu receptæ sunt, minimè veniunt obseruandæ.*

31 *Constitutiones nouæ, statim non obtinent vtque scriptæ sunt, sed post duos menses ab insinuatione earum receptæ, ligant omnes generaliter.*

32 *Statutum, quod nunquam fuit in obseruantia, nec moribus vtentium approbatum, nullas vires habet.*

33 *Reformatio si facta fuit contraria statuto, & statutum fuit ante & post practicatum, ipsum attendi debet, & non reformatio, si non fuit more vtentium approbata.*

34 *Interruptum non dicitur, quod nunquam viguit.*

35 *Filij hæreticorum catholici & orthodoxi, non priuantur hæreditate patris damnati de hæresi, vel saltem legitima. contra. num. 43.*

36 *Naturæ quæ sunt ius ciuile non tollit, cùm sint immutabilia.*

37 *Successio filiorum in bonis parentum est de iure naturali.*

38 *Bona hæreticorum deuoluuntur ad agnatos & cognatos.*

39 *Filius non est puniendus pro patre.*

40 *Pœna debet tenere suos auctores.*

41 *Filij non priuantur successione patris damnati, pro hæresi post mortem secundùm ius ciuile, secus si ante mortem.*

42 *Filij priuantur successione paterna, in crimine læsæ maiestatis.*

44 *Maiestatem æternam lædere, longè grauius est, quàm temporalem.*

45 *Filij in multis casibus pro delicto paterno puniuntur.*

46 *Filij damnati de hæresi in vno nummo patri succedere non possunt.*

47 *Filijs hæreticorum nihil aliud est relinquendũ, quàm sola vita, quæ ex misericordia eis largitur, & tales esse debent in mundo, vt vita eis sit supplicium, & mors solatium.*

48 *Filij hæreticorum, seu alij descendentes vsq; in secundam generationem, obtinere non possunt officia, aut beneficia ecclesiastica.*

CONSILIVM VIII.

1 PRæsuppositio pro vero, † quòd crimẽ hæresis, de quo intitulatus fuit Euasius Panzamussa, apud inquisitorem hæreticæ prauitatis, huius ciuitatis sit maximum & publicum: quia offenditur diuina maiestas, ac turbatur, & iniuriatur vnitas sanctæ Romanæ ecclesiæ, & fides catholica, vt per Affli. in constitutione inconsutilem, nu. 1. † sitq; maius quàm crimen læsæ maie-
2 statis, cùm grauius sit offendere maiestatem diuinã, quàm temporalem, authen. Gazaros. C. de hæret c. vergentis, extra eo. ti. Pau. Grilan. in tract. de hæret. in prin. † nullumq; peccatum sit grauius ipsa hære-
4 si. c. 1. 22. q. 2. c. quid in omnibus, 32. q. 7. & † quorum hæreticorum infidelitas est grauius peccatũ, quàm infidelitas Iudæorum & Gentilium, qui nunquam fidẽ Euangelij susceperunt, vt per Gundisal. in trac.
5 de hæret. q. 5. & † quòd crimen ipsum sit ecclesiasticum, est casus in c. vt inquisitionis, de hæret. in 6. Gundisal. vbi suprà c. 15. Squillacen. in tract. de fide catho. c. 25. & 30. Affl. vbi suprà nu. 33. & Boss. in trac.
6 suo crim. in tit. de hær. nu. 10. in quo † ex leui & modica præsumptione proceditur ad detentionem, & ad inquisitionem, etiam si antè eam non præcedant clamor & infamia, vt per Boss. vbi suprà colum. 3. & Poncinibus in tract. de hæret. nu. 88. Et † in quo similiter damnatur hæreticus in confiscatione bonorum, nulla præcedente sententia priuatiua, vt in c.
* cùm secundum, vbi Docto. * communiter de hæret.
8 in 6. sed tantùm declaratoria, & † quæ etiam fieri potest post ipsius mortem, cùm de eodem crimine possit tractari, tam post mortẽ sicut ante, teste Ang. in l penult. C. ad l. Iul. maiest. Boss. vbi suprà num. 30. Abb. in cap. vergentis, de hæret. colu. 2. Poncinib. in loco proximè citato, nu. 75. & Gundisal. in d. trac. q. 22. in prin. Superst videndum, ad quem spectent bona declarati pro hæretico & confiscata. Reperio quidem inter scribentes plures & varias fuisse opi-
9 niones per interualla temporum. † Quarum prima est, quòd spectent ad dominum temporalem, si hæreticus est secularis text. est in cap. vergentis, de hæret. in cap. excommunicamus, & in cap. cum secundum, eo. tit. in 6. Anch. in con. 15. col. 2 vers. imò plus. vbi inquit, quòd si laicus committit crimẽ merè ecclesiasticum, vt est crimen hæresis, pœna tamen cõfiscationis bonorum, nõ tendit ad commodum iudicis ecclesiastici, ad quem spectat criminis cognitio & punitio, sed ad commodum iudicis temporalis. & Ancha. sequitur Philip. Prob. in d. c. cum secundũ, colu. 2. in fi. idem tenuit Affl. in titu. quæ sint regalia in verbo bona contrahentium, vbi post Iser. ibi tradit, quòd ad publicationem bonorum propter hæresim, non extendit manus suas fiscus temporalis, nisi eo damnato de crimine per ecclesiam, vt in d. c. cùm secundum, quia, cùm crimen ipsum sit ecclesiasticum, meritò debet iudicari per ecclesiam, & post condemnationem factam per eam iudex secularis procedit ad publicationem bonorum. Hoc idem voluerunt Hostien. in Summa de hære. in §. qua pœna, col. 2. in vers. curiæ secularis. Ang. de Clauasio in Summa sua, in verb. hæreticus, num. 5. Summa Syluest. in verb. Hæresis, il 1. vers. 8. quæritur, & Summa Rosella in verb. hæreticus, nume. 14. Foller. in tract. suo crimi. fo. mihi 421. in tit. de hæret. Caret. in prac. sua in tit. de hæret. num. 61. Ioan. Igneus in l. necessarios. §. non aliàs. num. 42. ff. ad Sylla. Summa Tabiena in tract. de hæret. in verb. hæreticus, col. 4. versic. quæritur quis sit iste fiscus, vbi attestatur, hanc esse communem opinionem.

10 Secunda est opinio, † quòd bona declarati pro hæretico veniunt applicanda fisco temporali pro vna tertia parte, pro alia inquisitori, & pro alia tertia officio inquisitionis, quoniam ita cauetur cõstitutionibus Papalibus, vt vult Io. Andr. & Franc. in d. c. cùm secundum. §. confiscationis, vbi dicunt, quòd
11 † licèt lata sententia declaratoria super crimine hæresis, possit fieri executio per iudices seculares, qui bona ipsorum hæreticorum apprehendere poterũt absq; processu, secundùm Anch. ibi, & etiam sine alio iussu iudicis ecclesiastici, cùm ex sententia declaratoria inductum sit ius occupandi in hoc crimine hæresis: tamen constitutiones Papales disponunt, q; de bonis hæreticorum fiant tres partes, quarum vna sit iudicis secularis, alia officialium, & tertia reseruetur ecclesiæ Romanæ. Quæ quidem constitutiones Papales, vt ibi citat Franc. in fine non reperiuntur incorporatæ in corpore iuris. Idem vult ibi Dom. de S. Gem. Gundisalu. in trac. de hæret. quæst. 15. Squillacen. in tract. de fide catho. c. 30. Boss. in trac. suo crim. in titu. de hæret. col 5. in fi. & Paris. in cons. 2. num. 114. volu. 2. & Petr. de Anch. in d. c. cùm secundum, in 3. notabili. & refert Felin. in c. irrefragabili, §. cæterum. colu. 2. versi. & quando, de officio ordin. quòd quando fuit Romæ tempore Sixti, vidit in libraria Papæ, in libro de inquisitorib. hæresis multas extrauagantes, in quibus derogatur dispositioni dicti c. cùm secundũ, taxando quòd bona condemnati de hæresi applicentur sedi Apostolicæ, & ordinario, & Inquisitori: quæ omnia reduxit Franc. Paui. Auditor Rotæ in consilio suo incipiente, Vt veritas eluceſcat, de quo etiam facit mentionem, idem Felin. in c. cùm nobis, col pen. de præscri.

12 Tertia est opinio, †. quòd inquisitores debent diuidere bona hæreticorum, confiscata in tres par-

tes, quarum vna dabitur cõmuni ciuitatis illius, in qua hæreticus damnabitur, alia tertia pars potestati & officialibus secularibus, qui facient executiones contra hæreticum, & aliam tertiã partem retinebũt ad sustentandum officium suũ, & ad faciendum incumbentia suo officio inquisitionis, vt constat cõstitutione clem. 4. quæ incipit, Statuimus. §. teneantur insuper, circa fi. & in extrauagãti Inno. 4. quę incipit, ad extirpandum, vt citatur in d. Summa Tabiena in loco de quo suprà, vbi author ipsius Summæ dicit vidisse plumbeam in camera inquisitoris Bononiæ.

Quarta est opinio d. Io. in allegata sua Summa Tabiena. & in loco proximè citato, quòd præcedẽs constitutio per desuetudinem est abrogata. subdens,
13 † quòd per Apostolica rescripta fiscus in hoc aliter declarat, & vult, quòd Romana ecclesia habeat dimidiam, & alia dimidia remaneat officio inquisitionis pro incumbentibus tolerãdis, subdens, quòd ita de consuetudine obseruatur.

Vltima est opinio, de qua per Ludouicũ Bolognium in quodam cons. suo citato per Ioan. de Tabie. in d. sua Summa, & in loco proximè citato, quòd executio debet fieri per inquisitorem, vel per alium
14 cui ipse commiserit, & † quòd omnia bona confiscata debent applicari ad promotionem & vtilitatẽ officij inquisitionis, per iura & rationes ibi citatas, cũ qua sententia se concordat dictus Io. Tabie.

Stantibus igitur istis opinionibus, operæpretium est videre, quænam ipsarum verior sit, & amplectenda: & credo (ni fallor) quòd reiecta dicta vltima opinione tanquam communiter reprobata, aliæ fœ
15 dere distinctionis poterunt cõcordari, videlicet, † vt prima locum habeat, nullis extantibus constitutionibus Papalibus in contrarium, cùm ita disponatur à iure canonico, vt tenent communiter scribent. in d. c. vergentis, & in alijs locis suprà in prima opinione relatis.

16 Alię verò † opiniones possent procedere vbi apparere posset de dictis constitutionibus Papalibus, & extrauagantibus, de quibus suprà, quæ palpari pos-
17 sent, secus autem vbi de eis non constaret, cùm † paria sint, quòd quid nõ sit, vel sit, quod tamẽ demonstrari non possit, l. cùm res, vbi Bart. de lega. j. l. fun-
18 di. ff. de contrahen. emptio. sicut dicimus, † paria esse, quòd aliquid non extet, vel extet, sed obscurè. l. de
19 ætate. §. nihil. ff. de interroga. actio. Nam † non entis nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouincia. versic. quòd si stipulatus, vbi notant omnes. ff. si cert. pet l. Celsus. versic. quia neque. ff. de vsucap. Item dicitur,
20 † quòd relatum ad id quod nõ apparet, vel quod est inualidum, nullius est momenti. Glo. penult. in cap. si Romanorum. 19. distinct. & cap. veterum. 9. distin.
21 Ang. in l. si donatio. C. de dona. † nulla quippe virtus est referentis, nisi appareat quanta, & qualis sit virtus termini, ad quem fit relatio. l. in testamento. ff. de cond. & demonst. Item dictæ opiniones possent procedere, quando appareret de ipsis constitutionibus & extrauagantibus quæ fuissent publicatę. Nam
22 † post legem promulgatam eius recitatio siue publicatio requiritur, vt habetur in j. constit. C. in fin. cap.
23 cùm infirmitas, de pœnit. & remiss. Quæ † quidem publicatio nihil aliud est, quàm publicè palàm facere de actu gesto. l. sed si pupillus. §. præscribere. ff. de
24 tribut. † Et quæ quidẽ fieri debet corã multitudine populi, & in loco per populum frequẽtato, vt in publica missa, vel sermonibus, vel nundinis, iuxta glo. solennem in clem. causam. in verb. solenniter. de elect. Paris. in cons. 39. num. 30. cum sequenti, volu. 4. Bonicon. in tract. de appella. §. 4. num. 4. vel in locis cõsuetis principalibus ciuitatis & quadriuijs, ac voce tubæ, vt de consuetudine fit, secundum Feder. de Senis in cons. 211. vers. Ex præmissis, quem sequitur
25 Fel. in c. exceptionem. col. penult. de excep. Item † & ad publicationem legis requiritur, quòd sit posita pro rostris, id est, ante oculos hominum, vt omnes eam legere possint, Bald. in l. 2. ff. de orig. iur. Paris. in cons. 171. col. 1. vol. 4. vbi banna non publicata non ligant, prout necessariò erant publicanda, sicut dicimus de decreto & noua cõstitutione minimè ligante alios, si non sunt publicata, in loco, in quo dicitur aliquid fuisse gestum contra tenorem illarum. esto quòd non fuerint publicata per alia loca, & in tan-
26 tum vera est huiusmodi sententia, † quòd publica-
27 tio ipsa fieri debet ex auctoritate conditoris, & † is qui recitat & publicat, debet habere mandatum speciale, de quo oportet constare, aliàs etiam post publi
28 cationem non esset lex ipsa obseruanda: quia paria sunt non esse, vel esse & minùs legitimè. l. quoties. ff. qui satisdare cogan. Ita Rebuf. in l. j. nu. 191. C. de sent. quæ pro eo quod interest, &c.

Cùm igitur ad obseruationem constitutionum publicè promulgatarũ quilibet teneatur post duos menses, vt in auth. vt nouæ constitutiones, in princ. & nõ antè, vt in c. dixit Sara. 32. quæst. 4. Beatus Ant. in tract. de excomm. c. 52. nu. 4. sequitur, quòd debet constare de eis, & quòd fuerint legitimè publicatæ, aliàs ad earum obseruantiam per suprà dictas quis non tenetur, & præsertim hoc dicendũ venit, quando non constat, an dictæ constitutiones, quæ citantur, sint locales vel generales, & extendantur vbique locorum, & qualis sit virtus earum.

Reducendo igitur suprà dicta ad terminos nostros, dico, quòd si contra Euasium Panzamussam processum fuit per inquisitorem de tali capite criminis hæresis, pro quo veniat imponẽda pœna con-
29 fiscationis bonorum: † quia non pro omni crimine hæresis venit imponenda dicta pœna, vt per Gundisalu. in tracta. de hæret. num. 8. quæst. 6. Squillacen. in tract. de fide cathol. c. 23. & Feli. in c. irrefragabili. §. cæterùm. colum. 2. in prin. de off. ordi. si non constat de constitutionibus Papalibus, quæ palpari possint, ac cognosci an sint legitimæ & publicatæ, & an restringantur ad aliqua loca particularia, vt extendantur ad quascunq; prouincias, quòd bona ipsa applicari debent fisco temporali, & domino eius loci, in cuius territorio quis pro hæretico dãnatus fuit, iuxta dispositionem iuris canonici in dicto cap. vergentis, & communem doctorum sentẽtiam, de qua in d. j. opinione, & tantò magis hoc suaderi debet in
30 casu nostro, vbi minimè constat † constitutiones ipsas vsu vnquam fuisse receptas, quæ eo in casu obseruandæ non veniunt, vt pulchrè per Aug. in 4. distinct. ca. in istis. vbi inquit, quòd leges instituuntur cùm promulgantur, sed firmantur, cùm moribus vtentiũ approbãtur, & ideo post Aug. ait Oldendor.
31 in tract. de vsucap. in tit. de rescrip. nu. 2. quòd † nouæ constitutiones statim non obtinent, vtq; scriptæ sunt, sed post duos menses ab insinuatione earum receptæ ligant generaliter omnes, vt in auth. vt nouæ constit. in princ. & nisi post insinuationem recipiantur, ipsæ videntur abrogatæ, vt hodie propemodum infinitæ sunt leges, quæ nunquam in vsum forensem productæ fuerunt. faciunt notata communiter per scribentes post Glo. in cap. j. de treug. & pa-
32 ce, vbi † statutum quod nunquam fuit in obseruantia, nec moribus vtentium approbatum, nullas vires habet. Accedit similiter quòd scribit Bal. in auth.
33 oẽs peregrini. C. commu. de succes. vbi dicit, † quòd si facta fuit reformatio cõtraria statuto, & statutum fuit ante & post practicatum, quòd statutum ipsum attendi debet, & obseruandum est, cùm reformatio
34 non fuerit more vtentium approbata: quia † non dicitur interruptum, quod nunquam viguit. quod dictum referunt & sequuntur Felin. in d. c. j. colum. 3. in fin. Alex. in cons. 6. colum 2. volu. j. & in cons. 78. colum. 2. volum. 6. Mars. in cons. 49. num. 49. Gozad. in cons. 23. colum. 3. Paris. in cons. 47. colum. 5. volu. 3. & tantò magis hoc fortificatur, cùm illustrissimi & excellentissimi Duces Mãtuę & Marchiones Montisferrati per tempora transacta Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, qui moram traxerunt in patria Montisferrati, præstiterint auxilium & fauorẽ ipsis in capiendis malefactoribus hęreticis mediante eorum familia, & alia necessaria administrauerint, vt hæretici ipsi puniri possent, & verè mirandum est, quod fieri debeat fundamentum in dictis constitutionib. & extrauagantibus, de quibus non apparet, quòd idem operatur ac si non sint. d. l. fundi, de contrah. empt. & quæ asseruntur respectiuè visas fuisse in Bibliotheca Pontificis, & in Camera Inquisitoris Bononiæ. Nescio enim videre, quomodo possit intrare in mẽtem sensati, quòd si dicti Pontifices vo-

luissent vbiq; locorum dictas constitutiones & extrauagantes, quę tanti sunt pōderis, & per quas corrigitur ius commune, obseruari, quòd ipsæ insertæ nō fuissent in numero aliarum impressarum & publicatarum, vel saltem, quòd in aliquo alio libro collectæ fuissent, prout solet fieri de alijs ordinationib. Apostolicis, vt experientia docet, quæ est rerum magistra. §. fin. Inst. de satisd. Mirabile enim est auditu, quòd tot patres, qui de ipsis verbum faciunt, nunquam explanauerint de verbo ad verbum tenorem ipsarum constitutionum & extrauagantium, si diligenter eas perlegerunt, & palparunt. Vnde ex istis quæ suprà abundè dicta fuerunt, intrepidè tenendum arbitror alij non edocto, quòd confiscatio dictorum bonorum spectare debeat Cameræ illustrissimi, & excellētissimi domini Ducis Mantuę & Marchionis Montisferrati domini mei colendissimi, & non Cameræ Romanæ, aut Inquisitori, aut officio Inquisitionis, iuxta formam d.c.vergentis.

35 Secūdò cadit dubitatio, an in casu nostro † filij hęreticorum catholici & orthodoxi priuentur hæreditate patris damnati de hæresi, vel saltem legitima eis debita iure naturę, vt ex illa possint se sustentare.

36 Prima facie dicendum videtur, quòd non, † quia ius ciuile non tollit ea, quæ sunt naturæ, cùm sint immutabilia. §. sed naturalia. instit. de iur. nat. gent. &

37 ciuil. † Successio autem filiorum in bonis parentum est de iure naturali, l. cùm ratio. ff. de bonis damn. vbi lex naturali ratione & æquitate vocat filios ad successionem patris. Paris. in cons. 6. nu. 47. vol. 2.

Secundò facit tex. in l. Manichęos. l. cognouimus,

38 & auth. idem de Nestorianis. C. de hæret. vbi † bona hæreticorum deuoluuntur ad agnatos & cognatos. Hiero. Zanet. in tract. de differ. vtriusq; iur. nu. 235. & Prosdoz. in tract. eo. num. 147.

Tertiò facit decisio Io. Andreæ in c. vergentis, vbi inquit, quòd in terris Imperij seruatur dispositio iuris ciuilis, de qua in legibus proximè allegatis, & in terris subiectis temporaliter Romanæ ecclesiæ seruabitur dispositio cap. vergentis, de hæreticis, & ita declarat procedere dictum ca. Godofr. in summa de hæret. vt refert Host. in summa de hæret. §. qua pœna. vers. quòd autem. † non enim est puniendus filius pro patre. C. ne filius pro patre. l. crimen. C. de pœ-

40 nis. † & pœna suos debet tenere auctores. c. quæsiuit, de his quæ fiunt à maiori parte cap. sequitur Bonif. Vital. in tract. suo crim. in tit. de hæret. nu. 10.

Quartò facit quod notat Host. in d. summa & in

41 loco suprà citato, vbi inquit, † quòd si hæreticus fuit condemnatus post mortem, filij non priuantur successione paterna, & sic habebit locum dispositio iuris ciuilis, de qua suprà: secus verò si fuerit damnatus ante mortem, quia tūc habebit locum dispositio iuris canonici, vt in d.c. vergentis, sed in casu de quo agitur. Euasius Ponzamussa non fuit damnatus in vita, sed venit damnandus post mortem, quod fieri potest, vt dixi suprà in 1. artic ergo, &c.

42 Nec habet obstare, † quòd in crimine læsę maiestatis humanæ puniuntur filij, vt in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestatis: quia respōdetur, quòd ibi lex timuit, ne filij essent paterni criminis imitatores, qui timor fallit in casu præsenti, vbi ecclesia per certa indicia videt, quòd filij sunt orthodoxi & catholici.

Sed præmissis non obstantibus contraria sententia

43 est de iure verior, † quòd filij priuātur tam in terris imperij, quàm ecclesiæ successione patris hæretici & legitima, quod probatur, primò per text. in d. l. quisquis, vbi filij eius qui commisit crimen læsæ maiestatis humanæ, ex delicto patris puniuntur in successione bonorum paternorū & legitima. Ergo multò magis dicendum venit filios hæretici puniendos esse ex delicto patris, ex quo grauius deliquit. patet,

44 † quia longè grauius est æternam, quàm temporalem lædere maiestatem, d.c. vergentis. Nec mirum,

45 quia etiam videmus † in multis alijs casibus filios puniri ex delicto paterno, vt in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis autem. col. 7. & in auth. ex complexu. C. de incest. nup. vbi filij nati ex nefario & damnato coitu sunt incapaces omnis successionis paternæ, nec à patre alendi sunt, nec filij vocādi: quod tamen non accidit culpa filiorum, quia ipsi nō peccauerūt, sed in odium sceleris paterni & illius turpitudinis, d. auth. ex complexu. Idem videmus, quòd secundum canonicas sanctiones aliquādo fertur vitio, nedum in auctorem sceleris, sed etiam in progenies damnatorum, vt in tit. de filijs presbyt c. cum multæ. 15. q. 8. c. in quibusdam, de pœnis.

Secundò hæc sententia probatur per text. in d. ca.

* vergentis, vbi Doct. * communiter intelligūt illum tex. procedere tam in terris Imperij quàm Ecclesiæ. Et ratio specialitatis est in odium delinquentis propter turpitudinem & abominationem tanti criminis. idem voluit glo. in c. cùm secundum, de hęret. in 6. Gem. in c. accusatus. §. si verò, eod. tit. Squillacen. in tit. de fide catho. c. 24. Bonif. Vital. in pract. sua crim. in tit. de crim. læsæ maiest. nu. 4. Paul. Grillan. in tit.

46 de hæret. in 4. q. vbi inquit, † quòd ipsi filij adeò sunt effecti à iure incapaces & inhabiles ad succedendum patri, quòd illi etiam in vno nummo succedere non possunt: imò semper debēt in miseria & egestate sordescere, sicut filij reorum criminis læsæ maiestatis:

47 † adeò, quòd nihil aliud eis est relinquēdum nisi sola vita, quæ ex misericordia largitur, & tales esse debēt in hoc mundo, vt eis vita sit supplicium, & mors solatium, d.l. quisquis. & citato c. vergētis. Gundisalu. in tract. de hæret. q. 23. & in tantum ex odio habet hu-

48 iusmodi delictum, † quòd filij seu alij descendentes vsq; in secundam generationem obtinere non possunt aliqua officia aut beneficia ecclesiastica, tanquā illorum incapaces, vt per Paul. Grillan. vbi suprà in q. 3. col. 2. in prin. & per Gundisalu. in cita. tract. q. 23.

Non obstant modò quæ adducta fuerunt in contrarium: quia ad primum respondetur, illud procedere regulariter, secus quando à parentibus cōmittuntur crimina læsæ maiestatis diuinæ & humanæ. c. vergentis, & in d.l. quisquis.

Ad secundum respondetur, quòd iura ipsa ciuilia reperiuntur correcta per d.c. vergentis, & rationem in eo assignatam, vt per Doct. ibi communiter: cum cuius dispositione hodie concordare videtur auth. Gazaros. C. de hæret. vt etiam per Carer. in tract. suo

* hæret. nu. 140. vbi inquit, hanc esse * communem opinionem doctorum, quòd tam in terris imperij, quàm ecclesiæ, filij & agnati excluduntur à successione hæreticorum.

Similiter non obstat tertium, quia dispositio d.c. vergentis, secundum communem sententiam doct. de qua ibi, locum habet tam in terris imperij quàm ecclesiæ, ideò eius dispositio venit seruanda, & vt inquit Abb. in d.c. vergentis, mirandum est de hac opinione Io. Andr. cùm nullam habeat in se probabilitatem: quia tex. in d c. vergentis, facit mentionem de terris imperij, & mandat Principes seculares ad hoc compelli, nec hoc casu curādum est de legibus, quia hoc crimen est ecclesiasticū, cuius prætextu quilibet est ecclesię subiect⁹, vt tenet Archi. 23. q. 7. in summa.

Pariter non obstat quartum, quia Host. sententia non recipitur per Doct. in dicto cap. vergentis, & per Carer. vbi suprà.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij IX.

1 *Interdictum vti possidetis, dicitur etiam retinendæ possessionis.*

2 *Conclusio libelli attendi debet.*

3 *Qualitas actionis intentatæ ex medio concludendi colligitur.*

4 *Conclusio in rescripto attenditur.*

5 *Idem in contractu.*

6 *Prosequuta secundum communem attendi debent.*

7 *Interdictum vti possidetis, datur ei, qui turbatur & molestatur in sua possessione corporali.*

8 *Necnon ciuiliter possidenti contra naturaliter possidentem, pariterq; ei, qui turbatur in quasi possessione iuris incorporalis.*

9 *Interdictum vti possidetis, datur turbato in quasi possessione*

sessione percipiendi & exigendi decimas.

10 *Turbari quis dicitur in sua possessione, seu quasi quando aduersarius negat in iudicio partem aduersam possidere.*

11 *Item quando reus nõ negat turbationem, de qua in libello.*

12 *Turbare, est obscurum facere, quod quis possideat.*

13 *Possessio antiquior, non præfertur iuniori cum titulo.*

14 *Possessio antiquior præfertur iuniori sine titulo, quando allegans possessionem antiquiorem capitulat, & probat aduersarium clam possidere respectu antiquioris possessionis suæ, aliàs secus.*

15 *Possessionis antiquæ præsumptio non procedit contra alium, qui per decem annos possederit. declara vt in num. 47.*

16 *Longum tempus dicitur esse decem annorum.*

17 *Negligentia & obliuio inducitur spatio decem annorum.*

18 *Interdictum vti possidetis, ei datur, qui probat se possedisse tempore litis contestatæ, de quo tempore capitulari debet.*

19 *Regula l. siue possidetis. C. de probat. locum non habet in interd. vti possidetis.*

20 *Præsumptiones descendentes ex facto proprio, vt iuuent, allegari debent.*

21 *Lex vbi aliquid præsumit, illud allegari debet, aliàs nil releuat ipsa præsumptio.*

22 *Quod amplia procedere, etiam si illud sit notorium.*

23 *Bona fides licèt præsumatur, tamen allegari debet.*

24 *Libelli verba fidem faciunt contra producentem.*

25 *Veritas superat præsumptionem.*

26 *Præsumptioni locus non est in certis, sed in incertis.*

27 *Præsumptio tollitur per probationem contrariam.*

28 *Interdictum vti possidetis, intentans, debet probare turbationem ab aduersario sibi illatam fuisse, aliàs in eo obtinere non potest.*

29 *Agens interdicto vti possidetis, vincere debet, si probat antiquiorem possessionem.*

30 *Possessio iunior præsumitur clandestina & vitiosa.*

31 *Actus in dubio præsumitur gestus nomine proprio, vt de per se & non alieno nomine.*

32 *Matri non creditur in fauorem filij.*

33 *Copiæ non plus creditur, quàm originali.*

34 *Testibus non creditur, quorum repelluntur auctores.*

35 *Testi non reddenti rationem dicti sui, non creditur.*

36 *Possessio antiquior præfertur possessioni iuniori cum titulo, si ille acquisitus fuit post antiquiorem possessionem. & nu. 45.*

37 *Iterdicto vti possidetis, agens obtinere non potest, nisi sit in bona fide.*

38 *Possessio inducit malam fidem, quando quis possidet clàm vel precariò, ab aduersario.*

39 *Possidere quis dicitur ex titulo præcedenti.*

40 *Mandatum speciale, vel saltem generale cum libera requiritur ad vendendum.*

41 *Mala fides præsumitur in eo, qui alieno nomine vendit, si asserit se habere mandatum, de quo fidem non facit.*

42 *Bona fides non præsumitur in incorporalibus, nisi probetur.*

43 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus non acquiritur, nisi sciente & patiente illo, de cuius præiudicio agitur.*

44 *Scientia præsumitur eorum, de quibus in loco est publica vox & fama, quando quis habitat & conuersatur in illo loco. secus si absens fuit.*

45 *Titulus nullus habetur pro non titulo.*

CONSILIVM IX.

NEgari non potest, quin parte Guilielmi & Iacobi de Brina contra magnificum dominum Gasparem Macetum, dominum vtilem Isolobellæ, intentatum fuerit interdictum vti
1 possidetis, † quod retinendæ possessionis etiam dicitur, l. 1. §. 1. ff. vti poss. §. retinendæ. Instit. de interdict. Rui. in cons. 67. num. 4. volum. 5. Soc. Iun in cons. 146. num. j. volum. j. quod demon-
2 stratur, tum ex narratis in libello, † tum ex medio
3 concludendi, quod attendi debet. † Nam qualitas actionis intentatæ ex medio conclusionis colligitur, Bart. in l. certi condictio. in princ. ff. si cert. petat. c. literæ. vbi Butr. de dila. Dec. in cons. 57. col. j. & in cons.
4 136. in princ. † Sic etiam in rescripto conclusio attenditur. Inno. in c. super literis. de rescrip. Bald in l. prę-
5 scriptione. col. fi. si contra ius vel vtil. pub. † Et idem est in contractu, l. si voluntate. vbi Bald. C. de rescin. vendi. Dec. in cons. 28. col. 3. in cons. 62. colum. 1. Item
6 † & ex prosecutis, vt constat ex processu, quæ similiter attendi debent. Pract. Papien. in forma libel. spol. pos. in verbo pertinere. Paris. in cons. 45. in fi. vol. j. in cons. 76. colum. 2. in prin. & in cons. 112. num. 55. vol.
* eo. vbi citat hãc esse* communem. Riminal. in cons. 98. nu. 11. ex narratione quidem, dum dicitur, quòd ab annis 30. vel 40. vel circa sunt in pacifica possessione, seu quasi exigendi partem decimarum grani in loco Isolobellę & eius territorio, iuncta possessione suorum auctorum & prædecessorum. Et quòd modò iure incognito & de facto dominus Gaspar tentauit eos turbare in illorum pacifica possessione, retrahi faciendo penès se dictam partem decimarum. Ex conclusione quoque dum petunt inhiberi dicto domino Gaspari, ne ipsos turbet neque molestet in iam dicta eorum possessione, donec aliter iudicialiter cognitum fuerit, & mandari d. domino conuento, quatenus indebitè exactas restituat, quæ verba apta sunt ad concludendum in dicto interdicto, l. j. circa principium, & in d. l. si duo. in fi. vbi notatur. ff. vti poss. Bart. in d. l. 1. §. interdictum. vers. vlt. quæro. ff. eo. tit. Ruin. in cons. 165. colum. 2. volum. 5. & Soc. Iun. in consil. 146. colum. j. volu. j. Cùm igitur
7 intentatum fuerit dictum interdictum, † quod datur ei, qui molestatur & turbatur in sua possessione corporali. gloss. & Doct. in d. l. j. Rui. in cons. 165. col. 2. volum. 5. Doct. in l. j. C. vti poss. & in ca. licèt causam, de probat. Maran. in tract. de ord. iudi. par. 3. & ver. septimò principalis num. 14. & in 9. distinctione, nu.
8 45. Similiter † & ciuiliter possidenti contra naturaliter possidentem clam. Gozad. in cons. 86. colum. j. & Rui. in consilio 127. num. 6. volum. 5. nec non & ei, qui turbatur in quasi possessione iuris incorporalis, l. quoties. ff. de serui. glo. & Doct. in d. l. j. ff. vti poss. in princip. Paris. in cons. 31. num. 48. & 50. volum. 4. & in cons. 112. nu. 65. volum. j. Doct. in §. retinendæ. Inst. de interd. Bartol. in l. si duo. §. hoc interdictum. ff. vti poss. & in l. fin. eo. tit. Rui. in consil. 53. colum. j. in fin. vol. 4. cons. 67. num. 4. volum. 5. 129. in princ. vol. 4. &
9 latè Rebuf. in tract. de cau. benef. num. 6. Et † in specie turbato in possessione, seu quasi percipiendi & exigendi decimas, Rebuf. vbi suprà. num. 2. & 8. Ruin. in consilio 164. per totum, volum. 5. Videtur dicendum, quòd ipsi in hoc interdicto obtinere debeant, cùm primò probauerint per septem testes de eorum possessione, seu quasi exigendi & percipiendi dictas decimas in dicto loco & eius territorio, & similiter de turbatione & molestia nedum verbali eisdem illata per dictum dominum Gasparum, quę probatio satis probata fuit, dum d. dominus Gaspar conuen-
10 tus † asseruit, & contenderit se possidere, quod sufficere videtur ad ostendendum turbationem, & ad hoc, vt interdictum retinendæ possit competere. glo. & Bart. in l. 1. §. huius. ff. vti poss. Imol. in c. audita, de restitu. spol. Imol. & Alex. in l. si prius, super 5. oppo. primæ par. formata per Bar. ff. de no. oper. nunc. Bald. in l. j. colum. 5. vertic. secundò oppo. C. vti poss. vbi dicit, quòd omnis turbans videtur asserere se possidere ad effectũ turbationis. Et eò magis hoc dicendũ venit, cùm dominus Gaspar in iudicio negaueri

uerit hos actores possidere. Afflict. in decis. 324. col. fin. Soc. in cons. 59. col. fin. vol. 4. Ruin. in consil. 106. num. 21. vol. 5. vbi dicit, quòd quando aduersarij negant in iudicio aliquem possidere & ius habere, rectè actor agit interdicto retinendæ: quia concurrunt extrema habilia, possessio & turbatio. Nam & sola contradictio & iudicialis turbatio, est sufficiens vt agi possit dicto interdicto: quia de turbatione satis dicitur ex hoc constare, l. fi. ff. de vsufru. pet. & præsertim, quando aduersarius contendit possidere secundum Bald. in l. non ab re. C. vnde vi. in l. ordinarij. C. de rei vendi. Gozad in cons. 86. in princ. Paris. in consi. 126. col. 1. in fin. volum. 4. Lap. alleg. 65. & 72. Rui. in cons. 68. col. fi. vol. 2. & in cons. 129. col. 3. vol. 4.

11 imò plus dicit Abb. in d. c. audita, quòd † quando reus non negat turbationem, de qua in libello, hoc sufficit absque alia probatione turbationis, & idem quando reus negat actorem possidere, quia per hoc dicitur actorem turbare, secundum Bald. in dispu-

12 tatione. Accusatus: † quia turbare secundum eum est obscurum facere, quod quis possideat. glo. in l. extat. ff. quod met. cau. Ruin. in consil. 53. colum. 2. in princ. vol. 4. sed etiam de reali turbatione videlicet ex perceptione ipsarum decimarũ, vt ipsamet pars rea conuenta fatetur eas percepisse, cui confessioni standũ videtur. l. cùm te. C. de transact. cum similib.

Nec habet obstare si dicatur, quòd imò non debent obtinere, quoniam ex parte dicti domini Gasparis probatum videtur per testes de antiquiori ipsius possessione, quæ præualet iuniori, cùm ipsa possessio iunior præsumatur clandestina & vitiosa respectu possessionis suę antiquioris, c. licet causam, vbi Doct. de proba. Gozad. in consil. 86. num. 7. Curt. Sen. in cons. 24. in princ. Paris. in consil. 126. col. 1. vol. 4. & in consi. 112. num. 73. volu. 1. Quia respondetur,

13 † quòd ille, qui probat de possessione, seu quasi cum titulo, præfertur ei, qui probat de antiquiori possessione, quia per titulum magis iustificatur possessio, & tunc possessio non præsumitur clandestina. Ang. in l. 1. C. vti pos. Cur. Iun. in consi. 108. num. 25. vbi dicit, quòd ita aliàs consuluerunt illustr. Doct. domini Marcus de Perusio, Angel. & Petr. de Vbal. etiam de Perusio. Et hoc quando titulus est acquisitus, vt in casu nostro, ante ademptam possessionem, secus si post. Butr. in c. licet causam, in vlt. char. ver. oppono, quòd non arctat, & in ver. sequenti, de proba. Socin. in §. clam possidere in princ. in 1. notab. ff. de acquir. pos. quia ex tali titulo apparet, quòd iunior possessor non possidet clam vel precariò ab aduersario. Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendi. Alex. in consil. 81. col. 4. volum. 3. in cons. 110. in 1. vol. & in consi. 76. col. 2. ad fin. ver. fortius. volum. 2. & in consi. 6. colum. 3. vers. quia respondeo, volum. 3. Cur. Sen. in d. consil. 24. colum. 3.

Secundò dicitur, quòd licèt probãs antiquiorem

14 possessionem obtinere debeat, † illud est verum, quando non constat de titulo, secus autem, quando de eo constat: quia tunc non sufficit probatio antiquioris possessionis, sed vltra requiritur, quòd alleget & capitulet aduersarium clam possidere respectu antiquioris possessionis suæ, aliàs sibi non prodest illa antiquior possessio. Bart. in l. si de eo. §. fin. quem

* omnes* communiter sequuntur. ff. de acq. pos. Ruin. in cons. 53. col. fi. vol. 4. & in cons. 56. col. 2. vol. eo. Crae. in cons. 258. col. fin. ver. ergo posito. Alex. in consil. 130. circa fi. vol. 5. in cons. 45. col. fin. vol. 3. Maran. vbi suprà nu. 17. vers. verum in casu isto. vbi dicit, quòd si hoc nõ esset articulatum, quòd succumberet probãs possessionem anteriorem, quia præfertur is qui probat de tit. Cur. Iun. in cons. 168. num. 32.

15 Tertiò respondetur, † quòd præsumptio antiquæ possessionis non procedit contra alium, qui posse-

16 derit per decem annos, quia † per longum tempus,

* quod dicitur esse decem annorũ, vt per Doct.* communiter in d. l. si de eo. §. fin. & maximè Alex. Ruin. in cons. 58. col. fin. vol. 4. & in cons. 148. num. 5. vol. eod.

17 † inducitur negligentia seu obliuio, ex qua inducitur amissio possessionis. Bart. in l. Celsus. col. 3. in fi. de vsucap. Item respondetur minimè verum esse, quòd parte d. domini Gasparis fuerit probata aliqua possessio antiquior, ergo succumbere debet.

Sed præmissis non obstantibus contrariã sententiam omnino tenendam esse arbitror ex infrà scriptis conclusionibus cõmuniter à doctorib. receptis, ex quibus pro parte patebit responsio ad allegata.

18 Prima etenim est conclusio, † quòd vt quis obtineat in interdicto vti possidetis, necesse est, quòd probet se possedisse tempore litis cõtestatæ. §. hodie, insti. de interd. Bart. in l. 1. §. fin. col. pen. ff. vti pos. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. penul. ff. de acqui. poss. Doct. in l. 1. C. vti pos. & in c. licet causam, de proba. Alex. in cons. 92. col. 2. in fin. vol. 1. in cons. 136. col. 2. vol. 2. & in cons. 81. col. 1. vol. 3. Gozad. in consi. 86. in princ. Paris. in cons. 112. num. 71. vol. 1. Ripa in dicto §. nihil commune. num. 156. & Berenga. ibi. num. 109. Ruin. in cons. 53. in princ. vol. 4. & in cons. 164. num. 8. volum. 5. & in cons. 127. in fin. vol. eo. Alciat. in consil. 440. in princip. vbi inquit, quòd in tali interdicto, si duo prętendant se possidere, ille obtinet, qui melius probat se possidere tempore litis contestatæ: & ideo, quòd articulandum est de tali tempore, vt quis obtineat. Sed isti actores non articularunt, neque probarunt se possedisse dicto tempore, ergo in eo obtinere non possunt.

Nec habet obstare si dicatur, quòd præmissa conclusio posset procedere, vbi alius medio tempore probaret se possedisse, aliàs secus, quia tũc præsumitur possedisse etiam tempore litis contestatæ. Ang. in §. retinendæ. col. 3. vers. an sufficiat, de interd. Affl. in decis. 344. num. 2. Paris. in cons. 126. colum. 3. vol. 1. Ruin. in cons. 68. col. fin. vol. 2. per regulam l. siue possidetis. C. de proba. sed in terminis nostris hoc actũ non reperitur, ergo præsumuntur possedisse tem-

19 pore litis contestatæ. Quia respondetur, quòd † regula dictæ l. siue possidetis, non habet locum in interdicto vti possidetis, sed requiritur, quòd fiat probatio de præsenti, vt not. in ca. cùm ad sedem, de restit. spol. & in l. j. §. j. fin. ff. vtrobi. vbi erat differentia inter interdictum vti possidetis, & vtrobi, cùm in hoc vltimo sufficiat probare maiori parte anni possedisse, quod secus est in interdicto vti possidetis, vbi requirebatur possedisse tempore litis contestatæ, sed si attenderetur d. l. siue possidetis, nulla esset differentia: ita Grat. in cons. 50. num. 14. vol. j. Item respondetur, quòd dicta limitatio locũ sibi vendicare non potest in casu isto, vbi actores non allegarunt se de præsenti possidere: nam apud scribentes hoc pro absoluto habetur, quòd requiritur, quòd actor alleget se de præsenti possidere, vt præsumatur se tempore litis contestatæ possedisse: ita Alex. in consil. 88. col. 5. in fin. vol. 5. in consi. 54. colum. penult. vol. eod. Pract. Papien. in for. libel. turba. poss. in verb. hodie. Socin. in cons. 59. num. 8. volum. 4. Bald. in l. j. in vlt. colum. C. vti poss. Ruin. in cons. 106. num. 22. vol. 5. &

20 in cons. 164. num. 14. vol. eod. Et ratio est, quia † præsumptiones descendentes ex facto proprio ad hoc vt iuuent, allegari debent. Bar. in l. cum quid, si cer. pet. Alciat. tract. præsumpt. præsumpt. 21. num. 3. in se-

21 cunda regula. Item † quotiens lex aliquid præsumit, illud allegari debet, aliàs nihil releuat huiusmodi præsumptio, l. si adulterium cum incestu. §. idem Po-

22 lyoni. ff. de adulte. quod † procedit etiam, quòd sit notorium. Feli. in c. cum ordinem, colum. 8. vbi etiam Dec. colum. 2. de rescript. Maran. in tract. de ordi. iud. in 6. part. in vers. secundus actus. num. 143. Curt. Iun. in l. lecta. num. 31. ff. si cert. pet. Idem Dec. in c. ex insinuatione, in fin. & in c. vt debitus, in 3. notabili de appella. Ias. in l. quacunque, col. 8. ff. si quis in ius voca. non ierit.

23 .. Et ideò videmus, quòd licet † bona fides præsumatur, tamen illa debet allegari. Alex. in consil. 94. col. 3. & in consi. 116. colum. penul. vol. 2. Vlterius dicitur, quòd etiam dato quòd huiusmodi allegatio facta fuisset, illa non potest suffragari dictis actoribus, cùm constet ex libellatis suis, eos non semper

24 possedisse, quibus verbis standum est, † cùm verba libelli fidem faciant cõtra producentem, l. cum precum. C. de lib. cau. Alex. in consil. 78. num. j. vol. 7. & ideò super dicta præsumptione vis fieri non potest:

25 † cùm veritas superet præsumptionem, vt traditur in l. in rebus. C. de iure dot. Soc. in cons. 164. col. 5. ver.

26 ad hanc, † quia in incertis, & non in certis est locus præsum-

27 præsumptioni.l.continuus.ff.de verb.obl.Item † præsumptio tollitur per probationem contrariam. Paris.in cons.29.num.76.vol.2. Præterea dicitur, quòd illa allegatio posset effectum operari, vbi constaret, quòd in præteritum legitimè quasi possedissent ius exigẽdi dictas decimas cum bona fide, quæ requiritur in dicto interdicto vti possidetis, vt infrà dicetur,& nõ clandestinè, vt in terminis nostris, vbi instrumentum vẽditionis,in quo fundari videtur eorum quasi possessio, factum reperitur inscio domino Ludouico, domino & possessore seu quasi dictarum decimarum,vt per Grat.in cons.50.nu.7.

28 Secunda est conclusio,quòd † qui vult obtinere in huiusmodi interdicto vti possidetis, debet probare turbationem sibi illatam ab aduersario, aliàs nõ potest obtinere,l.j.in princ.l si duo.§.hoc interdicto.ff. vti poss.Bar.in d.l j.§.fi.col.pen.in fi.Alex.in cons.136. col.2.vol.2.consi.81.col.1.vol.3.Ripa in d.§.nihil commune.nu.156. Pract.Papien.in for.libel.turba.pos.in verb.hodie. Paris.in consi.112.num.72.vol.j. Ruin.in cons.53.col.2.in princ.vol.4.& in cons.68.in fin.vol.2. sed per dictos actores non fuit probata aliqua legitima turbatio,vt infrà dicetur,ergo in hoc interdicto per eos intentato obtinere non possunt.

29 Tertia est cõclusio,† quòd in huiusmodi interdicto ille obtinet, qui probat de antiquiori possessione.Cur.Sen.in cita.cons.24.col.2.in princ. Gozad. in cons.86.nu.7.Paris.in cons.126.col.j.vol.4.& 112.nu. 73.vol.j.& Alex.in consilijs supra citatis,sed dicti domini actores non probarunt de eorum antiqua possessione, sicut probauit magnificus dominus Gaspar per testes idoneos & sufficientes, vt patet ex eorum lectura,quorum dicta non trãscribo, ne videar membranas occupare, qui clarè de ea deponere vi-
* dentur, igitur succumbere debent. Nam *communis est doctorũ sententia, quòd vbi duo contendunt possidere, ille obtinere debet, qui probat de anti-
30 quiori possessione: † quia possessio iunior partis aduersæ præsumitur clãdestina & vitiosa, vt per Doct. in d.c.licèt causam.

Quòd autem ista quasi possessio iuris exigendi ipsas decimas ex parte actorum sit iunior, probatur ex testibus eorum parte examinatis,si eis fides adhibenda venit,de quo tamen dubitatur.Nam incipiendo à primo, ipse dicit *che da sei anni in quà*, non specificando à quibus annis citra ipse collegit cum Gulielmino Rebuffo negotiorum gestore domini Gasparis decimas in messibus frumenti, quas triturari faciebat: & posteà de frumento faciebant duas partes,de quibus vna accipiebat domina Margarita Brina mater capitulantium, & altera dominus Rebuffus nomine domini Gasparis: nam iste testis non probat, nisi à sex annis citra,& sic de possessione iuniori,sed plus dicitur, quòd nihil probat in fauorẽ actorum, quia cùm dicat simpliciter dictam dominam Margaritam percepisse partem ipsarum decimarum,& non dicat,quòd perceperit nomine filiorum,prout debebat dicere,eius dictum non valet ad
31 commodum filiorum.† Nam actus in dubio præsumitur gestus nomine proprio vt de per se, & non vt procurator vel alieno nomine, vt planè tradit Bart. in l.1.§.nunciatio.ff.de nou.oper. nuncia. & in l. post mortem.ff.quando ex facto tuto. facit l. & magis.ff. de solut.Paris.in cons.72.num.30.volum 2.ergo,&c. Et tantò magis hoc dicendum venit, cùm ipse testis dicat,nescire se qua ratione acceperit dictas decimas prædicta domina Margarita. Item secundus nihil probat,quia dicit, quòd non sciret dicere,si pars decimarum,quam percipiebant dicti de Brina esset de parte domini Ludouici,vel aliorum condominorũ. Nec similiter respectu domini Gasparis probat de aliqua quasi possessione.Accedit& tertius,qui pariter nihil probat, quia deponit de auditu dominæ Mar-
32 garitæ matris actorum, quia † sicut ei non crederetur,quia mater. Bart.in l.qui testamento. §.quæcunque.col.fi.versi.idem in matre. ff.de testa.Lanfr.in c. quoniam cõtra. in verbo testium depositiones, col. 21 versic.& primò, de testibus. ita nec ipsi testi deponenti de auditu ipsius. Nam sicut non creditur matri deponenti in fauorem filij,ita nec alij testi dicenti
33 audiuisse dici ab ea, † ne plus credatur copiæ,quàm originali.Crauet.in cons.67.& 41.nu.2.& in cons.112.
34 nu.13. quia † testibus non creditur quorum repellun tur auctores.c.fraternitatis,de testibus.

Quartus etiam testis nihil validè deponit, quia dicit, quòd possunt esse anni 29.præteriti vel circa, quòd Petrinus pater agentiũ & Ruffinus Frailinus emerunt à quondam magnifico domino Ludouico Maceto vnam partem decimarum loci Isolobellæ,& quòd ipsi primo anno post dictam emptionem fruiti sunt dictis decimis, & hoc est falsum, quia non est verum,quòd d. Petrinus & Ruffinus emerint decimas aliquas à quondam domino Ludouico, vt di-
35 ctum fuit suprà. Vlterius dicitur, † quòd non reddit rationem dicti sui,prout reddere tenetur, ergo non valet eius dictum, l.solam. C.de testib. cap. cum causam,extra eod. tit. Aflict.in decis.361.num.34.

Quintus testis etiam non probat,quia deponit de auditu Petrini, quòd emerat partem decimarum à domino Ludouico, quo casu ei non creditur, sicut non crederetur dicto Petrino hoc affirmãti, per decisiones suprà citatas. Hoc etiam vitio laborant sextus testis, ac septimus, & octauus, qui deponunt de auditu matris ac patris ipsorum agentium. Vnde, cùm isti testes nihil validi deponant in fauorem agentium, sed tale quid,per quod demõstratur quasi possessionem ipsorum iuniorem vitiosam ac clandestinam respectu quasi possessionis domini conuenti,quæ optimè probata comperitur per testes ad eius instantiam examinatos: meritò sequitur,quòd de aliqua possessione legitima non fuit ostensum.

Vltimò dicitur, quòd ipsi testes non deponunt, quòd tempore litis contestatæ possederint,vt requiritur etiam,secundum Gratum in cons.50.num.1.& 22.& Riminal.in cons.331.num.3.

36 † Et in tantum est vera huiusmodi conclusio, vt etiam locum habeat,si aduersarius doceat de possessione iuniori cum titulo,dummodò ille titulus fuerit acquisitus post antiquiorẽ possessionem: ita Bal. in disputatione. Accusatus de vi turbatiua, col.pen. arg.l.si fundus.ff.de feud.dota. Et quia aliàs quis de facili supponeret aliquem à quo emeret,& fingeret se titulo possidere.Alex.in cons.88.col.3.in princ.vol. 5.Paul.de Castr.in cons.443.col.2.volum.2.quia ille titulus præsumitur habitus ab iniusto auctore,stante possessione antiquiori alterius partis. Maran. in tract.de ord.iudi.in 4.par.in 7.distinctione num.17. Alex.in consi.45.col.fi.vol.3.& in l.de eo.§.fin.in fin. ff. de acquir. poss. Bald. in l. data opera, in fin.C.qui accusa.non poss. vbi dicit, quòd titulus nihil patrocinatur, quãdo possessio alterius est antiquior.Dec. in consil.302.colum.2.versic.& ista conclusio,& in d. c.licèt causam.nu.22. Gozad.in consil.86.nu.19 Cur. Sen.in cons.24.col.3. circa principium. Rui. in cons. 53.col.fin.ver.& ibi etiam.vol.4. Soc.Iun.in cons.126. num.28.vol.1.

37 Quarta est conclusio, † quòd quis non potest obtinere in interdicto de quo agitur, nisi sit in bona fide,aliàs secus. Paul.de Castr.in l.j.colum.j.C. de seruit.& aqua.Bar.in l.j.§.hoc interdicto,col.pen & fin. ff.de itin.actuq; priua.Moder.post Abb. in c.cum ecclesia Sutrina.num.67. versi.tertiò exigitur.de causa poss.& prop.vbi punctualiter dicit, in interdicto retinendæ exigi bonam fidem respectu eius à quo possidetur,Cur Sen.in citato consilio 24.col.2.circa fin. Paris.in consil.112.num.48.vol.j. Quod probatur secundum eum viua ratione: quia non debet possidere quis clam,vel precariò ab aduersario, † quia talis
38 possessio inducit malam fidẽ: sed dicti actores sunt in mala fide,quia fundantur in possessione,vel quasi dicti iuris exigẽdi dictas decimas, in titulo per eos
39 exhibito, † virtute cuius dicuntur possidere, glo.& Doct in l.quædam mulier ff.de rei ven. qui quidem titulus eis præbet malam fidem, cùm ille habitus fuerit à Iacobo Baudrano patre ipsorum actorum, qui procuratorio nomine quondam magnifici domini Ludouici Maceti vendidit ius exigendi dimi-
40 diam decimarum, à quo † nullum habebat mandatum speciale vel saltem generale cum libera ad vendendum,prout à iure requiritur,l procurator tutorũ.& l.procurator cui. ff.de procur. Alexan.in cons.
41 90.colum.2.vol.2. Quo casu † cùm assertio procuratoris

toris venditis alieno nomine, & asserentis se habere mandatum, non causet bonam fidem, si de illo non appareat, imputandum est emptori, si mandatum non curauit inspicere, & ideo, cùm id non procurauerit, præsumitur malæ fidei. Bart. in l. qui fundum. §. procurator, per illum text. vbi etiam Imol. ff. pro empto. Idem Bart. in l. fi. ff. eod. tit. post glo. ibi Fel. in c. si diligenti, in fi. 2. col. de præscrip. in 1 cùm vir. in fi. eod. tit Balb. in l. Celsus, num. 46. ff. de vsucap. vbi inquit, hanc esse veram conclusionem, quòd ille qui vendidit tanquam procurator alterius, semper præsumitur in mala fide, nisi appareat de mandato. Ale. in l. qui in alien. in princ. col. 3. versic. plus dixit. ff. de acquir. hæred. Quòd etiam sit in mala fide, probatur ex his, quæ scribit Butr. in c. peruenit, in 7. colum. de
42 cens. vbi dicit, † quòd in incorporalibus bona fides non præsumitur, nisi probetur, Ioan. Fab in §. æquè, col. 7. & sequent. vers. sed quæritur, & vers. quis ergo erit modus, instit. de actio. de mala fide etiam constat, quia sciebat dictas decimas fore quondam magnifici domini Ludouici, vt per Castren. in d. l. 1. in fi. nam in incorporalibus iuribus necesse est, vt probetur aliquid, ex quo bona fides præsumatur, Bart. in d. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itin. actuq; priua. Paris. in cons. 12. num. 48. vol. 1.

43 Quinta est conclusio, † quòd quasi possessio in iuribus incorporalib. non acquiritur, nisi sciente & patiente illo, de cuius præiudicio agitur. Bald. in l. 1. & 2. C. de seruit. & aqua. c. conquerente, de off. ord. sed de scientia domini Ludouici, nec domini Gasparis est probatum, nec de ea præsumitur, imò ignorantiam idem dominus Gaspar allegat, & statim quòd sciuit, prohibuit: ideò pro eo est præsumẽdum, cùm absens esset à loco Isolobellæ. l. verius. ff. de probat. Ruin. in consil. 164. num. 16. vol. 5. Nec obstat, si dicatur, quòd imò præsumitur scientia: quia in dicto loco erat publica vox & fama, & sic notorium, quòd dicti actores exigebant dictas decimas: & ea quę sunt notoria quis non præsumitur ignorare, secundum gloss. in l. si tutor petitus. C. de pericul. tuto. Bart. in l.
44 Celsus, de vsuca. quia respondetur, † quòd quis præsumitur scire illud, de quo est publica vox & fama, in loco in quo habitat & conuersatur, secus quando est absens, vt in casu nostro: quia tunc ignorãtia præsumitur eorum, quæ publicè fiunt. casus est in cap. fi. qui matr. accus. non pos. vbi dicit tex. quòd licèt præsumatur quis scire denũciationem publicè factam, hoc tamen verum est, si sit præsens, secus, si absens & in aliena diœcesi. & ideo licèt lege cautum reperiatur, quòd coniunctus præsumatur scire facta coniuncti, l. Octaui. C. vnde cogna. tamen hoc fallit quando est absens, quia tunc cessat dicta præsumptio scientiæ. Bart. in l. is potest, ff de acquir. hæred. dum allegat d. cap. fin. Ruin. in citato consilio 164. num. 19. vol. 5.

Restat modò respondere ad allegata in contrarium. Nõ obstat igitur, dum primò dictum fuit, quòd sit probata quasi possessio dictorum actorum: quia respondetur, quòd ipsis non prodest dicta quasi possessio, cùm per eos minimè probatum reperiatur ipsos possedisse tempore litis contestatæ: quod equidem probandum erat, secundum communem conclusionem, de qua per Doct. in d. l. j. C. vti possid. & in c. licèt causam, de proba. & alios suprà citatos.

Pariter non obstat, quòd probatum sit de turbatione, quæ requiritur ad obtinendum in interdicto vti possidetis: quia dicitur, quòd opinio ipsa posset militare & locum habere, si aliud non esset probatum parte dicti domini Gasparis. Verùm, cùm ipse clarè demonstrauerit de antiquiori possessione sua, & quòd de præsenti possideat, non potest dici per ipsos actores, quòd turbati fuerint in quasi possessione exactionis dictarum decimarum vigore illius quasi possessionis intermediæ, quę tanquam iunior præsumitur clandestina & vitiosa. d. c. licèt causam, vbi Doct. & per Ruin. in consil. 164. col. 3 in prin. vol. 5. & per ea, quæ suprà dicta fuerunt in 3. conclusione.

Similiter non obstat, quòd dicta possessio iunior iuncta cum titulo debet præualere antiquiori possessioni, seu quasi prędicti domini Gasparis: quia re-
45 spondetur pluribus modis. Et primò, † quòd dicta opinio posset procedere vbi titulus fuisset antiquior possessione domini Gasparis: quia tunc verum est, quòd dictus titulus cum possessione iuniori præferretur possessioni, seu quasi dicti domini Gasparis, quamuis anteriori: ita Ruin. in cons. 53. col. 3. vol. 4. vbi dicit, quòd dicta per Butr. Soc. & Alexan. in locis suprà citatis hoc modo intelligi debent: sed in terminis nostris non constat de tali titulo, ergo, &c.

46 Item dicitur, quòd dictus titulus est nullus, † quia habitus ab eo qui non habebat mandatum vendendi illud ius exigendi dictas decimas, vt suprà dictum fuit, ergo titulus ipse pro non titulo habetur, l. nec vllam. ff. de pet. hær. Affl. in decis. 228. num. 2. Item respondetur, quòd etiam dato, quòd constaret de titulo & possessione iuniori, tamen quòd non præferuntur soli antiquiori possessioni, per ea, quæ dicta fuerunt supra in tertia conclusione, quæ non repeto. Nec obstat, quòd saltem qui probat de antiquiori possessione contra habentem iuniorem, cum titulo debet allegare & capitulare aduersarium clam possidere respectu antiquioris possessionis. Quia respondetur, quòd non constat de aliquo titulo legitimo dictorum actorum, & ideò quòd de eo non est habenda consideratio, cùm sit nullius valoris & momenti.

Vltimò non obstat, quòd possessio actorum non præsumitur clandestina, cùm possederint per decem annos. Quia respondetur, † quòd sententia ipsa sibi
47 locum vendicare posset, vbi habens antiquam possessionem, desijsset possidere decẽ annis, per quam desistentiam induceretur obliuio, vt probant decis. suprà allegatæ, quod non est in casu nostro, vbi probatum non reperitur per ipsos actores, quòd dominus Gaspar non mandauit eam obliuioni, vt per Paris. in cons. 112. nu. 75. & Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 23. de cau. pos. & propr. Vnde ex his remanent resoluta omnia fundamenta allegata in fauorem dictorum actorum, & absoluendus venit prædictus magnificus dominus Gaspar conuentus à petitis per eos cum victoria expensarum, iuxta notat. in l. eum quem temerè, ff. de iud.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij X.

1 *Imperator ex causa constituere potest primogenitu-*
rum in feudis paternis & antiquis.

2 *Subditis vtilius est magis regi per vnum, quàm per*
plures.

3 *Discordiæ plures oriri possunt inter Præsidentes ratio-*
ne communionis.

4 *Commune quod est, negligi solet.*

5 *Princeps quicunq; in suo dominio superiorem non re-*
cognoscens primogenituram, ex causa constituere
potest in feudis antiquis & paternis.

6 *Imperator sine causa de plenitudine potestatis potest*
feudum ad ius primogenituræ reducere.

7 *Potestas & voluntas in quocunque actu requiritur.*

8 *Duo sunt, in quib. omnium humanorum actuum con-*
stat effectus, potestas scilicèt & voluntas, quorum si
alterum desit, nihil est, quod perfici possit.

9 *Concessio primogenituræ obtentæ, per subreptionem*
redditur nulla.

10 *Subreptio ipso iure vitiat priuilegia Principum.*

11 *Quod ampliatur procedere, etiam si per ignorantiam*
vel simplicitatem fuisset concessa.

12 *Concessiones gratiosæ, in quibus non est facta mentio*
de quocunque iure tertij, etiam modico, redduntur
nullæ, et subreptitiæ, etiamsi tale ius non esset omni-
no efficax.

13 *Rescripta vel beneficia propter subreptionem ipso iure*
vitiantur.

14 *Ius competens alicui ex concessione Cæsaris difficilius*
reuoca-

reuocatur per Imperatorem subsequentem, quàm concessio alterius inferioris, si de ea Cæsar notitiam habuisset.

15 *Princeps cui nulla facta est mentio specialis de concessione prædecessoris, non intelligit per clausulas derogatorias illi derogare voluisse.*

16 *Legitimatio redditur subreptitia, si expressum non fuit Cæsari, quòd bona feudalia recognoscebãtur ab eo, quæ tamen erant antiqua.*

17 *Impetratio feudi, in qua non fuit facta mentio Principi, quòd extabant descendentes de prima progenie, redditur ipso iure nulla.*

18 *Feudum secundum communem opinionem dicitur hæreditarium, quando concessum est pro se & hæredibus, & multò magis si dictum fuerit pro se, hæredibus, & successoribus.*

19 *Succedere volens in feudo hæreditario secundum communem debet esse hæres primi inuestiti, vel vltimi.*

20 *Vasalli defuncti, de cuius portione tractatur, quis nedum hæres esse debet sanguinis, sed et vniuersalis, vel saltem institutus in re certa à primo inuestito.*

21 *Agnatus in feudo antiquo hæreditario, admittitur in infinitum, si sit de descendentibus primi acquisitoris, vel vsq; ad septimum gradum, quando feudum primordialiter fecit transitum de primo acquirente in transuersales.*

22 *Qualitas quæ est causa, quòd quis audiatur vel admittatur, debet probari.*

23 *Filius si agit ad hæreditatem paternam vti filius, debet probare filiationem.*

24 *Agens vt agnatus, de quo statutum loquitur, debet probare se agnatum.*

25 *Agens tanquam proximior, debet probare se proximiorem.*

26 *Allegans se esse intra septimum gradum, debet hanc qualitatem probare.*

27 *Statuto si caueatur, quòd agnati præferantur cognatis vsq; ad tertium gradum, agnatus debet probare se esse in tertio gradu, vt à statuto requiritur.*

28 *Agens & temerè litigans, debet in expensis condẽnari, etiam si reus iniustam causam foueret.*

29 *Vasallus habens facultatem testandi de feudo, potest in eo facere substitutionem.*

30 *Vasallus inuestitus de feudo franco, de quo potest testari, potest fideicommissum de eo facere.*

31 *Vasallus habens feudum pro se, & hæredibus quibuscunque, potest hæredem instituere, substituere, & fideicommissum facere.*

32 *Vendens castrum cum pertinentijs, non videtur vendere prædia vel molendina, sed tantùm iurisdictionem.*

33 *Vendens fundum cum omnibus iuribus suis, censetur tantùm ea vendidisse, quæ sunt de natura rei venditæ.*

34 *Vendens prædia, quæ habet in tali territorio cũ omnibus iuribus suis, non videtur vendidisse ius colligendi pedagium, nec merum aut mixtum imperium.*

35 *Imperator concedens iurisdictionem, videtur cõcedere molendina, secus quando concedit castrum cum pertinentijs suis ad ipsum castrum spectãtibus: quia tunc veniunt molendina accessoriè.*

36 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.*

37 *Ius quæsitum ex facto tertij non potest mihi auferri sine consensu meo.*

38 *Ius primogenituræ maxima ex parte accedit ad naturam feudi.*

39 *Pater sicut non potest in feudo paterno, & antiquo præiudicare, ita nec in iure primogenituræ.*

40 *Ius primogenituræ quando competit ex dispositione vel priuilegio Principis, per patrem tolli non potest.*

41 *Vir & vxor, si Principis auctoritate maioricatum in omnibus bonis suis constituant, vnus sine altero, nec vterque sine Principis cõsensu poterit maioricatum reuocare.*

CONSILIVM X.

1 2 TFi apud legum vertices pro indubitato habeatur,† maiestatem Imperatoriam ex causa primogenitura cõstituere posse in feudis iurisdictionalibus, paternis & antiquis,† cùm vtilius sit subditis magis regi per vnum, quàm per plures, l. 2. §. nouissimè. ff. de orig.
3 iur.† & propter discordias, quæ inter plures Præsidentes possunt oriri ratione communionis. l. cum
4 pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2.† Item, quia quod commune est, solet negligi. l. 2. C. quan. & quib. quar. pars debea. lib. 10. vt in terminis decidere videtur Iaſ. in consil. 236. volum. 2. vbi consuluit de castris Concordiæ & Mirandolæ regem Romanorum inspecta publica vtilitate feuda ipsa potuisse reducere ad ius primogenituræ in præiudicium illorum, qui ex primis inuestituris interesse prætendere poterant, & in cons. 107. per totum, volum. 4. Ruin. in consi. 2. col. 1. volum. 4. Socin. Iun. in consil. 160. num. 43. vers. tota difficultas. volu. 2. Tiraquel. in tract. de iur. primogen. q. 79. Cephal. in consil. 3. num. 23. vbi sequendo Iaſ. vbi suprà, dicit, quòd, & si is loquatur in rege Ro-
5 manorum, tamen idem dicendum est,† in quocunque Principe in suo dominio superiorem non recognoscere. & in consi. 12. num. 22. & Socin. vt refert Iaſ. in allegato cons. 236. in prin. quod consilium impres-
6 sum non reperitur.† Item & Cæsaream ipsam Maiestatem de plenitudine potestatis sine causa posse feuda ad ius primogenituræ reducere, vt citant Iaſ. in allegato consil. 107. colum. 2. & Cephal. in cons. 12. nu-
7 21. Tamen videndum remanet,† quia in quacunque dispositione Principis vltra potestatem requiritur etiã voluntas, l. cùm te. C. de dona. ante nup. vbi Bal. c. cum super. de off. delega. & ideò prudentissimè di-
8 xit Boët. lib. 4. de consol. philosophiæ,† quòd duo sunt, in quibus omnium humanorum actuum constat effectus, potestas scilicet, & voluntas, quorum si alterum desit, nihil est, quod perfici possit, quia nullus aggreditur, quod nõ vult, & si potestas absit frustra est voluntas. Barb. inter consilia Cur. Sen. consil. 66. Dec. in consi. 198. col. 2. vers. prædictis. Soc. Iun. in cons. 72. num. 12. vol. j. cons. 94. num. 44. vol. 2. 120. nu. 4. 183. nu. 8. vol. eo. & in cons. 118. nu. 13. vol. 3. An concessio inuestituræ facta per Maximilianum q. magnifico domino Iacobo Carretto de feudis in ea descriptis tanquam de feudo nouo, sed cum qualitate, quòd habeant vim antiquiorum feudorum, & cum ordine primogenituræ, ac facultate testandi habeat officere alteri domino Iacobo, vti agnato vocato, & comprehenso in concessione feudali, aliàs facta per quondam inuictissimum Carolum III. quondam magnifico domino Georgio de Carretto, pro se & suis hęredibus, & de qua nulla habita fuit mentio in inuestitura Maximiliani. Et primo aspectu dicẽdum videtur, quòd non ex defectu voluntatis: quoniam, si sciuisset Maximilianus feuda ipsa antiqua, prout sub silentio prætermissum fuit, vtiq; eam non con-
9 cessisset, vel saltem difficiliùs.† Et ideo cùm per subreptionem obtenta fuerit, ea ipso iure ex defectu vo-
10 luntatis redditur nulla.† Nam subreptio vitiat ipso iure priuilegia & beneficia Principum. Abb. & alĩ in c. ad audientiam, de rescrip. per tex. in l. 1. de natal. re-
11 sti.† quod ampliatur procedere, etiam si per ignorantiam vel simplicitatem fuisset cõcessa, quia satis est, quòd Princeps verisimiliter non fuisset cõcessurus, si subreptio cessaret, c. constitutus. c. super literis, de
12 rescrip.† nam in istis concessionib. gratiosis de quocunq; iure tertij etiam modico facienda est mentio, aliàs redduntur nullę, & subreptitię, c. si proponẽte, c. si motu proprio. de præben. in 6. etiam si tale ius nõ

esset omnino efficax. Card.& Butr. in c. in nostra, de
rescr. Alex. in cons. 3. col. 2. vers. tertiò quia, vol. 5. Rui.
13 in cons. 21. num. 12. vol. 1. † nam sicut rescripta ad beneficia propter subreptionem vitiantur ipso iure, c. constitutus. c. ad aures. de rescript. Inno. Io. Andr. &
* alij* communiter in d. c. ad audientiã, ita etiam subreptio vitiat ipso iure alia priuilegia & beneficia Principum, secundum Bald. in l. præscriptione. C. si cont. ius vel vtil. publi. Rui. in cons. 28. num. 6. vol. 3. & in cons. 98. nu. 14. vol. eod. & eò magis hoc dicendum venit, cùm ius in dictis feudis prædicto domino Iacobo competat ex priuilegio, & concessione antecessoris Maximiliani, videlicet Caroli IIII. qui dicta feuda concessit, quia verisimile est, † quòd difficiliùs reuocasset priuilegium, & concessionem sui antecessoris, quàm alterius inferioris, si de illis notitiam habuisset, vt per Rom. in cons. 327. vbi inquit,
15 † quòd si de concessione prædecessoris non sit facta mentio specialis, quòd per clausulas derogatorias non intelligitur Princeps voluisse derogare concessioni & priuilegio sui prædecessoris, sequitur Rui. in cons. 98. nu. 15. vol. 1.

Et accedendo magis ad proxima, adducitur quod scribit dominus meus Rui. in cons. 36. nu. 13. vers. de
16 subscriptione, volu. 3. vbi ait, † quòd legitimatio, de qua in casu suo subreptitia est: quia Comes Ioannes simpliciter exposuit Principi, quòd illa bona feudalia recognoscebat ab eo, & non expressit, quòd feudum esset antiquũ: quia potuit credere Imperator, quòd esset nouum & acquisitũ ab ipso Comite, ideo nil mirum, si ad dictum feudũ legitimauit facilius, quod vtique difficiliùs fecisset, si scituisset illud antiquum. Idem dicit Gozad. in cons. 26. num. 41. vers. duodecimò. vbi tradit, impetrationem feudi ineficacem esse, si Principi narratum nõ fuit feudum esse antiquum, cùm illud difficiliùs tollatur, quàm nouum, Cald. in consilio 3. in tit. de feud. vbi concludit,
17 † concessionem feudi nullam ipso iure: quia nõ fuerat facta mentio Principi, quòd extabant descendentes de prima progenie. Cùm igitur in casu præsenti subreptitia fuerit concessio prędicta, sequitur quòd primogenitura magnifici domini Sinibaldi est nulla, ergo ea non debet præiudicare domino Iacobo eius fratri, cui competit ius in dictis feudis vigore dictæ concessionis Caroli IIII.

Quibus tamen nõ obstantibus quæ verè non obstant, vt infrà dicetur, contrarium tenendum arbitror, quòd imò dicta concessio Maximiliani valeat & teneat, & quòd nullo modo aspirare potest ad dicta feuda dictus magnificus dominus Iacobus vigore allegatæ concessionis Caroli IIII. Ad quod dicendum moueor ex conclusionibus infrascriptis ab o-
18 mnib. cõmuniter receptis. Quarũ prima est, † quòd feudum hæreditarium esse dicitur, quando est concessum alicui pro se & hæredibus. Bald & Isern. in c. j. §. hoc quoque de succes. feud. feudistæ communiter in prælud. feud. Alex. in cons. 55. num. 9. volu. 4. & in cons. 28. num. 13. volum. 5. Cur. Iun. in cons. 1. nu. 11. & in cons. 155. num. 3. Dec. in cons. 185. col. 2. & 3. 194. col. 2. & 390. num. 5. Paris. in cons. 3. num. 5. volu. 1. 2. nu. 17.
* 3. colum. 2. 4. num. 27. vbi attestatur, hanc esse* communem, & in cons. 5. num. 2. vol. eod. Ruin. in cons. 1. num. 12. volu. 3. 38. num. 19. 162. num. 12. volu. eod. & in cons. 108. num. 5. volum. 2. Bru. in consil. 18. colum. 3. vers. 3. in istis. & colum. 4. vers. tertiò quia. Goz. ad. in consil. 4. num. 10. consil. 8. num. 36. & in consilio 26. in princip. & num. 24. & tantò fortius, quando dictum fuit, nedum pro hęredibus, sed etiam successoribus, Imol. in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat. Alex. Aret. & Soc. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. Paris. in d. consil. 2. num. 19. 3. num. 10. Cur. Iun. in consil. 1. num. 11. & in consi.. 138. in princ. Dec. in cons. 208. num. 8.

19 Secunda est, † quòd succedere volens in feudo antiquo hæreditario, debet esse hæres primi inuestiti immediatè vel mediatè, videlicet descendẽtium ab eo, aliàs succedere non potest, Aluaro. in c. j. an agna. vel fil. Curt. Iun. in consil. j. num. 11. vers. ic. secundam
* itaque facio. vbi inquit, hanc esse veram* & communem conclusionem, & in consilio 155. num. 4. Bru. in consil. 18. colum. 4. vbi post Alex. in consi. 10. colum. 2. volum. 3. dicit hanc esse communem, & in consil. 2
col. 1. Dec. in cons. 208. col. pen. vers. vltimò non obstat. Paris. in cons. 2. num. 25. vol. j. cons. 3. num. 17. col. 4. num. 28. consil. 13. colum. 2. & in consil. 16. colum. 2. volu. eod. vbi dicit hanc veram & communem conclusionem, consil. 61. num. 31. volum. 3. & Cur. Sen. in consil. 82. colum. 4.

20 Tertia est cõclusio, † quòd ad hoc, vt quis admittatur in feudo hæreditario opus est, quòd nedum sit hæres sanguinis, sed etiam quòd succedat in vniuersum ius primo inuestito, vel vltimo vasallo defuncto, de cuius portione agitur. Alex. in cons. 19. vers. ic.
* non obstat. volum. 5. vbi attestatur hanc esse* communem. Curt. Sen. in citato cons. 82. colum. 4. & seq. vbi concludit in tali feudo hæreditario, quem non posse succedere, nisi sit hęres vniuersalis: ex quo non sufficit, quòd quis sit de descendentibus & inngatur sanguine, sed requiritur, quòd succedat in vniuersum ius primo recipienti vel vltimo vasallo, de cuius portione tractatur. Sequitur Paris. in citato consilio 2. num. 28. volum. j. cons. 16 num. 15. & in cons. 23. num. 192. vol. eod. vbi dicit, magis communem esse, vt vtrunq; requiratur, quamuis non nulli aliter sentiant. quos intelligendos esse arbitror, prout inquit Rui. in cons. 69. num. 16. vers. ad istud respondeo. vol. 3. vbi dicit opinionem, quæ habet, quòd sufficiat vt quis sit hæres particularis, procedere quando quis fuit institutus in re certa à primo inuestito, secus si à descendentibus ab eo: quia tunc requiritur, quòd sit hæres vniuersalis: quia illud quod dicitur, quòd hæres hæredis dicitur hæres primi, procedit quando est hæres vniuersalis hæredis. l. fin C de hæred. instituit.

21 Quarta est conclusio, † quòd in feudo antiquo hæreditario non admittitur quis in infinitum, nisi sit de descendentibus primi acquisitoris, secus si sit de transuersalibus, in quos primordialiter fecit transitum feudum de acquirẽte in eos: quia tunc succeditur vsque ad septimum gradum. Nicol. de Neap. Iacob. de Beluis. & Alua. in cap. j. §. si Capitanei. de feud. March. Iacob. de S. Georg. in inuest. sua in verbo prę-
sentes. colum. 2. Dec. in cons. 85. num. 5. Doct. in cap. j. §. & quia, qui feud. dar. poss. Cur. Iun. in tract. feud. in 3. part. in vers. successiuè expedito colum. 2. Ias. in vsib. feud. in colum. 27. in fin. Dec. in l. certum. colum. 3. C. vnde legit. Cur. Sen. in cons. 48. colum. 3. Paris. in consil. 23. num. 121. volum. j. & ita aliàs respondendo dixi, vt in consil. meo 3. num. 9. volu. 1. Pract. Papien. in for. lib. quo agit. ad reuca. feud. in glos. nec super-
* stitibus. vers. deinde quæritur, & hanc esse Doct.* receptam sententiam firmat Zas. in tract. suo feud. in 8. par. nu. 8. quibus conclusionibus sic firmatis, & ab omnibus, vt dixi, communiter receptis, deueniẽdo ad terminos nostros, dicendum videtur, quòd cùm dicta feuda sint antiqua & hæreditaria, vt admittit dictus dominus Iacobus, & ipse non probauerit se habere qualitates requisitas, de quibus in trib. vltimis cõclusionibus (vt mihi prę supponitur) videlicet quòd sit de descendentibus, in quos primordialiter feudum transitum fecerit de primo acquirẽte in descendentes, & qui succedunt (vt dixi) in infinitũ: vel de transuersalibus, in quos feudum primordialiter transitum fecerit de primo acquirente in eos, & qui tãtùm admittuntur vsq; ad septimum gradum, nec quòd sit hæres vniuersalis vltimi defuncti, nec primi inuestiti in particulari, nec in vniuersali, quæ omnia probare tenebatur, cùm esset fundamentum intentionis suæ, quod succumbere debet: nam trita
22 est regula, † quòd qualitas, quæ est causa, quòd quis audiatur vel admittatur, debet probari, l. ei qui. ff. de prob. l. actor. quod asseuerat C. eod. tit. hinc dixerunt Angel. & Castren. in l. liberorum. ff. de his qui
23 not. infa. † quòd si filius agit ad hæreditatem paternam vti filius, debet probare se filium, Dec. in consi. 54. in princ. 347. in princ. 351. num. 8. 471. in prin. & in consil. 576. colum. fin. Cepha. in cons. 82. num. 8. vol.
24 j. Item inquit Castren. in consil. 69. secundum antiquam impressionem, quòd † qui agit vt agnatus, de quo statutum loquitur, debet probare se agnatum. Dec. in consi. 13. colum. 2. vers. difficultas. Ceph. in d. consilio 82. num. 8. & ideo tradit Dec. in consilio 321.

col.

25 col.2.†quòd ille, qui agit tanquam proximior testatoris, debet probare se proximiorem Accedit quoq; quòd ille, qui dicit se esse intra septimum gradum, debet hanc qualitatem probare per not. per Alex. in
26 cons.82.in princ.vol 1. vbi concludit † quòd si debet probari cõsanguinitas intra quartum gradum, non sufficit, quòd testes dicant simpliciter illos esse consanguineos, nisi probent, quòd sint intra qartũ gradum. Sequitur Dec.in cons.13.col.2. ver.non sufficit.
27 vbi dicit, †quòd fundans se in statuto Lucano dispo nente, quòd agnati præferantur cognatis vsq; ad tertium gradum, debet probare nõ solùm se agnatum simpliciter, sed quòd est in tertio gradu, vt à statuto requiritur. Idem Dec.in cons.351.& in terminis nostris ita decidere videntur Bru.in consil. j. col. 8.ver. quartò facit, in fi. & Paris. in cons.16. num.19.vol.j.& in cons.23.num.188.vol.eod.& non tantùm debet suc
28 cumbere, sed etiam tanquam † temerè litigans & agens, debet in expensis condemnari, iuxta l. eum quem temerè. ff. de iud. vbi Bart. Paris.in consil.24. num.41.volum.3.& in cons.153.num.j.vol.4.etiam si magnificus dominus Sinibaldus iniustam causam foueret, l.qui accusare. C.de eden.Grat. in consil.77. num.19.vol.j. quia quoad dominum Iacobum ædes liberas habet.l.loci corpus.§.competit. ff.si ser.vend. Bru.vbi suprà.

Non obstant adducta in contrariũ, quia illa possent procedere & militare, quando dictus dominus Iacobus esset de comprehensis in concessione Caroli, quod minimè comprobatum reperitur, vt mihi præsupponitur in memoriali ad me transmisso.

Circa secundum caput non multum insistã, cùm iam in alio meo consi.demonstrauerim substitutionem ipsam de ipsis feudis fieri potuisse: quoniã ne-
29 mini dubium est, †quòd habens facultatem testandi de feudo, potest & de eo facere substitutionem,
30 quod patet: quia videmus, † quòd habens feudum francum, de quo potest testari, Bald. in auth.rogati, in vlt.colum.C.ad Treb.Cur.Iun.in tract.feud. in j. par.in 2.principali specie feudi improprij, vers.secundus notabilis effectus est, potest de eo fideicommissum facere, vt per Soc.Iun.in consil. 115.num.2.& nu.
31 32.volum.2.Hinc etiam videmus, †quòd habens feudum cum clausula pro se & hæredibus quibuscunq; potest hæredem instituere, substituere, & fideicommissum facere de feudo, adeò quòd venit in restitutione fideicommissi: quia alteratur natura feudi: ita Iason in vsib.feud.colum.18.vers.tertiò limita, per text. in c.j.de feud.non haben.propr.nat.feud.Iacob.de S. Georg.in inuesti.sua in verb.Et cum pacto, quòd de ipso feudo possint testari, colum.5.vers.quod dixi suprà.Socin.Iun.in cons.42.col.j.volum.3.& in consil. 72.num.22.volum.j.vbi dicit, quòd quando feudum est simpliciter hæreditarium, putà concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, vel per similia verba generalia, tunc quælibet testatoris dispositio in eo valebit, etiam legatum, & veniet feudum in restitutione fideicommissi.Bertran.in consilio 46.volum. 3.ergo idem in terminis nostris, cùm data fuerit facultas per Cæsarem vasallo inuestito testandi de dictis feudis.

Deuenio ad tertium dubium, in quo quæritur, an molendina, & alij reditus comprehendantur in dicta primogenitura, cùm concessio facta reperiatur etiam cum iuribus, & pertinentijs suis. Et primo aspectu dicendũ videretur, quòd non, ex his quæ notant Imol. & Alex. in l.3. vbi Imol.in fin.ff.de acquir.
32 poss. dicit. †quòd vendens vel tradens castrum cum pertinentijs, non videtur vendere vel tradere prædia, vel molendina, vel alias res particulares sitas in territorio castri ad ipsum pertinentes, sed solùm videtur intellexisse de iurisdictione ipsius territorij, nisi aliud constaret de mente ex verisimilibus coniecturis, vt ibi per eum.pro qua opinione Alex. aliud
33 addit fundamentũ, dicens, † quòd vendẽs fundum cum omnibus iuribus suis, tantùm censetur vendidisse ea, quæ sunt de natura rei venditæ, vt expressè dicit Imol.in c.ex literis.de iureiur.Soc.in consil.47. in 2.& 3.colum. Accedit quoque, quod voluit Bald.
34 in l.à procuratore.C.mand. † vbi si vendo tibi prædia mea, quæ habeo in tali territorio cum omnibus iurib.meis, non venit ius pedagij colligendi, nec venit merum aut mixtum imperium: eò, quia nõ sunt de natura rei venditæ, sed aliud ius incorporale, vt per Inno.in d.c.ex literis.

Quibus tamen non obstantibus, contraria sententia est de iure verior in terminis nostris, vt constat ex scriptis per Bald.in c.1. de capit.qui. cur. vend. vbi
35 concludit, † quando Imperator solùm concedit iurisdictionem, tunc non veniunt molendina: quia licèt castrum sit sub Imperatore, tamen molendina non sunt Imperatoris, l.sed Celsus, in princ.ff.de contrah.empt. secus quando cõcedit castrum cum pertinentijs suis, & iuribus ad ipsum castrum spectantibus, quia tunc veniunt molendina accessoriè, arg.l. si adoptauero. ff.de preca.& ita notat glo.in d.c.j. nisi essent molendina priuatarum personarum: quia in generali concessione, vel indefinita nunquam venit, nisi ius concedentis, l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. & cum Bald. ibi pertranseunt Alua. Præpos.& Afflict.Iacob.de S.Georgio in inuestit.sua in verb.de castro Rubei.col.j. vers.quæro etiam, & in verbo, Et cum molendinis, in fin.dum se remittit ad dicta per Bal.in d.c.j.Ias.in l.quòminùs. in 20.quæ.ff.de flum. & ibi Ripa nu. 130. Corn. in cons.321. col.pen.vol.4.& in terminis primogenituræ ita decidit Ceph. in cõs. 3.num.42.vol.j.vbi dicit, quòd veniunt molendina, census, reditus, & prouentus sub dicta primogenitu-
36 ra: nam, cùm sumus † in beneficijs Principum, ea latissimè interpretanda sunt, l.fin.ff. de const.princ. c. cùm dilecti.de dona.

Non obstant notata in contrarium, quia respondetur, aliud est loqui in domo, vel in possessione: quia nihil habet cõmune fundus vel possessio cum iurisdictione, meritò vno concesso aliud non censetur concessum: ita Bal.in d.l.à procuratore, quod secus est, quando est facta simpliciter concessio de castris: quia tunc comprehenditur iurisdictio: ita Ias. in d.l.quòminùs.in 20.quæst.in fin.& Cephal.in dicto cons.3.num.48.vbi dicit, contraria procedere in terris ac possessionibus particularibus, quæ diuerso iure ac separato ab ipso castro possidentur, vt declarat Socin.Iun.in cons.160.num.33.volu.2.cùm enim ab ipso castro sint separata, surgit dispositio, l. Papinianus exuli.ff.de mino. Sed in casu nostro bona hęc sunt castro vnita, & pertinentia, ergo transeunt sub iuribus castri.

Circa vltimum caput, in quo quęritur, an censeatur præiudicatum iuri primogenituræ magnifici domini Philiberti, per diuisionem factam per magnificam quondam dominã Catharinam de dictis feudis cum magnificis dominis Bartholomeo, & Petro de Carrettis. Et omissis superfluis, concludendum arbitror, quòd non, quoniam cùm per dictam primogenituræ concessionem factam à Cæsare Maximiliano ad instantiam domini Iacobi aut materni dicti domini Philiberti, & confirmatam à Carolo V. ad supplicationem dictę dominę Catharinę sit quęsitum ius prædicto domino Philiberto, clarum est, quòd de iuribus dictæ primogenituræ non potuit per eã fieri diuisio aliqua de dictis feudis inuito dicto domino primogenito, & in eius præiudicium.
37 text. est clarus in l. fin. ff. de pac. † vbi ius quæsitum mihi ex facto tertij non potest auferri sine consensu meo, facit l. cùm à socero. vbi notant omnes C. de iure dot. Gozad.in cons. 42. nu. 19. vbi ius quæsitum mulieri ex facto patris tolli non potest, ipsa nõ consentiente, quod etiam procedit, si in spe tantùm ius quæsitum fuisset, vt tradit Bald. in l. si constante. in fin. C.de donat. propter nupt. per illum text. vbi inquit, quòd quando ex consensu contrahentium, vel occasione contractus per dispositionem legalem esset alicui ius quæsitum in re, vel in spe irreparabile, non potest ab illo contractu recedi in eius præiudicium eo non consentiente, cuius sententiam amplectuntur Ias. in dicta l. fin. colum. j. Dec. in consilio 239. columna 3. in fin. versic. sed breuiter his non obstantibus, & in consil. 607. num. 12. Ruin. in consilio 186. colum. penult. num. 2. volum. 1. Accedit quoque quod dixit Paul. de Cast. in consil. 161. vers. applicando igitur. vbi ait, quòd per donationem factam à Rege vni, & eius primogenito, ac alijs successiuè omni-

bus comprehensis in tali donatione fuit quæsitum ius, adeò quòd non potuit fieri præiudicium cõprehensis per alios anteriores nominatos in alienatione per eos facta, & Castren. sequuntur Socin. Iun. in cons. 110. col. pen. vol. 2. & in cons. 112. num. 2. vol. eod. Dec. in cons. 468. col. pen. ver. secundò principaliter. & in cons. 498. col. 5. vbi etiam inquit, quòd per recognitionem feudi factam per dominum Palauicinum, de bonis contentis in prima, & in secunda inuestitura, quæ continet donationem liberam, non præiudicatur posteris, quibus ius erat quæsitum ex prioribus inuestituris continentibus liberam donationem, quia tale ius tolli nõ potuit, nec alterari per dictum dominum Palauicinum.

38 Secundò facit, † nam ius primogenitur̃ę maxima ex parte accedit ad naturam feudi, Socin. in cons. 47. ver. tertia ratio. vol. 3. Paris. in cons. 72. nu. 74. vol. 4.

39 † Sed pater in feudo paterno & antiquo, non potest filio præiudicare, c. j. de succes. feud. cap. j. de alie. feu. pater. ergo nec in iure primogenituræ. Tiraquel. in tract. de iure primoge. quæst. 23. num. 10.

Tertiò confirmatur hæc sententia ex not. per eun
40 dem Tiraquel. in d. tract. q. 21. nu. 7. vbi dicit, † quòd quando ius primogenituræ competit ex dispositione vel priuilegio Principis, ex quo illud consequitur primogenitus, non à patre aut lege communi, sed ex illa dispositione Principis speciali, vt per Bartol. in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & Bal. in auth. si quas ruinas. col. 2. C. de sacrosan. eccle. quòd illud ius habitum spe firma per patrem tolli non potest, cùm transiuerit in contractũ, allegat Panor. in cons. 85. col. j. vol. j. quem sequitur Moder. in consuet. Paris. in §. 85. glo. 3. quæst. 2. in fin.

Vlteriùs facit, quod interrogatus respõdit Bolog.
41 in consil. 62. in j. dub. vbi inquit, † quòd si vir & vxor Principis auctoritate maioricatum constituerunt in omnibus aut certis quibusdam bonis suis, quòd vnus sine altero, nec vterq; sine consensu Principis poterit huiusmodi maioricatũ conuocare. Sequuntur Tiraquel. in d. tract. q. 8. nu. 7. & Ceph. in cons. 12. nu. 33. vbi inquit, testatorem in suo testamento non posse præiudicare iuri primogenitur̃, nec posse primogenitum sine causa priuare ad instar legitimæ, & qũòd sicut in constitutione maioricatus requiritur consensus domini, ita & in eius destructione.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XI.

1 *Multiloquium solet prudentissimos stomachari.*
2 *Veritas mater est iustitiæ.*
3 *Veritati omnia cedunt.*
4 *Qualitas aliqua vbi in inquisitione deducitur, vt sequatur condemnatio, si ea non probatur, absolutio sequi debet, & præsertim, quando super tali qualitate fundata est principaliter intentio inquirentis.*
5 *Verbis iudicis in inquisitione positis, non creditur sine probatione.*
6 *Actore non probante reus debet absolui.*
7 *Dolum allegans, illum probare tenetur.*
8 *Bonus quilibet præsumitur.*
9 *Dolus probari debet ex indicijs perspicuis, id est, claris, & manifestis.*
10 *Qualitas deducta in inquisitione, quæ necessariò apponenda non erat, si probata non sit, condemnatio sequi non debet.*
11 *Animus per testes probari non potest.*
12 *Animus est quid latens in corde, quid inuisibile, & res quæ non potest percipi aliquo sensu corporis, & qui à solo Deo cognoscitur.*
13 *Inquisitio si contineat, quòd quis protulit aliqua verba animo & intentione iniuriandi aliquem, si non probetur de tali animo et intentione, inquisitus absoluitur: quoniam dictis verbis non standum, si qualitas non probetur.*
14 *Animus verus per actus exteriores non comprehenditur: sed fictè.*
15 *Damnari quis ad mortem non potest ex indicijs indubitatis.*
16 *Animus verus per actus exteriores potest comprehendi, quando præcisè tenderet ad delictum, aliàs secus.*
17 *Verbum iniuriosum, licèt in dubio præsumatur dictũ animo iniuriandi, tamen id locum habet, vbi alia coniectura sumi non potest, aliàs secus.*
18 *Absolutio sequi non debet, vbicunque aliquid deducitur in inquisitione, quod etiam si probatum esset, non inferret delictum.*
19 *Inquisitio calumniosa vbi formatur, inquisitus comparere potest per procuratorem.*
20 *Exceptio quòd delictum est impunibile, impedit litis ingressum.*
21 *Delictum vbi non est punibile, super eo non potest formari inquisitio.*
22 *Animum delinquendi nõ habet, qui opponit exceptionem, vt alium ab intentione repellat.*
23 *Dolus imputari non potest ei, qui iuris sui conseruandi causa aliquid egit.*
24 *Illatio recta non fit ex separatis.*
25 *Rescripta Principum, quæ sunt contra ius, obseruari non debent.*
26 *Paupertas non est de genere malorum.*
27 *Delictum in dubio non præsumitur.*
28 *Castellanus, qui ex causa nobilem loco sui constituit, excusatur si nobilis tradit arcem inimicis.*
29 *Potestas nobili assignare potest ciuitatem pro carcere.*
30 *Statuto si caueatur, quòd accusatus pro delicto poni debeat in carcere, illi satisfactum dicitur, si officialis dedit nobili ciuitatem pro carcere.*
31 *Nobilis non debet ita duriori carcere mancipari sicut plebeius.*
32 *Testibus nobilibus magis creditur, quàm pluribus vilibus, vel rusticis.*
33 *Intellectus hominis debet esse benignus.*
34 *Verba vbi possunt trahi ad falsum & non falsum, fit interpretatio exclusiua falsitatis.*
35 *Ex præterito in præsenti non præsumitur quoad præsumptionem delicti.*
36 *Præsumptio, quòd quis nõ præsumatur delinquere tanquam potentior tollit aliam præsumptionem.*
37 *Verba testium deponentium aliquem dixisse, ego vlciscar de tali, debent intelligi de vindicta licita per viam iuris & iustitiæ.*
38 *Delictum quando potest iudicari grauius vel leuius, interpretatio sumi debet quòd sit leuius.*
39 *Verbum, quod potest importare iniuriam vel non iniuriam, accipi debet in mitiorem partem, vt non sonet in iniuriam.*
40 *Liber Iudæorum, in quo sunt scripta verba ignominiosa Christi, præsumitur scriptus vt euitetur delictum ante aduentum Christi.*
41 *Verba, ruina ruina, prolata per aliquem, interpretanda sunt vt euitetur delictum ad non deprauatum sensum.*
42 *Verbum violenter, potest intelligi actiuè & passiuè.*
43 *Verba testis ambigua debent intelligi contra proferentem.*
44 *Iniuria non committitur sine effectu & casu iniuriandi.*
45 *Animus iniuriandi in dubio non præsumitur.*
46 *Error iuris, licèt non præsumatur, tamen potius error, quàm dolus præsumendus est.*

47 Error

47 *Error iuris potiùs præsumitur, quàm donatio & mala fides.*
48 *Verbum dubium & obscurum declaratur per proferentem.*
49 *Dependentia ab animo alicuius, probatur eius iuramento.*
50 *Verba confitentis in dubio, in eius fauorem interpretari debent.*
51 *Coniunctus non præsumitur aliquid dixisse in iniuriam coniuncti.*
52 *Accusationem non probans ratione coniunctionis excusatur à calumnia.*
53 *Dolus non solet committi aduersus personam non maliuolam.*
54 *Cessante causa doli, debet cessare doli præsumptio.*
55 *Dolus non solet committi sine animo lucrandi & sine causa.*
56 *Falsitas non præsumitur dolo commissa à notario, nisi quando consequitur emolumentum.*
57 *Dolus ex receptatione alicuius personæ vel rei nō præsumitur contra receptantem, si commodum ad eum non peruenit.*
58 *Doli suspicio cessat contra rapientem puellam, quando ex raptu commodum non sentit.*
59 *Dolus non præsumitur in mendace, qui nullum commodum ex mendacio consequitur.*
60 *Dolus non præsumitur in eo, qui facit aliquid, quod cedit in sui damnum.*
61 *Propositum principale attendi debet.*
62 *Turbatio reipublicæ, si causata fuit secundariò ex dissensu priuatorum, hi puniri non possunt, vt turbatores reipublicæ, cùm principaliter nō tenderent ad ipsius turbationem.*
63 *Statutum puniens leuantem rumorem in loco, non habet locum in eo, qui percutiēdo inimicum suum incidenter rumorem leuauit.*
64 *Præsumptio iniuriæ cessat in eo, qui literas scripsit officiali Principis.*
65 *Fatuum est, latrare contra eos, qui mordere possunt.*
66 *Argumentum à communiter contingentibus, est validum in iure.*
67 *Præsumptio doli cessat in eo, qui verba profert in publico.*
68 *Verisimilitudo attendi debet.*
69 *Voluntas loquentis interpretanda est secundum magis verisimile.*
70 *Verisimilitudinem maximè ponderare debent iudices in veritate deprehendenda.*
71 *Iudex fidem adhibere non debet non verisimilii.*
72 *Verisimilitudo attendi debet, quando consonat iuri communi, & rationi.*
73 *Probationes quando sunt hinc inde pares, tunc magis est credendum testibus concordantib. cum iure comuni.*
74 *Verisimilitudo est cognata naturæ.*
75 *Præsumptio an aliquid dolosè factum fuerit, vel erronèe, ex qualitate personarum deprehenditur.*
76 *Pœna quando imponitur, consideranda est persona, an sit nobilis vel ignobilis.*
77 *Qualitas facti, ex qualitate personæ facientis præsumitur.*
78 *Primum & vltimum demonstrat voluntatem & intentionem medij.*
79 *Præsumptio medij sumitur ex extremis.*
80 *Possessio continua probatur per extrema.*
81 *Lubricum linguæ non ita de facili ad pœnam trahi debet.*

CONSILIVM XI.

Missō multiloquio, † quod prudentissimos solet stomachari, vt exordiar cum Aret. in consil. 6. in princ. & inhærendo † veritati, vt decet, quæ est mater iustitiæ, Bald. in l. libertini. ff de sta. hom. † & cui omnia cedunt. c. fraternitatis. de frigid. & malef. c. veritati. 8. distin. in præsenti casu dicendum venit, quòd D. V. absoluendus veniat à contentis in inquisitione ex pluribus. Et primò ex * cōmuni conclusione, quæ habet, quòd † vbi in inquisitione deducitur aliqua qualitas, vt sequatur condemnatio, si ea non probatur, absolutio sequi debet, & maximè quando super tali qualitate fundata est principaliter intentio inquirentis. Marsi. in cons. 48. nu. 16. & in consil. 57. num. 18. † quia nō creditur verbis iudicis in inquisitione positis sine probatione. Fulgos. in cons. 107. col. 2. quem sequitur Dec. in consil. 170. col. 2. & in consil. 189. col. fin. Marsi. in pract. crim. in §. constante. nu. 16. & in dicto consilio 57. num 15. Sed in inquisitione formata contra dictum V. dicitur, quòd dolosè scripsit contra Principem suum illustrissimum contenta in literis suis, † quod equidem probatum non comperitur, ergo absoluendus, l. qui accusare. C. de eden. Regula enim est trita, † quòd fundans se in dolo, illum probare tenetur, l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. † nam quilibet præsumitur bonus & non dolosus, l. meritò. ff. pro socio. † & quidem indicijs perspicuis, id est, claris & manifestis, l. dolum. C. de dolo. Craue. in cons. 8. colum. 3. Socin. Iun. in cons. 37. nu. 27. vol. 2. & in cons. 178. num. 23. volu. eod. & in propriis terminis ita consuluit Dec. in cons. 256. colum. 3. & vltra eum Marsi. in consilio 7. nu. 59. Socin. Iun. in cons. 37. num. 34. volu. 2. & in cons. 36. num. 3. volum. eod. imò plus dixit Bart. in l. is qui reus, versic. venio ad quæstiones. ff. de pub. iud. † quòd si aliqua qualitas deducta est in inquisitione, quæ non erat apponenda necessariò, si ea non sit probata, sequi non potest condemnatio, sequitur Marsi. in citato cons. 7. num. 68. Alex. in cons. 159. col. 3. volum. 6. & Ruin. in cons. 10. colum. 2. vol. 5.

Secundò dicitur, quòd absolui debet: quia in inquisitione dicitur animo & intentione vt incuteret timorem illustrissimo suo Principi, &c. qui animus probatus non videtur, nec mirum, † cùm non possit per testes probari, Inno. in c. super hoc. de renunc. Bald. in l. si quis filio §. eius qui. ff. de iniust. rup. testa. † nam animus est quid latens in corde, quia inuisibilis, & res quæ non potest percipi aliquo sensu corporis, & qui à solo Deo cognoscitur, gl. in l. 2. ff. de interroga. actio. Marsi. in cons. 96. num. 7. & in terminis Rui. in cons. 81. col. 2. vol 4. vbi inquit, † quòd si in inquisitione dicatur, quòd quis protulit talia verba animo & intentione iniuriandi aliquem, quia istud non præsumitur, sed potiùs contrarium, quòd si nō probatur de tali animo & intentione, reus debet absolui, quod subdit etiam procedere, si cōstaret ex inquisiti confessione, quòd ipse scripserit talia verba. Nec habet obstare, quòd animus etiam per actus exteriores comprehēdatur, l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de ficar. quia respondetur, † quòd animus verus per dictos actus non dignoscitur, sed fictus, quæ fictio locum non habet, nec est sufficiens ad pœnam corporalem imponēdam, quod patet: quia † ex indicijs indubitatis quis etiam nō potest damnari ad pœnam corporalē. Gand. in trac. malef. sub rub. de præsump. & ind. indub. Marsi. in cons. 96. nu. 10. Item respondetur, quòd istud posset habere locum, vbi † per actus exteriores animus præcisè tenderet ad delictū, aliàs secus, vt in casu de quo agitur, vbi verba alio modo interpretari possunt, quàm ad delictum, vt infrà dicetur. Pro qua opinione facit, quod voluit Ruin. in cons. 145 nu. 16. vol. 5. vbi dicit, † quòd licèt in dubio verbū iniuriosum præsumatur dictum animo iniuriandi, si non probetur contrariū, tamen illud procedit, vbi alia coniectura præsumi non potest: quia non posset excusari aliquo errore vero vel præsumpto, aliàs secus quando sunt coniecturæ verisimiles. rursus Ruin. cons. 3. nu. 5. ver. nec obstat. vol. 5.

18 Tertiò facit, vbicunque † aliquid deducitur in inquisitione, quod etiam si probatum esset, non inferret delictum, pro quo inquiritur, absolutio fieri debet. Signo. in cons. 125. col. 3. vers. esto. Bald. in consil. 425. vol. 5. quos sequitur Dec. in d. cons. 256. col. 3. nam talis inquisitio tanquam calumniosa repelli debet, iuxta glo. in l. qui cum maior. §. si patris. in verb. calumnioſam. ff. de bon. liber. Et ideò dixit Marſ. in
19 cons. 49. nu. 60. quòd † quoties contra aliquem formatur inquisitio calumniosa, talis inquisitus potest comparere per procuratorem, vt dixit Cy. in l. reos. C. de accus. quod dictum refert, & sequitur Bal. in l. 2. C. vt nemo priuat. quod dicit notandum. idem Marſ. in pract. sua, in §. sequitur. nu. 20. quem sequitur Rub. Alexan. in l penult. §. ad crimen. num. 95. ff.
20 de publ. iud. † Exceptio enim, quòd delictum est impunibile impedit litis ingressum. Bart. in l si seruus. C. de his qui ad ecc. conf. Iaſ. in l. nam & posteà. in 3. col. & 2. de iureiur. Bartol. & alij in l. vbi pactum. C. de
21 transact. vbi † quando delictum non est punibile, in eo & super eo non potest formari inquisitio, sequitur Marsil. in cons. 128. num. 25. & in pract. sua crim. in §. postquam. num. 102. Sed ex verbis dictarum literarum, super quibus est formata inquisitio, nullum oritur delictum punibile: quia licèt in eis dicatur, *che la petition e richiesta fattoli sia sopra le forze sue, trouando si tanto esausta la vniuersità e roinata come si troua, e che di piu sia con poca ragione per questi soi benedetti priuilegi*: tamen ex his non potest inferri ad aliquod delictum, cùm verba dicta videantur pro conseruatione priuilegiorum suorum, & sic pro iure suo con
22 seruando. † nam animum delinquendi non habet, qui opponit exceptionem, vt alium ab intentione
23 repellat, c. cum dilectus. de ord. cogn. Item † dolus imputari non potest ei, qui sui iuris cõseruandi causa aliquid egit, l. 3. §. quod ait prætor. ff. de incen. ruin. naufr. & ideo dixerunt Dec. in cons. 256. Iaſ. in consil. 167. in 4. volum. & Ruin. in cons. 145. volum. 5. qui omnes tres consuluerunt in vno casu, quòd delictum seditionis & tumultus nullo modo probari videtur ex eo, quòd dominus Paris Ceresarius nobilis Mantuanus, dixisset illustrissimum Marchionem Mantuæ dominum suum malefacere transferendo carceratos de loco Asulæ ad ciuitatem Mantuæ: quia hoc facere non poterat, cùm essent separatæ iurisdictiones: quoniam ista verba sunt valde diuersa à tu-
24 multu & seditione: † Vnde ex diuersis recta non fit illatio, l fin. ff de separa. Item, quia tale delictũ, quod Princeps malefaciebat, non continet iniuriam nec contumeliam Principis, ex quo sunt fundata in iu-
25 re, & leges præcipiunt, † quòd rescripta Principum, quæ sunt contra ius, non debeant per officiales obseruari, nec istud grauiter ferre debẽt Principes, per text. in cap. si quando. de rescrip. ibi, patienter sustinemus si non feceris, quod nobis praua insinuatione suggestum fuit. Item nec ex aliȝ verbis sequentibus, dum dicitur: *Veddo che sua Signoria sta ferma in voler tutta la somma adimandata, e che essendo Signore e patrone come è, li pare strano non esser obedito e compiaciuto, che saria molto conueniente al populo al qual pare di hauermolta ragione di contradire per la pouertà & impotentia sua, la qual senza dubio è molto maggiore che non si crede per li soi priuilegi, delli quali è molto gelosissima.* Quia
26 dicta verba continentia paupertatem, † quæ non est de genere malorum, Spec. in titul. de teste. §. 3. versic. item quod est pauper. Inno. in ca. sedes apostolica. de rescr. plus, & conseruationem priuilegiorum, non
27 possunt ad delictum trahi, † quod in dubio non præsumitur, l. meritò. ff. pro socio. & maximè in nobili, pro quo multùm præsumitur, gloss. in cap. illud. 40. distinct. & ideò dicit Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit.
28 de loca. super rubri. in fin. fuisse excusatum † quendam Castellanum, qui ex causa constituit loco sui quendam nobilem, qui posteà tradidit arcem inimicis, nam fuit excusatus, quia non erat præsumendum, quòd nobilis proditionem faceret, sequitur Iaſ. in l. si pecuniam. §. fin. in fin. ff. de cond. cau. data etiam non secu. vbi etiam allegat dictum singulare Angel. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. vbi
29 dicit, quòd † Potestas potest assignare vni nobili totum palatium pro carcere, imò totam ciuitatem,
30 & quod singularius est, quod satisfacit † statuto disponenti, quòd accusatus pro delicto debeat poni in carcere, quod inquit diligenter notandum Iaſ. in l. admonendi. col. 20. ff. de iureiuran. Paris de Puteo in tract syn. fo. 26. col. 2. vers. carcer. facit etiam quod voluit Angel. in l. si à bonæfidei. ff. de rei vendi. vbi
31 dixit, † quòd nobilis non debet ita duriori carcere mancipari, sicut plebeius, sequitur Foller. in pract. crim. in vers. vel carcerentur. nu. 5. & quod dixit Bal.
32 in l. testium. col. fi. C. de testib. vbi inquit, † quòd plus creditur testibus nobilibus, quàm pluribus vilibus vel rusticis, Craue. in consilio 6. num. 28. imò plus dicitur, quòd ex dictis verbis comprehenditur bonus animus dum dicitur: *Veddo che sua Signoria sta ferma in voler tutta la somma domandata, & essendo Signore è patrone come è li pare strano non esser obedito è compiaciuto, che saria molto conueniente.* pondera ista verba vltima, quæ sonant in bonam partem, & quæ attendi debent, si verò fit fundamentum in aliȝ verbis sequentibus: *non manchano mormoramenti che oltra li altri priuilegij fra quali è chiaramente promesso, che là citrà non possa esser grauata da qual si voglia straordinaria grauezza, ne impresto, ne donatiuo*: quòd importent delictum, negatur: quia quòd sit tale priuilegium, deponit dom. Ioannes Galia, qui dicit, quòd priuilegia fuerunt lecta à domino Francisco Crena sub palatino communitatis in præsentia domini Bartholomæi Spinulæ & ipsius Galiæ, & quòd lectis ipsis priuilegiȝ fecit sibi dare copiam, quam iterum legit, & reperȝt quòd tenor erat, *che la vniuersità non potesse esser grauata ne d'impresto, ne d'altra grauezza.* & sic apparet, quòd ista verba non fuerunt dicta ad alium finem, quàm ad demonstrandum, quòd ipsi non tenebantur ad solutionem requisitã, stante forma priuilegij prædicti: vnde talia verba non possunt sonare in delictum & offensam.

Vlterius dicitur, quòd ipse non tenetur probare huiusmodi murmurationẽ, cùm satis pateat ex memoriali inserto in processu, & ex testibus examinatis, quòd totum suum conatum faciebat ipsa vniuersitas in priuilegiȝ suis, de quibus per inquisitum petita fuit copia sæpissimè, vt magis demonstrare posset veritatem eorum, quæ continentur in literis, de quibus suprà, & quam habere non potuit, si autem fit vis in aliȝ verbis, *vi è questo principalissimo che la vniuersità quando venne in mano delli Signori soi anteccssori del Verme, se gli dono spontaneamente, & solamente per quanto durerta la linea masculina, la qual manchando, la vniuersità torni in libertà sua antica, & se ben al presente forse non sono in esse di cercar ne proseguir queste sue pretensioni, non mi par però bene il malcontentargli e disperarli*: quòd ea sonent in offensam domini: quia respondetur, quòd quantum sit ad primum caput, expresse dictum fuit per agẽtes vniuersitatis in memoriali dato Galiæ & consocio, quando eos transmiserunt L. vt patet in capitulo tertio, quòd deberent notificare domino quemadmodum vniuersitas non erat de comitatu, sed quod propter antiquã & sinceram affectionem, quam semper portarunt versus hanc illustriss. domum, & eius merita, spontè se dederũt, & ex sua mera liberalitate, & ob id, quòd in petitione erat facienda differentia inter ipsam vniuersitatem, & alia loca comitatus. Et licèt addita fuerint illa verba: *e se ben al presente, &c.* tamen illa non sunt capienda in malam partem, sed quòd potiùs bono zelo dixerit, vt euitarentur amaritudines, quæ causantur aliquando ex istis impositionibus, in quibus homines existimant se vltra grauari, quàm importent fortunæ & vires suæ. Nam ista verba debent taliter intelligi, quòd sint exclusiua deli-
33 cti, dict. l. meritò. † cùm intellectus hominis debet esse benigꝰ. Bal. in l. moneor. C. si ser. expor. & in delictis semper præsumetur pro eo, quod excusat. Bal. in l. precibus. colum. 7. C. de impub. & aliȝ substit. Et
34 ideo nos videmus, † quòd vbi verba possunt trahi ad falsum & non falsum, fit interpretatio exclusiua falsitatis, Dec. in cons. 36. colum. 2. cons. 101. colum. 3. Alciat. in tract. de præsumpt. in 3. regulâ præsump. 13. Ruin. in cons. 14. num. 3. & 7. volum. 5. & in cons. 46. num. 27. vol. eod. Marſ. in cons. 51. num. 3. Hinc etiam
35 dixit Rui. in cons. 162. in fin. volum. 4. † quòd licèt de

præ-

præterito præsumatur in præsens.l. siue possidetis. C.de proba. tamen istud locum non habet quò ad
36 inducendam præsumptionem delicti, imò † ista præsumptio, quòd quis non præsumatur delinquere.iuxt.dict.l meritò, tanquam potentior tollit aliam præsumptionem.& sic facit, vt de præterito in præsens non præsumatur. Accedit quoque quod
37 not.Alex.in consilio 188. num.7.volu.7. vbi si † probatur per testes aliquem dixisse: ego vlciscar de tali, talia verba debent intelligi de vindicta licita per viam iuris & iustitiæ: sequitur Craue.in cons.151.numer.18.Item & dicta per Craue.in cons.6.num.96.vbi arguendo de parte ad totum per l.quæ de tota.ff. de rei vend.dicit, quòd sicut in dubio quando potest fieri interpretatio, quòd aliquod sit delictum & non delictum, debet sumi interpretatio, quòd delic-
38 tum cesset.eodem modo † quando potest fieri interpretatio, quod delictum sit grauius vel leuius, debet admitti interpretatio, vt iudicetur delictum leuius & minus.l.præses.ff. de pœn. Ruin.in consilio.165.nume.8.volum. 5. Niconic. in rubr.de oper. no.nunci.num.69.Ruin.in cons.122.num.8.volum. 4.& in consi.1.nu.3.volum.5. Si vero & vltimò sit etiam capitale in alijs verbis: *Questo populo e molto sensitiuo, e facile con le occasioni à leuarsi le sue voglie, & alle volte non è in mano de buoni e diuoti refranare animali de tanti capi.* quòd talia verba dicta sint in offensam domini, vt magis eum terrerent, & ad hoc vt condescendatur ad vota ipsius vniuersitatis, dicitur, quòd ea intelligenda sunt ad exclusionem delicti,& quòd sumenda est interpretatio, quòd dicta sunt ex bono zelo,& animo molestè ferendo, ipse dominus V. huiusmodi requisitionem propter affectionem suam erga dominum, cogitando quòd sæpenumero dominus propter huiusmodi requisitiones & exactiones, à subditis perdit statum,& ista interpretatio omninò sumi debet ex his, quæ dixit
39 Bart.in cons.108.vbi inquit, † quòd quando vnum verbum profertur, quod potest importare iniuriam vel non iniuriam, debet accipi in mitiorem partem, videlicet quod non sonet in iniuriam, sequitur Marsi in cons.21.num 9.51.num.32.& 132.nume.10.in rubr.de fideiuss.num 61.Ruin.in consi.81.num.3.volum.4.& ex not.per Alex.in consi.233.colu.2.volu.6.
40 vbi dicit, † quòd si reperiatur liber Iudæorum, in quo sint scripta verba pertinentia ad ignominiam & iniuriam Christi crucifixi, si nõ apparet quonam tempore liber ipse sit factus, non præsumitur scriptus post aduentum Christi, sed ante,& cessat delictum iniuriæ: si ergo Iudæus Christi inimicus in dubio non præsumitur aliquid dixisse vel scripsisse ad iniuriam Christi, quantò minus præsumi debet crimen offensæ in subdito contra dominum suum? ita in terminis arguit Craue.in consilio 9. num.20. versic.& in terminis. Item faciunt dicta per D.Iass.
41 & Ruin.in consilijs suprà citatis, vbi tradunt, † quòd quamuis per verba, ruina ruina, prolata per dominum Paridem possint trahi ad aliquem deprauatum sensum, puta, quòd dominus Marchio Illustrissimus erit ruina terræ Asulæ, tamen quòd hoc modo capi non debent, sed intelligenda ad pœnam euitandam omni alio modo, qui prodesse possit do. Paridi, vt in casu magis dubitabili absque dubio voluit Bart.in l.2.ff.de duo. reis, vbi dicit, quòd aduocatus volens probare, quòd Titius cognouit Seiam, inferendo vim, formauit articulum quòd Titius cognouit Seiam violenter,& sic etiam deposuerunt testes, vnde Bartol.determinat, quòd testes non be-
42 nè probant: quia † verbum, violenter, potest intelligi actiuè, hoc est, de violentia illata ab ipso Titio, & passiuè de violentia illata ipsi Titio, per quam
43 compulsus est hoc facere: quia † verba testis ambigua intelligi debent contra proferentem.c.in præsentia, de proba. Et ita ex his videtur, quod satis appareat de non delicto domini V. quod multò magis ex infrà dicendis manifestiùs constabit, ipsum non habuisse animum iniuriandi dominum suum,
44 quandoquidem † iniuria non committitur sine
45 affectu & animo iniuriandi.l.illud.ff.de iniur. † Et in dubio non præsumitur animus iniuriandi & delinquendi, vbi potest capi alia coniectura. d.l.meritò. Et ideò iura dicant, quòd licèt iuris error non præsumatur, secundùm Barto. in l.sed si lege.§.scire. ff.de pet.hæred. tamen est potiùs error præsumendus, quàm dolus, secundùm Raph.in l. non fatetur.
46 ff.de confes.vbi dicit, quòd potiùs † præsumitur error iuris, quàm donatio.l. Titia. §. qui inuita.de le-
47 ga.2.l.cùm de indebit.ff.de probat. Et † potius quàm dolus & mala fides.l. 2.§. si à pupillo.ff.pro empt.sed animus & propositum non probatur, vt requiritur, vt per glo.in verb.ab iniuria.l.1.C.si quis imper.maled.vbi gloss exponit, id est, iniuriosè & ex animo, sequitur Ruin.in allegato consilio 145. nume.15. er-
48 go,&c.imò plus dicitur, † quòd cùm istud sit dubium & ambiguum, eius declaratio spectat ad ipsum D.V.l.si quis intentione ambigua.ff.de iud.vbi Bart. Ruin.in cons.1.colum.penult.volu.5.Et in terminis
49 nostris, † quòd sit ei standum eius iuramento, cùm istud dependeat à solo animo eiusdem, voluit Ruin.in cita.cons.145.num.28.& Dec. in allega. consilio 256.colu.penult.versic. & pro exoneratione. Marsi.in cons.96.nu.8.& 61.num.28.per glos.in §.aliæ instit.de
50 actio. † Et verba confitentis in dubio interpretari debent in fauorem ipsius. Butr. in c.ex literis,il 1.in fin. de sponsa.

Secundò, quòd non censeantur dicta verba prolata animo offendêdi Principem, arguitur hoc mo-
51 do: † Coniunctus non præsumitur aliquid dixisse gratia iniuriandi coniunctum.glo.in l. vestem.ff.de
52 iniur.l.si vxor.§.fi.& ibi gl.ff.de adult. † vbi non probans accusationem excusatur à calumnia ratione coniunctionis sanguinis. l. in senatusconsultum.§. eos.ff.ad Turpil.Craue.in cons.18.nu.21.ergo multò minus præsumendum est, quòd subditus voluerit pronuntiare verba aliqua tendentia ad iniuriam domini sui.ita Craue.in cons.9.nu.26.

53 Tertiò probatur: † nam dolus non solet committi aduersus personam non maleuolam. Corn. in cons.103.colum 3.circa fi.ver.ex quo actum fuit.volum.3.Craue.in cons.6.num.22.cons.8.nu.13.cons.9. nu.29.& in cons.75.nu.13.sed Princeps dom.V. iniusus non erat, nec probatur, quòd ante illa verba scripta fuerit in aliquo molestatus per Principem, nec quòd ab eo sustinuerit damnum aliquod, ita quod nulla causa potuit mouere eum ad prolationem dictorum verborum animo dictam offensam
54 committendi, quo casu † cessante causa doli, cessare etiam debet doli præsumptio. Craue. in alleg. cons.75.nu.13.cum seq.

55 Quartò † dolus non solet committi sine animo lucrandi,& sine causa: ita Marsil. in cons. 77. nume.
56 7.vbi † falsitas non præsumitur dolo commissa à notario, nisi quando committens falsum, consequitur aliquod emolumentum, sequitur Rub.Alexand.in consil.13.colum.1. Craue. in cons.8. num.
57 13.Bald.in cons.250.col.3.vol.1.† vbi ex receptatione alicuius personæ vel rei, nõ præsumitur dolus contra receptantem, quando ex tali receptatione commodum ad eum non peruenit. l. quòd si cùm scires. ff.de dolo.sequitur Crauet.in cons. 18. nume. 22.vbi
58 † etiam inquit cessare suspicionem doli contra rapientem pupillam, quãdo ex raptu commodum non sentiebat.Rursus Craue.in cons.75.num.13. Ruin.in
59 cons.8.in fi.volu.4. † vbi dolus non præsumitur in mendace, qui nullum commodum ex tali mendacio consequitur.Rursus Ruin.in cons.2. nu.11. volu. 2.& in cons.42.volu.eod.Socin.Iun.in cons.37.nu.3. vol.2.& in cons.38.nu.12.vol.eo. Sed ex dictis verbis nullum emolumentum consequitur dom. V. sed damnum potius reportaret, si ea dixisset animo do-
60 minum suum offendendi: quo † casu quis non præsumitur dolo fecisse, quod cedit in sui damnum.l. præses.C. de seruit.& aq. Craue.in cons. 75.numero 18.& eò magis dicendum est, hæc verba non habenda in consideratione, nec attendi deberi, cùm principaliter ad hoc non fuerint ordinata, sed in consequentiam propter conseruationem priuilegiorum suorum, & vt euitarentur omnes amaritudines,& mali animi, qui causantur ex huiusmodi petitionibus ac impositionibus: in quibus (vt dixi) homines ipsi existimant, se multò fortiùs grauatos quàm patiantur eorum vires, vt in proposito considerant

Dec.Iaſ.& Ruin.in d.conſilijs ſuprà citatis Nam re-
61 gula eſt triuialis,† quòd principale propoſitum at-
tendi debet,& non illud quod ſecundario ſequitur.
l ſi quis ne cauſam.ff.ſi cer.per.Et ideò dixit Feli.in
rubr.de treug. & pac.colum. 3. verſic. fallit quintò,
per text.in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de
62 captiuis. † quòd ſi ex diſſenſione priuatorum con-
tingat ſecundario modo cauſalis turbatio Reipu-
blicæ,non tamen ipſi priuati ex hoc puniuntur vt
ſeditioſi, vel Reipublicæ turbatores,cùm ad hoc
principaliter non intenderent. refert quoque Ca-
tal.in ſuo trac.ſyndica. in §. 124. dixiſſe Bald.in l.1.§.
huius ſtudij,col.3.ff.de iuſti.& iure, per d.§.in ciuili-
63 bus,conſuluiſſe in ciuitate Aſiſij , † quòd ſi ſtatu-
tum punit leuantem rumorem in aliquo loco, & v-
nus alium inimicum ſuum percuſsit , ex quo inci-
denter ſecutus ſit rumor,nõ habet locum ſtatutum:
quia ille principaliter non intendebat offendere
rempublicam.ſequitur Marſ.in conſ.67.nu.21. Rui.
in cit.conſ.143.nu.21. & Iaſ.in conſi.86.colu.3.circa
fi.volu.3.Alexand.in conſ.113.ad fi.volu.3.Marſ.ſing.
247.Grammat. vot.19.col.1.

64 Quintò probatur, quoniam iſta † verba reperi-
untur prolata & pronuntiata in ſcriptura directiua
ad officialem Principis,ergo ceſſare debet præſump-
tio iniuriandi & criminis.l. non exiſtimo. ff. de
admi tut.Quomodo enim eſt veriſimile ſi animum
habuiſſet proferendi verba illa in offenſam domini,
quòd ea protuliſſet ſuo officiali, quẽ ſciebat omni-
nò demõſtraturum ei dictas literas,cùm non igno-
raret magnitudinem pœnæ ſequi debere domino
65 iniuriantes ? † nam fatuum eſt latrare contra eos,
qui mordere poſſunt , vt inquit Iaſ. in d conſi.167.
colum.5.Vnde cùm à communiter contingentibus,
66 † quod argumentum validum eſt in materia pro-
bationis & præſumptionis.gloſſ.in l. neque natales.
C.de proba.Marſil.in ſing.1.qui vult aliquid in do-
minum dicere aut facere , non in literis directiuis
officiali Principis id exprimunt , ſed clandeſtinè a-
gũt,meritò ſequi videtur,quòd ceſſare debet huiuſ-
modi præſumptio delicti & offenſæ:ita dixit Cra-
uet.in ſimili,in conſ. 9.numero 18. vbi tradit, quòd
67 † quando verba dicuntur palàm,& in publico ſunt
pronuntiata, quòd ceſſare debet præſumptio iniu-
riandi,cùm non ſit veriſimile, quòd ſi quis habuiſ-
ſet talem animum, illa verba protuliſſet in publi-
cum,per rationem ſuprà citatam,quia à communi-
ter contingentibus ita fieri ſolet,& præſertim hæc
dicenda veniunt in d.dm.V.qui ſemper bene viſus
fuit à Principe & à quo nullum damnum paſſus eſt.
68 Vnde † iſta veriſimilitudo attendenda eſt,videlicet
quòd noluerit eum offendere,& non poſsibilitas,id
eſt,quòd poſsibile ſit,quòd voluerit domino ſuo in-
iuriari.Bald.in l.ſcripturę. colum.2. C.de fid.inſtru.
69 † nam voluntas loquentis interpretari debet ſecun-
dùm magis veriſimile.Alexand.in conſi.86.colum.1.
70 volum.4.† quam veriſimilitudinem maximè con-
ſiderare debent iudices in veritate deprehendenda.
Aret.in conſi.9.col.2.quem ſequitur Craue.in conſ.
71 61.num.9.Anch in conſ.257.vbi tradit, † quòd non
veriſimilitudinibus iudex non debet dare fidem.
Marſ.in conſ.101.num.26. vbi multa allegat,& ma-
72 ximè ea attendi debet,† cùm conſonat iuri commu-
ni & rationi,per ea quæ not.Inn.in c.auditis,de præ-
ſcript. Cur.Iun. in conſ. 150. colum 5.ad fin.vbi ait,
73 † quòd quando probationes ſunt hinc inde pares,
tunc magis credendum eſt teſtibus concordantibus
cum iure communi. Craue.in conſ.75.num.24. vbi
74 tradit,† veriſimilitudinem eſſe cognatam naturæ,
ſecundùm Bald.in conſ.180.vol.3.& haberi pro lege,
teſte Oldr.in conſ.13.in fin.& quòd illud dicitur ve-
riſimilius,quod magis conſonat iuri communi &
rationi,rurſus in con.135.num.33.& in terminis no-
ſtris in conſ.9.num.35.

Penultimò dicitur, quòd iſta verba potiùs inter-
pretanda ſunt,quòd erroneè dicta ſint, quàm dolo-
sè,quod probatur ex not.per gloſ.& Butr. in c.ſacro.
75 de ſent.excom. † vbi ſecundùm qualitatem perſo-
narum fit præſumptio,an malè factum fuerit erro-
neè actum vel dolosè : quia ſi factum à bono viro,
præſumitur erroneum , ſi ab inhoneſto doloſum.
Affli.in c.1.num.95 ex quib.cau.feud amit. ſed dom.
V.eſt probus vir , & ſolitus viuere nobiliter, ergo,
76 &c.Nam etiam in pœnis imponendis conſideratur,
an perſona ſit nobilis vel ignobilis ,vt ibi per Afflic.
num.80. Et ex qualitate perſonarum præſumimus
bonum vel malum,vt ibi num.82.Et ideò dixit Affi.
in c.1.in verb. & bona committentium, nu.67.quæ
ſint rega.quòd ſi quis ſcripſerit literas, non hoſtib.
ſed fidelibus,id quod eſt in damnum domini, ſi eſ-
ſet verum,quod tamen eſt falſum,tunc ex qualitate
perſonæ iudicabitur,per l.1.C.ſi quis imper. male-
77 dix.nam † qualitas facti ex qualitate perſonæ faci-
entis præſumitur.

78 Vltimò facit, † nam per primum & vltimũ col-
ligitur voluntas,& intentio circa medium.glo.2.in
79 c.accedens,vbi Butr.de conuerſ.coniuga.Et † ex ex-
tremis oritur præſumptio medij. gloſ. 2. in c. quia
ſunt.28.diſtinct. gloſſ. fin.in c. in die reſurrectionis.
80 de conſecra.diſtinct.5 Et propterea † ad probatio-
nem poſſeſsionis continuæ ſufficit probare extre-
ma.gl.in verb. inconcuſſam,in c. volumus.16. q.3.
Butr. & Imol.in c.cùm ad ſedem,de reſtit. ſpolia.ſed
vt videtur principium literarum & vltima pars,o-
mnia tendunt ad deuotionem Principis,& ad de-
monſtrandum , quantum cupit ſcribens ſeruire
Principi ſuo,ergo ex his colligi debet bona eius vo-
luntas & intentio,& per conſequens, quòd non ha-
buerit animum nec intentionem offendendi do-
minum ſuum:nam proniores eſſe debemus ad ab-
ſoluendum,quàm ad condemnandum.l. fauorabi-
81 liores, de reg.iur. Et † lubricum linguæ, non ita de
facili ad pœnam trahi debet.l.1.C.ſi quis imper.me-
ledix.l.famoſi.ff.ad l.Iul. maieſta. Dec. in cita. conſi.
256.col.2.in fin.imò dixit AEgid.in tract.ſuo crim.in
tit.de iniur.num.34.quòd ſi quis profert iniuriam
Principi quòd parcitur,prout communiter faciunt
boni Principes.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CON-ſilij XII.

1 *Iudices iuſtitiam colere & obſeruare debent, vt veri iudices eſſe dicantur.*

2 *Iudex iniuſtus,homo appellari non poteſt, ſed inter animalia bruta annumerandus.*

3 *Iudex æquitatem ante oculos habere debet, maximè quando eſt informata à iure.*

4 *Iudex conſcientiam habere debet.*

5 *Iudex debet habere duplicem ſalem,ſcientiæ & conſcientiæ: quia ſine ſcientia foret inſipidus,& ſine conſcientia diabolicus.*

6 *Iudices caueant, ne de facili prorumpant ad torturam.*

7 *Iudex torquens indebitè inquiſitum,ſi dolosè id agit, ſecundùm magis communem pœna capitali puniri debet.*

8 *Torquere eſt grauius,quàm detinere aliquem in priuato carcere.*

9 *Carcerem priuatum committens, decapitandus eſt.*

10 *Iudex ſi tranſgreditur leges,præſumitur in dolo.*

11 *Iura tranſgredi in criminibus grauibus licitum eſt, declara,vt in nu.72.& 75.*

12 *Ordo iuris non ſeruatur in enormibus delictis,contrà numero 76.*

13 *Teſtes recipi poſſunt lite non conteſtata,& parte non vocata in enormibus delictis.*

14 *Reus licet regulariter non poſsit defenſionibus ſuis renuntiare,tamen fallit in enormibus delictis.*

15 *Memoria defuncti damnari poteſt in enormibus delictis, & tamen leges dicunt crimina morti extingui.*

16 *Reus mortuus propter immanitatem criminis, poteſt dari beſtijs laniandus & comedendus.*

17 Reus

17 Reus in enormibus delictis potest spadachiari, & spadachiatus ad mortem duci.
18 Defensio denegatur reo criminis enormis.
19 Nobiles licèt furcis non suspendantur, tamen concurrente enormitate criminis suspenduntur, & in altioribus locis.
20 Homicidium est crimen enorme, grauissimum, & atrocissimum.
21 Homicidium inter horribilia crimina connumeratur.
22 Homicidæ per diœcesanos transmittuntur propter enormitatem tanti criminis ad curiam Romanam pro absolutione obtinenda, etsi ipsi eos absoluere possint.
23 Homicidarij dicuntur viri sanguinum.
24 Mandato superioris, quamuis duro, obtemperandum est.
25 Officialis, qui non paret mandato Principis, pœna sacrilegij tenetur.
26 Principi non obediens, morte debet mori.
27 Occidere licet quem Princeps iubet occidi debere.
28 Princeps si mandat officiali vt aliquem suspendat, sine peccato fit executio.
29 Gesta per Principem præsumuntur legitimè facta.
30 Princeps potest mandare officiali, vt ex processu informatiuo quem torqueat.
31 Tortura dari non potest, nisi præcedentibus legitimis indicijs.
32 Quod amplia primò procedere, etiam si iudex haberet liberum arbitrium.
33 Item & secundò in crimine læsæ maiestatis.
34 Iudex si non præcedentibus indicijs aliquem torsit, qui demum iudicem occiderit, alia leuiori pœna quam mortis puniri debet.
35 Indicia, vt dicantur, requiritur quòd testes repetantur citata parte, ad videndum deferri iuramentum testibus.
36 Testis receptus, parte non citata, non facit indicium sufficiens ad torturam.
37 Testes mille recepti parte non citata, non faciunt indicium ad torturam.
38 Quod amplia etiam procedere in processu informatiuo, & commisso à Principe cum facultate torquendi.
39 Præsumptio violentiæ oritur contra iudicem, contra ius aliquem torquentem.
40 Inquisitio formari non potest nullis præcedentibus indicijs.
41 Torturæ pœna grauior est, quàm vtriusq; manus abscisio.
42 Inquisito dari debet copia indiciorum cum termino ad illa purganda antequam torqueatur,
43 Iudex non potest tollere defensionem inquisito, quod procedit etiam, si haberet liberum arbitrium.
44 Defensio est de iure naturali.
45 Defensio tanquam quid naturale competit nedum hominibus, sed etiam animalibus brutis, & diabolo.
46 Præeminentia concessa magnæ Curiæ Vicariæ de torquendo, ex processu informatiuo, dicitur regia vsurpatio.
47 Rescriptum Principis de torquendo nullis præcedentibus indicijs, non valet.
48 Princeps nec de potestate ordinaria, nec de absoluta sine causa potest officiali mandare, quòd aliquem torqueat.
49 Rex creatur vt iustitiam faciat.
50 Rex licèt possit mandare, quòd existens in dignitate vel nobilis torqueatur, illud intelligitur debitis præcedentibus indicijs.
51 Inferior licèt Principi dicere non possit, Cur ita facis? tamen considerare debet, quòd est Deo subiectus, & si suam potestatem contra iura excedet, parum regnabit, vel eius posteritas.
52 Reges bonos Iuristas & conscientiatos ad eorum latus habere debent.
53 Princeps statuere non potest, vt reo non detur defensio.
54 Defensio, quæ est de iure naturali, per Principem tolli non potest.
55 Reo quantumcunque criminoso non est auferenda defensio, præsertim vbi agitur de vita hominis.
56 Princeps non potest tollere neque dare, quæ sunt iuris naturalis.
57 Princeps licèt per eius confirmationem possit supplere omnem defectum, si in ea apponatur clausula, supplentes omnes defectus, intelligitur tamen illa clausula, quoad defectus iuris ciuilis, non autem naturalis.
58 Princeps licèt de plenitudine potestatis possit tollere defensionem in causa ciuili pecuniaria, non tamen in causa criminali.
59 Defensio denegari non debet intitulato de crimine læsæ maiestatis.
60 Dispositio l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. quæ prohibet, ne quis pro reis interueniat, habet locum in iam damnato.
61 Defensio denegari non potest inculpato de hæresi.
62 Iudex non debet esse seuerior lege, imò clementior.
63 Defensio denegari non potest inculpato de crimine, contra quem proceditur per iudicem, ex processu informatiuo cum facultate torquendi.
64 Rescriptum tollens defensionem contradicit nedum iuri naturali, sed etiam diuino.
65 Ius diuinum est potentius iure naturali.
66 Defensio est de iure diuino.
67 Princeps ius diuinum tollere non potest.
68 Princeps, & si ex causa possit excedere, non tamen in his, quæ sunt de iure diuino seu naturali.
69 Duplex funiculus fortior est simplici.
70 Crimen veneni est detestabile & execrandum.
71 Crimen veneni est grauius homicidio.
72 Quis non dicitur talis, donec non est pronuntiatus pro tali.
74 Declaratio ad c. 1. de homicid. in 6.
77 Lex vbi non exigit in aliquo actu plenam probationẽ, sed contentatur solis articulis vel adminiculis, possunt recipi testes parte non citata.
78 Homicidium non est de casibus, in quibus recipi possunt testes parte non citata.
79 Testes parte non citata recipi non possunt in causa hæresis, cessante potentia intitulata de hæresi.
80 Princeps quotiescunq; mandat aliquid, quod expressè iniustum est, ei parendum non est.
81 Princeps si iudici mandat sine causæ cognitione crudeles vindictas contra subditos, supersedere debet per 30. dies ab executione.
82 Executor, qui habet conscientiam suam contra sententiam, quam exequi debet, licèt teneatur eam exequi, etsi ipsa iniusta sit, tamen illud intelligitur in causa ciuili, non autem criminali & corporali: quia tunc cessare debet ab illius executione.
83 Iudex qui vidit sententiam iniustam, potest consulere conscientiæ suæ, & illam non exequi renuntiando officio.

84 *Superiores facientes mandata magistratibus, vt talem mori faciant, non obstantibus aliquibus in contrarium facientibus tenentur in foro conscientiæ, & etiam pœna. l. 1. ff. de sicar.*

85 *Iudices exequentes mandata Principum, de tradendo aliquem morti, si iniusta sunt teneantur pœna l. Cornelia de sica.*

86 *Mandatum iniustum superioris, non excusat subditum illud exequentem.*

87 *Iuramentum præstitum per officialem Principi de ei obediendo, debet intelligi de licitis & honestis.*

88 *Præeminentia sibi concessa magna Curia Vicariæ ratò vtitur, & tantùm in latronibus insignibus, & in notorijs criminib. disrobatoribus stratarum, incendiarijs, violatoribus & raptoribus, contra quos laborat infamia & leuitas vitæ.*

89 *Vitæ leuitas probari debet.*

90 *Confessio extorta per torturam nullis præcedentibus indicijs, nulla est, & inquisito non præiudicat.*

91 *Quod amplia procedere, etiam si esset ratificata ad banchum iuris, & in ea perseueraret inquisitus.*

92 *Imò etiam si iurata fuisset.*

93 *Plus, & si peruenissent indicia.*

94 *Quod procedit etiam non solùm in criminibus minoribus, sed etiam in maioribus exceptis.*

95 *Item & si iudex haberet plenum arbitrium,*

96 *Iudices discant amplecti, quod æquum & iustum est.*

97 *Iniuriam facit legibus, qui vult se meliorem videri, quàm ipsæ leges.*

98 *Potestas omnis à Deo data est.*

99 *Consilium cum fatuis non habeas.*

CONSILIVM XII.

VT ex themate præsentis consultationis perspicio, quendam latrunculatorem video, qui postergata nedum iustitia, † quam iudices colere debent & obseruare, vt veri iudices esse dicantur: teste Spec. in titu. de offic. iud. deleg §. 8. versic. item quòd est odio, vbi inquit, iudicem non posse dici iustum, si in eo iustitia non
2 est, † cùm iniustus iudex homo appellari non possit, sed inter animalia bruta connumerandus, secundùm Aristo. 1. Politic. vbi sic ait: Sicut optimum animalium est homo lege fruens, ita pessimum animalium est homo à lege & iustitia separatus. Sed etiam
3 † æquitate, quam vnusquisque iudex ante oculos habere debet. l. quod si Ephesi. §. 1. ff. de eo, quod cer. loc. gl. solennis in l. inter filios. C. fam. ercis. quæ dicit, quòd iudex sicut legislator æquitatem sequi debet, licèt quandoque non sequatur oculo iudicis caligante, & præcipuè quando est à iure informata. c. ex parte, il 2. & ibi Abb. in 3. notab. de offic. delega.
4 Mantua sing. 451. necnon & † conscientiam, quam quoque habere debent. Bald. in l. 2. colu. fin. C. de senten. ex breui. recitan. Maran. in tract. de ord. iud. in disputatione prima, nu. 17. Curt. sen. in l. admonendi. nu. 382 de iureiurand. † vbi iudex habere debet
5 duplicem salem, scientiæ & conscientiæ: quia sine scientia foret insipidus, & sine conscientia diabolicus. Dec. in c. Canonum statuta, in 2. lect. num. 25. de constit. vbi ait, quòd iudex cauere debet à pœna. c. cùm æterni, de re iud. in sexto. ne iudicet contra cõscientiam & iustitiam, & ex processu informatiuo de homicidio, vt hic iudex, qui posuit quendã mercatorem nomine D. Ioannem de Scagliotis ad torturam, nulla facta repetitione testium examinatorum pro indicijs cum citatione inquisiti ad videndum deferri iuramentum ipsis testibus, & nulla data defensione, nec tradita copia repertorum dicto mercatori, quamuis sæpius requisita, sed denegata. Vt igitur propiùs accedam ad ipsam consultationem, in qua quæritur, an tortura ipsa legitimè dari potuerit, & an confessio exinde ab ea extorta ipsi inquisito præiudicare possit.

6 Primitùs monendum esse arbitror † iudices maleficiorum, ne prorumpant iniustè ad torturam, teste Catal. in tracta. de syndic. versic. 165. incip. Adde quòd diximus: vbi exclamat contra iudices, ne de facili prorumpant ad torturam, sequitur Gab. Sar. in add. ad singu. 55 Matthæs. nume. 2. Marsil. in con-
* silio 15. numero 3. Quoniam scire debent * communem fore sententiam scribentium imò crebriorem,
7 † quòd torquentes iniustè inquisitos pœna capitali plectendi veniunt. Bald. & Angel. in l. decuriones. C. de quæstio. Petr. de Rauen. in singu. 403 Marsil. in l. quæstionis modum, in fin. ff. de quæstio. vbi asserit hanc esse communem. Sapia in l. 1. numero 8. ff.
8 quòd quisque iur. vbi idem citat. † nam torquere est grauius, quàm detinere aliquem in priuato car-
9 cere. Cod. de custo. reo. † Sed qui detinet aliquem in priuato carcere, debet decapitari. l. 1. Cod. de priua. carce. ergo multò fortius, qui torquet indebitè. & Marsil. sequitur Foller. in pract. sua crimin. folio 517. num. 8. rursus Marsi. in §. expedita, in pract. sua num. 87. & in l. 1. §. præterea, num. 7. ff. ad l. Corn. de sica. vbi in istis duobus locis asserit hanc esse crebriorem Doct. sententiam, quod tamen intellige & declara, vt per eundem Marsil. in l. 1. num. 18. in fin. ff. de quæstio. videlicet quando dolosè hoc fecit, & sine causa, secus autem quando non fuit in dolo, sed in culpa: quia tunc non punitur pœna capitis, sed actione iniuriarum, arbitrio iudicis secundum Bald. in rubric. C. de pœna. iud qui malè iud. Ad-
10 uertendum tamen est, † quòd dolus in iudice præsumitur, quando transgreditur leges. teste Bald. in cons. 133. in fi. vol. 1. & Boss. in tract. crimin. in tit. de offic. l. corrup. num. 21.

Quo sic præmisso, adducam duo fundamenta propter quæ audio dictum iudicem maleficiorum fuisse motum, ad dandam torturam dicto merca-
11 tori. Quorum primum est: quia † in criminibus grauibus licitum est iura transgredi. Innoc. in c. 1. de constit. Bald. in c. furtum, in princip. de pace. iur. firm. Abb. in c. inter alia, de immun. eccles. Marsi. in consilio 5. num. 3. cons. 9. num. 19. 80. num. 1. & 121. numero
12 18. in tantum quòd † in eis ordine iuris non seruato procedi potest. Paris de Puteo in tract. synd. in 5. char. colu. 2. in fi. sequitur Marsi. in l. 1. num. 126. C. de rap. virg.

13 Hinc videmus, † quòd in enormibus delictis, lite non contestata, & parte non citata, possunt recipi testes, & sic contra titulum, vt lite non contestata, vt in c. 1. de homicid. in 6. & ibi Archidiac. & Gemin. Felin. in c. quoniam frequenter, col. penult. in princ.
14 vt lite non contest. Item † quòd licèt reus non possit defensionibus suis regulariter renuntiare in criminalibus, gloss. & Doctor. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. Iaso. in l iubemus. Cod. de iud. etiam cum iuramento. Bald. in l. 1. colum. 15. Cod. de confess. Felin. in c. cùm venissent. colum. fin. de testibus. Marsil. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 57. de quæstio. tamen hoc fallit in enormibus delictis: ita Felin. in d. c. cùm venissent, in 3. colum. Marsi. in pract. sua crimin. in §. diligenter. num. 162. Bald. in l. pronuntia-
15 re. C. de fer. Item † quòd in delictis enormibus potest memoria defuncti damnari. gloss. in §. per contrarium, Insti. de hæred. quæ ab intesta. quam dixit singularem Angel. in tract. malefi. in verb. qui iudex videns, versicu. & prædicta procedunt. Mantua in sing. 15. in princip. & tamen leges dicunt, morte crimina extingui. c. quorundam, 23. distinct. l. 1. & 2. C. si
16 reus accusa. mortuus sit. Pariter † quòd propter immanitatem criminis reus mortuus, potest dari bestijs laniandus, & comedendus, gloss. in leg. 2. ff. arb. fur. cæs. licèt in alijs debuisset humari. Mantua in ci-
17 ta. sing. 15. in princip. Et plus † propter delictum enorme, reus potest spadachiari, & spadachiatus duci ad mortem. Bald. in l. 1. column. 4. C. ne ex delict. defunct. Marsi. in l. vnius. §. cogniturum. num. 74. ff. de

quæstio

18 quæstio. Rursus † quòd reo dicti criminis enormis denegatur defensio, & patrocinium. l. omnes. Cod. de defen. ciu. Sicul. in c. quærenti, column. 6. de offic. delega Mantua. vbi suprà. Hinc etiam dixit
19 Bald. in c. cùm quidam, in fi. de iureiuran. † quòd licèt nobiles furcis non suspendantur, tamè concurrente enormitate criminis suspenduntur, & in altioribus furcis Marsil. in d. §. diligenter. nu. 166. sed
20 † crimen homicidij est enorme, grauissimum & atrocissimum. Socin. in cons. 157. nume. 11. post Angel. in cons. 217. sequitur Grauet. in consil. 9. numer. 3. &
21 † inter horribilia crimina connumeratur, ex Abba. Bernard. Diaz in practica crimin. in verbo homicidæ. nam nil grauius homicidio. Mant. in tract. de consilio, numero 73. Quòd autem hoc sit verum,
22 patet, quia † diœcesani propter detestationem, & enormitatem tanti criminis, communiter mittunt homicidiarios ad curiam Romanam, absoluendos à pœnitentiarijs, licèt & ipsi eos absoluere possint, vt tradit beatus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in 2. part. suæ Summæ, titu. 7. cap. 8. in princip.
23 † dicuntur homicidiarij viri sanguinum, vt dicitur in Psal. 54. & Genesis 9. cap dicitur: Quicunq; effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius dicit Dominus, & committens huiusmodi crimen, dicitur committere crimen numeratum inter maiora crimina, c. fin. de tempo. ord. & vt inquit Magister in historia scholastica, graue nimis est peccatum homicidij, quoniam homicida contumeliam facit Deo: quia occidit filium suum, cùm omnes simus filij Dei per creationem, vt in Psalmo, Filij excelsi omnes, & perfectiùs per fidem & baptismum, vt in Euangelio Ioannis primo cap. ibi, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Item facit iniuriam Angelo, qui custodit hominem. Item dicitur horrendum crimè. quia incidit in manus Domini, quia Deus faciet de eo vltionem, vt dicit Nicol. de Lira, in epist. Pauli ad Hebræos 9. cap. nam sanguis occisorum continuò clamat ad Deum, vt scribitur in Apocalypsi: Ecce post hæc vidi animas interfectorum, clamantes ad Deum, & dicentes: Vsque quò Domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum, de interfectoribus nostris, qui sunt in terris? Facit illuc: Clamitat ad cœlum vox sanguinis.

24 Secunda est, quia mandato superioris & Principis, quamuis duro obtemperandum est, nec sibi replicari potest, cur ita facis? c. in memoriam, 18. distinct. Et ideo officialis & Potestas, qui in officio sibi commisso paruit, superioris mandato non tenetur. leg. 1. in fin. Cod. de offic. præfect. præto.
25 & leg. 1. Cod. vt dig. ord. serue. vbi tenetur † pœna
26 sacrilegij, cap. 1. de maior. & obediend. vbi † qui non
27 obedit Principi, morte moriatur. † licet enim occidere eum, quem Princeps iubet occidi debere. Gand. in tracta. suo imm. rubric. de pœnis, columna penult. Cyn. in l. rescripta Cod. si contra ius, vel vtil.
28 publi. qui dicit, † quòd si Princeps mandat officiali, vt aliquem suspendat sine peccato, id fit per officialem. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum, colum. 18. versicul. limita. nonò de constit. Accedit etiam quod inquit Paris de Puteo in tract. syndic. in verb. tortura, versicu. mandauit Rex, vbi ait, quòd iudex, cui per Principem mandatur, vt etiam non præcedente causæ cognitione aliquem vltimo supplicio afficiat, potest mandatum exequi sine peccato, cùm
29 Princeps sit lex animata in terris. §. fin. in authen. de consul. † cùm ea, quæ fiunt per Principem præsumantur legitimè facta l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. sed per Principem fuit rescriptum dicto iudici, vt ex processu informatiuo dicti homicidij torqueret dictum mercatorem inquisitum, ergo legitimè id fieri potuit: † nam quòd Princeps hoc possit facere, patet ex multis constitutionibus Regni, vbi Rex ordinauit magnæ Curiæ Vicariæ præeminentiam procedendi ex processu informatiuo ad torturam, de
30 cuius præeminentia facit mentionem Affl. in decis. 391. & Gram. vot. 3.

Sed prædictis non obstantibus contraria sententia est de iure verior, quòd dictus iudex maleficiorum ex dicto processu informatiuo, nullo modo potuit dictum mercatorem subijcere quæstionibus tormentorum multiplici ex capite. Et primò, quo-
* niam frequentiori calamo Doct. receptum est, † q
31 ad torturam deueniri non potest, nisi legitimis precedentibus indicijs, vt habetur per omnes, in l. 1. ff. de quæstio. in princ. Ange. in tract. malef. in verb. fama publica. Alexand. in cons. 65. volu. 1. Marsi. in sing. 117. in consilio 46. num. 3. in §. constante in pract. sua
32 in princ. † quod intellige etiam esse verum, si iudex à lege vel ab homine haberet quodcunq; arbitrium: nam tunc etiam non posset ponere reum ad torturam, legitimis indicijs non præcedentibus, aliàs tenetur in syndicatu. Pau. de Eleaz. in c. grauis, de pos. Iasi. in l. 1. col. 2. C. de sacrosanct. eccle. vbi inquit, hoc perpetuò notandum, in l. milites. C. de testa. milita. vbi etiam ait, hoc cordi tenendum: quia valdè quotidianum, & in §. in bonæfidei colu. 8. Insti. de actio. Bald. in c. 1. de offi. ord. Alexand. in cita. cons. 65. col. 1. Affict. in const. Regni, in constit. Si damna, num. 28. versi. si autem. Marsi. in pract. sua, in §. constante. num. 27. in §. 3. num. 6. in consi. 14. num. 20, in consi. 18. num. 8. & in consi. 46. num. 15. Gramma. in consi. 3. nume. 19. 64. num. 2. & voto 30. numer. 21. Carer. in pract. sua crim. fol. 46. colum. 4. in fi. Gab. Sar in annotat. ad singu. 55. Matthæsyl. num. 8. & in annotat.
33 ad sing. 16. num. 8. Et † etiam procedere in crimine læsæ maiestatis, vt per gloss Cyn. Bald. Salyc. in l. si quis alicui. C. ad l Iul. maiesta. Angel. in tract. malef. in verb. *Che hai tradito la tua patria.* in princip. Marsi. in l. 1. in princip. nume. 3. in fin. de quæstio. in §. constante, num. 2. & in §. diligenter. num. 175. in sing. 117. in consi. 14. num. 15. & in consi. 18 num. 7. Alexand. in cons. 111. colum. 1. volum. 1. Boss. in suo tract. crim. in titu. de indic. & consid. num. 78. Gramma. in voto 34. in fin. Foller. in prac. sua crim. in verbo, Et si confitebuntur. nume 2. Gab. Sar. vt suprà nume. 7 & in tantum lex hoc odio habet, quod dicit Marsil in sin-
34 gu. 455. † quòd si iudex non præcedentibus indicijs posuerit aliquem ad torturam, & tortus occiderit iudicem, alia leuiori pœna, quàm mortis debet puniri, licèt pro homicidio imponatur pœna mortis, quod menti tenendum dicit: quia modernis temporibus, vt plurimum iudices velo leuato torquent homines sine indicijs, & velle suum subrogant loco indiciorum: quod est durum & iniquum, licèt toleretur à superioribus, qui sunt immemores, quòd lento gradu procedit diuina ira: quamuis Deus non obliuiscatur iniquitatem iniquorum iudicum. Sed informationes sumptæ ex processu informatiuo, per dictum iudicem maleficiorum, contra prædictum mercatorem inquisitum de homicidio, non sunt indicia, quia vt dicantur indicia, requiritur,
35 † quòd testes repetantur citata parte, ad videndum deferri iuramentum testium, aliàs non dicuntur indicia, ita Brun. in tracta. de ind. & tortu. columna tertia, vbi dicit, quòd iudex non debet dare copiam reo de his, quæ inuenit ex processu informatiuo, quia illa non dicuntur indicia, nisi demum repetita reo citato, quia tunc debet dari copia. sequitur Maran. in tract. suo de ord. iud. in 6. par. versi. sexta & vltima pars principalis, in num. 8. in fin. Ad hoc facit quod dicunt Bartol. & Saly. in l. fi. de quæstio.
36 vbi † testis receptus parte non citata, non potest facere indicium sufficiens ad torturam, & ideò inquit Salyc. ibi, quòd cauti esse debent iudicantes, vt licèt ipsi possint recipere testes parte non citata, quòd ad finem capiendi inquisitos, ne instruantur ad fugam. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud cred. tamen antequam captus torqueatur, debent iterum testes examinare parte citata. Alexand. in consilio 180. colum. 3. versic. alia ratione, volum. 2. Bald. in l. congruit, in fin. ff. de offic. præsid. Angel. in l. si vacantia. Cod. de bon. vacan. libro 10. Ruyn. in cons. 7. column. 2. volum. 5. nume. 9. vbi inquit, quòd ad hoc, vt testes examinati ad iudicandum probent, necesse est, quòd iurent citato reo, aliàs si recipiantur illo inscio, & non citato, non præiudicant, secundum Bal. in l. fin. C. de quæsti. vbi testes examinati super inquisitione generali non præiudicant malefactori, contra quem specialiter postea inquiritur, si ille non fuerit citatus, quando te-

stes

ſtes iurauerunt ſuper inquiſitione generali. Et ideò infert ibi Rui. quòd ſeruari debet cautela Salycet. de qua ſuprà Marſil. in conſ. 8. nume. 21. vbi teſtes examinati parte abſente, & nõ citata, nedum non faciunt plenam probationem, ſed nec ſemiplenam, imò nec indicium. Iterum in conſi. 12. num. 6. conſi. 15. num. 14. & in conſ. 29. num. 18. vbi ait, quòd quando teſtes ſunt primò recepti pro indicijs habendis, etiam cum iuramento, non poteſt poſteà iudex vigore dictorum indiciorum, ſeu diſpoſitionum venire ad torturam contra reum, niſi primò faciat citare ſeu ducere reum coram ſe, & in eius præſentia, & iterum deferre iuramentum teſtibus, aliàs huiuſmodi teſtes non faciunt indicium contra ipſum reum, nec eorum vigore poterit iudex ponere reum ad torturam, rurſus in conſ. 120. num. 32. Et iſtud adeò verum eſt, vt etiam procedat † ſi mille teſtes eſſent recepti parte non citata, vt per Aret. in conſ. 165. colu. 2. in vltimis verbis, per l. ſi quando Cod. de teſtibus, quem ſequitur Gramma. in voto 30. numer. 8. & in conſ. 15. num. 3. & ita in terminis proceſſus informatiui dixit Gramma. in d. conſ. 15. in princ. vbi tradit, † quòd ex proceſſu informatiuo parte inaudita, & non citata, non potuit inquiſitus de blaſphemia omnipotentis Dei torqueri vigore teſtis recepti parte non citata. Imò ſubdit, quòd talis proceſſus eſt nullus, tanquam contra formam iuris factus. c. iux. cùm dilecta, de reſcript. gloſſ. ac Abb. in c. ſacro, colum. 5. de ſenten. excommun. Rurſus in conſ. 64. colum. 1. vbi loquitur in cauſa homicidij, vt in terminis conſultationis noſtræ. Iterum in crimine veneni, in voto 3. cùm igitur in caſu noſtro non appareat de aliquibus indicijs idoneis, & legitimis, contra dictum inquiſitum ſumptis, ſequitur, quòd dicta tortura nulliter & minùs legitimè data eſſe videtur. † Et ideò ex hoc oritur præſumptio violentiæ in iudice. Alexand. in apoſt. ad Bartol. in l. penult. de quæſtio. Paris de Puteo in tracta. ſyndica. chart. 100. colum. 3. verſi. datur regula. Gramma conſ. 37. Marſ. in l. quæſtionis modum, num. 23. de quæſtio. & Gab. Sar. in addit. ad ſing. 55. Matthæſil. Gramma. in voto 39. num. 1. & in conſ. 40. nu. 13. † Nam ſi nullis præcedentibus indicijs non poteſt formari inquiſitio contra aliquem, vt inquit Fulgo. in conſ. 107. & 149. in fin. Marſ. in d. §. conſtante. nu. 33. in conſi. 2. num. 23. ergo multò minùs ad torturam deueniri poteſt ipſis indicijs non præcedentibus, † cùm tortura ſit grauior, & durior pœna, quàm vtriuſq; manus abſciſsio, vt eſt text. in authen. vt nulli iud. §. fin. coll. 9. Marſ. in d. pract. ſua, in §. expedita. nu. 59. in l. 1. §. prætereà. num. 8. ff. ad l. Corn. de ſica. & in l. diuus, num. 2. de quæſti. Iacob. Nouel. in tract. ſuo defen. in verb. ad defenſam, nu. 24.

Secundò principaliter dicitur, quòd etiam dato, ſed non conceſſo, quòd dicti teſtes examinati fuiſſent parte citata, quod tamen alienum eſt ab omni veritate, tamen quòd per dictum iudicem ad torturam præmiſſam deueniri non potuit ex alia * communi concluſione, quæ habet, † quòd inquiſitus ad torturam poni non poteſt, niſi ſibi priùs data copia indiciorum cum termino ad illa purganda, ſi ea petita fuit, aliàs quòd inquiſito non præiudicant dicta indicia. Angel. in tract. malef. in verb. fama publica, in princip. latè Marſ. in conſ. 8. num. 24. conſi. 120. nume. 33. vbi dicit, quòd dicta teſtium non nocent inquiſito, vt torqueri poſsit, quando petita fuit copia indiciorum cum termino ad illa purganda. Item rum in l. 1. in prin. num. 5. de quæſt. † quia non eſt in facultate iudicis tollere defenſionẽ inquiſito, † quæ eſt de iure naturali, vt not. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. Bald. in l. executorem, colum. antepen. C. de execut. rei iud. Abb. & alij, in c. cùm olim, de re iud. Marſ. in pract. ſua crim. in §. quoniam. num. 76. & in §. vltima quæſtio. num. 19. conſ. 8. nume. 28. conſi. 16. num. 19. 25. num. 151. 31. num. 40. & 81. nu. 4. & in conſ. 56. numer. 8. & 16. vbi dicit, quòd ſi non dat copiam, debet puniri. Maran. in tract. de ord. iud. in 6. parte. in ſecundo actu principali. num. 329. Gramma. in voto 30. num. 20. † quæ defenſio competit, nedum tanquam quid naturale hominibus, ſed etiam beſtijs, & animalibus brutis. l. 1. §. ſi cùm arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dica. Marſ. in d. conſ. 8. num. 28. conſ. 25. nu. 50. conſ. 31. nu. 4. 73. nu. 49. ac etiam diabolo, vt per Cepol. in conſ. 66. colu. 1. quem ſequitur Marſ. in l. vnius. §. cogniturum, nu. 47. ff. de quæſtio. Imò plus dicitur, quòd etiam ſi iudex haberet plenum & liberum arbitrium in maleficijs, non poſſet denegare reo defenſionem contra indicium ad torturam. gloſſ. in clem. ſæpe, in verbo. defenſiones, de verb. ſign. Bart. in l. filiusfam. ff. de dona. Eſſet enim contra bonos mores torquere, denegando defenſiones. clem. paſtoralis, de re iud. Gramma. in conſil. 64. num. 3. & in voto trigeſimo. nu. 22. Marſi. in conſ. 52. num. 13.

Nec obſtat, quòd per Principem reſcriptum fuit ipſi iudici de procedendo contra dictum inquiſitũ ad torturam ex proceſſu informatiuo, quia reſpondetur, quòd nullibi in iure cautum reperitur, quòd Principes id facere poſsint, vt per Gramma. in citat. conſ. 64. nume. 4. vbi dicit, † quòd licèt magna curia Vicariæ habeat quandam præeminentiam torquẽdi, ex proceſſu informatiuo, tamen quòd dicta præeminentia ſeu rectiùs regia vſurpatio nullibi fundatur, niſi ab ea, quæ oritur à diſpoſitione capitulorum regni, pulchrè dixit Paris de Puteo in tractatu ſynd. in verſ. tortura, in c. quia plerunque, in verſic. ſi quis dixerit, col. 2. in fi.

Secundò dicitur, quòd dato (ſed non permiſſo) quòd Princeps ita reſcripſerit, tamen quod reſcriptum eius debet intelligi legitimis præcedentibus iudicijs, & ſufficientibus, & non aliter. quoniam iure non cauetur, † quòd Princeps poſsit mandare iudici maleficiorum quod inquiſitum torqueat, nullis præcedentibus indicijs: ita Andr. de Iſern. in conſtit. Regni, in conſti. proſequentes. ſub rubr. de pug. ſubla. vbi ait, † Principem hoc mandare non poſſe de poteſtate ordinaria: & ſi id faceret de poteſtate abſoluta ſine cauſa, malè faceret, quia ſuam poteſtatem excederet, & tunc cor regis non eſt in manu Dei: quia factus eſt † Rex, vt iuſtitiam faciat rectam. 35. quæſt. prima, c. reſeruatis. Vnde Rex antequam puniat, debet inquirere exemplo Dei, qui dixit, Deſcendam, &c. Sequitur Gab. Sar. in add. ad ſing. Matthæſ. 55. nume. 10. rurſus in cap. 1. de pac. tenend. Affl. in conſt. proſequentes, num. 34. vbi inquit, † q̃ licèt Rex poſsit mandare, quòd exiſtens in dignitate, vel nobilis torqueatur, tamen iſtud intelligitur præcedentibus indicijs, ſed ipſis non præcedentibus non poteſt de poteſtate ordinaria, & ſi aliter faceret de poteſtate abſoluta ſine cauſa, malè faceret, quia excedit ſuam poteſtatem: quia ipſe eſt Rex à regendo, vt ibi per Iſern. Et † licèt nullus inferior poſsit ei dicere, Cur ita facis? quia in mundo non habet qui ſua facta iudicet, vt in Pſalmo, Tibi ſoli peccaui. Tamen habet conſiderare, quòd eſt homo, & Deo ſubiectus, & ſi ſuam poteſtatem contra iura excedit, parum regnabit ipſe vel eius poſteritas, vt tota die experientia oſtendit. Et ideò conſuluit, † quòd Reges habeant iuxta eorum latus bonos iuriſtas & cõſcientiatos, & ſi ſuam poteſtatem excederet mandãdo nobilem torqueri ſine indicijs, & tortus confeſſus fuerit, non nocebit ei dicta confeſsio, hoc idem voluit Gramma. in conſ. 45. num. 35. vbi refert Affl. tempore ſereniſsimi Regis Federici de Aragonia, dũ ſua maieſtas affectaſſet quendam nobilem torqueri authoritate regia, abſque legitimis indicijs, interrogatum fuiſſe, an id facere potuiſſet, reſpondit quòd non, per d. deciſ. Andr. de Iſer. vbi ſuprà. Et inſuper ſubdit idem Affl. quòd boni Conſiliarij Principis ſemper debent dicere veritatẽ Principi, & non quod ipſi Principi placeat. Vlteriùs inquit Gram. ibi, quòd dum caſus ſibi occurriſſet de facto tempore officij ſui, iudicatus magnæ curiæ Vicariæ exiſtente Cardinali Columna locum tenente generali Cæſareę maieſtatis in regno Neapolitano, ſimiliter ipſe reſpondit, id fieri non potuiſſe. & verum dicit, vt in voto ſuo 32. Iterum ipſe Gramm. in voto 30. num. 13. vbi loquitur in cauſa veneni. & in conſi. 3. colum. fi. in cauſa aſſaſsinij. Et non ſine ratione hoc introductum eſſe videtur, quia ſi aliter diceretur, ſequeretur, quòd quis poſſet torqueri de delictis, de quibus nunquam cogitauit, quod eſſet iniquum, abſonum,

&

& iniustum,& contra omnem iustitiam & æquitatem,vt inquit in simili Marsi.in consi.18.num.8. Vnde cùm hic nulla præcesserint indicia legitima contra dictum inquisitum, meritò dicendum videtur, vt tale rescriptum non extendatur ad casum,in quo nulla extant indicia.

53 Tertiò dicitur,quòd † dictum rescriptum debet intelligi data copia defensionis reo,præsertim quando fuit petita,quoniam aliter nō valeret,cùm Princeps non posset statuere, vt non detur defensio reo.

54 [illegible] in constitution. hi qui.quia † defensio est de iure naturali,vt dictum fuit suprà,quæ per Principem tolli non potest.§.sed naturalia,vbi Doct.de iure naturali,gen.& ciui.Bartol.in trac.qui sunt rebelles,in vltim.colum.Foll.in pract.sua. crim.in verb. Et si

55 confitebuntur,num.53.vbi dicit, † Principem non posse in causa criminali tollere defensiones inquisito.Abba in c.dilecti filij,nume. 13. de except.vbi ait, quantumcunque criminoso non est auferenda defensio,c.cùm inter,eod.titu. & ideò quòd per legem nec Principem tolli potest. cle. pastoralis,de re iud. Gramma.in decis.36.num.51.vbi tradit,quòd in criminalibus non potest tolli defensio, præsertim vbi agitur de vita hominis : quia huic defensioni, nec Imperator nec Papa derogare potest,& subdit,quòd vnicuique debet dari terminus defensionis, nisi sit deprehensus in flagranti crimine. Marsi.in cons. 16. nume.20.vbi statutum non potest tollere defensionem in causa capitali, vbi tractatur de vita hominis,& vltimi supplicij, cùm sit de iure naturali,quæ à Principe vel superiore tolli non potest. Et ideò sub-

56 dit,† quod Princeps siue superior, non potest nec tollere nec dare quæ sunt iuris naturalis , nec illa supplere. Vnde dixit Angel. in l. adoptio non iure

57 facta.ff.de adopt.† quòd licet Princeps per eius confirmationem possit supplere omnem defectum, si apponat in rescripto clausulam supplentes omnes defectus, vt per Bald. in l.fin.ff.de testa.tutel. tamen intelligitur supplere omnes defectus iuris ciuilis,& non naturalis. Curt. Sen.in consilio 49.char.19.colum.3. versicu.ergo respondeo.Ruin.in consilio 36. numero 5.cons.71.num.39.volum.3.cons.79.nume. 10.volum.eod.& in cons.229.num.11.volum.1. Imò plus dixit Bald.in l.3.§.si is pro quo. ff. quod quisque

58 iur.† quòd licet Princeps de plenitudine potestatis posset tollere defensionem in causa ciuili pecuniaria,non tamen in causa criminali,quod dictum approbat & sequitur Felin.in c.dilecti,in 6. column.de except.in c.cùm olim,colum. fin. de re iud. Cur. sen. vbi suprà.Marsi. in d. consilio 16.nume.20.in consilio 25.nume.51.cons.31.num.41.& 73.num. 50. Socin. in consilio 266.nu.46.versi.tertius casus, & in consilio 164.num.15. vbi refert ita consultum fuisse per Aretin. in causa interdicti promulgati per Sixtum contra Florentinos,vt patet in consilio 165. & quòd ita consuluerunt ipse & multi alij solennes Doctores totius Italiæ.Marsi.in sing.388.vbi dicit ista menti tenenda propter aliquos iniquos assessores,qui sitibundi sanguine humano pendente termino defensionis faciunt sibi fieri mandatum à superiore, quòd aliquibus non obstantibus procedant ad condemnationem & executionem contra reum : quoniam non possunt etiam tunc procedere contra ipsum reum,durante termino defensionis, aliàs ipsi assessores acriter sunt puniendi pro tali sententia,& executione irreparabili , quod inquit singulariter notandum. Idem voluit Marsi. in cons. 12.numero 7.cons.56.numero 8.nam,si super indicijs disputandum est,vt inquit Bartol.in l.vnius.§.reus. ff.de quæstion.quomodo poterit disputatio fieri, si non apparent ipsa indicia ? rursus in consilio 120. numero 33.& in pract. sua crim. in §. nunc videndum, ibi latè Carer.in pract.sua fol. 52.columna 1.Boss.in d.suo tract.crim.in titu.de ind. & consider.numero 74.cum pluribus alijs , vbi inquit,copiam indiciorum dandam esse reo ante torturam cum termino ad illa purganda: quia super indicijs disputandum est , & quòd ita seruatur apud Capitaneum iustitiæ Mediolani, licet habeat arbitrium in procedendo, non obstante, quòd timor subornationis imminere posset,& quòd vidit quotidie ita obseruari,quòd datur dicta copia,& magnis & paruis,& omni generi personarum,dato etiam quòd procedatur ex officio,vel quòd iudex de aliquo malè audiret:quia valdè inconueniens esset, vt ex eo quod quis malè audiret de aliquo,ei auferatur copia defensionis : quia posset probare bonam famam. Et subdit,id etiam procedere,esto quòd quis delatus esset maximi delicti:quia ei etiam non debet denegari omnis defen-

59 sio,donec cognitum sit. Et subiungit † istud etiam habere locum in crimine læsæ maiestatis,licèt detur ampla facultas iudici procedendi in tali crimine,vt

60 per Bartol. in tract. ad repr. Et ideò ait, † quòd l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. quæ prohibet, ne quis pro eis tentet interuenire in casu dict. l. loquitur in

61 iam damnato, † quia si in crimine hæresis hoc habet locum,vt per Bald.in cons.95.in 1.volum.secundùm antiquam impressionem, ergo multò magis debet habere locum in crimine læsæ maiestatis. Idem Boss.in titulo de hæret.num.nono, & licèt ipse Boss. in d. tit.de indic. & consider dicat, quòd & si hæc opinio sit iuridica , tamen quòd quotidie vidit in atrocissimis delictis prius deueniri ad torturam, quàm detur copia processus,& quod superiores hoc permittunt , & aliquando præcipiunt vt ita fiat,tamen aduertendum est , quod hoc fieri non debet,

62 † quia iudex non debet esse seuerior lege. §. oportet in authent.de iud.coll.6.text.est,& ibi Doct. no.in c. sanè. il 2.in verb.temperatè,de offic. delega. Marsi.in cons.25. nu.24.& 75.in fin. vbi non debet esse seuerior,sed clementior.l.Arrianus.ff.de actio.vel obliga.Et quando etiam Princeps id mandat,iudex eius mandatum expressè iniustum non debet exequi,vt infrà dicam.Vel posset dici, quòd id, quod dicit Bos. quòd in atrocissimis ita mandatur per Principem, posset locum habere in latronibus insignibus , dissobatoribus stratarum, incendiarijs , violatoribus & raptoribus, & committentibus grauia crimina, contra quos laborat infamia & leuitas vitæ, prout & simili modo declaratur procedere præeminentia magnæ curiæ Vicariæ,vt inquit Afflict. in decis. 391.circa fi.Gramm.in vot.3.& in alijs locis , de quibus infrà. Alibi dixit Boss.in tit.quomod.proced. in crim.noto.num.12.cum sequenti, quòd vbi reus negat delictum,quod tamen nititur testibus aliquibus,non autem vniuerso populo vel vicinia, quòd danda est dicta copia. Alex. in consilio 65. column.2. volum.1.vbi protestatur,quòd quicquid dicebat,erat ad excusandum iudicem à syndicatu,& quòd si res fuisset integra , non solùm dedisset vnam dilationem , sed etiam plures ad indicia purganda, sequitur Boss.in d.tit.de indicijs. numer. 80.vbi dicit, quòd pari modo ipse fecisset , & potius si reus esset Doctor,quàm alius:quia Doctores in rebus proprijs minus sciunt,quàm cæteri.Affli.in decis.391. vbi di-

63 cit,† quòd si ex indicijs habitis per processum informatiuum quis posset torqueri, esset ei tollere defensionem,quæ per Principem tolli non potest,ex quo ante torturam non fuit auditus in suis iuribus. Et subdit ibi Affl.col.2.quòd licèt iudices magnæ Curiæ dicerent , quòd de illius stylo quando volunt possunt procedere ad torturam , ex testibus ad informationem examinatis absque partis citatione & defensione, tamen quòd ipse dixit, quòd allegata per dictos iudices possunt procedere , vbi non tractatur de vita hominis,sed vbi tractatur de vita hominis,quem Deus creauit,ad ipsum spectat,quando vult hominem mori: quia vt dicit Aristo. in libr.de regim.prin.in c.de Regis iustitia, citando Hermogenem Philosophum , quando creatura interficit creaturam , omnes virtutes cœlorum clamant ad diuinam maiestatem, dicentes : Domine domine, seruus tuus vult esse tibi similis , ipse interfecit,interficietur : Da mihi vindictam , & ego tibi retribuam.Quando enim iudex ritè & rectè hominem condemnat ad mortem,hoc dicit: quia est minister Dei, ex quo omnis iurisdictio à Deo est mediatè vel immediatè.Et ideò concludit,quòd si torquetur inculpatus de homicidio capitali præcedentibus indicijs habitis eo non citato,& non data copia defensionis propter dictam obseruantiam , quòd non reperitur iure cautum,quòd sit de iure factum.Isser.in constit.

dura & dira,& in c.1.in verb.bona committentium, quæ sint regalia.Gramm.in vot. 3.nu.24. vbi etiam loquitur in processu informatiuo,& in cons.3.colu. penul.& fi.

64 Vlterius facit,† nam dictum rescriptum nedum cõtradicit iuri naturali,dum tollit defensiones,sed
65 etiam iuri diuino,† quod est potentius iure naturali.Mars.in cons.33 nu.24.cùm defensio etiam sit de iure diuino.Gram.in vot 30.num.9.vbi dicit, quòd
66 Princeps non potest inquisito in causa criminali tollere defensionem, ex quo † ipsa est de iure naturali,& etiam diuino,vt patet Actuum num. 25.quòd
67 † ius diuinum Princeps tollere nõ potest. Mars.in l. vnius. §.cogniturum. nu.56. ff.de quæst. Mantua.in singu.594.vbi dicit,quòd defensio non solùm naturali lege, ciuili & Canonica nobis permissa est, sed Euangelica. Si ergo Princeps non potest tollere ius naturale,ergo multò minus ius diuinum, quod (vt dixi)est potentius naturali , & ideò tradit Gram.in
68 cons.45.nu.35.quòd † licet Princeps ex causa possit excedere modum,tamen nõ intelligitur in his, quę sunt de iure diuino seu naturali , ex quo ipse Princeps ligatur iure gentium vel naturali. Si ergo Princeps non potest contradicere iuri naturali vel diuino de per se,vt suprà dictum fuit, ergo nec naturali
69 & diuino simul:quia † duplex funiculus fortior est. l.balista.ff.ad Treb.cum simil.

Non obstant modò,quæ ex aduerso adducta & allegata fuerunt,quia ad primum respondetur,quòd ex processu informatiuo homicidij , nedum nõ potest procedi ad torturam,nullis præcedentibus legitimis indicijs,& nulla data copia defensionis, vt per Affl.in decis.391.col.2.in fi. & Gram. in cons.64.colu. 1. & in vot. 32. qui loquuntur in causa homicidij,
70 sed nec etiam in causa veneni,† quod crimen est de-
71 testabile & exeerandum.l.1.C. de malefi. & Mathem. † & quod grauius est homicidio.d. l. 1. Gram.in voto 3.& 30.

Nec obstat, quòd in delictis atrocibus licitum sit
72 transgredi leges.quoniam respondetur,† quòd sententia ipsa procedit in puniendo, videlicet quando constat,reum esse culpabilẽ & verè delinquentem, secus autem in procedendo : quia in processu nondũ scitur verè an inquisitus sit delinquẽs, quia tunc pendente defensione non possumus dicere,quòd simus in enormibus delictis,sed in imputatione enormis delicti.nam non sequitur, quis est inquisitus de
73 tali crimine , ergo reus talis criminis verè,† quia quis non dicitur talis, donec non est pronunciatus pro tali,secundùm Spec.in tit.de instru. edit.§.restat, ver.quid si tabellio. ita dictam regulam declarat & intelligit Mars.in §.diligenter. nu. 69. cum pluribus sequentib. vbi dicit, hoc menti tenendum : quia hæc declaratio aliàs sibi fecit magnum honorem coram Capitaneo iustitiæ Mediolani,in quadam causa falsæ monetæ. Iterum in cons. 52. num.16.in consi.74. colum.antepen.versi.restat respondere. Gramm.in vot.34.colum.fina. vbi loquitur in crimine Assasinij.Carer.in pract.sua char.46.colum.4. versicu.amplia etiam in criminalibus exceptuatis. Boss.in trac. suo crim.in tit.de indic.& declar.numero 78.in ver.
74 patet,dixi aliàs in consilio 7.numer. 42. in 1.volum. Marcus Mantua.in sing.15.nume.4.vbi dicit, † quòd Theorica Inno.in d.c.1.de constitut.procedit,quando reus est conuictus,& sic in puniendo, sed non eo casu,quando dubium esset : quoniam tunc patrocinium non debet denegari & defensio, etiam in atrocioribus,quæ est de iure naturali, & nullo modo tolli potest,vt in d. §. sed naturalia.& quod ita obtinuit in causa cuiusdam , qui imputatus erat de homicidio,quod inquit menti tenendum: quia est adnotatu dignum.

75 Secundò dicitur,† quòd dicta regula procedit in causis arduis,in quib. incurritur status rei publicę, vt per Sali.in auth.hodie.C.de iudi.Ias.in l. 1. col.fin. ver.secundò limita.C.de precib.Imper.offer.Gram. in d.vot.24.nu.15.Carer.vbi suprà,& in d. cons.meo 7.Sed nos sumus in casu, in quo cognitum non fuit adhuc de delicto,ergo,&c.

Similiter non obstat, quòd in dictis delictis procedatur,ordine iuris non seruato : quia respondetur, quòd imò in delictis atrocibus seruantur so-
76 lennitates,quæ seruantur in alijs criminibus, vt per Mars.in d.§.diligenter,num.175.& Gram.in vot.34. col.fi.

Pariter non obstat, quòd in crimine atrociori,vbi damnatur memoria defuncti, reus potest spadachiari,& spadachiatus duci ad mortem,& similiter nobiles furcis suspendi:quoniam(vt dictum fuit)illud procedit in puniendo , & sic postquam constat verè de delicto,& processus est perfectus,& non aliter,vt per authoritates suprà citatas.

Non obstat,quòd in d.c.1.de homicidio,in 6. recipiantur testes parte nõ citata,propter enormitatem delicti: quia respondetur , quod est speciale in casu
77 illo,† qui vbi lex non exigit in aliquo actu plenam probationem,sed contentatur solis articulis vel adminiculis, tunc tali casu possunt recipi testes parte non citata,& ita procedit tex.in d.c.1.vt per Mars.in sing.24.& in l. de vnoquoque. num. 73.versi.vigesimus secundus casus de re iud.vlterius dicitur,quòd multi sunt casus , in quibus testes recipiuntur lite non contestata,& parte non citata,de quib. per Ro-
78 ma.in singu.309 inter quos non reperitur † positus casus homicidij,ergo regula in cõtrarium.l.si quan-
79 do.C.de testib.† nam si in causa hæresis cessante potentia hæretici, testes non possunt recipi sine citatione partis,& alijs solennitatibus à iure requisitis, vt per Mars.in cons.8.num.35.ergo multò fortius in causa homicidij.

Non obstat, quòd reo criminis atrocis denegatur patrocinium & defensio:quia hoc negatur, quando non constat de delicto , sed est dubium. quia tunc patrocinium non debet denegari & defensio, quæ nullo modo tolli potest:ita Mantua.in singu.15. num. 4.

Quòd mandato Principis quamuis duro sit pa-
80 rendum,respondetur , † id ab omni veritate alienum esse,quotiescunque mandat aliquid, quod expressè & clarè iniustum est.l. omnes iudices. C. de appella.vbi omnes assistentes in officijs,debent suo superiori resistere,si iniustè agat & iracundè. Et ideò inquit Mart. de Laude in tracta. de Principe,
81 ver.hoc. quòd si † Princeps mandat sine causæ cognitione crudeles vindictas,contra subditos alicui iudici , quòd non debet permittere executionem vsque ad 30.dies , vt interim cesset iracundia, per text.singu.auro pingendum.in l.si vindicari. C. de pœnis.Accedit quod scribit Ias.in §.si minus,colum. 6.in fin.versi. aduertite, de actio.vbi dicit,quòd li-
82 cèt † executor, qui habet conscientiam suam contra sententiam,quam debet exequi , si videat illam iniquam,teneatur illam exequi, quod inquit notandum,quia milies contingit,vt per But.in c.pastoralis.§.quia verò,de offic delega. quia qui non habet cognitionem,non potest illam retardare,& si habeat conscientiam in contrarium,cùm merus executor non habeat cognitionem. l. executionem , vbi gloss.& Bald. C. de execut.rei iud. tamen istud intelligitur in causa ciuili,non autem in criminali & corporali quia tunc iudex non debet exequi contra suam conscientiam.arg.l.1.in fin.& quod ibi no.per Bartol.ff.de quæst.& in terminis,vt per Inno & alios in d §.quia verò. Et hoc ideò est, quia damnum talis executionis irreparabile est , ergo non debet iudex ex abrupto executioni demandare. argu.l.si quis procurauerit,cum gloss. ff. de appella. quod dicit benè notandum Ias. quia quotidianum , si ergo vbi iudex non habet cognitionem in criminali,& vbi agitur de præiudicio irreparabili id facere non debet,quantò magis vbi est cognitor,vt in casu nostro.Facit quod voluit Felin. in c. consanguinei,in
83 1.column.de re iud.vbi dicit,† quòd iudex,qui videt sententiam iniustam,potest conscientiæ suæ consulere,& illam non exequi , renuntiando officio. Sequitur Mars.in §.opportunè,nume.11. Boss.in tract. crim.in tit.de homicid.num. 96. benè faciunt quæ scribit Mars.in l.1.in princ.nume.111. ff.ad l. Corn.de
84 sica.vbi dicit,illam legem benè notandam † per superiores,facientes mandata magistratibus,vt talem mori faciant,non obstantibus aliquibus in contrarium facientibus: quia tales superiores tenentur in

foro

85 foro conscientiæ,& etiam pœna illius l. Et † similiter iudices seu rectores exequentes talia mandata,si iniusta sint, tenentur pœna ipsius leg.si ille talis de
86 iure non debeat mori,nec excusantur prætextu illius mandati:† quoniam mandatum iniustum superioris, non excusat subditum exequentem illud, quando iniustum est.l.meminerint, vbi omnes.C vnde vi, nec habet secundùm eum excusare iudicem vel officialem in syndicatu,si ipse diceret, secutus sum mandatum iniustum superioris: quia eram eius subditus, & tenebar illi obedire,tum ratione subiectionis,tum ratione iuramenti, quod feci in manibus eius de ei obediendo : quia respondetur, q̃ ista eum non releuant, quia potiùs debet renuntiare officio,quàm facere iniustitiam, secundùm Theologos, quos refert & sequitur Fel.in d.c.con-
87 sanguinei in fi.primæ col. Nec habet obstare † iuramentum factum per ipsum magistratum de obediendo superiori,quia illud debet intelligi in licitis & honestis,vt habetur in c.quantò,& in c.ad nostram, il 2.de iureiur.Gram.latè in voto 32. nu.10.cum pluribus sequentib.

Vltimò non obstat præeminentia magnæ curiæ Vicariæ,quia respondetur secundùm Parid de Puteo in tract.syndica.in verb. Tortura. in c.quia plerumque.in versic.an si quis dixerit,colu.2. † quod
88 rarò vtitur magna Curia præeminentia prædicta, nisi in latronibus insignibus valdè diffamatis,& in notorijs criminibus, & alijs de quibus suprà,concurrente tamen leuitate vitæ torquendi. Sequitur Afflict.in decis 391.vbi in specie testatur fuisse in sacro Concilio dictum & conclusum,tam per iudices magnæ Curiæ Vicariæ,quàm per supradictũ Consilium,quòd dicta præeminentia habere debeat locum tantùm contra dictos insignes latrones, & alios,de quibus suprà. Gramm.in vot.3. nume.24.Carer.in d.sua pract.fo.49.colum.1.versic.quod limita. Foller.in d.etiam pract.sua,in verb.& si confitebun tur.num.41.Affl.in constitutione,si damna clandestina.num.31.in fin.ver.aduerte. Sed in terminis de quibus agitur,non sumus in aliquo ex casibus præ-
89 dictis,† nec constat de leuitate vitæ dicti mercatoris intitulati & inculpati de huiusmodi homicidio, de qua debuisset probari,secundùm Bald.in l.2.C.de proba.quem sequitur Affl.in d.constitut.si damna. num.38.ergo d.præeminentia nec rescriptum Principis valere potuit, nec potest in homicidio,de quo agitur. Vnde ex prædictis duabus conclusionibus
* communiter * ab omnibus approbatis, videlicet, quòd ex processu informatiuo nullis præcedentibus indicijs legitimis,& nulla data defensione,non potest procedi etiam in enormibus delictis ad tor-
* turam : sequitur & tertia conclusio * frequentiori etiam calamo recepta, † quòd confessio extorta ex
90 vi torturæ nullis præcedentibus indicijs nullius est roboris atque momenti,& non præiudicat inquisito,glo.in l.pen.vbi Bart.& omnes.ff.de quæstio.Alex.in cons.180.col.3.volu.2.Mars.in cons.8.num.13. cons.12.nu.39.cons.15.nu.3.cons.20.num.5. & con.39. num.38.Gramma.in cons.15.nu.10.voto 6.num.12.& voto 59.nu.1.vbi loquitur in processu informatiuo de incendio.Foller.in pract. sua in verb.& si confite-
91 buntur.in prin. † quod procedit etiam, si esset ratificata ad banchum iuris,& in ea perseuerasset. gloss. sing.in l.1.vbi Bartol.& cæteri. ff.de quæstion.& hoc quia semper præsumitur subesse eadem causa iusti timoris.Mars.in d.consilijs suprà citatis. Gramm.in cons.15.num.11.vot.6.nu.13.& 39. nu.1.& Gab.Sar.in annotat.ad sing.55.Matthæs.vbi citat hanc esse com-
92 munem.Imò† nõ valet,etiamsi esset ratificata cum iuramento,vt per Mars.in cons.45.nume.1.& etiam
93 † dato , quòd post ipsam torturam superueniissent indicia.Mars.in l.pen.col.1.ff. de quæstion. Roma.in singu.132.& in cons.167. Gramma. in cons.21.nume. 20.& in voto 6.nu.11.con.45.nu.1.& 46.num.16. Gab.
94 Sar. vbi suprà,† quòd extenditur etiam non solùm in criminibus minoribus, sed etiam in maioribus exceptis,vt in crimine læsæ maiestatis.Mars.in cons. 46.num.14.Foller.vbi suprà colum. 2. & Gab. Sar. in d.annotat.num.6.ver.& hæc regula.latè per Bos. in tract.suo crim.in tit.de confes. per tortu. num.6.
95 vbi etiam † ampliat hoc militare , si iudex haberet arbitrium. Vnde ex his quæ suprà latissimè dicta sunt,concludendum arbitror, per dictum iudicem nulliter deuentum fuisse ad dictam torturam contra præfatum mercatorem , & quòd confessio extorta ab eo ex vi dictorum tormentorum,in nihilo
96 non præiudicat dicto inquisito. Discant † igitur iudices , amplecti quod æquum & iustum est, & aliquem non torquere, nisi legitimis præcedentibus
97 indicijs,& sibi data competenti defensione, † nam iniuriam facit legibus,qui vult se meliorem videri, quàm ipsæ leges:ac omni cum studio euitare iram, timorem,munera, & fauorem , quorum occasione iudicia vel subuertuntur,vel ad tempus indebitum prætermittuntur.nam si hæc obseruabunt veri,recti,& iusti iudices,ac ministri Dei appellabuntur,& animæ eorum in alio seculo detrimentum non patientur:sin autem reminiscantur se Deum in testem habere,qui eos in damnatione perpetua constituet, bonaq̃ eorum non permittet ad tertiam generationem transire.Et vos Illustriss. Principes, qui princi-
98 patus vestros à Deo habetis,† quia omnis potestas à Deo est data,& qui sitis debitores iustitiæ,si habetis aliquos Consiliarios,libenter accedentes Placentiam,& Laudem , sed non Veronam , & qui iam iam vos exhortari videantur ad concedenda suprascripta rescripta, & faciendum indebita, iniusta, & ab omni libramine dissona , eos expellite à curijs vestris,tanquam lupos rapaces, canes rabidos,& viperas pestilentes,quoniam non vtuntur vero officio prudentium officialium , sed prauorum virorum studentium animas ipsorum & vestras ad ge-
99 hennam ducere,nã scriptum est: cum † fatuis consilium non habeas. Curent igitur Principes veri Consiliarios ætate prouectos,nobiles,timentes Deum,prudentes,peritos in legibus,rectos,& iustitiæ deditos habere , qui remoto omni timore audeant ipsis dicere , quæ iustitia patitur, nam hoc modo consulent conscientiæ eorum , semen suum augebunt,dominia & Principatus conseruabunt,ac subditos fideles habebunt. Nam Deo nihil gratius esse potest, quàm quòd Principes teneant libram iustitiæ in se & subditos, aliàs certi sint , si iustitiam non facient,quod quidem proprium est ipsorum , quòd parum regnabũt,vel eorum posteritas,vt suprà dictum fuit,& quòd Deus , qui omnia regit , eos mirum in modum cruciabit sicut alios, cùm apud eum non sit acceptio personarum.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XIII.

1 *Veritas quantò magis conteritur & oppugnatur,tantò clarius , expulsis nebulis,in lucem progreditur, sicut aromata magis redolent quantò magis conteruntur.*

2 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est fortissimum.*

3 *Priuilegium gratis concessum à Principe,ex eius sola voluntate , & inuito priuilegiato reuocari potest.*

4 *Princeps si aliquid concessit,potest illud reuocare,& iusta causa reuocandi est,quia ipse concessit.*

5 *Constitutio prohibitoria sicut sola voluntate fit,ita & sola voluntate reuocatur.*

6 *Gratia gratis data reuocari potest.*

7 *Gratiosè aliquid dicitur fieri propriè , quando fit ex mera liberalitate.*

8 *Princeps nedum concessionem gratis factam reuocare potest,sed etiam & eius successor.*

9 *Concessio facta ex causa remuneratoria,quia dicitur concessa ex mera liberalitate,& non ex causa onerosa,sed lucratiua, reuocari potest,sed contrà numero 59.*

10 Donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari potest: quia causa precedens non est obligatoria, sed voluntaria: sed contra nu. 61.

11 Concessio facta per Principem continens dationem vel factum, dicitur transire in contractum, & est irreuocabilis, & nu. 32.

12 Quod tamen sanè intelligendum est, quando datio vel factum habet perpetuam commensurationem cum re concessa.

13 Gratia quando est potentior quàm datio, ipsa attendi debet tanquam potentior.

14 Res si tradatur & pretium, si pretium præponderat rei, dicitur emptio & venditio, si res, permutatio.

15 Asserenti dationem vel factum correspondere rei concessæ, incumbit onus probandi, sed contra numero 64.

16 Concessio, quæ transiuit in contractum oneroſum, si tendit ad noxiam, reuocari potest, declara vt in num. 66. 67. & 68.

17 Priuilegium Principis non est seruandum, quando ex post incipit esse damnosum.

18 Priuilegium immunitatis statim perdit vires suas, quàm primum reincidit in iniquitatem.

19 Contractus ab initio & si non contineat læsionem, si tamen expost facto propter mutationem temporum contineat enormem læsionem, potest rescindi, & debet regulari secundum qualitatem ipsorum temporum, si cõtractus est successiuus respiciens etiam futura tempora.

20 Pacta non sunt seruanda quando insurgit necessitas, & periculum verteretur publicum, si pacta seruarentur.

21 Concessio immunitatis facta ex causa remunerationis non potest reuocari, quia dicitur transiuisse in contractum.

22 Statuto si cauetur sicut Paduæ, quòd quicunq; venerit ibi ad habitandum, & steterit per certum tempus, sit exemptus à collectis, si commune facit statutum in contrarium, & sit in præiudicium illorum, qui venerunt ibi ad habitandum, poterunt hi se iuuari exceptione, vel per actionem de dolo.

13 Priuilegium concessum, quod non pendet à sola voluntate concedentis, sed ex iure alteri quæsito, propter illius factum non potest reuocari.

24 Donatio facta ob certa & remunerabilia merita, non potest reuocari, nec eget insinuatione.

25 Rex Franciæ reuocare non potest donationem Comitatus Bigorræ, quẽ donauerat Comiti de Fuxo propter benemerita.

26 Priuilegium exemptionis concessum propter benemerita, propter ingratitudinem reuocari non potest: quia transiuit in contractum.

27 Concessio remuneratoria non dicitur mera donatio, sed liberalitas.

28 Priuilegio remuneratorio, quod transiuit in contractum, non censetur derogatum per generalem derogationem priuilegiorum.

29 Notata in l. si ex toto, de lega. 1. non habent locum in donatione remuneratoria.

30 Donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed quædam permutatio.

31 Dispositio l. si vnquam. C. de reuo. dona. secundùm communem, non habet locum in donatione remuneratoria.

33 Princeps faciens aliquam conuentionem vel factum cum priuatis, illud obseruare tenetur, & ex ipso obligatur.

34 Princeps licèt lege positiua non obligetur, dictamine tamen rationis naturalis non est solutus, nec à lege naturæ, quia est animal rationale.

35 Princeps pacto suo contrauenire non potest, etiam de plenitudine potestatis.

36 Conuentiones & pacta prædecessorum, obseruare tenentur successores.

37 Successor Principis, qui venit ad Principatum, non per viam successionis, sed electionis, vt Papa vel Imperator, tenetur obseruare gesta prædecessoris, quatenus pertineant ad dignitatem & officium suum.

38 Princeps, & si cupit mandata sua à successoribus obseruari, debet & ipse mandatis prædecessorum venerationem præstare, & custodiam, aliàs dat materiam successori dissoluendi eius gesta.

39 Successor Principis contraueniens factis antecessoris, dicitur sibi ipsi contrauenire: quia semper est vnum imperium.

40 Decuriones ex causa remuneratoria possunt donare res ciuitatis.

41 Ciuitas subdita Principi, potest concedere immunitatem perpetuam ob benemerita.

42 Et in tantùm hoc est verum, quòd de benemeritis statur assertioni decurionum.

43 Capitula concessa communitati, ob submissionem suam reuocari non possunt.

44 Priuilegium quando conceditur vniuersitati ob benemerita, ob submissionem & subiectionem, transit in beneficium, & perdit nomẽ priuilegij, adeò quòd venit latè interpretandum.

45 Princeps contrahendo & paciscendo obligatur, sicut quilibet priuatus: quia contrahendo dicitur vti iure communi.

46 Princeps si imponit aliqua seruitia indebita subditis, præsumuntur per vim & metum extorta.

47 Locum tenens nihil potest contra iura.

48 Possessori nullum ius tribuitur ex possessione iniusta seu violenta.

49 Consuetudo non prodest, in his, quæ contra iustitiam vsurpantur.

50 Collecta semper præsumitur ex timore præstari, & ideò in ipsa præscriptio currere non videtur.

51 Immunitas concessa per viam contractus, extenditur etiam ad onera bellica.

52 Princeps & si pro arbitrio suo reuocare possit priuilegium à se gratis concessum, tamen de honestate id facere non debet.

53 Nihil est quod luce clariore præfulgeat in Principe, quàm recta fides.

54 Posse non dicimus, quod cum honestate non possumus.

55 Voluntas constans esse debet in Principe.

56 Principi conuenit illud verbum, semel locutus est Deus, & quod scripsi scripsi.

57 Princeps debet habere vnum calamum & vnam linguam, & non plures, quia scriptum est, quæ processerunt de labijs meis, non faciam irrita.

58 Princeps debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo.

60 Iura, quæ permittunt donationes reuocari, locum habent in merè gratuitis, non autem in factis propter merita: quia de illis iudicatur vt de titulo oneroso.

62 Immunitates rarò hodie fiunt liberaliter à Principibus, sed habent in se præmium seu meritum.

63 Reprehenditur Boss. in tracta. suo crim. in tit. de prin. num. 152.

65 Excipi-

65 *Excipiens ita probare tenetur suam exceptionem, sicut actor suam probationem: quia excipiendo censetur agere, quò ad ipsam exceptionem.*

69 *Declaratio ad c. suggestum, de decim. vt locum non habeat in his, quæ transiuerunt in contractum.*

70 *Tempus contractus inspicitur in priuilegijs, quæ transeunt in contractum.*

71 *Res venditæ, quæ accedunt post venditionem, & sic post tempus contractus, pertinent ad emptorem.*

CONSILIVM XIII.

ET si apud me non lateat, illustrem & celebratissimum Senatum status Mediolani, in quo sedēt tot integerrimi, peritissimi, ac oculatissimi legum vertices satis pro aperto habere concessionem immunitatis aliàs factam nominibus & vniuersitati loci Felizani per quondam illustrissim. Gulielmum Montisferrati Marchionem, & toties confirmatam per Illustriss. & excellentissimos quondam Duces Mediolani, quàm per inuictissimum quondam Carolum V. Imperatorem, reuocari non posse, sed inconcussè obseruandam esse, vt infrà dicetur: adeò quòd consilio meo opus non fuisset, tamen, vt satisfaciam voto dictorum hominum, quos summopere semper dilexi, & vt morem geram nonnullis illustribus viris, quibus multum debeo, totis viribus conabor demonstrare, omnem iustitiam militare in fauorem dictorum hominum & vniuersitatis, non obstantibus contradictionibus factis per agentes pro
1 Camera Ducali ipsius status. Et quoniam † veritas quantò magis conteritur & oppugnatur, tantò clarior expulsis nebulis, in lucem progreditur, sicut aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, vt exordiar cum Paul. de Cast. in cons. 23. volu. 1. quem citat insignis Craue. in cons. 135. numer. 18. ideò, vt veritas præsentis consultationis magis elucescat, sequendo morem meum, prout Bononienses inhærent Carrocio, iuxta gloss. in l. omnis diffinitio. ff de regul. iur. Primò adducam ea, quæ respicere videntur in fauoré agentium pro ipsa Camera, demum fundabo intentionem vniuersitatis prædictæ, deindeq; refutabo omnia, quæ in fauorem ipsius Cameræ allegata fuerunt.

In fauorem igitur agentium pro ipsa Camera primo aspectu dicendum videtur, quòd maiestas Regia Catholica, vti Dux Mediolani, potuerit reuocare concessionem immunitatis, aliàs factam per quondam Illustriss. Gulielmum Marchionem Montisferrati, vniuersitati & hominibus Felizani, & sic ipsa fuerit confirmata per Illustriss. quondam Duces Mediolani, ac bis per inuictissimum Carolum V. Imperatorem, quod demonstratur arguendo à
2 sufficienti partium enumeratione, † quod argumentum in iure fortissimum est, l. patre furioso, vbi notant omnes. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. actiones, institu. de actio. Alexand. in cōsilio 53. num. 8. volum. 3. Socin. in consi. 25 num. 28. volum. 1. & in cons. sequent. num. 1. volu. eod. Paris. in consilio 67. num. 18. volu. 4. Nam aut volumus dicere, quòd dicta concessio fuerit priuilegium gratis concessum à prædicto quondam Illustriss. Gulielmo hominibus
* Felizani, & tunc succedit * communis conclusio
3 Doctorum, quæ habet, † quod priuilegium gratis concessum à Principe, ex eius sola voluntate inuito priuilegiato reuocari potest, glo. in c. decet, de regu. iur. in 6. Card. But. & alij communiter in C. nouit, de iud. Bal. in l. qui se patris. colum. 6. ver. & scias. C. vnde lib. vbi inquit, speciale esse in Principe, vt possit suum priuilegium reuocare sine causa. per l. qui fundum. C. de om. agr. deser. lib. 11. & ideò dixit Ang.
4 in l. Antiochensium. ff. de priuil. cred. † quòd si Princeps aliquid concesit vel donauit, potest reuocare: quia iusta causa reuocandi est, quia ipse concesit. sequitur Socin. in consilio 87. numero 12. volumin. 3. Iaf. in consilio 56. columna 2. in fin. & fin. volu. 1. Curt. Iun. in consilio 1, numero 34 vbi inquit, post Inn. in c. cùm ad monasterium, de statu monacho.
5 † quòd sicut sola voluntate fit etiam cōstitutio prohibitoria, ita & sola voluntate reuocatur, & fit eius relaxatio. Gozad. in cons. 62. nume. 9. Paris. in cons. 12. num. 224. volum. 2. in consi. 2. num. 120. volumine 4. Ruin in consi. 123. nume. 4. volum. 3. & in consi. 13.
6 numero 13. volumine 5. † Nam gratia gratis data re-
7 uocari potest, teste Castr. in cons. 159. Et † propriè
8 dicitur gratia & gratiosè agi, quando aliquid fit ex mera liberalitate. Gozad. in consilio 5. num. 27. † Et non tantùm potest ipse Princeps, sed etiam eius successor. c. si is cui de præben. in 6. Cy. & Alber. in d. l. digna vox. Aret. & Felin. in c. nouit. de iud. Gramm. in vot. 28. num. 19.

Aut volumus dicere, quòd concessio ipsius immunitatis fuerit concessa, ex causa remuneratoria, quæ videtur transiuisse in contractum, vt per Ruin. in consilio 217. colum. 3. volu. 1. vbi loquitur in terminis immunitatis, & tunc dicitur, quòd & si exemptio sit concessa ex liberalitate & propter merita,
9 † tamen non potest dici concessa ex causa onerosa: quia ad eam cogi non poterat Princeps, & ideò dicitur lucratiua, ita quòd nulla donatio remuneratoria dicitur onerosa, nisi concedatur ex necessitate vel titulo oneroso, vt in specie concludit AEgid. Boss. in tractat. suo crim. in tit. de Principe. numero 152. per gloss. quam dicit * communiter approbatam in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. & ex notatis per Barto. in l. Mæuius. §. duobus. column. 8. ver. secundò quæro. ff. de lega. 2. Et ideò dixerunt Gul. de Cun. & Bald. in l. si tibi pecuniam, si cert. pe-
10 tat. † donationem remuneratoriam posse reuocari ob ingratitudinem: quia causa præcedens non est obligatoria, sed potiùs voluntaria. argu. l. generaliter in 2. respon. C. de secund. nupt. Cùm ergo dicta concessio propter merita dicatur facta ex causa lucratiua & non onerosa, ideò sequitur, quòd sicut concessio gratis facta potest reuocari, vt dictum fuit in proxima conclusione præcedenti, ita & huiusmodi concessio remuneratoria, vt per Bos. vbi suprà.

Aut volumus dicere, quòd hæc concessio fuerit
11 obtenta ex causa onerosa, quia interuenit † datio, videlicet promissio & obligatio facta per vniuersitatem ipsius loci Felizani, seu agentes pro ea de soluendo annuatim florenos 300. Cameræ, tunc Marchionali Montisferrati, & nunc Ducalis status Mediolani, quo casu cùm contineat dationem, dicitur transiuisse in contractum onerosum, & sic est irreuocabilis, iuxta not. per Bald. in l. qui se patris, colu. 6. versi. & scias. C. vnde lib. vbi concludit, quòd licèt Princeps possit reuocare priuilegium à se concessum, licèt alteri sit ius quæsitum, etiam sine causa, quia nullo iure est concedens obligatus, & nemini iniuriam facit, tamen conuentionem reuocare non potest. Vnde, si pretium recipit, dicitur venditio, licèt vtatur verb. indulgemus, vel etiam si prætextu concessionis aliquid lucratus sit à recipiente, videlicet aliquam dationem vel factum. Nam tunc reuocare non potest: quia committeret dolum. argu. notat. in l. si cùm mihi. ff. de dol. quia respondetur,
12 quòd † opinio ipsa procedere potest, quotiens Principi aliqua datio promissa esset, quæ haberet perpetuam commensurationem cum re concessa, vt quia datum fuisset aliquid æquiualēs ipsi rei concessæ, aliàs secus, vt declarat ibi Bald. quem sequitur Socin. in consi. 4. colum. 2. circa fin. volum. 3. & in consilio 87. colum. 6. in fin. volum. eod. Dec. in cons. 292. colu. penult. in fin. At in casu præsenti licèt concessio ipsius immunitatis habeat dictam dationem annexam, tamen præponderat gratia facta per Principem dictæ vniuersitati, cum maiora onera ipsa subire haberet in triplum, quàm important dicti floreni tre-
13 centum: quo casu † cùm potentior sit gratia, quàm sit ipsa datio, ipsa attendi debet tanquam potentior. l. quæritur. ff. de statu hom. Ita Bald. in prælud. feud. in 2. char. ver. circa primum, vbi quærit, vtrum feudum dicatur gratia? & concludit, quòd si comparentur adinuicem concessio feudi & receptio beneficiorum, si præponderat beneficium, feudum habet plurimum gratiæ, & sic accipit causam eius, in

quo magis incaleſcit, per d.l. quæritur, ſicut in ſimi-
14 li videmus, † quòd ſi tradatur res & pretium, ſi pretium præponderat, dicitur emptio & venditio: ſi res, permutatio, vt in c. ad quæſtiones: & ibi Doctores de rer.permu. Soc. in cita.conſ.4.colum.2. in fin. vbi etiam dicit, quòd aliàs conſultum fuit per Alexand.de Imol.præceptorem ſuum in ciuitate Vulterrana, quæ fecerat quandam conceſsionem fodiendi mineras, & recepta certa pecunia, & recepto aliquo victu ſingulis annis, & in qua erat ſtatutum, q̃ non poſſet gratia fieri alicui, niſi interueniret certus numerus conſiliariorum, quòd ea non valuit: quia conceſsio præponderabat pecuniæ ſolutæ & ſoluendæ ſingulis annis, & verum dicit, quia ita conſuluit vt in conſi.ſuo 7. volumine 7. & ideò cùm dicta conceſsio magis participet de gratia vel beneficio quàm de donatione & obligatione præmiſſa, dicendum videtur, quòd ſicut Princeps poteſt reuocare gratiam à ſe conceſſam ſine cauſa & pro arbitrio ſuo, ita & huiuſmodi conceſsionem, licèt aliquid oneris habeat. Socin. in d. conſilio 4. column. 2. in fin. & ſequenti. & in conſi. 87. colum. 6 in fin. & in princ. ſequentis, volumine eod. Pariſ. in conſ. 11. in princ. volum. 1. Nec habet obſtare: ſi dicatur, quòd agentibus pro Ducali Camera incumbat onus probandi, quòd
15 gratia ſiue conceſsio ipſa præponderet dictæ dationi: † quia reſpondetur, hoc pertinere agentibus pro dicta vniuerſitate: quoniam (vt dictum eſt) vt conceſsio dicatur, facta ex cauſa onerosa, requiritur quòd habeat dationem vel factum æquipollens rei conceſſæ. Vnde, cùm iſta qualitas requiratur, dicendum venit, quod probari debuit à dicta vniuerſitate fundante ſe in ipſa datione. iuxta not. per. Bart. in l. 1. ff. ne quid in ſlum. pub. Vlteriùs dicitur, quòd &
16 ſi dicta conceſsio tranſiuiſſet in contractum onerosum, quod tamen ex cauſa potuit reuocari: † quia iſta conceſsio tendit ad noxiam & in detrimentum aliorum, quo caſu dicit Abb. in c. cùm ad hæc, de
17 cler. non reſid. † quòd priuilegium Principis non eſt
18 obſeruandum, quando ex poſt incipit eſſe damnoſum. gl in c. reſcripta. 35. q. 2. † vbi priuilegium ſtatim perdit vires ſuas, quamprimum reincidit in iniquitatem. Et in terminis immunitatis eſt text. in c. ſuggeſtum, de decim. vbi priuilegium immunitatis alicui conceſſum à ſolutione decimarum, eo caſu non eſt obſeruandum, ſi poſt priuilegium ille poſteà acquireret tot prædia, pro quibus ſi decimas non ſolueret, inferretur enorme damnum eccleſiæ.
19 Alberic. in conſi. 34. nu. 16. vbi inquit, † quòd quamuis contractus ab initio non contineat læſionem, ſi tamen ex poſt facto propter mutationem temporum contineat enormem læſionem, poteſt reſcindi, & debet regulari ſecundùm qualitatem ipſorum temporum, ſi contractus eſt ſucceſsiuus, reſpiciens etiam futura tempora Bald. in conſ. 240. volu. 4. vbi
20 ait, † quòd pacta non ſunt ſeruanda, quando inſurgit neceſsitas, & periculum verteretur publicum, ſi pacta ipſa obſeruarentur.

Sed præmiſsis non obſtantibus, quæ verè non obſtant in caſu præſenti, ſententia contraria eſt de iure verior. Et pro fundamento huius partis adduco in medium nonnullas concluſiones à Doctor.
* * communiter receptas, quarum prima eſt, † quòd
21 conceſsio immunitatis facta ex cauſa remunerationis non poteſt reuocari, quia dicitur tranſiuiſſe in contractum, vt probatur ex infraſcriptis. Et primò ex not. per Bald. in l. ſi cùm mihi. ff. de dolo, vbi poſt
22 Nicol. de Matha. dicit, † quòd ſi ſtatuto cauetur ſicut erat Paduæ, quòd quicunque venerit ad habitandum, & ſteterit ibi per certum tempus, ſit exemptus à collectis: ſi commune facit ſtatutum in contrarium in præiudicium illorum, qui venerunt ibi ad
23 habitandum, poterunt ſe iuuari exceptione, vel per actionem de dolo. Item † quòd priuilegium conceſſum, quod nõ pendet ex ſola authoritate concedentis, ſed ex iure alteri quæſito propter illius factum non poteſt reuocari, & quòd per hoc alia die conſuluit in ciuitate Senarum, q̃ priuilegium datum quibuſdã bannitis, quòd poſsint ſecurè morari, eò quòd illorum opera illud commune occupauerat quoddam Caſtrum, erat irreuocabile, per d.l. ac glo. in l. decurionib. C. de ſilentia. lib. 12. & per l. A-
24 quilius Regulus. ff. de dona. † vbi donatio facta ob certa & remunerabilia merita, non poteſt reuocari, nec eget inſinuatione, & Bald. ſequitur Alexand. in conſ. 54. colu. penul. volum. 4. Iaſ. in conſ. 1. colum. 7. in fi. verſi. 4. principaliter. volum. 1. Ruin. in conſilio 123. nume. 4. volum. 3. Pariſ. in conſ. 2. nume. 127. cum ſequentib. volu. 4. Accedit quod voluit Abb. in con-
25 ſilio 3. in 26. dub. volum. 2. vbi conſuluit, † quòd Rex Franciæ non poterat reuocare donationem comitatus Bigorræ, quem donauerat Comiti de Fuxo propter benemerita. Sed magis accedendo ad proxima, facit quod not. Bald. in l. 2. C. de liber. & eo-
26 rum lib. vbi dicit, † quòd licèt aliàs priuilegium exemptionis poſsit reuocari propter ingratitudinem, tamen vbi eſſet conceſſum in remunerationem, tunc nõ poteſt reuocari: quia tranſit in contractum. Marſ. in ſing. 303. Alex. in conſ. 101. col. 1. volu. 1. Ruin. in con 217. nu. 7. volu. 1. vbi tradit, quòd priuilegium immunitatis conceſſum per communitatem Pontremuli dom. Nicomedo, non potuit reuocari: quia dicitur in contractum tranſiuiſſe, & factum fuiſſe irreuocabile. Pariſ. in conſ. 68. colu. 2. vol. 1. Alex. in conſ. 54. colum. 4. & in conſ. 216. column. 2. volum. 2.

27 Secunda eſt concluſio, quòd † conceſsio remuneratoria, non dicitur mera donatio vel liberalitas. Bar. in proœ ff. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. l. ſi quis vxore. §. 1. de donat. inter vir. & vxor. Abba in rubr. de donat. Alexand. in conſi. 216. colum. penult. volum. 2. Ripa in reſpon. 13. colu. 1 in 3. par. & in l. ſi vnquam, quæſti. 13. num. 16. C. de reuo. dona. & ideò videmus, quòd licet inſinuatio requiratur in ſimplici donatione, ſecus tamen in remuneratoria. l. Aquilius Regulus, de donat. l. ſi pater. §. fina. in verb. irreuocabilis ff. de dona. quem textum ad hoc expendunt Alber. Ang. & Roma. ibi, quòd id quod aliàs eſt reuocabile, fit irreuocabile, ſi factum fuit ob benemerita, & dictũ text. dixit ſing. & perpetuò menti figendum. Rom. in ſing. 616. & literis aureis ſcribendum. Barb. in rubr. extra de dona. & in ſpecie in terminis immunitatis conceſſæ ob benemerita, quòd prætextu ingratitudinis non reuocetur, voluit Alexand. in conſ. 101. column. 1. volum. 1. in conſ. 216. colum. 1. volum. 2. Iaſ. in conſ. 10. colum. 3. vol. 4. & 121. colum. 4. volum. eodem. latè Tiraquel. in repetitio. l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus. in num. 13. 14. & 15. vbi etiam inquit, quòd feudum conceſſum ob benemerita, nulla poteſt ingratitudine reuoca-
28 ri. Item † videmus, quòd in generali derogatione priuilegiorum, non intelligitur derogatum priuilegio remuneratorio, quod tranſiuit in contractum. Roma. in l. ſi verò. §. de viro. num. 103. ff. ſolut. matr. Accedit etiam quod voluit Alexand. in conſi.
29 30. volum. 5. vbi concludit, † quòd nota. in l. ſi ex toto. ff de legat. non habent locum in donatione re-
30 muneratoria: quia donatio ipſa non eſt propriè donatio, ſed quædam permutatio. d l. ſed ſi lege. §. conſuluit, ibi, velut, genus quoddam hoc eſſe permutationis, & d l. Aquilius, ibi, defendi non meram donationem eſſe verum officiũ magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum. Modern. in rubr. de donat. inter vir & vxo. in §. 50. num. 9. in verſi. ratio. Fortificatur hæc ſententia ex not. per Bald. & Angel. in l. ſi vnquam. Cod. de reuo. donation. vbi tradunt,
31 † quòd diſpoſitio illius legis, non habet locum in donatione remuneratoria: quia non eſt propriè donatio Alexand. in conſilio 161. colum. 2. in fin. volu. 6. in conſi. 40. num. 13. volum. 4. Socin. in conſ. 30. in fin. volum. 3. Curt. iun. in conſ. 142. nu. 4. & per Tiraquel. vbi ſuprà. nu. 12. vbi citat hanc eſſe * commu-
* nem opinionem

32 Tertia eſt concluſio, quòd † quando priuilegium tranſit in contractum, quod eſt quando non conceditur ſimpliciter, ſed quando commenſuratur ob aliquod factum ſeu dationem præteritam vel futuram, ſeu implendam ex parte eius, cui conceditur, illud non poteſt reuocari: ita Bald. in l. qui ſe patris. column. 6. verſic. & ſcias. Cod. vnde libe. Aret. & alij in c. nouit, de iudic. Alexand. in conſilio 216. colum. 2. in princip. volum. 2. Bald. in l. donationes quas.

C. de

C.de donat.inter vir.& vxor.vbi dicit,quòd priuilegium ciuitatis datum Comitatensibus,aliquo ab eis dato,non potest reuocari,Ias.in cons.j.col. 5.vol. j.& in cons.56.col.2.in fin. vol.eod. Gozad.in cons.5. nu. 11.Ruin.in cons.130.num.18.volu.5.& in cons.105.nu. 4.vol.eod.vbi loquitur in causa immunitatis. Ripa in respons.19.num.23.in 2.part.dixi in cons.66.num. 22.volum.2.

Quarta est cõclusio*communis, tam Legistarum
33 quàm Canonistarum,quòd si † Princeps facit aliquâ conuentionem vel aliquod pactum cum priuatis, tenetur illud obseruare,& ex illo pacto obligatur:ita Cyn.Bart.Bal.& alij in l.digna vox.C.de leg.Cano.in c.j.de probat.Ias.in cons. 1.colum.3.volu.j.in cons.10. col.2.vol.3.in l.j.ff.de pac. Dec.in cons.48.col.3.quia
34 † licèt lege positiua non obligetur,dictamine tamen rationis naturalis non est solutus, nec à lege naturę: quia est animal rationale,Bald.in l.si aqua.versic.18.
35 C.de seruit.& aqua.† Et illi pacto non potest contrauenire etiam de plenitudine potestatis, teste Cast. in d.l.digna vox.quem sequuntur Dec.& alij in d.c.j.de proba.in cons.151.colum.6.cons.48.colum.2.292.col. penult.& 689.colum. 2.Felin.in cap. quæ in ecclesiarum.ver.quarta conclusio. de const. Paris.in cons.j. num.87. volumine j. consil.51. numero 50.volum. Craue.in cons.135.colum.3 in princip.Alciat.in cons. 362.Socin.Iun. in consilio 136.colum.j. volum.3. Facit etiam quod tradit Bald.in l.Princeps de legib.vbi ait, quòd Princeps, qui potest contrahere cum suis fidelibus,tenetur eis de iure gentium & ciuili: quia ciuili rationi naturalis ratio comparatur, l. bona fides.ff.depo.aliàs secundum eum sequeretur, quòd si Princeps ex pacto non obligaretur alij, vel ex contractu, nec alius obligaretur Principi ex respectu correlatiuorum,& sic esset Principi interdictũ commercium, & esset tanquam exul, qui omnium est
36 præsul, † Et in tantum vera est huiusmodi conclusio, quòd etiam successores conuentiones & pacta prædecessorum obseruare tenentur: ita Cano.in d.
37 c.j.de proba.& legistæ in d.l. digna vox. † Quinimo successor Principis, qui venit ad Principatum non per viam successionis,sed electionis, vt Papa & Imperator,tenetur obseruare gesta prædecessoris, quatenus pertineant ad dignitatem & officium suum, Bald.& Moderni in l.j.ff.de const.princip.Soc.Iun.in cons.60.num.29.vol.3.Bru.in cons.j.col.4.Iacob.de S. Georg.in sua inuest.in verb Sed an Princeps.col.2.in princ.Bald.in cons.359.vol.j.quem sequitur Capi.in
38 decis.121.col. 5. † Et si cupit Princeps mandata sua à successoribus obseruari, conueniens est, vt suorum prædecessorum mandatis venerationem præstet,& custodiam,c.iustitiæ.35.q.1. Et non obseruando dat materiam dissoluendi eius gesta per successores,cap. insti.35.q.2 Et ideo dixit tex.in c.si ea.25.quæst. 2.si ea destruerem,quę antecessores nostri statuerunt,non constructor sed euersor iustè comprobarer. Accedit quoq; quod dixit Bal.in cons.326.col.3.vol.j. vbi
39 dicit,† quòd successor Principis contrauenies factis antecessoris,dicitur contrauenire sibi ipsi:quia semper est vnum Imperium.

Quibus conclusionibus firmis manentibus,cùm sint frequentiori calamo à doct. receptæ,dicendum videtur,quòd ex quo cõcessio immunitatis factæ vniuersitati,& hominib. Felizani per quondam illustriss.Gulielmum Marchionem Mõtisferrati de anno 1452.die vigesima mẽsis Iunij fuerit eis facta propter benemerita, vt constat ex verbis ipsius concessionis, ibi, prædictus verò illustrissimus dominus Gulielmus considerata singulari deuotione, fide,& charitate dictorum communitatis & hominum Felizani erga suam excellẽtiam,& quãto cum feruore, & amore ipsi commune, & homines submissi fuerunt, & submittunt domino prædicto illustrissimo domino Gulielmo de sui innata clementia,& munificentia in eius subditos & homines,petitiones & capitula infrascripta admisit, inter quæ est quartum capitulum,quòd dicti commune & homines sint,& esse debeant perpetuis temporibus immunes,liberi, franchi,& exempti à quibuscunq; taleis, & collectis prædictis, taxis, mutuis, subsidijs, impositionibus, contributionibus, factionibus, imbotaturis, macina, focularibus, alijsq; oneribus quibuscunq; realibus,& personalibus, atq; mixtis, quòd dicta concessio transiuit in contractum, & effecta fuit irreuocabilis, vt constat ex his, quæ suprà dicta fuerunt in 1. & 2.conclus.huius partis.

Quibus etiam nunc additur, quod voluit Bart.in l.ambitiosa.colum.2.vers.quæro vtrum liceat. & ibi
40 Alber.ff.de decre. ab ord. fac. vbi dicunt, † quòd decuriones aliàs prohibiti donare res ciuitatis,possũt eas donare,& causa remunerationis: nec propterea decretum est ambitiosum, nec reuocari potest, per tex.in l.iubemus.§.scientes.C.de sacrosan.eccle. & in l.cum plures.§.penul.ff.de administ.tut.Alex.in consil.161.circa fin.lib.2.in cons.30.in 3.dubio in fin.lib.6.
41 vbi † consuluit, ciuitatem subditam Principi posse concedere immunitatem perpetuam ob benemerita,Felin.in c.accedentes.col.vlt. in 9. conclusione de præscrip.Ias.in consilio 101.colum.3.vers.5.volum.4. & in consilio 73.colum.4. volumine 3.dixi in cons.5. numero 8.cum pluribus sequent.volum.j.Et in tan-
42 tum † est vera huiusmodi conclusio, quòd etiam de meritis statur assertioni vniuersitatis seu decurionum, vt voluit Dec. in consilio 195. colum. 3. versic. nam tali casu,Ias.in consilio 227.colum.9. versic. 101. volum.2.& in consilio 101.colum.4.in fin.volumine 4.Gramma.in consilio 58.Ruin.in consil.175.colum. 3. volumine j. & late per me in dicto consilio 5. numero 22.

Vlteriùs dicitur,quòd dicta immunitas nullo modo potuit reuocari: quoniam capitulum ipsum immunitatis,& multa alia, de quibus in prædicto instrumento celebrato per agentes vniuersitatis Felizani cum quõdam illustrissimo domino Gulielmo, fuit concessum in executionem eorũ, quæ promissa fuerunt per dictum illustrissimum iam dictę vniuersitati,quando ei se subiecit, vt clarè colligitur ex verbis ipsius instrumenti,ibi, dominioq; subiectioni,ditioni, & iurisdictioni prædicti illustr. domini Gulielmi,& eius hęredum,& successorum, sese & dictum locum, & omnia suprascripta plenariè,& totaliter in omnib. & per omnia submiserunt, & submittunt,& ipsum pro se,& dictis suis hæredibus,& successorib. recipientem acceptarunt in eorum verum,naturalem, & immediatum dominum, saluis semper infrascriptis, id est,capitulis subsequẽtibus, quæ exhibita fuerunt,& requisita confirmari prout fuerunt cõfirmata modo & forma in eis descriptis. inter quæ est capitulum dictæ immunitatis: quo casu succedit quod decidit in terminis Dec. in consilio
43 286.colum.3.vers.sed tamen.vbi inquit,† quòd capitula concessa communitati Riponarensi nullo modo potuerunt reuocari per Florentinos ad commodum hominum,& communitatũ Volaterranorum benemeritorum de Repub. Florentina, quia illa capitula fuerunt facta in executionem eorũ, quæ promissa fuerunt communitati prædictæ, quãdo se abdicauit à ciuitate Volaterrana, & se subiecit, & effecta fuit de communitate ciuitatis Florentiæ, prout colligitur in principio capitulorum, ibi, dum dicitur,prout etiã in eis promissum,& cõuentum fuit, & ibi,& eis promissa,& conuenta obseruare. & mouetur ex notabili doctrina Bald. in d. l. qui se patris. col.pen. vers. hoc scias.C. vnde lib. vbi inquit, quòd si Princeps aliquid concedit recepto pretio, dicitur contractus venditionis, & non priuilegium, etiam si vtatur, verb.indulgemus.& subdit Bald.idem esse quando Princeps habuit aliquam donationem vel factum, quòd habent commensurationem cum re concessa:quia tunc nõ potest Princeps reuocare concessionem,quia dolum committeret, l.si cum mihi. ff.de dolo & ideo cum iste sit contractus celebratus cum Principe,qui efficaciter obligatur ad eius obseruantiam,iuxta not.per Doct.in ca.j.de proba sequitur,quòd illud reuocari non potuerit, imò quòd inuiolabiliter obseruandum sit.

Secundò in terminis facit decisio Ruin. in consil. 105.volu.5. vbi inquit, quòd concessio immunitatis facta hominibus terrarum, & cõmunitatum comitatus Imolæ, quòd dictis hominibus licitum sit habere & percipere sal vndecunque voluerint, & prout melius pro eorum commodo eis placuerit,

& absq; eo quod aliquis pro parte communitatis Bononiæ de dicto cõmunitatu, vel homines dicti communitatus possint compelli ad capiendum sal communis Bononiæ, non potuit per Bononienses reuocari: quia eis concessa fuit, ex quo se submiserunt, & subiecerunt dictæ cõmunitati, & sic transiuit in contractum: ex quo propter illam, vel illius occasione dicti homines facti sunt subditi, l. quod semel. vbi
44 Bart. de decre. ab ord. fac. Et ideo videmus, † quòd quando priuilegium conceditur vniuersitati ob benemerita, quia scilicet ciuitatem propriam submiserit Florentinis, transit in beneficium, & perdit nomen priuilegij, adeò quòd venit latè interpretandũ, l. fin. ff. de const. princip. Soc. Iun. in cons. 37. num. 18. volum. 1. & in cons. 202. num. 20. versi. quinimo, vol. 2. Nam Princeps, qui per viam pacti, & contractus aliquid promisit, illud obseruare tenetur, vt dixi in
45 quarta conclusione. † Princeps enim contrahendo, & paciscendo obligatur sicut quilibet priuatus, ex quo contrahendo dicitur vti iure communi, secundum Bald. in l. ex imperfecto. C. de testa. Dec. in l. traditionibus. C. de pact. Soci. Iun. in cons. 136. colum. 1. volu. 3. & eo magis hoc dicendum venit, cùm ambæ partes promiserint sibi inuicem & vicissim promissa conuenta, liberata, ordinata, apunctuata, conclusa, gesta, & facta perpetuò attendere, & obseruare, & nullo vnquam tempore contrafacere, dicere, vel venire directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, & seu quouis quæsito ingenio, vel colore sub refect. omnium, & singulorum damnorum, &c. & cum renunciationibus hinc inde opportunis. Quæ quidem arguunt huiusmodi concessionem non esse priuilegium, sed contractum, vt per Dec. in citat. consil. 286. colum. 3. versic. sed tamen his, & tantò fortius concessio ipsius immunitatis reuocari non potuit, tum quia per illustrissim. quondam Ioãnem Galeazeum & Mariam Sfortiam Duces Mediolani ordinatum fuit, capitulum dictæ immunitatis concessum per Marchiones Montisferrati exequutioni mandari iuxta formam & tenorem priuilegiorum concessorum per ipsos Marchiones, vt constat ex eius ordinatione & confirmatione facta die 29. Octobris, 1491. vbi mandat dictum capitulum, & alia in ea contenta inuiolabiliter seruari à magistratibus, cum clausulis amplissimis: & hoc propter benemerita ipsorum hominum, tum quoq; quòd confirmata fuit per excellentissimum Franciscum Ducem Mediolani, vbi etiam propter benemerita ipsorum hominum, confideratis diligenter priuilegijs & concessionibus, de quibus in concessione Ioannis Galeazei, nõ obstante, quòd in his multa sint, quæ Cameræ suæ præiudicium non leue propter diuersitatem superiorum & præsentium temporum afferant, & ea iure immutari possent. Attamen, vt re ipsa cognoscant eorum ad suum reditum, non tantùm sibi non damno, sed potius vsui maximo fuisse, vtq; in eorum inuiolabili erga se fide feruẽtius indies perseuerare habeant eorum petitioni annuentes, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis suæ, etiam absolutæ præinserta capitula, priuilegia, & concessiones olim prædictis vniuersitati communi, & hominibus terræ, & loci Felizani factas & concessas cõfirmauit, approbauit, & laudauit cum decreto, quòd non secus obseruentur, quàm seruata fuere vsq; ad obitum Marchionis quondam Ioannis Georgij de Monteferrato, qui vltimo loco in feudum eum recognoscebat, vt cõstat de dicta confirmatione facta Mediolani die 19. Augusti 1535. quæ demum fuit approbata per Senatum sub die 21. Octobris 1535.

Vlteriùs adest etiam confirmatio dictæ immunitatis factæ per Carolum V. in ciuitate Ast, sub die decimasexta mensis Iunij, 1536. in qua considerantes grata obsequia, quæ maiestati suę, dum ea cum exercitu transiret cum dispendio rerum & facultatum dictorum hominum & vniuersitatis præstiterint animo deliberato ex certa scientia, sano accedẽte consilio priuilegia, literas, immunitates per illustr. Duces Mediolani, & Marchiones Montisferrati concessa, & concessas ipsis hominibus in omnib. suis punctis, clausulis, & articulis eorum omnium tenores pro sufficienter expressis habere volentes, confirmauit, approbauit, & ratificauit cum clausulis amplissimis in ea descriptis. Vltra adsunt aliæ literæ suę Cæsareæ maiestatis datæ in ciuitate Mediolani die 12. Februarij 1537. Constat etiam ex literis illustriss. Marchionis Vasti, scriptis domino Præsidi & magistris redituum status Mediolani de non grauando dictos homines ad solutionem mensualium, & aliorum onerum extraordinariorum, sed ad præseruandum eos à dictis oneribus. Plus sunt aliæ literæ illustriss. Præsidis, & magistrorum redituum Cæsareorum status Mediolani ad Commissarium Taxonem Alexandriæ, in quibus ei mandatur, quòd non debeat astringere homines Felizani ad solutionem mensualis, & aliorum onerum extraordinariorum, & quòd si fieri fecerit aliquam executionem pro tali causa contra dictos homines, quòd illam reuocare debeat. Constat quoque, quòd de anno 1561. die 8. mensis Ianuarij, dum essent facta proclamata parte illustrissimi domini Marchionis Piscariæ locum tenẽtis, & Gubernatoris status Mediolani, quòd quælibet persona habens portus, & molendina, ac alia ędificia super fluminibus publicis, aut torrentibus, deberet producere eius concessiones, & priuilegia, ac soluisse pro summa redituum vnius anni in manibus domini Thesaurarij generalis. Comparuerũt agentes pro dicta vniuersitate Felizani, qui opposuerunt contra dicta proclamata, asserentes eos non posse arctari ad solutionem alicuius annatæ pro quatuor molendinis, quæ habent, tenent, & possident in flumine Tanagri in territorio Felizani, vigore conuentionis, & capitulorum celebratorum cum quondam illustrissimo Gulielmo Marchione Montisferrati celebratorum per illustrissimum Ioannem Galeazeum, & Franciscum Sfortiam Duces Mediolani, ac demum per serenissimum & inuictissimum bonæ mem. Carolum V. Imperatorem, & etiam confirmatum per excellentissimum Senatum Mediolani, & maximè, stante prænarrata concessione seu conuentione facta cum titulo oneroso, quia aliàs ipsi non tenebantur soluere Cameræ nisi florenos centum viginti singulo anno pro omnibus, & quibuscunque oneribus, & nunc soluebant florenos trecentum, videlicèt ducentum in Camera Marchionali, & centum pro salario prætoris, petentes eos se in pace dimitti, & declarari eos non teneri ad præmissam solutionem: præcipuè, quia semper fuerunt & steterunt in possessione pacifica, seu quasi non soluendi, super quibus oppositionibus, & requisitionibus die septimo Nouembris eiusdem anni 1561. fuit ordinatum per illustrissim. & magnificos Præsidem & magistratus, & præfectos annatæ participata recum regio Ducali fisco, attentóque etiam quòd minus soluebatur, Cameræ ordinauerunt dictum commune, & homines Felizani non esse molestandos pro dicta annata dictorum molendinorum, imò à dicta solutione fuisse, & esse liberandos, mandando aptari quascunq; literas opportunas.

Et de anno 1564. die 8. Nouembris, fuit facta relatio per magnificum magistratum status Mediolani illustriss. dom. Marchioni Piscariæ, quòd stantibus priuilegijs & conuentionibus, de quibus suprà, non debebant grauari homines Felizani, nisi pro ordinaria conuentione facta cum dicto illust. domino Gulielmo, & confirmata per illustr. Duces Mediolani, ac demum per Carolum V. Imperatorem, ad solutionem onerum, de quibus in dicta relatione, tantò fortius cùm ipsi vsi fuerint omni diligentia in perquirendo, si homines Felizani erant in possessione soluendi alia onera extraordinaria, & per ipsos compertum fuerit in libris Cameræ status, communo dicti loci non soluisse alia onera extraordinaria excepto vno, de quo ibi, cum protestationibus tamen, de quibus etiam ibi.

Quibus conuentione & confirmationibus factis ac declarationibus exinde sequutis, tam per illustr. Præsides & magistratus intratarũ, ac ordinationes inde subsequutas per Locumtenẽtes status Mediolani, videtur dicendum, quòd reuocatio dictæ immunitatis nullo modo subsistere poteſt: præsertim cùm fuerit obseruata per longissima tẽpora nedum

quadrã-

quadraginta, sed per spacium centũ annorum, iuxta not. per Bal. in l. comperit. in fi. C. de præscript. 30. annor. & Soc. Iun. in cons. 86. nu. 58. vol j.

Nec habet obstare, quòd aliquando per illustriss. quõdam Ferrandum Gonzagam vti Locumtenentem suæ sereniss imæ Cæsareæ maiestatis aliquid exactum fuerit ab ipsis hominibus Felizani pro oneribus bellicis: quia respõdetur, quòd si ipsi aliquid soluerunt, solutio ipsa extorta fuit per vim & metum.

46 Nam clarum est in iure, † quòd si Princeps aliqua imponit seruitia indebita subditis, quæ exigantur, præsumuntur per vim & metum extorta. Ita Bal. in tit. de pac. Const. in verb. pactiones. Sed ante eum id voluit Ioan. And. in c. j. de præscr. in 6. refert & sequitur Alexan. in l. j. §. iusiurandum. ff. qua. rer. actio non datur. Abba. post Inno. in c. si diligenti. vers. venio ad secundum membrum, de præscrip. Aret. in cons. 14. col. 10. Ias. in §. quadrupli. instit. de actio. Iacob. de S. Georg. in tracta. de homag. col. 8. vnde si non licet superiori contrauenire conuentionib. pactis, & contractibus suis, & sic dictæ immunitati concessæ ex titulo oneroso & propter benemerita, vt notatur in

47 d. cap. j. de probat. multò minùs non debet licere † eius Locumtenenti, qui nihil potest contra iura, l. formam. C de off. præfect. præto. glo. & doct in c. fin. de hæret. in 6. Et ideo videtur, quòd fieri non possit vis in possessione allegata per agentes pro Camera Ducali sub prætextu, quòd exactio oneris facta fuerit contra agentes vniuersitatis ipsius loci Felizani:

48 quia † ex tali possessione iniusta seu violenta nullum ius tribuitur possessori, vt per Gramm. in vot. 12. nu. 15. cum sequen. Et ideo dixit Luc. de Pen. in l. litibus.

49 colum. 3. in prin. C. de agri. & censi. lib. 11. quòd † non prodest consuetudo in his, quæ contra iustitiam vsurpantur, ca. dict. vbi notatur de maio. & obe. sub-

50 dens, † quòd collecta semper ex timore præstari præsumitur, & ideo in ipsa præscriptio currere non videtur per ea, quæ nõ. Inn. in d. c. si diligenti. in gl. magna. quinimo non sufficit probare cursum temporis, nisi & probetur titulus, d. c. nullus. j. q. j. Idẽ Luc. in l. hac lege. C. de aquæ duc. lib. 12. & eò maximè hoc dicendũ venit stante dispositione superioris in contrarium, de qua suprà.

Pariter non obstat si dicatur, quòd dicta conuentio non extendebatur ad onera bellica, per nota. in l. si ex toto. de lega. j. per Bal. in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. in l. j. C. vt nemini liceat. lib. 10. & in l. 2. C. de quib. mune. nem. liceat se excusa. lib. eodem. quia respondetur, quòd suprascriptę decisiones non

51 procedunt † in immunitate concessa per viam contractus, vt per Cacialup. in l. omnes populi. num. 181. ff. de iustit. & iur. quem sequitur Neuiza. in consil. 11. colum. 6. in fin. vbi dicit, fuisse quæstionem de facto in ciuitate Senarum, in qua dum esset magna penuria, fuit imposita collecta pro emendo frumento. & dubitatum, an immunes ex pacto oneroso ad eam tenerentur, & fuit obtentum, quòd non: quia licèt exemptus per priuilegium, nõ gaudeat immunitate in tali casu, tamen gaudere debet exemptus per pactum, dicens ita limitari not. per doctor. in d. l. si ex toto. Idem voluit ipse Neuiza. in consil. 66. num. 44. Alcia. in consil. 80. num. 5. 168. num. 11. 185. in fin. & in cons. 535. circa fin. Bos. in suo tracta. crim. in titulo de Principe, num. 151. Natta collega meus in consil. 397. numero 9. sed prius hoc voluit Bald. quem alij ex dictis patribus non allegant in cons. 499. vers. quæritur. volum. 4. dixi in cons. 5. num. 53. ver. secundò respondetur.

Non obstant modò quæ in contrarium adducta fuerunt: quia ad primum argumẽtum, in quo dici-

52 tur, † quòd Princeps pro arbitrio suo potest reuocare priuilegium à se gratis concessum, respõdetur veram esse huiusmodi conclusionem, licèt de honestate id facere non deberet, per tex. in auth. inter claras.

53 C. de summa trin. & fide cathol. vbi nihil est, † quod luce clariore præfulgeat in Principe, quàm recta fi-

54 des. & quia stat regula, † quòd illud nõ dicimus posse, quod cum honestate non possumus, l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. Alex. in cons. 54. col. penult. in fi. vol. 4. Et ideo dixit Bald. in cons. 279. vol. 3. quem se-

55 quitur Cur. Iun. in cons. 170. col. fi. † quòd in Principe tanquam in fonte iustitiæ debet esse constans vo-

56 luntas. Conuenit q̃ † illud verbũ, semel loquutus est

57 Deus: & quod scripsi scripsi. Et † quòd debet habere vnum calamum & vnam linguã, & non plures: quia scriptum est: quæ processerunt de labijs meis, non

58 faciam irrita. Et ideo † quòd debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, tamẽ illud nihil facit ad propositum nostrum, cùm dictum priuilegium propter merita dictorum hominum Felizani, & alia de quibus supra, trãsiuerit in contractũ, vt latè suprà demonstratum fuit, & amiserit nomen priuilegij, vt per Soci. in consilijs suprà citatis.

Similiter non obstat secundum, quòd immunitas concessa ex causa remuneratoria, concedi non videtur, nisi ex liberalitate, & sic ex causa lucratiua, ex quo beneficium sponte conceditur, secundum Bos.

59 vbi suprà. Quoniam respondetur, † ipsum malè loqui, cùm de ipsa concessione iudicandũ sit, ac si concessa fuisset ex titulo oneroso, vt per Alexan. in cons.

60 78. numero 8. volumine 4. vbi dicit, † quòd iura, quæ permittunt donationes reuocari, loquuntur de donationibus merè gratuitis, non autem de factis propter merita, vel ex titulo oneroso: quia tunc secundum Ang. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. de illis donationibus iudicatur, quemadmodum de titulo oneroso: & sic non poterunt reuocari prætextu ingratitudinis, nec per superuenientiam liberorum. Idem voluit Tiraquel. in rep. d. l. si vnquam. in verb.

61 donatione largitus. in nu. 11. vbi dicit, † quòd donatio remuneratoria non est mera donatio, sed vt titulus oneroſus.

Secũdò dicitur, quòd licèt Aret. in c. nouit. de iud. relinquat id cogitandum sub dubio, tamen adhuc dicitur, quòd imò recipiens non habet causam lucratiuam, sed oneroſam, ex quo sibi soluitur laboris merces, vt in l. si pater. §. j. de don. & in l. Aquilius. eodem titul. ne concedens id faciat, vt exerceat liberalitatem, sed vt soluat debitum naturæ, vt inquit Abba. in rubrica. de donat. Et licèt præcepto iuris ciuilis ad id non teneretur, iuxta gloss. in dicto §. consuluit. tamen vbi est solutum, repeti non potest: vt per Bart. in l. ex hoc iure. col. 5. vers. sed contrà. ff. de iust. & iur. Ita Natta collega meus in consil. 242. numero 4. & in consilio 260. nume. 7. facit quod inquit Petr. Antibo. in tracta. de munerib. in §. 40. nume. 145. vbi

62 dicit, † quòd rarò hodie fiunt seu conceduntur immunitates huiusmodi à Baronibus liberaliter, sed habent in se præmium seu meritum, & ita aliàs respondendo dixi in cons. 76. colum. fi. volum. 2. Quibus accedit, quod scripsit Paris. in consilio 2. numero 127. volum. 4. vbi ait, quòd concessio facta propter commensurationem, nõ dicitur continere meram gratiam & puram liberalitatem, & causam absolutè lucratiuam, sed potius videtur concessa propter commensurationem, & aliqualem recompensationem factorum præteritorum: & ideo, quia ea transit in contractum, & conuentionem, non pòtest reuocari, Moder. in rubr. de don. inter vir. & vxor. in §. 50. nu. 35. Et ideo inquit Tiraquel. in loco vbi suprà num. 16. clarè liquere, toto cœlo errasse Gulielmum Cunium, virum alioquin legum peritissimum, & omnium propè antiquiorum celebratissimum, vt Bald. doc. oculatissimum, sed vtrunque de maritis malè meritum, dum in l. si mihi pecuniam. ff. si cert. pet. asserunt contra text. in d. l. si pater, donationem remuneratoriã posse reuocari ob ingratitudinem: quoniam, inquiunt, quòd causa præcedens non est obligatoria, sed potius voluntaria, arg. l. generaliter. in 2. respons. C. de secun. nup. Et ideo subdit, adeò innatum esse omnib⁹, vel in re apertissima interdum errare, & si verum ipsi dicerent, subuerteretur quicquid vbiq; scriptum est de remuneratione meritoria, de qua abundè suprà dixi. † Et ideo non videtur

63 sub sistere decis. Bos. cum concessio ipsa remuneratoria non sit mera, pura, & gratuita concessio, vt apertè demonstratur ex his quæ scripta reperiuntur suprà in 2. conclu. imò fortius dixit Paris. in citat. cons. 2. nu. 134. post Dec. ibi per eum citatum in c. j. nu. 6. de prob. Quòd illud quod dicitur, Principẽ posse reuocare suum priuilegium ex gratia cõcessum subditis, non habet locum, quando priuilegium & concessio

transi-

transiuit in vim contractus, & conuentionis, subdens quoq; id procedere, etiam si attenderetur causa lucratiua.

Ad tertium respondetur, quòd imò promissio & obligatio de soluēdo singulo anno summam florenorū 300. correspondet rei concessæ, adeò vt si quis excipere velit, & opponere, quòd concessio præponderet dictæ dationi, † excipienti de huiusmodi limitatione incumbit onus probandi, cùm excipiens ita teneatur probare exceptionem suam, l. in exceptionibus. ff. de proba. † sicut actor suam probationem, l. qui accusare. C. de eden. quia excipiendo censetur agere, quo ad ipsam exceptionem, l. 1. ff. de exceptio. Corn. in cons. 223. col. 3. vers. nec obstat. volu. 2. Paris. in cons. 45. num. 2. vol. 1. & in consi. 105. num. 60. volu. 2. & eò magis hoc dicendum venit, cùm capitulum dictæ immunitatis sit de pacto & conuentione facta etiam in recompensationem subiectionis factę tunc illustriss. nunc quondam Gulielmo. Et quamuis capitula, de quibus in ipsis pactis contineant etiam aliquid gratiæ, tamen dicta capitula parum, vel nihil sunt in recompensationem subiectionis & submissionis prędictæ. Vnde verè dici nō potest, quòd stantibus dictis promissione & submissione, quòd gratia prępon deret dictis dationi & submissioni, vt per Dec. in terminis, in cons. 286. col. pen. in fin. vers. non obstant allegata.

Non obstat vltimum, quia primò respondetur, † quòd argumentum posset procedere, vbi dicta communitas fuisset solita & consueta concurrere in oneribus cum alijs locis status Mediolani, secus vbi nunquam concurrisset cum eis, vt in casu nostro, vbi ex literis magistrorum redituum status Mediolani, de quibus suprà, constat communitatem ipsam seu agentes pro ea nunquam soluisse aliqua onera extraordinaria: quia tunc non potest dici priuilegium ipsum tēdere in maximam lęsionem hominum aliorum locorum dicti status, per not. per Cepha. in cons. 58. num. 61.

Secundò dicitur, † quòd agentes pro Camera non debent audiri, cùm non sint aliqui, qui conquerantur, & qui apud superiorem petant, quòd dictū priuilegium reuocetur, vt fieri deberet, iuxta notat. per Imol. in l. ab omnibus. in fi. de lega. 1. quem sequitur Ias. in l. aues col. 2. de pac. Dec. in cons. 335. col. 2.

Tertiò dicitur, † quòd illud posset procedere, vbi immineret publica necessitas, cui non posset prouideri, nisi etiam exemptis collecta imponatur, quæ tunc eis imponi potest, cùm ipsa cōcessio dicto casu eos non eximat. Ita Soc. in d. l. si ex toto. Curt. Iun. in cons. 61. col. 6. vers. prætereà Paris. in cons. 68. col. pen. in fin. vol. 1. sed in casu præsenti nemini dubium est, quòd tale onus potest cōmodè per alios supportari absq; quòd ipsis exemptis huiusmodi onus imponatur, ergo, &c. Faciunt quæ dixi in cons. 5. nu. 52. vol. 1.

Quartò respondetur, † quòd dispositio ca. suggestum, & aliæ authoritates suprà allegatæ loquuntur in priuilegijs puris, non autem in his, quæ transiuerant in contractum: quia ea reuocari non possunt, vt per Abba. & alios in d. c. suggestum. col. fin. nam in contractibus, quæ à principio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, l. sicut. C. de act. & oblig. idem dixit Soc. Iun. in cons. 69. num. 58. vol. 3. vbi dicit, † quòd in contractibus & etiā in priuilegijs, cùm transeunt in contractum, inspicitur tempus cōtractus, vt constat ex not. in l. 2. C. de rescind. vend. Hinc videmus secundum eum, † quòd quæcunque accedunt rei venditæ post venditionem, & sic post tempus contractus, pertinent ad emptorem. l. 1. ff. de pericul. & comm. rei vend.

Vnde ex his quę abundè scripta sunt, omnino concludendum esse arbitror per dictum consummatissimum Senatum, qui veritatem & æquitatem ante oculos semper habere solet, & qui nūquam pauperes pupillos, orphanos & miserabiles personas pessundare permisit, ac in quo personarum acceptio semper reiecta fuit, esse pronunciandum immunitatem ipsam vti onerosam nullo iure reuocari potuisse, sed inuiolabiliter obseruandam esse, non obstantib. oppositionibus ex aduersa parte agēte pro camera adductis: quia, vt inquit Anch. in cons. 2. quem sequitur Alexan. in cons. 54. num. 17. vol. 4. quando priuilegia transeunt in contractum, illa non possunt reuocari: quia non sine iniuria beneficiū sua prouisione quæsitum, alicui tolli potest, c. 1. vbi not. Doct. de prob.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XIIII.

1 *Vxor inops & indotata succedere debet in quarta parte bonorum mariti defuncti diuitis.*

2 *Dispositio auth. prætereà. C. vnde vir & vxor, non habet locū in vxore dotata in parua dote, & in nu. 14. sed contrà, num. 20. secundum communem.*

3 *Successio, de qua in d. auth. prætereà, est noua, exorbitans & contra regulas iuris antiqui.*

4 *Præpositio in, de qua in d. auth. prætereà, in verb. indotatam, stat negatiuè. declara vt in num. 36.*

5 *Oratio indefinita æquipollet vniuersali.*

6 *Conditio debet impleri in forma specifica.*

7 *Maritus si duxit vxorem sine dote, quæ exinde ab eo expellatur, consequi debet quartam partem substantiæ mariti.*

8 *Dispositio d. auth. prætereà, est pœnalis, & odiosa, sed contra num. 37.*

9 *Maritus quando accipit vxorem sine dote, præsumitur eam solùm accipere ob maritalem affectum, & velle eam succedere in quarta suorum bonorum: secus quando eam accipit cum parua dote.*

10 *Coniunx quando est diues, & indotata, marito nō succedit in quarta.*

11 *Idem operatur oppositū in opposito, quod propositum in proposito.*

12 *Statutum disponens, quòd filia dotata non succedat patri, verificatur in ea, quæ dotata fuit cum parua dote, sed contra num. 38.*

13 *Successio paterna est debita filiæ de iure naturali.*

15 *Dispositio d. authent. prætereà, locum nō habet, quando mulier ex operis suis potest sibi parare victum, & num. 19. secundum communem, declara, vt in numero 45.*

16 *Pater, & si filium inopem alimentare teneatur, tamen quando ex industria sua viuere potest, ei alimenta impendere non tenetur, fallit vt in nu. 51.*

17 *Alimenta filio debentur de iure naturali et positiuo simul, quarta verò quæ debetur coniugi inopi, est tantum de iure positiuo.*

18 *Hæredes vxoris & si à marito non possint exigere dotem quādo ea exacta vir laboraret egestate, tamen hoc fallit quando maritus ex industria sua viuere posset.*

19 *Dispositio d. auth. prætereà, locum non habet, quando vxor pauper haberet fratrem, qui eam alere tenetur, declara vt in num. 53.*

21 *Dos dicitur parua quando non sufficit ad alimenta.*

22 *Ratio legis vbi est amplior dicto legis, tunc dictum extendi debet ad terminos rationis legis.*

23 *Ratio est primum in intentione statuētis, & ex ea infertur dictum.*

24 *Ratio in lege est, sicuti anima & spiritus: eius autem verba sicut corpus.*

25 *Homo sicut cōsistit ex anima & corpore, ita lex ex ratione & verbis: & verba sunt corpus & superficies, ratio anima ipsius.*

26 *Ratio magis attendi debet, quàm cortex verborum.*

27 *Inopia & mendacitas vxoris est causa finalis secundū communem, quòd vxor succedat in quarta parte bonorum mariti defuncti.*

28 Ratio

28 *Ratio quando est generalis, magis attẽdi debet, quàm verborum expressio.*
29 *Ratio magis attendi debet, quàm ipsa decisio.*
30 *Extensio non dicitur fieri, sed potius declaratio, vbi omnino est eadem ratio siue mens disponentis.*
31 *Rationis identitas vbi est, non dicitur fieri extensio, sed omnes casus dicuntur comprehensi.*
32 *Dos etsi minima sit, tamen dos est.*
33 *Dotatum excludens mulierem dotatam, videtur etiam eam repellere si dotata fuerit in vno nummo.*
34 *Dispositio auth. præterea, secundum Doct. communiter habet locum in dote minima.*
35 *Dos an sit idonea, remittitur arbitrio boni viri.*
38 *Vxor quando expellitur à marito, nedum habere debet quartam in bonis mariti in pœnam ipsius, sed etiam dotem.*
39 *Authoritas glossæ est maior cæteris.*
40 *Authoritas glossæ omnes alias antecellit.*
41 *Glossam idolum suum appellat Cynus.*
42 *Iudex debet se tenere super opinione glossæ, sicut facit nesciens equitare, qui tenet se ad arzonum.*
43 *Glossæ tanta est authoritas, quòd ab ea in curia Romana non receditur.*
44 *Glossæ adhæreas veluti Carrotio, & in perpetuum non errabis, & multa de ipsius Glossæ authoritate.*
46 *Mulier vidua censetur esse in primo matrimonio.*
47 *Vxor vidua gaudet priuilegijs quibus maritus eo viuente fruebatur.*
48 *Vxor vidua sequitur forum viri præmortui.*
49 *Hæres efficitur indignus hæreditatis defuncti, dando operam, quòd vxor eius alteri seruire teneatur, quia offendit defunctum.*
50 *Liberta maior 25 annis, non tenetur præstare operas patrono.*
51 *Filia naturalis, etsi alenda non sit à patre nec dotanda, vbi ipsa haberet aliquam honestam artem vnde posit se sustentare, tamen hoc fallit, si esset filia naturalis alicuius magni nobilis, cui dedecus esset artem exercere.*
52 *Mater etsi filium alere non teneatur, sed lactare vsq; ad triennium, tamen si mater esset nobilis, cui secundum morem patriæ esset dedecus lactare filium, excusatur.*
54 *Vxor vidua est defuncti mariti imago, & econtrà.*
55 *Vxor vidua superuiuens, per annum portare debet lugubria.*

CONSILIVM XIIII.

1 ET si ambigui iuris non sit, † quòd si maritus diues prædecedat vxori inopi & indotatę, quòd ea succedere debet in quarta parte bonorum ipsius, iuxta text. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor, & in corpore vnde sumitur, in §. quoniam verò. in auth. de exhiben. reis. col. 5. & in §. quia verò. in auth. vt liceat matri & auię. col. 8. tamen dubium exoriri videtur in præsenti consultatione, an dispositio ipsius auth. prętereà, locum habeat in vxore dotata in parua dote. Prima etenim
2 facie dicendum videretur † quòd non, ex pluribus fundamentis, de quibus per Modernos Florentinos
3 in d. auth. col. 5. † quoniam ista succesio est noua & exorbitans, & contra regulas iuris antiqui: & quia loqui videntur dicta iura tribus cõcurrentibus, scilicèt quando mulier est sine vlla dote. Item & inops & vir diues, vt in d. §. quoniam verò. ver. itaque igitur, &c. ergo non extendenda ad casum, in quo mulier paruam habuit dotem, l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. Nam, si hoc voluissent, vtiq; ita disposuissent in muliere parua dote dotata, sicut fit de indotata, arg. l. j. §. fin autem ad deficientis. C. de cadu. tol.

Secundò per tex. in d. authen. præterea, qui loquitur
4 per verbum indotatam. Nam † prępositio in, stat negatiuè, c. Romana. §. fin. de sen. excom. & sic loqui-
5 tur de mulieribus non dotatis. † Oratio enim indefinita æquipollet vniuersali, l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. ergo intelligi debet omnino de non dotatis.

Tertiò legislator in iuribus suprà allegatis loquitur conditionaliter, si matrimonium sit sine dote,
6 † de cuius natura est, vt impleatur in forma specifica, l. qui hæredi. l. in conditionibus. l Mæuius. ff. de cond. & demon. ergo datur intelligi, quòd conditio ipsa non verificatur in dote parua, sed in ea, quæ modo aliquo dotata non reperietur: cùm in parua dote dotata, non dicatur sine dote simpliciter, sed secundum quid.

Quartò facit text. in d. §. quoniam verò. qui vult, quòd mulier quę est sine dote, succedat in quarta, ad instar & exemplum constitutionis, de qua in l. fin. C.
7 de repub. in qua cauetur, † quòd si maritus ducat vxorem sine dote, quæ exinde expellatur, vxor consequitur quartam partem substantię mariti, & sic non
8 distinguit inter dotem magnam vel paruam, † & dicta lex extendenda non est ad paruam dotem, cùm sit pœnalis & odiosa, regul. in pœnis, de regul. iur. in 6. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu.

9 Quinto facit, nam † quando maritus accipit vxorem sine dote, præsumitur eam solũ accipere ob maritalem affectũ, & eam velle succedere in quartam: sed quando ipsam accipit dotatam parua dote, non verificatur illa coniugalis affectio, sed habitus videtur respectus ad dotem, & sic solùm ad ipsius dotis restitutionem, & non ad præmissam successionem quartæ: & sic non est par ratio inter vnum casum & alium, cùm sola inopia non fuerit causa ipsorum iurium, sed etiam maritalis affectio.

10 Sextò facit, nam apud omnes admittitur, † quòd quando cõiunx est diues & indotata, ei non debetur quarta, ergò si sit dotata, quãuis dote parua admitti
11 non debet, cùm idem † operetur oppositum in oppositio, quod propositum in proposito, l. si vt proponis. C. de nupt.

12 Septimò accedit: nam † statutum disponens, quòd mulier dotata non succedat patri, sed excludatur, verificatur etiam in ea, quæ dotata fuit cum parua dote, Bal. in authen. res quæ. C. commu. de lega. si ergo dotata cum parua dote excluditur à paterna suc-
13 cessione, † quæ ei est debita de iure naturali, l cùm ratio, ff. de bon. damn. igitur & excludi debet & vxor à dicta quarta.

14 Vltimò † hanc partem tenuerunt dicti moderni Florentini referentes modernos Perusinos & plures solẽnes doctores collegij Pisani, & Socinum ita consuluisse, & verum dicunt, quia Socin. ita cõcludit in cons. 30. volu. 4. & in cons. 111. eo. vol. vbi in num. 42. inquit, quòd si quis diceret, durum est contra stimulum calcitrare, cùm Baldus teneat contrarium, & eius opinio sit à plerisque approbata: quia respondet,
* quòd * communis opinio est in contrariũ, quoniam omnes gl. & Doct. antiqui vsq; ad tẽpora Bal. acquieuerunt text. vnde concludit opinionem Bal. debere intelligi, quando dos esset parua notabili paruitate, ita quod verisimiliter vxor mendicare cogeretur: & ita Bal. etiã intelligũt moderni Florẽtini, vbi suprà. col. 6. & in ver. & ex ista ac Cur Iun. col 3. in fin.

Dicitur etiam præsupposita opinione ipsa pro vera, quòd dispositio ipsius authent. prætereà, locum habeat in parua dote, quòd beneficium dictæ legis huic mulieri competere non potest duplici ex capite.
15 Primo, † quia ipsa ex operis suis, putà filando & alicui nobili matronæ seruiendo poterit lucrari expensas & salarium, adeò quòd ex dote vel fructibus eius & suis operis alimentari poterit, & sic euitare mendicitatem, quæ est ratio finalis, quòd ea admittatur ad successionem dictæ quartæ, quod probatur ex
16 infrascriptis. Et primò, † quia nos videmus, quòd pater tenetur alimẽtare filium suum inopem, & tamẽ quãdo ex industria sua filius viuere posset, pater nõ tenetur ei impendere alimenta, l. si quis à liberis. in prin. iuncto § sed si filius, vbi Bar. ff. de libe. agnos. Bart. in l. fi. C. de mẽdi. vali. lib. 11. Cacialu. in l. frater à fratre.

fratre.num.94.& 106.ff.de cond.indeb. Vnde si pater tali casu liberatur à præstatione alimentorum,à fortiori dicendum venit, quòd bona viri prædecedentis in hoc casu non patiantur diminutionem dictæ
17 quartæ,† quia filio debentur alimenta de iure naturali & positiuo simul,d l.si quis à liberis.§.si parens.l. j.§.j.ff.de iust.& iur. quartaq; hæc debetur superstiti coniugi tãtùm de iure positiuo, ergo à fortiori procedit ratio auth.multò magis.C.de sacrosan.eccle.

18 Secundò facit:nam † licèt hæredes vxoris non possint exigere dotem à marito, quando ea exacta laboraret egestate & inopia,l.j.cum ibi not.solu.matr.tamẽ si maritus posset ex industria sua viuere,ipsi possent exigere:quia non diceretur egestate laborare,vt est gl.notata in l.si maritus in id.ff.solut.matr. quam
* glo.tanquam veriorem & magis * communiter receptam sequuntur ibi scribent.Fabia.in d.auth. præterea.num.85.

Tertiò pro ista parte consuluerunt, vt referunt dicti moderni Florentini in d.auth. præterea. num. 85. moderni Senenses, cui consilio se subscripserunt moderni Perusini,& pro illo fuit iudicatum in ciuitate Senarum,& postea in eisdem terminis consuluerunt moderni Pisi:in ciuitate tamen Senarũ firmando eandem conclusionem, cum quibus dicunt moderni ipsi Florentini se consuluisse. Item hanc esse communem opinionem firmant Dec. Rimi. in dict. auth. præterea, licèt teneant contra eam, & Gozad. numero 76.

Vltimò ad exclusionem ipsius mulieris facit,quo-
19 niam clara est conclusio, † quòd quando soror est pauper & inops, frater tenetur alere sororem, l.qui filium.vbi Bart.& alij.ff. vbi pupil.educa. deb. & in l. si quis à liberis.§.vtrum. ff.de lib.agnosc.si ergo alenda venit à fratre, ergo cessare debet dispositio d. authent.cùm non militet ratio mendicitatis & inopię, & tantò magis hoc dicendum venit in terminis nostris,vbi pater istius mulieris in eius testamento grauauit filium hęredem suum ad recipiendum eam in domum,& ad præstandum sibi necessaria, ea tamen deferente dotes suas.

Sed præmissis non obstantibus contraria sententia
20 est de iure verior, † quòd imò dispositio d. auth. præterea, locum habet siue mulier contraxerit ma-
21 trimonium,sine dote, vel cum dote parua: quia dos dicitur parua in terminis nostris, quando non sufficit ad alimenta, vt per Mantuam in terminis nostris in cons.145.num.18. Bald.in authen.præterea,in fi. sequitur Corse in tract.de minimis in vlt.colum.
22 versic.41.Quod probatur, † vbicunque ratio legis est amplior dicto legis, tũc dictum ipsum ad terminos rationis legis extendi debet, gloss. est in clemen.fi.de electione, quam ibi singularem reputat Cardinalis, l.cum pater.§.dulcissimi. vbi Bartol.& alij de lega.2.
23 Socin.in cons.89.num.20.volu.4.vbi inquit,† quòd ratio est primùm in intentione statuentis, & ex ea infertur dictum,vt in authent.ingressi.C. de sacrosan.eccle.
24 † est enim ratio in lege sicuti anima & spiritus,eius autem verba sicut corpus. Bald.in l.si quis seruo.C.de fur.in consi.49.in 2.part.Ias.in l.qui quadraginta. col. 2.ff.ad Trebel. & in l. si vnus. §. si cum mihi.ff.de pact.Crot.in l.2.in princ. nu.48.fol.matr.
2 vbi, † sicut homo consistit ex anima & corpore, ita lex ex ratione & verbis, & verba sunt corpus &
26 superficies, ratio verò est anima ipsius, & † illa magis attẽdi debet, quàm superficies & cortex verborum, l.si de interpretatione de legib. Tiraquel. in trac.cessante causa.in j.part.nume.134. modò sic,licèt verba d.authent. præterea.& iura in d. §. quoniam. & in §. quia verò.cõcipiant verba in casu,in quo matrimonium fuit sine dote, tamen ratio super qua fundat se,quæ est,ne vxor laboret inopia,vt est text.in §.fin. in vers. inopia cõiugis per diuitias saluetur alterius, & in versic. inops aut vir aut mulier inueniatur, in authent. de exhiben.reis.& in §.quod autem. in verbis indigentibus.in d.auth.vt liceat matri & auiæ,vbi text.fundatur in indigentia,& per doct.in d.auth.
* præterea. vbi per eos * communiter concluditur,
27 † inopiam & mendicitatẽ vxoris causam esse vt ipsa succedat in quarta parte hereditatis viri diuitis prę-mortui,Matthæsyl.in tract.de succes.ab intesta. in 4. art.principali num. 23 Barb.in cons.74 col.3.volu 4. Gul.Benedic. in rep. Capituli Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam.in 5.decis.num.244.Nicol.de Vbal.in tract. de succes. ab intestato in 4. part. col.fi.ver.& idem. vbi inquit, quòd lex considerauit prouidere inopiæ coniugis, vt in d. §. quoniam ibi. sed nouissima viuentes inopia, Mantua in cons.145. nu.3.quæ ratio ita habet locum,quando est data parua dos,sicut quando nulla cõstitutio fuit, data mendicitate coniugis: ergo eadem esse debet dispositio.
28 Nam † quando ratio est generalis, prout in casu nostro mendicitatis & inopiæ, ea magis attendi debet, quàm verborum expressio, l. adigere. §. quamuis.ff. de iur.patro.l.nomen.in fin.ff.leg.3. facit gl. in l.cum
29 tale.§.legato.ff. de cond.& demonst. † vbi ratio legis magis attendi debet, quàm ipsa decisio, Bald. in l. si defunctus.C.de legit.hæred. Cagn. in l.si emancipati.num.4 C.de colla.

Secundò pro hac opinione adduco gloss.in l.licèt. C.de iur. dot. quam dicit ibi singularem Bal. & quæ secundum eum alibi nõ reperitur,quæ voluit, quòd sicut mulier succedit viro in quarta,quando matrimonium est sine dote, eodem modo succedat in ea quando matrimonium est cum dote parua: quia eadem ratio inopiæ est:quod dicit esse notãdum, si vir aut vxor habeat aliquid, quod a quo boni viri arbitrio pauper reputari possit, idem tenuit ibi Salic.dicens,quòd Cyn.admiratus est de dicta gl. ex eo,quia d.authen. præterea, loquitur quãdo matrimonium est sine dote,& d.glo.intelligit d.authen.præterea,locum etiam habere, quando matrimonium est contractum cum dote,& ideo tradit Salic gl.illam mentì tenendam, & cum glo. Bal.Cy.& Salice.concordat Barb.in cita.cons.74.col.2.in fin.

Tertiò,quòd authent.præterea,locum etiam habeat,quando matrimonium fuit contractum cum dote parua, si cum ea cogeretur mendicare vxor superstes, voluerunt Bald. in d.authent. præterea, col. fin.Salic.in 2.quæst. Paul. de Cast.col fin. Rom.col.2. Alexan.col.j.& Ias.col.2.in fin. Adde etiam Roman.& Paul.de Castr.in l.diuortio.in princ.fol.matr.Angel. in §.fin.in ver.item quæritur. quod si mulier.inst.de succes.cogn.vbi refert,ita tenuisse Franc.de Rampo. in d.auth. præterea, quia paria sunt non habere dotem,sed valde modicam, & inquit hoc placere Matthæsyllano.& verum dicit,quia ita tenuit in tractat. suo de succes.ab intesta.in 4.artic.num.22. vbi etiam idem tenet ibi Bolog.in addit. vbi inquit, hanc sententiam de dote parua & nulla comprobari per scribent.in d.authen.præterea,& subdit,quòd licèt text. in d.auth. præterea,dicat absq; dote,& similiter text. in §.si quis in dotatam.in authen.vt liceat matri & auiæ,& sic præsupponatur nullam extare dotem,tamen non est inconueniens idem dicere quando dotem habet,sed modicam,propter identitatem rationis,quæ militat in vtroq; casu,ergo idem ius esse debet. Hanc quoque partem sequuti sunt Nicol.de Vbal.in loco de quo suprà.Ang.in tract.de testa.in glo. 4.num.20.Claudius Sayssel.in l.j.in princ.solu.matr. Bru.in tract.exclusiuo fœm.in 9.artic. quæst.12.nu.2. Pich.in d.authen.præterea,col.2.in fin.versic. limita tamen.Barb.in d.consil. 74. Gul.Benedic in loco de quo suprà,num.242.vbi inquit,dispositionem dictæ authen.procedere,vbi dos data erat parua,quia matrimonium nõ solùm dicitur esse sine dote,vbi nulla dos fuit data nec promissa, sed & si dos data aut promissa erat parua,Bald.nouel.in tract.de dot.in 2. part.in fi.Corse.in tract. de potest.Reg.in 4.par.principali ver.73.facit Paris.ad Bart.in d.authen. præterea,litera g,in fi. Mantua in cons. 145.per totum.Aret.
* in d.authen.præterea.col.1. & hanc tanquam * communem sequuntur Dec. in d. authen. præterea. nu. 4.& in num.seq. in ver.& retẽta, & in ver. sed tamen dictum Gozad.ibi num.24.29.ver. istis non obstantibus.& in num.33.& 37.ver. Adde Vincen. ab Ocha. in rub. ff.solut. matr. num.127. Cornel. Beninca. in tract. de paupertate. quæst.9. num.23. in fin.Corn.in consil.4.col.2.volu.4.& similiter hanc esse receptam doctorum sententiam inquit Soc. in cons. 30. col.2. ver.tertium.vol.4. & in cons.121.num.42. vol.eod. & moderni Florentini in d. authent. præterea. in pluribus

ribus locis, videlicèt num. 15. circa fi. & in num. 16. in princ. in ver. quæ omnia nota. & in nu. 18. circa fin. & in vers. ex ista conclusione. col. 7. & in num. 29. vers. 2. ista, licèt ipsi ambo ibi teneant contrarium, vsq; adeò vera est huiusmodi sententia, quòd procedit, licèt ex pòst non indigeat: quia fortè cum alio diuite contraxit post annũ luctus, vt singulariter decidit Dec. in cons. 24. cuius sententiam sequitur Gul. Benedic. in loco, de quo suprà nu. 244. ver. secundò requiritur. Dec. rursus in d. auth. præterea col. fi. & ibi Curt. Iun. col. pen. in fi. & Tiraquel. in tract. cessante causa. in 4. lim num. 2.

Superest modò, vt ad allegata in contrarium respondeatur, & deueniendo ad primũ argumentum, dicitur, quòd licèt d. authentic. præterea, & alia iura, scilicet §. quoniam. & §. quia verò, loquantur in matrimonio contracto sine dote, tamen extendi debẽt ad casum matrimonij contracti cum parua dote, cum qua mulier mendicare cogeretur, arbitrio boni viri: quia militat ratio finalis ipsorũ iurium, quæ est (vt dictum fuit) ne vxor superstes laboret inopia: ita in specie dicunt Angel. Aret. Matthæsyl. Angel. à Gambel. Nicol. de Vbal. & alij suprà citati, necnon & Gozad. & cæteri in d. authent. præterea. Vlterius, dicitur, quòd ista non dicitur esse extensio, sed potius
30 declaratio, † quoniam vbi omninò est eadem ratio siue mens disponentis, vt in casu nostro, nõ dicitur fieri extensio, sed potius declaratio, vt voluit Sali. in l. 2. de noxa. Alexand. in cons. 73. in princip. volum. 5. Crot. in l. 2. in prin. nu. 47. in fin. ff. solu. matr. vbi dicit, quòd vbi est omnimoda ratio, ibi nõ dicitur fieri extensio, & ideo quòd interpretatio dicitur potius intensiua siue declaratiua, quàm extrinseca. Ruin. consilio 143. num. 5. volum. 2. Socin. Iun. in consil. 39.
* num. 49. volum. 3. vbi inquit, hoc dictum esse *commune apud maiores nostros in cons. 62. numero 47.
31 & in consi. 128. num. 193. volum. eo. vbi ait, † quòd vbi est identitas rationis, non dicitur fieri aliqua extensio, sed omnes casus dicuntur comprehensi, per l. his solis. C. de reuocan. donat. Rub. Alex. in l. Titia cum nuberet. §. Imperator. num. 56. verficul. replicari potest, de leg. 2. vbi inquit in terminis nostris, quòd vbi datur eadem ratio, ibi non potest dici extensio, sed magis intensio: quia omnis lex in ratione consistit, c. erit autem lex. 4. distinct. Et ideo inquit, quòd ex illa ratione cõiunx inops ne cogatur mendicare, suadet vt etiam coniugi inopi detur querela inofficiosæ donationis.

Præterea, si verum esset quod dicitur ex aduerso, sequeretur, quòd dispositio d. auth. præterea, quæ loquitur de indotata, non haberet locum in dotata in
32 minima dote: quia negari nõ potest, † quòd & si dos minima sit, quin sit dos, vt per Bal. in c. si proponen-
33 te. de rescript. vbi dicit, quòd † si statutum excludit mulierem dotatam, videtur etiã repellere dotatam in vno nummo, sequitur Io. Coras. in l. qui liberos. num. 22. de ritu nup. vbi inquit, quòd dos quantumuis exigua & modica, etiam in vno nummo constãs,
34 dos est, per l. si vsusfructus. in fi. ff. de iur. dot. † & tamen doct. communiter concludunt in d. auth. præterea, vt ea etiam locum habeat, quando mulier fuit in minima dote dotata. Barb. in d. cons. 74. & Coras. vbi suprà numero 56. ne mulier mendicare cogatur. Franc. Niconi. in rub. solu. matr. num. 204. & Cor. in cons. 249. col. 3. in prin. vol. 3. vbi attestatur hanc esse communem doctor. sententiam. Vlterius facit, nam nescio videre, quomodo dici possit, quòd si succurratur per legem mulieri habenti dotem minimam ne mendicare cogatur, quare etiam succurrendum non sit, habenti paruam dotem, cũ qua verisimiliter & secundum arbitrium cuiusq; sensati viri men
35 dicare cogeretur: † cuius arbitrio remittitur, an dos sit idonea vel ne, vt colligitur ex dictis Bar. in l. si constante. in 2. quæst. 2. part. ff. solu. matr. vbi etiam Cro. nu. 73. vel an mulier sit inops secundum doct. * communiter in d. auth. præterea, cùm ratio ipsius legis, de qua suprà, ita militet in habente paruam dotem, sicut in habente minimam.

Secundò non obstat, quòd text. loquatur de indotata, quæ præpositio in, est negatiua vniuersalis:
36 quia respondetur, † quòd argumentum posset procedere, nisi aliud appareret ex mente legislatoris, vt referatur ad dotem congruam, & illa oratio vniuersalis nihil excludit quando esset data talis dos, quæ faceret cessare inopiam mulieris, ita vt mendicare non cogeretur: ita Gozad. in d. authen. præterea, col. 8. in vers. non obstat secundum, pariter non obstat tertium, quia duobus modis respondetur per Gozad. vbi suprà. Et primò, quòd licèt dicta auth. præterea, loquatur conditionaliter, tamen in corpore vnde sumitur, non ita loquitur. Vel & secundò respondetur, quòd & si loquatur conditionaliter, tamẽ ex ratione finali, de qua suprà, debet intelligi de dote congrua, & non parua, cum qua mulier cogeretur mendicare: ita Gozad. vbi suprà & Mantua in d. cons. 145. num. 17.

Ad quartum respondetur, quòd text. in d. authen. præterea, vult quòd detur quarta, sicut in casu l. fin. D. de repud. sed non eo modo, quia casus non parificantur, cùm in eis sit diuersa ratio in vtroq; casu. Et
37 primò, quia illa est pœnalis restringenda, † hæc autem fauorabilis: quia inducta fauore paupertatis mulieris secundum Bal. & alios ibi, & Corne. vbi su-
38 prà. Secundò, illa inducta in odium mariti † expellentis vxorem: quod patet, quia vltrà dictã quartam concessam vxori in pœnam mariti, tenetur etiam restituere dotem statim, vt per Bart. in l. fi. C. de sent. quæ sine cert. quant. sequitur Alexan. in l. si cum dotem. §. fin autem in fæuissimo. col. 2. solu. matr. quod perpetuò notandum inquit Picus in d. auth. præterea, nu. 22. hęc autem in fauorem coniugis superstitis. Tertiò hîc est expressa ratio, ex qua fit extensio ad dotem paruam, vel vt comprehẽditur in ea dos parua cum qua mulier superstes mendicare cogeretur, vt satis superq; suprà dictum fuit, ita Goza. vbi suprà.

Similiter non obstat quintum: quia dicitur, quòd inopia est ratio finalis d. auth. præterea. §. quoniam. & §. quia verò. vt suprà demonstratum fuit, ponderando verba ipsorum iurium, non autẽ affectus maritalis, vt per Gozad. & alios in d. auth. præterea, & Corn. vbi suprà nu. 26. cum sequentib.

Ad sextum respondetur, quòd argumentum posset militare data paritate rationis, secus vbi est diuersa ratio, vt in terminis nostris, vt cõcludunt scribentes in l. j. ff. de acqui. possess. ita respondet Gozad. vbi suprà.

Vltimò non obstat dictum Bal. in d. auth. res quæ, quia respondetur, quòd idem Bal. aliter voluit, scilicet, quòd dictum statutum intelligatur in congruè dotata, vt in consil. suo incipiente, Quia statutum, quod refert & sequitur Corne. in cons. 249. col. 3. in princ. vol. 3. vbi etiam allegat Paul. de Castr. idem tenentem in consi. 152. & 108. Picus in d. auth. præterea. nu. 10. Vlteriùs dicitur, quòd dictum Bald. vbi suprà declaratur per Cornel. in loco proximè citato, quòd decis. Bal. in vltim. opinione loquitur, quando statutum vltra disponit, quòd debeat stare contenta dote: nam tunc stãdum est statuto, quamuis duro. Prima autem eius opinio posita in d. auth. procedat in casu, quo statutum simpliciter loqueretur, quòd dotata non succedat: nam tunc non verificatur, nisi in congruè dotata. Vlterius dicitur, quòd & si Bald. ita velit, tamen quòd filia potest agere ad supplementum dotis congruæ. Bald. in l. fin. C. de dot. promis. Paul. de Castr. in cons. 129. Coras. vbi suprà num. 59. Corn. in cit. cons. 249. col. 3. in princ. Vltimò dicitur, quòd dictum Bal. nihil facit ad propositũ nostrum, quia statutũ excludẽs dotatam filiam ab hæreditate patris, habet nedũ locũ in dote parua, vt per Bald. in d. auth. res quæ, sed etiam in minima, vt per Bal. in c. si proponente. de rescrip. quem sequitur Coras. vbi suprà. At in casu nostro dispositio dictæ authen. præterea, secundum communem procedit quando matrimonium fuit contractum cum minima dote, vt est cõmunis opinio, de qua suprà, ergo nihil ad propositum.

Nec etiam obstat, quòd moderni Florentini, & alij relati per eos consuluerint contrarium, & secundum Soc. in consi. 121. communis sit in contrarium: quoniam respondetur, contra dictos modernos & citatos per eos communem esse doct. sententiam in oppositum, vt ipsimet fatentur in pluribus locis in

d.authen.vt ſuprà ſcriptum fuit, & dum Socin.dicit communem opinionem eſſe in contrariũ,quoniam omnes glo.& doct.antiqui vſq; ad tempora Bald. acquieſcunt ſimpliciter & indiſtinctè textui in d.auth. præterea, nõ facientes talem diſtinctionem, dicitur quòd malè loquitur: quia Franciſcus de Rampo.qui eſt doct.antiquus ante Bal. tenuit hanc partem in d. auth. præterea,vt referunt Ang. de Aret. & Nicol.de Vbal.in locis ſuprà relatis. Similiter Cy. in d. l.licèt, & vlterius hanc partem tenuit gloſſ. ſingu.quam ſequuntur ibi Cy.Bal.& Salic.in d.l.licèt.C.de iur.dot.

39 † cuius glo.authoritas maior eſt cæteris. Bart.in l. vt vim.ff.de iuſtit.& iur.Bal in l. cùm hæreditas.C.de-

40 poſ.vbi inquit, † quòd authoritas gl.omnes alios antecellit,& ideo Cyn.in l. non moriturum. C.de con-

41 trahen.ſtipu.appellat gl. † idolum ſuum.idem Bal.in cap.j.de nat.ſucceſſ.feud.ait, Ego enim in dubijs opinionibus multum ſequor opinionem gl. ordinariç: quia non poſſum adhærere meliori. Hinc dixit Sali. in l licèt. col.2. C. qui pot. in pign. habe.aduerte pro Deo tu qui practicas & habes iudicare & conſulere, quia de facili non debes à gloſſatore recedere, & in l.

42 2.C.de ſent.quæ ſine cert.quant.vbi tradit, † quòd ſicut qui neſcit equitare, tenet ſe ad arzonum, ita iudex debet ſe tenere ſuper opinione gloſſæ. Abba.in c.

43 edoceri.de reſcrip. † quòd tanta eſt authoritas gloſſ. quòd ab ea in curia Romana non receditur. Bal. in l.

44 fin.§.neceſſitate.col.3.C.de bon.quę lib.vbi ait. † Adhæreas ſemper Carrotio veritatis, id eſt, gloſſatori, & in perpetuum non errabis. Alua.in c.j.§. præterea. col.2 in fin.de capit.Corn.vbi dicit,quòd in dubio in conſulendo non poſſumus habere meliorem text. quàm glo.Sal.in l.j col.3.in 5.oppoſ.C. de pa.quòd vnuſquiſq; debet cum gloſſa intẽdere, cum gloſſę ſint noſtrę nauiculę,per quas portum valde arduum ingredimur, vt poſteà in naues latiores & profundiores tranſeamus, & ad portum claræ veritatis perducamur. Et ſomniare dicuntur, volentes infringere opinionem gloſſæ, ſecundum Bald. in ca. contingit, col.5.de dolo & cont.

45 Non obſtat, † quòd ceſſare debet diſpoſitio dictæ auth.præterea, eò quia mulier ipſa ex operis ſuis vel alteri ſeruiendo poteſt lucrari expenſas & ſalarium, ex quibus iunctis fructibus dotis ſuæ poterit ſe alimentare & euitare mendicitatem: quia reſpõdetur,

46 † quòd cùm mulier vidua & vidualiter viuens ac honeſtè, cenſeatur adhuc eſſe in primo matrimonio quouſq; maritata ſit, vt eſt text.elegãs in l.quotiens. in verſic.in viduitate permanens. C. de priuil.ſchol. lib.12.l.fin. C.de bon.mater. & per Alex. in conſ.207.

47 in 6.vol.† & gaudeat priuilegijs,quæ maritus gaudebat eo viuente, vt in d.l.quotiens. quod & firmat gl.

48 & Bart.in l.filij.in §. vidua. ff.ad municipia. † Et etiam ſequatur forum viri præmortui,l.cum quędam puella,vbi omnes doctores,ff. de iuriſd. om. iud. dedecus eſſet marito defuncto, qui erat de honeſta familia ac mercator notabilis æſtimationis, ſi vxor eius propter inopiam deberet viuere ex operis ſuis, vel alteri ſeruire, contra l. vnum ex familia.§. fin. de lega.2. Berenga.in l.in quartam.num.53. verſ. ſeptima quarta,ad leg.falc. Vnde,cùm hoc tendat in vtu perium ipſius mariti defuncti,& eius conditioni repugnet, ideo non tenetur vxor quærere hanc viam cum dedecore ſuo,& vilipendio viri prędefuncti: ita

49 Barb. in conſ. 74. col. 5. vbi plus dicit, † quòd hæres efficitur indignus hæreditatis defuncti dando operam,quòd vxor eius alteri ſeruire teneatur: quia offendit defunctum, argum.eorum, quæ habentur in l.ſororem.C de his quib.vt indig.& tantò magis hoc dicendum eſt,cùm ipſa excedat annum 50. vigore cuius ætatis, inquit text. in l. liberta maior 25. annis.ff.

50 de oper.liber. † quòd liberta maior 25.annis non tenetur præſtare operas patrono. Pro cuius confirmatione accedit,quod vult Bart. in l. ſi quis ex liberis.§. ſed ſi filius. ff. de lib.agnoſc. vbi inquit, quòd & ſi filius legitimus & naturalis alendus non ſit à patre, quando ex operis poteſt ſibi quærere alimenta, tamen quòd hoc limitatur, locum non habere, quando filio ſummæ verecundiæ eſſet tale exercitium facere: quia tunc à patre alendus eſt. Idem tenet ipſe Bart.in tract.de alimen. Abba, in c.cum haberet.col. fin de eo qui hab.in vxo.quam pol.per adult. Cacialup.in l.ſi qua illuſtris.num.93.C.ad Orficia. Calcan. in conſil.62.quem ſequitur in ſignis Craue. in conſil. 198.col.j.Bald.Nouel.in tract.de dot.in 6.part.priuil. 16.col.3.in fin. verſ.quod tamen .& in l. j.num.141.ff.

51 ſolu.matr.vbi inquit, † quòd id,quod dicitur,filiam naturalem non eſſe alendam à patre, nec dotandam vbi ipſa haberet aliquam honeſtam artem vnde poſſit ſe ſuſtentare,quia tunc ceſſaret æquitas dicti capituli cum haberet,non procedere ſi filia eſſet naturalis alicuius magni nobilis,cui dedecus eſſet excedere artem,putà in texendo,filando & ſimilia, quia tunc excuſaretur,adeò quòd eſſet alenda & dotanda à patre. Et ideo tradit Azo in ſumma. c. de patr. poteſt.

52 † quòd licèt mater non teneatur alimentare filium, ſed lactare vſq; ad triennium,l.nec filium.C.de patr. poteſt tamen, ſi mater eſſet nobilis, cui ſecundum morem patrię eſſet indecens & dedecus lactare filiũ, quòd tunc excuſatur,& Azo.ſequitur Bald. Nouel.& Cacialup.vbi ſuprà.

Non obſtat denique, quòd diſpoſita in d. authen. præterea, non habeant locum in hac muliere, cùm

33 ſit alenda à fratre: quia reſpondetur, † quòd id locum habere poſſet,ſi frater eſſet diues, & non laboraret egeſtate,prout laborat,vt per Cacialup.in l.frater à fratre.num.107.ff.de cond.indeb. vbi poſt alios ibi relatos concludit, quòd quando pater vel auus non habet, quia pauper tunc non tenetur alere filium vel nepotem, & ideò cùm cogeretur mulier ipſa mendicare, dicendum eſt, quòd ſuccedere debet in d.quarta mariti defuncti diuitis in quarta parte ſuæ hæreditatis virtute d.auth.præterea, & aliorum iurium,de quibus ſuprà.

Vnde ex his,quæ ſuprà dicta fuerunt, videtur con-

54 cludẽdum,quòd ex quo † hæc mulier vidua eſt ima-

55 go mariti defuncti,& ecõtrà, † in cuius ſignum portat ſuperuiuens lugubria per annum, vt dixit aquila Bal.in l.pignoris.C.de pigno.actio.& fundatur priuilegijs & conditione mariti,quouſque ſit maritata, l. fœminæ. ff. de ſena. Bald. & alij in l. cùm quædam puella de iuriſd om.iud.multúmque interſit matrimonium paupertate ac mendicitate ſuperſtitis non deturpari, nec in publico conſpectu ludibrio fieri, ne ex hoc defunctus iniuria quadam afficiatur. §. licèt autem.inſtit.ex quib.cau.manumittere,&c.eiuſque fama,quæ aliàs inſignis foret, mœrore, ac infelicitate viuentis pereat vel obſcuretur,quod iura humana ratione& pietate ſubnixa noluerunt, imò obuiarunt, quòd hæc mulier, quæ ſenio confecta eſt, quæ magis indigeret ſeruiri, quàm alteri ſeruire, & cui indecens & dedecus eſſet operari & lucrari proprijs manibus & ingenio,attenta familia viri & eius qualitate,& quę haberet fratrem inopem & mendicum, qui ſibi & familiæ ſuæ victum parare non poteſt, debeat ſuccedere in d.quarta,ne mendicare cogatur & alimentis carere.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONſilij XV.

1 *Diſpoſitio auth.præterea. C. vnde vir & vxor, locum non habet, quando à principio contracti matrimonij mulier fuit congruè dotata, licèt poſteà ex mutatione temporum,qualitatis perſonarum, & facultatum, effecta fuerit incongrua,ex qua non poſſit ſe ſuſtentare.contrà nu.25.& ſequen.*

2 *Maritus ſi accipit vxorem non dotatam,& eam à domo ſine cauſa expulerit, quartam partem ſuæ ſubſtantiæ ſibi perſoluere compellitur.*

3 *Scripta in lege extenſa,cenſentur repetita in lege extendente.*

4 *Ratio finalis d. authen. præterea, ſecundum communem alia non eſt, niſi vt ſuccurratur inopiæ vxoris, ne mendicare cogatur.*

5 *Dictio,propterea,videtur denotare cauſam & rationem finalem,propter quam aliquid fit vel eſt.*

6 Mulier

6 *Mulier durante matrimonio, siue dotata fuerit siue non, alenda venit à viro.*
7 *Mulier durante viduitate censetur esse in primo matrimonio.*
8 *Vxor post mortem viri non tenetur Regi homagium facere pro suo proprio feudo, pro quo maritus ipsum fecerat ac iuramentum fidelitatis præstiterat.*
9 *Vxor vidua coruscat radijs mariti.*
10 *Regina Franciæ durante viduitate vocatur Regina.*
11 *Vxor vidua gaudet omnibus priuilegijs, quibus gaudebat vir eo viuente.*
12 *Vxor vidua censetur esse in seruitio viri.*
13 *Vxor vidua est imago viri præmortui.*
14 *Lex aperta est ad clementiam.*
15 *Lex est sancta.*
16 *Absurditas omnino euitanda est.*
17 *Extensio ratione absurditatis euitandæ fit.*
18 *Defunctus affici non debet iniuria.*
19 *Diues vel pauper an quis sit, secũdum communem arbitrio iudicis relinquitur.*
20 *Vxor constante matrimonio dotem viro constituere potest.*
21 *Verbum, inueniatur, importat quãdam rimationem & inuestigationem.*
22 *Tempus mortis inspicitur in successionibus.*
23 *Viuentis nulla datur hæreditas.*
24 *Hæreditas nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius.*
25 *Dispositio dictæ authentic. præterea, locum habet, siue mulier indotata fuerit, siue dotata, sed cum parua dote.*
26 *Interpretatio est sensus legis interpretatæ.*
27 *Declarans nihil de nouo inducit, sed tantùm dicitur detegere, sicut qui excutit grana à spicis.*
28 *Mulier dotata expulsa à domo viri sine causa, nedum consequitur quartam partem bonorum mariti in eius odium, sed etiam dotem datam.*
29 *Quarta, de qua in dicta authentic. præterea, datur vxori secundum communem etiam contra voluntatem viri.*

CONSILIVM XV.

SVetilis & alta eleuatur dubitatio, 1 †nunquid dispositio authen. præterea. C. vnde vir & vxor, locum habeat quando à principio contracti matrimonij dos fuit congrua, sed posteà ex mutatione temporum, qualitatis personarum & facultatum effecta est incongrua, nec ex ea posset vxor consideratis qualitatibus præmissis commodè se ex ea sustentare. Prima cõsideratione videretur dicendum, quòd attendi debeat tempus contracti matrimonij, vt in terminis decidere videtur Socin. in cons. 30. colum. 2. num. 10. cum sequen. volum. 4. per iura & rationes infrascriptas. Et primò per tex. in l. fi. C. de repud. vbi à legislatore dis- 2 ponitur, †quòd si maritus accepit vxorem sine dote & sine causa eam à domo expulerit, cõpellitur quartam partem suæ substantiæ vxori persoluere, & sic cùm hæc qualitas existentiæ sine dote sit adiuncta verbo acceptæ vxoris, & dotis, ergo determinari debet secundum tempus ipsius verbi, l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. & sic satis erit, quòd tempore receptę dotis dos esset congrua. Idem cõsiderat text. in auth. de exhiben. reis, in §. quoniam verò. col. 5. dum in primo dicit, videmus quosdam cohæredes mulieribus indotatis, deinde morientes, &c. Item dum tex. dicit, sicut scripsimus legem volentem, & sine dote existentem vxorem vir dimiserit. vbi Imperator dicit se talem quartam ad similitudinẽ quartæ, de qua in d. l. fi. deferre, qua ergo ratione ibi in d. l. fin. consideratur tempus contracti matrimonij, quod fuerit sine dote, scilicet congrua, idem cõsiderari debet in 3 d. §. quoniam verò. † quia quæ sunt in lege extensa, censentur repetita in lege extendente, vt in authent. de filijs ante dota. instru. natis. in princ. col. 3. ad idem facit tex. in §. quia verò. in auth. vt lic. matri & auiæ. col. 8. vbi conditor legis pariter considerat tempus acceptæ vxoris sine dote, & refert se ad dictam l. fin. C. de repud. & sic patet, quòd si contractum fuerit matrimonium cum congrua dote, quæ posteà non efficeretur congrua, quòd dispositio d. auth. præterea non haberet locum, dato quòd procedet in dote parua, & non congrua.

Tertiò adducitur viua ratio: quia duo considerantur in d. auth. præterea, & in corpore vnde sumitur. Primò, quòd matrimonium fuerit contractum sine dote congrua. Secundò, quòd superstes vxor sit inops, adeóque se alimentare non possit: sed si diceremus, quòd deberet esse dotata congruè tempore mortis mariti, adeóque se sustentare posset, frustrà consideraret lex matrimonium contractum cum dote, vel sine dote: quod est contra intentionem dictorum iurium.

Quartò adducitur tex. in d. auth. præterea, qui requirit, quòd coniunx superstes sit inops, & quòd matrimonium contractum fuerit sine dote: ergo inopia simpliciter non sufficit, l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. Nam, si vltra inopiã requiritur & aliud, scilicet quòd non fuerit congruè dotata, ergo non sufficit simplex inopia: sicut econtrà non sufficit, quòd fuerit indotata si remaneret locuples, ergo debemus intelligere, quòd illa verba, sine dote, sint apposita vt aliquid operentur, l. si quando. de lega. j.

Quintò probatur, quia in d. l. fin. de repud. & in §. quia verò. & in §. quoniam verò. ponderatur per Imperatorem, quòd maritus accepit vxorem sine dote, quo casu ei imputari potest, quòd eam non recepit cum honesta dote, quod quidem imputari non potest si quidem acceperit illam congruè dotatam, licèt posteà ex qualitate personarum, facultatum, vel temporum mutata, posset dici non congruè dotata: quia propter talem nouam qualitatem acquisitam si dos prædicta non diceretur congrua, pater teneretur iterum illam cõgruè dotare, iux. not. in auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. & cum decisione Soci. pertransit Fabia. de Pepis in d. auth. prętereà, nu. 110.

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam tãquam veriorem sequendam esse arbitror ex rationibus & authoritatibus infrascriptis. Et in primis considero †rationem finalem, quæ mouit le- 4 gislatorem ad disponẽdum, quòd vxor inops succedat in quarta parte bonorum viri præmortui locupletis, non esse aliam, nisi vt succurratur inopię vxoris, ne mendicare cogatur, vt est text. in §. fin. in vers. inopia coniugis per diuitias saluetur alterius, & in vers. inops aut vir aut mulier, &c. in d. auth. de exhiben. reis. & in §. quod autem. in verb. indigentibus in d. auth. vt lic. matr. & auiæ, vbi tex. fundat se in indigentia vxoris vel viri. & in §. quoniam verò. de exhiben. reis, ibi, videmus autem quosdam cohærentes mulieribus indotatis, deinde moriẽtes, & filios quidem ex lege vocatos ad paternam hęreditatem, mulieres autẽ licèt decies millies in statu legitimæ coniugis manserint, attamen eò quòd non sit facta neq; dos neq; antè nuptialis donatio, nihil habere valentes, sed in nouissima viuentes inopia, propterea sancimus prouidentiam fieri etiam harum & in successione moriẽtes, & huiusmodi vxorem cum filijs vocari. Ponderanda sunt igitur verba ipsa, ibi, sed no- 5 uissima viuẽtes inopia, & vlterius † dictionem propterea, quæ denotat causam & rationem finalẽ, propter quam aliquid fit vel est, l. 2. de vsur. c. j. in verb. propterea, de restit. spo. in 6. Albe. de Rosa. in dictio. suo, in verb. propter, Matthæsy. in tract. de succes. ab intest. in 4. artic. principali, nu. 23. Nicol. de Vbal. in tract. etiam de succes. ab intest. in 4. par. col. fi. vers. & idem, vbi inquit, quòd lex considerauit procedere inopiæ cõiugis per d. §. quoniam verò. Barb. in cons. 74. col. 3. vol. 4. Gul. Benedic. in repet. in c. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. in 5. decis. nu. 244. de testa. Rubeus in l. Titia cùm nuberet. §. Imperator.

rator.nu.56.de lega.2.Angel.in §.fi.institut. de succes.
* cogn.Ang.in tract. de testa.in gl.4.nu.20 & * communiter doct.in d.auth.præterea. Dec.in cons.24.col.2. Man.in cons.145.nu.3. Berenga.in l. quartam. nu. 53. ff ad l.Falc. Cùm igitur à lege hoc statuatur ne vxor inops post mortem viri locupletis laboret inopia: quia inopia ipsius per diuitias alterius non seruaretur, si aliter diceretur, contra tex.in d. §.fi. necessariò fatendum venit, quòd tempus mortis spectandum sit, ne durante vita ipsius, mendicare valeat: & sic quòd non sit spectandũ tempus contracti matrimo
6 nij, quo durante † mulier siue dotata, siue indotata alẽda erat à viro, vt per Alex. in l.fi cùm dotem. §.fin autem in sœuissimo.ff. solut. matr. Vlterius dicitur, quòd per diuitias alterius inopiæ vxoris non succurreretur, vt vult tex.in d.§.fi. si tempus mortis mariti non spectaretur, quod & probat text.in d.auth.præterea, ibi, dum dicitur, & coniunx præmoriatur locuples, superstes verò laboret inopia, & vxor succedat, &c. quæ verba necessariò importãt tempus mortis viri præmortui. Præterea si aliter diceretur, quòd tempus matrimonij contracti inspiciendum esset, & non tempus mortis spectandum, sequeretur absurdum, quòd si mulier dedisset dotem viro cẽtum scutorum, quæ tempore contracti matrimonij inspecta conditione viri, & ipsius esset congrua, & exinde maritus ratione dignitatis adeptæ, vt puta comitatus, vel marchionatus, aut respectu alterius dignitatis, tẽpore mortis suæ reliquisset reditum annualem 20000. vel 30000. scutorum, quòd deberet remanere contenta dictis scutis centum: quod esset
7 quid inhumanum, † quia cum cẽseatur durante viduitate esse in primo matrimonio, l. quotiens. C. de priuil. schola. lib.12. in vers. in viduitate permanens. l.fi. C. de bon. mater. Alexan. in cons.125. volu.7. & per Ioan. Fabr. in §. fuerat. institut. de actio. vbi dixit, quòd
8 † vxor non tenetur post mortem mariti homagium facere pro suo proprio feudo, pro quo maritus ipsum fecerat, ac iuramentum fidelitatis præstiterat Regi vel alteri domino: quia cùm vidua maritum repręsentet, durare cẽsetur homagium à marito factum, quem repræsentat, † pariterq; coruscat radijs
9 mariti, l. fœminæ. ff. de Senato. Guliel. Benedi. in repetitione ca. Raynutius. in verbo, duas habens filias.
10 num.119. circa finem de testa. vbi inquit, quòd † Regina Franciæ, durante viduitate vocatur Regina.
11 † similiterq; gaudeat omnibus priuilegijs, quibus gaudebat vir eo viuente, teste Bald. in l. voluntas. C. de fideicomm. Tiraquel. in tractatu cessan. causa. in
12 j. part. nume.107. † necnon censeatur esse in seruitio
13 viri. Bald. in l. diuortio. ff. solut. matrimonio. † sitq; viri præmortui imago, in qua maritus viuere censetur, Bald. in l. pignoris. de pigno. actio. iuri consonum non videtur, quòd lex, † quæ aperta est ad clementiam, vt in d. §. quoniam verò. vbi etiam gloss.
14 in verb. aperta, nec mirum † cùm sit sancta, vt in d.
15 gloss. per l. leges. C. de legib. voluerit, quòd vxor, quę inspecta conditione sui viri existentis in tanta dignitate & diuitijs ornatus, solebat cum domicellis, & famulis incedere & viuere honorificè, nunc in miseria dotis scutorum centum cogatur se sustentare: Nam hoc esset cõtra omnem pietatem. Vnde, vt hæc
16 † absurditas euitetur, quæ omnino euitanda est, clemen.2. in princip. de magistris. c. in Genesi, ibi, vel ex hoc, de elect. Alex. in l. Sed si hac. §. liberos. num.3.
17 ff. de in ius voc. vbi † ratione absurditatis euitandæ fit extensio. Crot. in l. si is qui pro emptore. num.166. ff. de vsucap. Ruin. in consil.168. num. 20. volum.3. & 84. num.8. volum.4. Et ne hoc cedat in tam dedecus mariti, & eius vituperium ac cõditionis eius, quòd ipsa cum tanta infelicitate viuere cogatur, quod in simili considerat Barb. in consil.74. colum.4. versic.
18 pro certo. volum.4. Et † similiter ne defunctus afficiatur tanta iniuria, contra l. vnum ex familia. §. fin. ff. de lega.

Secundò dicendum venit, quòd tempus mortis
19 mariti spectãdum sit, an sit diues vel pauper, † quod
* arbitrio iudicis relinquitur, vt per Doct. * communiter in dict. authentic. præterea, ac Barb. vbi suprà, non autem tempus contracti matrimonij. Item si vera esset sententia Soci. quòd attendi debet, an mulier fuerit indotata, vel dotata tempore contractus matrimonij, & non tempus mortis sequeretur,
20 † quòd si vir acceperit vxorem indotatam, quę postea infra biduum vel tres annos dedisset dotem marito, vt quia successerit in aliqua hęreditate, & quam constante matrimonio constituere potest, l. si constante. vbi Bald. C. de donat. ante nupt. in consil 456. in princip. volum. j. Ioan. Bosch. in tract. de legit. nup. numero 23. & quæ esset opulenta, vel quòd pater filiam nuptam sine eius consensu dotauerit, quòd mulier posset consequi quartam prædictam, cùm dotata non fuerit tempore contracti matrimonij: quod tempus (vt dixi) secundum Socin. venit inspiciendum, & tamen hoc est falsum, cùm tantùm illa debeatur vxori inopi tempore mortis viri, ne egestate pereat, & ne mendicare valeat, vt in iuribus suprà citatis: ergo verum non est, quòd attendi debeat tempus matrimonij contracti, sed ipsum tempus mortis.

Secundò principaliter pro hac sententia facit tex. in dicto §. fi. de exhiben. reis, in vers. inops aut vir aut mulier inueniatur, quæ verba importare videntur, vt non sit attendendum ad dotem datam, sed an tempore mortis coniugis alterius coniunx inops
21 inueniatur, † quod verbum, inueniatur, importat quidem rimationem & inuestigationem, Angel. in l. possideri. §. Neratius. ff. de acquirend. possess. & ita per dictum text. quæstionem nostram decidit Barb. in citato cons. 74. columna tertia, vbi ait, quòd ita inducendo illum text. videtur ibi esse casus indubitabilis pro quæstione nostra: vbi etiam secundo loco inducit illum textum. Nam dispositio illa vendicat sibi locum, siue vir sit inops, siue vxor inueniatur tempore mortis. Sed clarum est, quòd illa datio dotis tempore contracti matrimonij militat in vxore, & non in viro: quo casu sequeretur, quòd si illa esset ratio finalis, quòd esset matrimonium sine dote, militaret eius dispositio quo ad vxorẽ duntaxat: & tamen ille textus idem disponit de viro & vxore, ergo finalis ratio est inopia, quæ conformis est tam viro quàm vxori, ex quo sequitur, quòd siue fuerit dotata vxor, siue nõ, sufficit, quòd tempore mortis mariti diuitis vxor sit inops, subdens Barb. casum esse in d. §. fin. qui ponit gladium ad radicem huius dubitationis.

22 Tertiò accedit, nam † in successionibus inspicitur tempus mortis, l. alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. institut. §. fin. institut. de hæred. qualit. & dif-
23 feren. † ff. cùm viuentis nulla detur hæreditas. l. 2. ff.
24 de vulga. & pupil. † quę quidem nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, l. hæreditas. ff. de verbor. signific. cùm igitur text. in d. authent. præterea, & in corpore vnde sumitur, disponat, quòd si maritus locuples moriatur superstite vxore inope, quòd ea succedere debeat cum liberis, sequitur quòd in dicta successione attenditur tempus mortis, siue mulier indotata fuerit, siue dotata cum parua
25 dote, cum qua mendicare cogeretur. † cùm dispositio dictorum iurium locum habeat siue dos data non fuerit, siue data, cum qua tamen mulier laboraret inopia tempore mortis viri, vt per Angel. in §. fi. institu. de succes. cognatorum. Nicol. de Vbal. in tract. de succes. ab intest. in 4. par. colum. fin. vers. & idem Matthæsyl. in tract. etiam de succes. ab intesta. in 4. articulo principa. num. 22. & ibi Bologn. in additio. Angel. à Gambel. in tracta. de testa. in 4. glo. vbi citant ita etiam tenuisse Franc. de Rampo. in d. auth. præterea, gloss. Cyn. Bald. & Salic. in l. licèt. C. de iur. dot. Bald. Salic. Paul. de Castro, Roman. Alexand. Ias. & Picus in d. authentic. præterea. Bald. Nouel. in tract. dot. in 11. par. in fin. Brun. in tracta. exclus. fœm. in 9. articulo, quæstio. 12. num. 2. Corse. in tractat. de potesta. regia, in 4. part. principali, versicu. 73. facit Paris. ad Bartol. in dict. authent. præterea, litera g, in fin. Roman. & Paul. de Castro in l. diuortio. in princip. ff. solut. matrimo. Tiraquel. in tractatu de iudicio. in reb. exigen. Feren. in versicu. 5. ex hoc infert Bald. Gul. Benedic. in repet. cap. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam, in 5. decisio. numero 142. de testa.

Quartò & vltimò in terminis nostris ita voluerunt

runt Barb.in citat.consil.74. col.3. cum sequent.volu. 4.Guliel. Benedi. vbi suprà,vbi expressè determinat sufficere, quòd coniunx superstes volens succedere sit pauper, & pauper, & inops tempore mortis viri, & ipse diues,idem tenuit Corn.in consil.4.colum.fin. versic.& licèt.volum.4.vbi inquit, quòd ad impediendum ne vxor consequatur quartam in bonis mariti diuitis præmortui,sufficit, quòd tempore mortis habeat vnde possit se alere, & sic inopia consideratur tempore mortis mariti diuitis,& in consil.224. in prin.volum.eod.vbi tradit, quia in facto suo præsupponebatur dominum Ioannem maritum d. Claræ tempore mortis suæ fuisse diuitem,& ipsam inopem, quòd clarissima conclusio resultare videbatur,quòd quarta portio hæreditatis debetur d.dom. Claræ virtute dict.authenti.prætereà, & sic ibi Cornel.vult,quòd tempus mortis viri attendatur, an vxor sit inops, cum hac sententia quoque transit Dec. in consil.24. in princip. versicu. secundò. in versicu. octauo. & in versic. prædicta. vbi semper considerat tempus mortis mariti an vxor sit inops, vel diues ad consequutionem vel exclusionem dictæ quartæ. quod & sentiunt idem Dec.& Curt.Iun,in d.authen. prætereà,col.pen.& fi.& Tiraq.in tract.cessan. causa. in 4.limita.num.2.

Non obstant modò,quę ex aduerso adducta & allegata fuerunt per Socin.in d.consil.30. colum.2. cum sequen.quia tex.ipse non dicit id quod sentit Socin. Nam tex.ipse vult solùm, quòd in illis casib⁹, in quibus habet locum lex interpretata, habeat etiam locum illius interpretatio : ait quidè Imperator oportere ea,quæ adiecta sunt per interpretationem in illis quidem valere,in quibus & interpretatis legibus
26 sit locus:& hoc quidem ea ratione,† quia interpreta tio est sensus ipsius legis interpretatæ,l.2. §. his legi-
27 bus.ff.de orig.iur.Nam † qui declarat,nihil de nouo inducit,l.hæredes palàm. §. si qui post. ff. de testa.sed dicitur tantùm detegere, sicut qui excutit grana à spicis,Fulgo.in consil.148.col.fin.

Vlteriùs dicitur, quòd licèt text.in d. §. quoniam, dicat. quòd quarta, de qua ibi, debeatur vxori ad similitudinem seu exemplum, l.fin. C. de repud. quæ
28 † quòd sicut vxori ejectæ à domo mariti sine culpa ipsius, debetur quarta in bonis mariti, ita etiam in casu, de quo in d. §. quoniam debetur vxori. tamen ex hoc inferri non potest,quòd tex.in d.§.quoniam. velit,quòd quarta,de qua ibi,debeatur habito respectu ad tempus contracti matrimonij : quia in casu d. l.fin. non fuit quæsitum ab Imperatore de hoc, minusq; fuit necessaria ipsa inuestigatio, cùm in casu
29 illius legis † siue mulier fuerit congruè dotata tempore matrimonij contracti, siue indotata, possit consequi quartam partem bonorum mariti, & in eius odium tempore, quo sine ipsius causa ejecta fuit à domo ipsius viri,vt ibi,& etiam vltra dotem datam, vt vult Bal.in l.fi.C.de sent.quæ sine cert.quant. Alexan.in l.si cum dotem.§.fin autem in fæuissimo.col. 2.in fi.ff.solut.matr. quod inquit menti perpetuò tenendum Picus in d.auth.prætereà, col.7. quod non potest dici in casu d.§.quoniam.quia si mulier habet dotem congruam,non potest consequi quartã:quia cessat ratio inopiæ & mendicitatis, quæ est causa finalis,vt iam sæpius dictum fuit,quòd mulier consequatur quartam in bonis mariti præmortui,& locupletis. Vnde licèt text.in d.l.fi.dicat, si quis acceperit vxorem indotatam,tamen illa verba important facti narrationem,& non decisionem,quòd attẽdatur tempus contracti matrimonij: quia (vt dixi) hoc nõ fuit necessarium quærere in casu d. l. & sic ex his dicendum venit,quòd inductio Soci. facta de casu d.l. fi.non faciat ad propositum nostrum.

Similiter non obstat secunda ratio Socin. quia respondetur, quòd attenta ratione finali,de qua suprà,& quæ communiter recepta est, vt iam pluries dictum fuit,& quæ est quòd quarta ipsa vxori inopi superstiti, & laboranti inopia tempore mortis debetur, ne in dedecus bene transacti matrimonij mendicare cogatur, sequitur quòd ratio ipsa attendi debet,non autem verba, cùm ratio ipsa anima sit legis,vt prædixi.

Secundò respondetur, quòd cùm dos sit proprium patrimonium vxoris, l.3. §. vtrum. ff. de mino. Paulus de Castro in l. maritus,colum.2. C de procu. l.fin.C.commu.vtriusq; iud.l.Pomponius Philadelphus.ff. fam. ercis. de quo si honestum est, mulier se alimentare potest. Ideo matrimonij contracti sine dote verbũ factum est in dictis legib. vt demonstraretur modus facilis,& euẽtus frequentior, quo mulier laborat inopia,& mendicitate, non excludendo tamen alia media,quibus potest mulier laborare inopia & paupertate, vt si habuit dotem à principio matrimonij contracti, quæ tamen tempore mortis mariti adeò parua sit, vt ex ea se alimentare non valeat,iuxta tradita per gloss.in l.j.in verb.sponsam, & ibi Marsil.numero 232.C.de rap. virg. Socin. in consilio 10.numero 11.volum.3.Nicon.in rub.C.de eden. numero 143.Ita respondet Gozad.in d.auth. prætereà.num.30.

Pariter non habet obstare alia ratio, & sic tertia: quia respondetur, quòd inspecta ratione finali, de qua suprà, sufficit ad hoc vt mulier admittatur ad beneficium dictæ quartæ, quòd adsit mendicitas & inopia tantùm tempore mortis mariti, sicut è conuersò satis est ad exclusionẽ dictę quartæ,quod mulier ipsa tempore mortis viri diues reperiatur. Nec vis fieri potest in casu nostro, in d. l. si plures, quoniam ea locum habet,vbi apparere posset mentem disponentis fuisse,vt concursus copulatorum omninò interuenisset,quod equidem in terminis nostris dici non potest inspecta ratione d.auth. prætereà. Nec opponi potest de superfluitate, & si fiat mentio in ipsa authen. prætereà, & in corpore vnde sumitur de matrimonio sine dote, stantibus his, de quibus suprà ad secundam rationem,vt constat ex his quæ no tantur per glo.in l.j.in verb.& filio de Sum. Trin. & fide catho. in 6. Cagno. in l. quæ dubitationis,de regul.iur.

Non obstat vltima ratio, quoniam respondetur, quòd ratio assignata per Soci. videlicet dictæ quartæ delationis vxori superstiti tempore mortis mariti : quia nihil possit imputari marito, quando accepit vxorem congruè dotatam tempore contracti matrimonij, non est illa, quæ consideratur à scribentibus.Sed ratio vera, & comuniter recepta est, quòd quarta ipsa datur coniugi tempore mortis mariti, ne mendicare cogatur, siue maritus acceperit vxorem dotatam,vel indotatam. Vnde stante huiusmodi ratione finali,illa attendenda est, omissis alijs rationibus imaginarijs,vt per Dec. in l.venia. C. de in ius vocan.col.3.Rip.in rub.solut.matr.nu.62.

Item quòd ista non sit ratio, quòd ideo, quia maritus accepit vxorem sine dote, post mortem ipsius debeat vxor habere quartam ex bonis suis, satis patet: quoniam,si vxor erit diues tempote mortis coniugis, non habebit dictam quartam, non obstante, quòd eam maritus acceperit indotatam, cùm habeat vxor ipsa vnde possit se alimentare. Vnde ex his clarè percipitur, quòd ratio mendicitatis vxoris tempore mortis mariti est fundamẽtum,quod mulier succedere debet in quarta parte bonorum viri prædefuncti.

Vnde ex his,quæ abundè suprà dicta fuerunt, concludendum esse arbitror, attento, quòd dictus maritus tempore mortis erat diues,& mulier mendicare cogeretur, quod cederet in maximum dedecus bene transacti matrimonij, quòd ea cõsequi debeat dictam quartam, quæ etiam ei debetur in tali casu contra voluntatem ipsius mariti, vt communiter concludunt scribentes in d.auth.prætereà.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XVI.

1 *Agnati transuersales non succedunt in feudo nouo.*
2 *Feuda noua non debent ire per saltus.*
3 *Feudum nouum dicitur, quod de nouo conceditur, & habuit initium in personam primi inuestiti.*
4 *Agnati transuersales non admittuntur in feudo concesso iure antiqui & paterni feudi.*

8 *Contrariorum eadem est disciplina, declara vt in nu. 25. vers. vltimo.*

6 *Feudum antiquum si concedatur alicui iure feudi noui, non efficitur nouum.*

7 *Agnati transuersales admittuntur in feudo antiquo.*

8 *Pacta extranea, & cõtra omnem naturam feudorum apponi possunt in contractu feudali, dummodò non sint contra substantialia feudi.*

9 *Receditur à propria natura feudorum per pactum.*

10 *Natura feudorum est genus, & tenor inuestituræ est species, quæ semper derogat generi.*

11 *Vasallus, & si de natura feudi iurare debeat fidelitatem, tamen valet inuestitura, quòd ad ipsam non teneatur.*

12 *Feudum licèt transeat ad hæredes, id est, filios, de sui natura, tamen si in concessione dicatur ibi, & hæredibus quibuscunque, secundum communem transit ad omnes hæredes.*

13 *Fœmina quamuis non succedat in feudo, valet tamen pactum, quòd in eo succedat.*

14 *Feudum soldatæ, quod finitur morte dantis vel recipientis, ex pacto potest transire ad hæredes.*

15 *Feudum licèt non possit alienari sine consensu domini, tamen secus est vbi per pactum aliter conuentum fuerit.*

16 *Vasallus potest testari de feudo sibi concesso, & quibus dederit.*

17 *Infeudans potest apponere conditionem & pactum in inuestitura.*

18 *Cõsuetudine induci potest, quòd feudum ad fœminas pertineat.*

19 *Consuetudinem Princeps tollere potest.*

20 *Constitutio Principis fortior est cõsuetudine, quæ vincit ius commune.*

21 *Princeps in his, quæ sunt iuris positiui aut consuetudinis, potest rerum naturam mutare.*

22 *Consilium Oldra. 178. reprobatur seu declaratur,*

23 *Iudicare per imperitiam præsumitur, qui relinquit communes sententias, & inhæret singularibus opinionibus.*

24 *Opiniones variæ vbi sunt, illa est sequenda, quæ plurium magistrorum authoritate comprobatur.*

25 *Verba iure feudi antiqui & paterni, prolata inter personas prohibitas de nouo infeudare, vt est episcopus, non probant quòd feudum sit antiquum.*

26 *Consilium Castrensis 154. secundum antiquam impressionem declaratur.*

27 *Dominus directus respectu iuris sui potest consentire, quòd feuda transeãt ad illas personas, ad quas de sui natura non fuissent transitura.*

28 *Recognitio propriè cadit in feudis.*

29 *Dominus & vasallus sunt correlatiua, quorum natura est, vt quicquid dictum est de vno, idem intelligatur dictum de alio, etiamsi essemus in materia correctoria vel pœnali.*

30 *Legatum factum de feudis antiquis, quæ possunt alienari, non extenditur ad feuda naturaliter concessa cum clausula iure antiqui feudi, & paterni.*

31 *Interpretatio stricta fit in legatis.*

32 *Legatis nummis semper fit interpretatio, vt exiguiores debeantur.*

33 *Interpretatio larga fit in testamentis, quò ad institutionem hæredis.*

34 *Legata licèt sint fauorabilia, tamen eorum verba debent capi propriè & impropriè.*

35 *Quod amplia procedere etiam in legato Principis.*

36 *Feudum antiquum de propria, & stricta significatione dicitur illud secundum communem opinionem, quod acquisitum fuit ab aliquo antecessore supra quartum gradum.*

37 *Testator in dubio censetur minus grauare hæredem, quàm sit possibile.*

38 *Legatum factum coniunctæ personæ, censetur fauorabile, lateq; debet interpretari.*

39 *Testator si iusserit rem aliquã vendi ab hæredibus, pretiumq; ex re vendita retractum fratribus ipsius testatoris restitui, ipsi præferri debent in venditione alijs extraneis, si æquale pretium afferant.*

40 *Statuto si caueatur, quòd volens alienare rem, debeat illam denuntiare consorti vel coniuncto, aliàs non valeat alienatio, si tales coniuncti vel cõsortes sunt pares, præfertur proximior & magis coniunctus.*

41 *Voces creditorum quando sunt pares in cumulo debiti, & numero personarum, licet iudex debeat humaniorem partem sequi, tamen hoc fallit, si ex vna parte sunt personæ coniunctæ defuncto, & ex alia extranei: quia præferuntur voces coniunctorum.*

42 *Executores testamenti, si non conueniunt in distributione bonorum testatoris, debet præferri ipsorum executorum sententia, qui sunt consanguinei testatoris.*

43 *Testator si reliquit duos executores ad distribuenda bona sua inter pauperes, & vnus eorum vult eligere pauperes coniunctos testatoris, alter extraneos, ille huic est præferendus.*

44 *Legatum rei alienæ, licèt regulariter non valeat, tamen secus si sit coniunctæ personæ.*

45 *Cessio facta à laico clerico, & si non valeat, secus tamen si sit clerico coniuncto.*

CONSILIVM XVI.

VIso themate, & diligenter consideratis omnibus his, quæ in ipso continentur, prima facie dicendum videtur, magnificos dom. Antonium & Nicolaum de Spinellis minimè aspirare posse ad cõsequutionem feudi, de quo agitur: quoniam ambigui iuris non est,
1 † agnatos transuersales succedere non posse in feudo nouo, c. j. §. his verò. de grad. suc. in feud. c. j. in fin. de succes. feud. Bald. in prælud. feud. in 3. diuisione. Cur. Iun. in tract. feud. in 1. par. in vers. 8. principaliter. colum. 2. in fin. vers. primus effectus. Ias. in cons. 1. col. 1. vol. 3. & in cons. 136. col. 2. vol. 4. vbi in feudo nouo quod habuit initium à duobus fratribus, frater non succedit fratri sine liberis defuncto, etiam si ambo fuerint inuestiti: & multò minus nepotes ex alio
2 fratre, nec alij agnati transuersales. † nam feuda noua non debent ire per saltus. Ang. in consil. 110. quòd autem feudum Tarantellæ sit nouum, patet: quia initium habuit in personam domini Thomeni, quo casu feudum nouum dicitur, quod de nouo acquiritur, & non procedit à successione, Bal. in l. j. in 4. q. de rer. diuis. Dec. in cons. 53. col. j. & in cons. 390. nu. 4. Ias. in cons. 24. col. 5. vol. 3. & in cons. 136. j. volu. 4. & in vsib. feud. colum. 27. in fin. Iac. de S. Georg. in inuest. sua in verb. feudum. col. 2. in princip. Curt. Iun. vbi
3 suprà colum. 2. vers. feudum nouũ. vbi dicit, † quòd feudum nouum dicitur, quod de nouo conceditur, & habet initium in personam primi inuestiti, c. j. in ver. nouam inuestituram, quot testes sunt necessad proban. inuest. Affl. in ca. j in §. notandum. nu. 21. qui feud. dar. poss. Paris. in cons. 2. nu. 8. volu. j. cons. 3. nu. 15. vol. eo. & in cons. 65. in princ. vol. 3.

Nec habet obstare, quòd prædicta sententia posset procedere, quando feuda essent simpliciter noua, secus si in concessione, vt in casu præsenti dictum
4 fuit, † quòd tale feudum conceditur iure antiqui, & paterni feudi: quia tũc propter talia verba videtur,

quòd

quòd agnati admittantur, quamuis transuersales, sicut si feudum esset paternum & antiquum. c. 1. §. 1s verò, de grad. suc. in feu. Bal. in c. 1. de alie. feud pat. & Alua. in c. 1. de vas. decrep. æta quia respõdetur, quòd huiusmodi verba nõ habent mutare veritatem rei, vt in terminis decidere videtur Old. in con. 178. arg. l. si fortè. ff. de cast. pecul. & eorum, quæ notantur in l. si donatione. C. de colla. Idem voluit Castren. in cons. 154. secundum antiquam impressionem, vbi determinat, quòd si quis de nouo fuit inuestitus pro se & hæredibus suis de feudo, tanquam de feudo antiquo, quòd illa verba non operantur, vt agnati succedãt, qui aliàs in feudo nouo succedere nõ possent, sed solùm in antiquo: quia dictus vasallus non potuit acquirere, nisi pro se & hæredibus suis. Imò si expressam mentionem de agnatis fecissent, habentur pro non adiectis hi, ad quos feudum de sui natura non transibat. l. si mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. & Paul. sequitur Ale. in cons. 10. in 3. volum. & cum sententia Oldr. transeunt Ias. in cons. 57. col. 7. * volu. 1. 152. col. 1. vol. 2. vbi asserit hanc * magis communem, & in cons. 180. colum. 6. vol. eod. nec non in cons. 7. col. 6. ver. 3. volu. 3. & in cons. 107. col. pen. ver. confirmatur, vol. 4. Zas. in cons. 13 nu. 15. Bru. in con. 79. circa medium. Bald. in prælud. feu. in 3. diuisio. & ibi Mart. Laud. in c. 1. colu. 4. in 3. decis. qui feud. dar. po ss. & Bologn. in cons. 1. col. 4.

Pro qua sententia facit vulgaris regula seu con-
5 clusio, quæ habet, † quòd contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. in fundo. ff. de rei ven. Alexan. in cons. 109. col. fi. volu. 2.
6 Paris. in cons. 31. nu. 122. vol. 1. sed sic est, † quòd si feudum antiquum concedatur alicui iure feudi noui, non propterea efficitur nouum. c. 1. vbi not. omnes. de vasal. decrep. æta. Bal. in l. 1. q. 15. ff. de rer. diuis. Bal. Alua. & alij, in c. 1. an agna. vel fil. Alexan. in cons. 30. in fi. volum. 1 Ias. in cons. 96. colu. fi. volum. 4. Dec. in cons. 78. colum. fi. versi. & licèt, & in cons. 445. colu. 2. ver. quia. & Soc. Iun. in cons. 103. num. 31. vol. 2. ergo eodem modo dicendum venit, quòd si feudum nouum concedatur iure feudi antiqui & paterni, non debet effici antiquum, vt contrariorum eadem sit disciplina.

Quibus tamen non obstantibus sententiam contrariam vti veriorem tenendam esse arbitror, & di-
7 co, quòd sicut in † feudo antiquo admittuntur agnati transuersales, vt habetur in cap. 1. §. cùm verò Conradus, qui feu dar. pos. in c. 1. de grad. suc. in feu. Alex. in cons. 3. col. 2. vol. 1. Paris. in cons. 13. in fin. vol. 2. vbi in feudis antiquis & paternis, transuersales succedunt transuersalibus, & portio alicuius decedentis ab intestato accrescit alteri, & non reuertitur ad dominum directum feudi, ita & in feudo reuera nouo, sed concesso iure antiqui, & paterni feudi, admittuntur agnati transuersales: quia de tali feudo iudicatur, vt de feudo antiquo & paterno. Quod
* probatur primò per * communem conclusionem,
8 quæ habet, † quòd in contractu feudali possunt adhiberi pacta extranea, & contra naturalia, ac propriam & communem naturam feudorum, dummodo contra substantialia non apponantur, Pau. de Cast. in cons. 262. Brun. cons. 4. col. 1. in fi. Cur. Sen. in cons. 48. colum. 8. vers. ad septimum, & in cons. 49. col. 25. vers. confirmatur. Facit quod inquit Bal. in l. 1. C. de
9 proba. & in l. 1. C. de lat. liber. tol. vbi † per pactum recedimus à propria natura feudorum: quia teste
10 Bald. relato per Afflic. decis. 265. † natura feudorum
11 est genus, & tenor inuestituræ est species, quæ semper derogat generi. & ideò videmus, † quòd licèt de natura feudi sit, quòd vasallus debeat iurare fidelitatem, c. fi. per quos fiat inuest. tamen valet inuestit. in qua dicitur, quòd non teneatur vasallus ad fidelitatem, alibi dicit Bald. quòd & si de natura feudi
12 sit, † quòd feudum transeat ad hæredes, id est, filios, vt in c. 1. §. & si clientulus, de alien. feud. tamen si in inuestitura dicatur, tibi & hæredibus quibuscunque, tunc veniunt omnes hæredes: ita Bald. in c. Imperialem, in prin. col. 3. de proh. feud. alien. per Fede. Soc. inter consilia Brun. cons. 10. col. 1. vbi attestatur,
* hanc esse * communem. in consilio meo 96. nume. 36. volu. 1. nam in traditione feudi licet apponere pactum contra naturam feudorum. l. in traditionibus. C. de pact. Affl. in c. 1. §. feudum ea lege. nu. 7. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Videmus etiam
13 † quòd de natura feudi fœmina in eo non succedit tanquam incapax. cap. 1. §. hoc autem. qui feud. dar. poss. & tamen valet pactum, quòd fœminæ succedant in feudo. c. 1. §. præterea, quid sit inuestit. c. 1. §. filia. de succes. feud. Accedit quoque, quod ait Affl.
14 in c. vnico in fi. de contro. inter Epis. & vas. vbi † feudum soldatæ, quod finitur morte dantis vel recipientis, ex pacto potest transire ad hæredes, vt ibi per
15 Iacob. de Beluis. Item, † feudum non potest alienari sine cõsensu domini, vt in c. Imperialem, in prin. de proh. feud. alien. per Feder. & tamen per pactum potest sine consensu domini alienari, vbi ab initio ita actum sit. c. 1. §. eadem lege, de lege Conrad. c. 1. §. & si clientulus, vbi Affl. nu. 39. de alien. feud. Hinc di-
16 cimus † quòd concesso feudo alicui, & quibus dederit, quòd poterit vasallus de eo testari, & disponere contra propriam naturam feudi. c. 1. de feu. nõ hab. prop. nat. feudi. Dec. in cons. 173. col. 2. & in cons. 193. num. 3. Brun. in cons. 38. col. 2. Paris. in cons. 23. nu. 41. volum. 1. in cons. 42. nu. 7. Si igitur in casibus prædictis receditur à propria natura feudorum, vtique dicendum venit, quòd etiam in casu præsenti primus potuit alterare naturã feudi noui, & illud con-
17 cedere iure antiqui, cùm † quilibet habens facultatem infeudandi possit apponere conditionem, & pactum in inuestitura prout vult, teste Affl. post Iser. in prælud. feud. num. 6.

Secundò facit, nam per consuetudinem alterã-
18 tur natura feudi, † quia ex ea induci potest, quòd feudum ad fœminas pertineat, etiam si in inuestitura de fœminis non fuerit facta mentio. Card. in cons. 54. quem sequitur Campeg. in cons. 2. col. fi. in prin. inter consilia Bru. ergo multò magis per Prin-
19 cipem, † qui consuetudinem tollere potest. Oldr. in cons. 117. & in cons. 322.

Item dicit Bal. in cons. 312. in prin. vol. 3. & in cons.
20 134. col. 4. in fin. volu. 5. quòd † dictum, seu constitutio Principis fortior est consuetudine, quæ est fortior iure communi. Bart. in l. viros per illum text. C.
21 de diuer. off. lib. 12. † nam in his quæ sunt iuris positiui aut consuetudinis, Princeps potest rerum naturam mutare. §. fuerat, institu. de action. & de nihilo aliquid facere. capit. cum apostolica de his qui fiunt à præla. sine con. cap. Craue. de antiqui. temp. par. 1. num. 46.

Tertiò, quòd in feudo nouo concesso iure feudi antiqui & paterni, admittantur agnati transuersales, decidit Bald. in c. 1. col. 1. de alien feudi pater. vbi inquit, quòd si Rex concedit alicui castrum nomine & iure antiqui feudi possidendum, quòd licèt sit nouum, tamen assumit qualitates feudi antiqui. arg. l. quicunque. C. de om. agr. defer. libr. 11. quod inquit notandum, & ibi eum sequitur Mart. Laud. colum. 2. Præpos. etiam col. 2. & Affl. nu. 56. Alua. & Præpos. in c. 1. de vasal. decrep. æta. rursus in c. 1. colum. 2. de grad. suc. in feud. Isern. in c. 1. in fin. de contro. feud. ap. par. term. Bald. in c. 1. colu. 7. versi. quid dicemus, an agna. vel fil. & ibi Affl. nu. 62. Præpos. in procem. feud. colum. 18. ver. in regibus. Pau. de Cast. in consi. 44. in prin. volum. 1. & in cons. 284. volu. 2. vbi dicit, hæc verba habere vim pacti. Barb. in cons. 66. num. 5. volum. 4. Socin. in cons. 165. num. 13. ver. sextò corroboratur, in cons. 272. col. 2. vol. 2. in cons. 4. nume. 19. volum. 3. & inter consilia Brun. in cons. 10. colum. 4. versi. sed contra prædicta. Brun. in cons. 41. colum. 2. & in cons. 73. colum. fin. Afflic. in decis. 282. num. 10. versicu. maximè, & in const. Reg. in const. post mortem, colum. 3. in prin. ver. per hoc facit, & in c. 1. §. adoptiuus. num. 13. in fin. si de feud. fuer. contro. inter do. & agn. Alex. in con. 30. col. 2. in fi. volu. 1. & in cons. 1. num. 27. volu. 5. Iac. de S. Georg. in inuest. sua feud. in versi. Nobiles agasi. in fin. vbi inquit, hoc notandum. Paris. in cons. 17. in prin. volu. 1. Dec. in consi. 53. colu. 2. & in cons. 185. col. fi. in prin. Rub. Ale. in consi. 164. colum. 4. versic. circa aliud. Practicus Papiens. in forma libelli, quo agitur ad reuoca. feud. in gloss. in ver. nec superstitibus, in fin. Riminal. in cons. 96. numer. 7. & 39. & in cons. 292. nu. 21. Tiraquel. in tract.

de retract.fo.670.num.31.cum pluribus seq.& maximè in num.42. Cephal. in cons.12. nume.*. volum.j. * & hanc esse *receptam doctorum sententiam firmant Curt.Iun.in tract.feud.in 1.par.in ver. 8.principaliter.colum.3.in fin.& in cons.1.colum.5. Dec.in cons.194.col.2.Crot. in l.si is qui pro emptore.colu. 23.in fi.ver.tertiò & vltimò.de vsucap.& in l.re coniuncti.q.26.ff.de leg.3 Insignis Craue.in tract.de antiqui.temp.par.5.num.17. Bosi.in tract. suo crim.in tit.de Principe.numero 312.& 338.Ias. in consi.j. columna.3.& 4.volum.5. vbi in tribus locis attestatur hanc esse communem.Paris. in cons.4. num.11.vol. j.Ruin.in cons.5.in prin.vol.j. cons.14. nume.5.& in cons.45.nu.4.vol.eo.Alcia.in tract. de præsumpt.in 3.regula.præsumptione 28. nume. 4.& ibi Arelat.in addit.Zas.in tract.feud.par.12.nume.55. Alipr.inter cons.status Montisfer.cons.30.num.10.& Rub.Alex. in cons.84.colu.2.Curt.sen.in cons.49.colum.49.& Colleg.Bononien.inter consilia d. Curtij. cons. 50. colu.3.Insignis Natta in cons.462. colum.2.imò crebriorem eam dixerunt Ias.in vsibus feud.col.29 circa fi.& in cons.136.in 4.col.in tribus locis.vol.4.Clarus in §.feudum.q.8.versic.sed hîc occurrit. Neuiza. in cons.10.num.3.& ita aliàs respondendo dici,vt in cons.60.in j.vol.

Non obstant quæ ex aduerso allegata fuerunt.Et
22 primò † decisio Oldr. in dicto cons. 178. quia duobus modis respondetur:primò,quòd non est curandum de eius authoritate,cùm crebriorem sententiam contra se habeat, vt suprà dictum fuit, à qua in consulendo & in iudicando fatuum esset recedere, ne incideret iudex in dictum Alexand. in cons. 95. num.6.vol.2.post Bald.in l prætereà, per illum text.
23 ff.de senato.vbi dicit,†quòd qui inhæret singularibus opinionibus,præsumitur per imperitiam iudicare,si communes relinquit sententias:deferre enim debemus comuni opinioni, quia difficilimum reputamus sententias maiorum reuoluere.Curt.Sen.
24 in cons.42.col.6.vers.sed præmissis.†Et vbi sunt variæ opiniones, opinio illa sequenda est, quæ plurimum magistrorum auctoritate comprobatur.leg.j. ibi,sanè,vbi Bald.in 5.nota.ff.de offi. quæstio.quem sequitur Alex.vbi suprà,vbi subdit,quòd licet aliqui pauci teneant contrarium, tamen communis opinio non est relinquenda.

Secundo respondetur,quòd decisio Oldr.debet intelligi secundùm leges, quas allegat Bartol.in l. non solùm.§.liberationis verba. ff. de liber.lega.sed iura,quæ allegantur, loquuntur in personis, quæ non possunt liberè actum facere, in quibus talia verba nihil operantur, sed nos sumus in terminis, in quibus Princeps potest in bonis feudalibus liberè disponere pro libito voluntatis, & sic disponere, quòd feudum nouum sortiatur naturam feudi antiqui & paterni,ergo,&c.ita Ias.in d.cons.j.colum.4. versicu.& subtilius.Bald.in proœm. feud.in 3.diuis.
25 in versic.circa hoc dubitatur,vbi tenet,† ℣ quando sumus inter personas prohibitas de nouo infeudare,vt est episcopus vel prælatus ecclesiæ, quòd talia verba tanquam de feudo paterno vel antiquo, non probant,quòd sit antiquum, nec faciunt illud antiquum esse:quia tales personæ ecclesiasticæ,nō possunt liberè disponere super feudo nouo, quoniam videntur apposita in fraudē legis,Ias.in citato consilio 136.col.6.vol.4.Cur.Iun. in trac. feud. in j.par. versi.8.principaliter,col.8.Natta in allega.cons.462. colum.4.

26 Non obstat secundò authoritas Castren. † quia respondetur,secundùm Curt. Iun. vbi suprà, quod loquitur in episcopo,qui(vt iam dictum fuit) est de personis prohibitis de nouo infeudare, ideò nimirum,si dicta verba iure antiqui feudi, nullum sortiantur effectum,idem tradit Natta in consilio 466. colum penul.vbi inquit,quòd si Castrensis loqueretur in domino temporali,malè diceret & contra id, quod locutus est in d.cons.383.in 2.vol. & in consilio 44.vol.j.

Secundò respondetur, quòd Castrensis principaliter mouetur: quia recipiens inuestituram feudi,non potuit acquirere, nisi pro se & hæredibus suis,vnde etiam si expressam mentionem feciisset, de agnatis,habentur pro non adiectis, cùm ad eos feudum de sui natura non transiret. l. si mihi & Titio.ff.de verb.oblig sed in casu nostro cessat huiusmodi fundamentum:quia non agitur de acquirendo feudum agnatis transuersalibus, vigore alicuius stipulationis factæ, per recipientem inuestituram,sed ex eo, quia Princeps ordinauit, quòd tale feudum habeat naturam feudi antiqui & paterni, vt dictum fuit.Ita Ias.in d.cons.1.colum.4.in fi.& in consi.136.col.6.in fi.

Similiter non obstat consilium Alex.decimum, quia & ipse loquitur in prælato, secus in domino temporali, & si aliter sentiret, ineptè loqueretur, tanto magis cùm ipse teneat contrarium in locis suprà citatis.

Vltimò non obstat,quòd contrariorum eadem sit disciplina, & ideò quòd sicut quando feudum est verè antiquum & paternum, licèt de nouo quis de eo inuestiatur,non propterea desinit esse antiquum & paternum, ita econtrà, quando verè est nouum propter illa verba, iure antiqui vel paterni feudi, non debet mutare naturam noui feudi.quia respondetur,quòd regula ipsa procedere posset,vbi militaret eadem ratio,secus si diuersa vel contraria. Bart. in l.in fundo.ff.de rei vend.Alex.in l.necessarijs in j. colu.ff.de acq.hæred.sed in casu nostro adest diuersa ratio inter vnum casum & alium: quia quando feudum nouum conceditur iure antiqui & paterni feudi,illud solùm tendit in præiudicium concedentis,& non alterius,qui potuit sibi præiudicare: ideò nimirum,si assumit vigore dictorū verborum naturam feudi antiqui & paterni:sed quando feudum antiquum efficitur nouum, istud tenderet in præiudicium agnatorum transuersalium,qui non succederent in feudo nouo.Curt in tract.feud.in j.par. vers.8.principaliter.col.4. Ias. in cita.cons.136. colu. 7.ver.non obstat.Colleg.Bonon.inter consilia Curtij senioris in cons.50.col.5.ver.nec etiam prædictæ. Affl.in c.j.nu.6.& sequenti de Vasallo decrep æta.in c.j.num.8.quemadmodum feud.ad fil.perti.& num. 10.& in c.j.num.51.an agna.vel fil. quia in præiudicium tertij,nemo potest alteri facere gratiam.Clarus in §.feudum,quæst.8.versic.quæro nunc. Et pro ista opinione benefacit,quod voluit Curt. Iun.in cons.
27 j.num.15.vbi inquit,nulli dubium esse,† quòd dominus directus respectu iuris sui & interesse potest consentire.quòd feuda transeant ad illas personas, ad quas de sui natura non fuissent transitura, puta ad fœminas,vel ad natos ex fœminis, per text.in c. j.§.hoc autem notandum,ibi,nisi specialiter dictum fuerit,vt ad eas pertineat. qui feud.dar. pos.Paris.in cons.j.in fi.vo.2.

Nec habet obstare si dicatur, quòd conclusio supra firmiter ab omnibus approbata, tantùm locum habere posit,quando talia verba prolata fuissent à principe inuestiente, vel feudum concedente,secus si prolata fuerint inter partes inuestitas, recognoscētes feudum in antiquum & paternum: quia tunc soliassertioni eorum non est standum. Item,& quia huiusmodi verba non sunt apposita in principali dispositione, sed accessoriè prolata sunt in præstatione fidelitatis,quo casu nō videntur alterare principalem dispositionem,clem.j.in fi.de præben quoniam respondetur,quòd cùm vnum & idem instrumentum,de voluntate partium fuerit confectum, præsente audiente & intelligente ipso Principe inuestiente, & in fine ipsius instrumenti dicatur, de quibus omnibus & singulis dictæ partes,per me notarium infrascriptum instrumentum fieri rogauerunt, ista verba censentur in effectu esse Principis inuestientis:quia recognosci illud dicitur in feudis,
28 de quo quis est inuestitus,†cùm recognitio propriè cadit in feudis,secundùm Hos. Io. Andr. Butr.in c. relatum, de iure patro. & ex quo recognitio feudi fit,vt de antiquo & paterno coram ipso Principe, ipso censetur illud cum illa qualitate confirmare.l.
29 1.§.inter filium,cum gloss.de fals.Item † dominus & vasallus sunt correlatiua, quorum natura est, vt quicquid dicitur in vno, intelligatur etiam dictum de alio,etiam si essemus in materia correctoria vel pœnali,l. fin.vbi doc.C.de indic.vid. tol. ergo illud

quod

quod fuit dictũ in inuestitura feudali de vasallo non recognoscente feudum in antiquum & paternum, intelligitur etiam dictum in domino sic inuestiente ex natura correlatiuorum. Ita formaliter respondet Ias. in citato cons. 139. col. 7. versi. non obstat. & Dec. in cons. 185. col. fi. in prin.

Non obstat dicta clem. 1. in fin. de præben. quia ea loquitur in verbis conditionaliter prolatis, quæ executionem respiciunt, & non disponunt, sed in terminis, de quibus agitur, sunt verba dispositiua, quę principaliter disponunt, dum dicitur: recognoscentes se tenere in feudum antiquum & paternum, quo casu locum habere non potest text. in d. clem. 1. Dec. in d. cons. 185. col. fi. Ex his igitur concludendum fore arbitror, transuersales ipsos admittendos esse in dicto feudo, maximè cùm sint hæredes primi acquirentis, & sic de comprehensis in concessione seu inuestitura feudali, vt per Alex. in cons. 10. col. 3. in 3. vol. Soc. inter consilia Bru. nu. 10. col. 4. circa fi. Crau. de antiq. tempo. par. 5. nu. 20. Rui. in consi. 5. col. 2. in prin. vol. j. Dec. in consi. 390. num. 4. & Rub. Alex. in cons. 10. num. 6.

30 Circa legatum † factum de feudis antiquis, & de quibus potest disponi, cùm quæratur, an extendatur ad feuda noua concessa iure antiqui feudi & paterna, prima facie dicendum videtur, quòd non,
31 † quia in legatis stricta fieri debet interpretatio. l.
32 nummis. ff. de lega. 3. vbi legatis nummis semper fit interpretatio, vt exiguiores debeantur. l. apud Iulianum. §. Seio, de lega. 1. l. si ita scriptum. §. fin. eod. titu. Dec. in consi. 355. num. 5. & in consi. 289. colum. 2. in
33 prin. vbi dicit, † quòd licèt in testamentis quantum ad institutionem hæredis, fieri debeat larga interpretatio, nõ autem respectu legatorum, allegat Bar. in l. cùm auus in fi. ff. de cond. & demon. Ias. in l. non dubium. colum. 9. versic. aduerte. ff. de legib. vbi in-
34 quit, † quòd licèt legata sint fauorabilia. l. in testamentis. ff. de reg. iur. c. cùm dilecti, de donat. tamen verba ibi capi debent propriè, & non impropriè. l. non aliter, de lega. 3. vbi gloss. & Bartol. Dec. in d. l. in testamentis. iterum Ias. in l. quod Seruius, column. 2. versic. aduerte tamen. ff. de cond. cau. dat. non secu. Alcia. in l. j. §. sed si mihi, num. 17. de verbor. obligat. Soc. Iun. in cons. 123. num. 16. volum. 3. cons. 98. num.
35 5. vol. j. Natta in cons 306. num. 4. consi. 402. nume. 59. vbi ampliat, † hoc etiam procedere in legato Principis. Grat. in cons. 92. numer. 18. volum. 1. & in consilio 87. num. 17. volu. 2. Dec. in d. l. in testamentis, facit gloss. in l. si plures in gloss. fi. ff. de cond. instit. vbi fauorabilior fit interpretatio in institutione,
136 quàm in legatis. Sed † feudum antiquum de stricta & propria significatione est illud, quod fuit acquisitum ab aliquo antecessore supra quartũ gradum. Præpos. in procem. feud. in 6. diuisione. Curt. Sen. in cons. 48. col. 3. versic. feudum autem. cons. 49. colu. 8. ver. dicitur autem propriè antiquum. c. j. §. hoc quoque. vbi Bald. de succes. feud. Paris. in cons. 5. nume. 9. vol. j. & in cons. 13. col. 2 in prin. vol. eo. Rui. in con. 5. col. 1. in fin. volu. 1. Curt. Iu in tract. feud. in 1. part. in versic. 8. principaliter. colum. 2. in fin. vbi asserit
* Doctores ita * communiter tenere. Ias. in consilio 24. colum. fi. in prin. volum. 3. in vsib. feud. colu 27. in fin. Iacob. de S. Georgio. in inuestit. sua in verb. feudum, in 3. diuisione. non autem feudum nouum concessum cum clausula, iure antiqui feudi. Ruin. in consi. 14. num. 5. volum. j. vbi dicit, quòd dicta verba operantur vt feudum de nouo concessum, non minus transeat ad agnatos, quàm si verè fuisset antiquum, ergo impropriè antiquum. Alex. in consil. 164. col. 5. num. 17. vbi dicit, quòd illa verba, ita taliter, quòd habeant naturam feudi auiti & paterni, non faciunt feudum propriè paternum: sicut dicitur de emancipato, qui habet iura suorum, & tamen non est propriè suus, iuxta l. meminimus, cum ibi not. Ias. in cons. 1. col. 2. ver. primus, cum duobus se-
* quentibus vol. 3. & in cons 3. ver. secundo principali, vbi dicit, veram & * communem conclusionem esse, quòd quando feudum reuera est nouum, & dicitur in inuestitura, quòd sit paternũ & antiquum, censetur antiquum, & de eo iudicatur vt de antiquo & paterno, & consequenter in eo illi admittuntur, qui admitterentur in feudo, quod reuera esset antiquum, ergo nõ est proprie antiquum. Rursus in cons. 136. col. 3. in fi. versi. tertius casus, & in 4. colum. ver. 2. specialius, vol. 4. facit etiam quod not. Bald. in c. j. col. 2. de alie. feud. pater. dum dicit, quòd & si tale feudum sit nouum, tamen assumit qualitatem feudi antiqui, si ergo assumit, igitur propriè & strictè non est feudum antiquum, cùm nõ reperiatur concessum fuisse antecessoribus supra quartum gradum, vel ab eis acquisitum. Cur. Sen. in cons. 48. colum. 14. versi. vel possumus. col. 7. versi. ergo cùm assumpserit, & in multis alijs locis ibidem. Ratio etenim huius conclusionis, quare in legatis stricta fit
37 interpretatio, est † quia testator in dubio censetur minus grauare hęredem, quàm sit possibile l. vnum ex familia. §. si rem, de lega. 2. Dec. in cons. 355. num. 5. & Gozad. in cons. 82. col. j.

Sed præmissis non obstantibus, contrarium de iure verius esse arbitror, & dico, quòd etiam talia legata comprehendunt feudum nouum concessum iure antiqui feudi, quoniam illud reperitur factum
38 coniunctæ personæ, quo casu † legatum factũ coniunctæ personæ, censetur fauorabile, & latè debet interpretari. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. Soc. in. l. j. versi. secundus casus. ff. de reb. dub. & Craue. qui alios citat in cons. 297. col. j. in fi. cum sequenti, vbi inquit, quod omittendo contrarietatem & inconstantiam Doctorum, qui pro casus occurrentia dicunt, legatum generaliter largè interpretandum: aliquando simpliciter dicunt, strictè illud intelligendo: tamen conclusio & regula est, quòd & si legatum strictè debeat interpretari, tamẽ istud non procedit in legato facto coniunctæ personæ, quod ratione coniunctionis sanguinis latè debet interpretari, per d. l. si seruus plurium. §. fin. nec mirum, cùm videamus multa specialia cõcessa ratione coniunctionis sanguinis, quę extraneis non concedun-
39 tur, quòd patet primò ex not. per Bart. in cons. 19. vbi inquit, † quòd si testator iusserit rem aliquam vendi ab hæredibus, pretiúmque ex re vendita retractum fratribus ipsius testatoris restitui, fratres debent præferri in venditione alijs extraneis, si modò æquale pretium offerant, per l. j. ff. de priuil. cred. ideoq; iudicem petentibus fratribus testatoris, posse præcipere hæredibus, ne inscijs ipsis fratribus ad venditionem procedant, eosq; cæteris ad eam præferant, iuxta l. diuus, de pet. hæred.

Secundò ex no. per Alex. in cons. 27. col. fi. vol. 6. vbi tradit, quòd † stante statuto, quòd volens alienare, debeat denuntiare consorti vel coniuncto, aliàs
40 non valet alienatio, si tales coniuncti vel consortes, de quibus statutum loquitur, sunt pares, præfertur proximior & magis coniunctus.

Tertiò ex not. per gloss. & Doct. in l. Imperator,
* in 2. lect. * communiter approbata. ff. de pac. vbi di-
41 cunt, quòd licèt quando † voces creditorum sunt pares in cumulo debiti & numero personarum, iudex debeat humaniorem partem sequi, tamen hoc fallit, nisi ex vna parte sint personæ coniunctæ defuncto, & ex alia extranei: quia tunc præferuntur voces coniunctorum. Aret. in l. pro hærede. §. si sepulchri. ff. de acquir. hæred. Et ideò ait ibi Bald.
42 quòd si † executores testamenti non conueniunt de modo distribuendorum bonorum testatoris, nec aliter possunt concordari, debet præferri eorum executorum sententia, quia sunt consanguinei testatoris, si qui sunt, quod singulariter tradit Roma. in sing. 535. & Lupus in repetit. c. per vestras. §. 42. colu. 3. versi. quod autem. de dona. inter vir. & vxo. Subdit
43 etiam ibi Bald. quòd † si testator reliquit duos executores ad distribuenda bona sua inter pauperes, & vnus eorum vult eligere pauperes coniunctos testatoris, alter extraneos, ille huic est præferendus. Ripa in l. 1. num. 2. ff. de priuil. cred. Videmus etiam,
44 quòd † licèt regulariter non valeat legatum rei alienæ. l. cùm alienam. C. de lega. tamen secus, si fit coniunctæ personæ, d. l. cùm alienam, vbi Docto. & Bald. in consilio 84. in fin. vol. 2. Item dicit Bald in l.
45 per diuersas. C. mand. in fi. quòd † licèt cessio facta à laico clerico, non valet, secus tamen si fit clerico coniuncto, quia valet: quia non videtur facta ob-

tentu

tentu clericatus, ſed ſanguinis. Affl. in tract. de iure prothom. in §. 5 nu. 5. Multa alia ſpecialia in coniunctione ſanguinis poſſem in medium adducere, quæ nunc omittam, remittendo me ad ſcripta per Pant. de Crema. in l. 2. num. 320. cum ſequentibus. C. de reſcind. vend. & Matthæum de Affl. in rubrica de iure prothom. in §. 5. nu. 5. Ex his igitur quæ latè deducta fuerunt, concludendum arbitror, dictum legatum, tanquam factum coniunctæ perſonæ latè interpretandum eſſe, & comprehendere dictum feudum conceſſum iure feudi antiqui.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONſilij XVII.

1 *Captura continet in ſe iniuriam perſonalem.*
2 *Indicia præcedere debent capturam.*
3 *Quod amplia etiam procedere in crimine læſæ maieſtatis.*
4 *Iudex capiens aliquem, qui poſteà apparet innocens, puniri debet ad ſimilitudinem ſupplicij.*
5 *Innocens non eſt grauandus ſumptibus, nec in aliquo vexandus.*
6 *Captura vt ſequi poſſit, ſaltem requiritur, vt adſit aliqualis informatio.*
7 *Iudex vt aliquem capere poſſit ante inchoatum proceſſum, opus eſt, vt contra illum laboret ſuſpicio.*
8 *Inquiſitio nullis præcedentibus indicijs redditur nulla.*
9 *Quod amplia procedere etiam ſi in criminalibus iudex liberè procedere poſſit.*
10 *Inquiſitio, nulla præcedente diffamatione, non valet.*
11 *Statuto ſi caueatur, quòd poteſtas in criminalibus liberè poſſit procedere, tamen nulla præcedente fama, non poterit inquirere.*
12 *Teſtes producti ſuper inquiſitione, licet probent crimen, de quo inquiſitus non erat diffamatus, tamen illi non præiudicat, nec eorum dicto condemnari poteſt.*
13 *Papa ſi mandat procedi in genere, mandatum illud intelligi & limitari debet, fama præcedente,*
14 *Confeſſio facta per torturam nullis præcedentibus indicijs, non valet.*
15 *Quod amplia procedere, etiam ſi ſit ratificata ad banchum iuris.*
16 *Confeſſio facta metu tormentorum, non valet.*
17 *Paria ſunt, aliquid confiteri in tormentis, vel metu tormentorum.*
18 *Confeſſio facta metu tormentorum, ſubrogatur loco confeſſionis factæ in tormentis.*
19 *Confeſſio facta per detentum in carcere, dicitur facta metu tormentorum.*
20 *Confeſſio rei conſtituti in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorum, cùm iudex ſemper habeat poteſtatem & potentiam in habitu torquendi reum.*
21 *Carcer dicitur ſpecies torturæ.*
22 *Confeſſio in dubio, dicitur facta metu tormentorum.*
23 *Confeſſio facta ſuper inordinato proceſſu, non præiudicat confitenti, quando eſt inualida.*
24 *Nulla & inualida non ſunt in conſideratione.*
25 *Iudici ante omnia conſtare debet de delicto, aliàs quis puniri non poteſt.*
26 *Confitẽs ſe hominem occidiſſe, & poſteà illum in mare proieciſſe, ſi non conſtat de corpore mortuo, puniri non poteſt de homicidio, niſi illud probetur per famam.*
27 *Confeſſio ſpontanea non nocet in criminalibus confitenti, niſi pluries in confeſſione ſua perſeuerauerit.*
28 *Confeſſio qualificata debet acceptari cum qualitatibus ſuis.*
29 *Congregatio in dubio præſumitur fieri ex mala cauſa.*
30 *Subditi habentes litem cum domino, poſſunt congregationem facere pro parandis pecunijs, pro defenſione cauſæ ſine interuentu iudicis.*
31 *Quod amplia procedere etiam ſi offerat licentiam dare.*
32 *Congregatio an ſit licita vel ne, duo conſideranda ſunt, videlicet qualitas perſonarum & cauſa.*
33 *Declaratio, an in congregatione vniuerſitatis ſit neceſſaria ſuperiorum auctoritas.*
34 *Confeſſio geminata non ſubſiſtit, quoties confitenti durabat eadem cauſa metus.*
35 *Iudex coram notario & perſonis honeſtis in loco publico, & non ſecreto, confiteri facere debet detentum.*

CONSILIVM XVII.

INordinatam fuiſſe detẽtionem Antonij Roleti, inciuilemq; ac nullã inquiſitionem contra eum firmatam, & confeſsionem ab eo extortam, demonſtrant ſequentia: † de inordinata enim captura, quæ in ſe continet
1 iniuriam perſonalem, teſte Bald. in l. per diuerſas. q.
2 10. C. mand. patet, † quoniam ad eam deuẽtum fuit per dominum iudicem criminalium, nullis præcedentibus iudicijs, quæ tamen requiruntur ſecundùm Doct. in clem. 1. de homicid. Bald. poſt glo. in l. ſi
3 quis alicui. C. ad l. Iul. maieſta. vbi etiam id procedit in crimine læſæ maieſtatis. Marſ. in l. 1. in princ. ff. de quæſt. & in pract. ſua crim. in §. conſtante. in princ. Foller. in prin. ſuæ practicæ crim. in verb. captus. nu.
4 4. Et ratio eſt, ſecundùm Doct. quia † qui facit aliquem capi, qui poſteà apparet innocens, debet puniri ad ſimilitudinem ſupplicij, ſecundùm Bald. in l. 2. in fi. C. de his qui latro. occi. vbi dicit, quòd ratio eſt:
5 † quia innocens non debet nec in ſumptibus, nec in
6 aliquo vexari nec grauari. † Vel ſaltem præhabita aliquali informatione: quod etiam dixit Bald. in reper. ſuo in verb. iudex, in 2. colu. in verſ. iudex in criminalibus, &c. vbi allegat ad hoc gloſſ. quam dicit notabilem ad hoc in l. ſed & ſi is, in verb. nemo extrahi, ibi, ſecus in criminali, &c. ff. de in ius vocan. & Salicet. ac Bald. ſequitur Marſ. in d. l. 1. in prin. de quæſt. & in pract. crim. in §. conſtante. num. 5. Accedit quod notat Alex. in conſ. 240. colu. 2. vol. 6. num.
7 8. vbi inquit, quòd ad hoc † vt iudex poſsit aliquem capere ante inchoatum proceſſum, opus eſt, vt laboret ſuſpicio contra talem, hanc quoque partem amplectitur Dec. in conſ. 189. in vltimis verbis. cùm igitur ad ipſam capturam nulliter peruentum fuerit, non præcedentibus indicijs, nulla præhabita informatione, ac etiam nulla laborante ſuſpicione contra præfatum Antonium, ſequitur quòd iſte dominus iudex, qui iniuriam intulit dicto capto ſeu detento, puniri debet iuxta deciſionem Bald. in d. l. 2. in fi. C. de his qui latro. occid.

Secundò, quòd dicta inquiſitio inepta, ac nulliter fuerit contra d. Antoniũ formata, apertis oculis de-
8 monſtratur, † quoniam ea facta reperitur nullis * præcedentibus indicijs, quæ tamen ſecundũ * communem opin. requiruntur. l. milites, vbi Doct. C. de queſt. Bar. in l. 5. ff. eo. tit. Bar. ac alij in l. 1. 5. item illud. ff. ad Syllan. Marſ. in conſ. 2. nu. 23. conſ. 117. nu. 5. Raphael. Fulgo. in conſ. 107. incip. Super eo. in 2. & 3. col. in conſ. 149. in fin. & in conſ. 173. poſt prin. Iterum Marſ. in conſ. 120. nu. 27. & in conſi. 130. num. 16. & in conſ. 134. nu. 6. in pract. crim. in §. conſtante. nu. 33. Et
9 iſtud adeò verum eſt, † vt etiam procedat, ſi iudex in criminalibus liberè poſsit procedere, vt inquit Bal. in c. 1. de offi. ordi. per illum tex. in verb. libera, cum glo. ſequitur Marſ. in conſ. 25. nu. 5.

10 Tertiò dicta inquiſitio redditur nulla, † quia facta nulla præcedente diffamatione, quæ tamen pre-

cedere

cedere debet, vt not. in c. qualiter & quando, il. 2. de accusa. & in c. inquisitionis, eod. ti. Mars. in sing. 14. & in cons. 25. nu. 5 Et in tantũ ibi dicit hoc esse verum,
11 † quòd stante statuto, quòd Potestas in criminalib. liberè possit procedere, tamẽ propter illud verbum, liberè, non poterit inquirere non præcedente fama. Et adeò vera est hæc huiusmodi cõclusio, quòd non
12 proceditur contra non diffamatum, † quòd licèt testes producti super inquisitione probent crimen, de quo non erat infamatus inquisitus, tales testes illi inquisito non præiudicant, nec ex eorum dicto condemnari potest, vt singulariter dixit Spe. tit. de inquisit. in §. nunc videndum, in 3. colu. in princ. quem sequitur ibi Bal. in addit. in vlt. versic. Mars. vbi suprà nu. 6. & in consi. 48. nũ 12. & in cons. 49. nu. 7. & in cons. 50. nu. 2. & in cons. 53. nu. 5. in consi. 63. nu. 3. con. 64. nu 5. 76. nu. 9. 79. nu. 2. 82. nu. 17. 117. nu. 7. 128. nu. 4. 130. nu. 6. & in con. 134. nu. 5. Hinc etiam dixit Ias. in
13 d. l. milites, & si † Papa mandat procedi in genere, tamen hoc mandatum debet intelligi & limitari fama præcedente. Mars. in cons. 76. nu 8. 78. nu 4. 79. nu. 4. 82. nu. 19. 117. nu. 9. 128. nu. 4. & in cons. 130. nu. 8.

Quartò, quòd confessio ipsius carcerati in aliquo ei obesse non valeat, manifestum redditur. quia facta metu tormentorum, quo casu sequitur * com-
14 munis Doct. conclusio, quæ habet, † quòd sicut confessio facta per torturam, nullis præcedentibus indi-
15 cijs, non valet, vt not. in l. pen. ff. de quæst. etiam † si sit ratificata ad banchum iuris. Mars. in cons. 8. num. 13. in cons. 12. nu 39. 15. nu. 3. 20. nu. 3. 29. nu. 28. 45. nu. 1.
16 14. nu. 4. 18. nu. 19. 22. nu. 8. & in cons. 64. num. 22. † ita etiam valere non debet confessio metu tormento-
17 rum: † cùm paria sint, quòd aliquid factum sit in tormentis, vel metu tormentorum. Bald. in l. interpositas, circa fin C. de trànsact. quem ibi sequuntur Moder. Et ideò dixit Bal. in l. nouissimè. ff. quod fals. tuto. auto. quòd paria sunt, aliquid confiteri in tormentis, vel metu tormentorum. idem tenuit Barb. in c. si constiterit. de accus. in pen. col. iterum Mars in cons. 124. nu. 3. 88. nu. 18. 123 nu. 9. & in cons. 24. nu. 3. v-
18 bi dicit, † quòd confessio facta metu tormentorum, súbrogatur loco confessionis factæ in tormentis, & in pract. crim. in §. 2. nume. 32. & in §. expedita, quòd autem confessio ipsa dicatur facta metu tormento-
19 rum, probatur, † quia facta per detentum in carcere, vt voluit Catel. in tract. synd. in versi. 165. allegat Bald. in l falsus, in fi. C. de furt. & in l. 2. C. quod met. cau. facit quod not. Bru. in tract. de ind. & tortu. in 11. char. in 3. colu. vbi dixit, quòd vbi aliter non potest probari tortura, sufficit probare quem fuisse detentum, vt confessio dicatur facta metu tormento-
ru. Paris de Puteo in tract. synd. in 96. char. in 3. colu.
20 versic. quidam fuit tortus, vbi dicit, † quòd confessio rei constituti in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorum, cùm ipse iudex semper habeat potestatem & potentiam in habitu torquendi ipsum reum, sequitur Mars. in cons. 12. num. 29. cum seque. 18. numer. 21. & 29. num. 33. vbi dicit, quòd confessio facta per carceratum, etiam sine tormentis, & etiam sine minis de torquendo, dicitur facta metu tor-
21 mentorum: † quia carcer dicitur species torturæ, allegat Bald in l. si clericus, in 2. colu. versic. & primo quæritur. C. de epis. audien. idem Mars. in consilio 48. num. 29. vbi inquit post alios per eum citatos,
22 quòd † confessio in dubio præsumitur facta metu tormentorum, in con. 125. nu. 19. & in pract. sua crim. in §. expedita, numero 13. & in § attingam. numero 29. Gramma. in consilio 60. nume. 5. Alex. in consilio 52. in fi. volum. 3. iterum Mars. in l. penult. num 14. ff. de quæstio. vbi dicit, quòd confessio facta per constitutum in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorum, quem sequitur Gabr. in addi. ad notab. Matthæ. 55. num. 5. Foller. in practica crim. in verbo & si confitebuntur. num. 113. Et licet Cæpol. in cons. 40. in 7. quæst. & AEgid. Bosf. in pract. crim. in tit. de confes. nu. 6. videantur aliter sentire, tamen à priori sententia non est recedendum in consulendo & iudicando.

23 Nec obstat si dicatur, quòd † confessio facta super processu inordinato præiudicat confitenti, vt in l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reorum. per Innoc. in c. qualiter & quando, de accusa. il 2. etiam si dicta confessio esset ficta, vt per Mars in consi. 46. nume. 10. quia respondetur, quòd licèt prædicta sententia sit vera, tamen ea intelligi debet, data validitate ipsius confessionis, secus autem, quando confessio esset inualida: quia tunc nullum operatur effectum,
24 † cùm nulla & inualida non sint in consideratione. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. sequitur Mars. in citato cons. 46. num. 19. vbi inquit, quòd si prædicta sententia ita ruditer intelligeretur, sequeretur absurdum, quòd iudices ad eorum libitum possent torquere homines indebitè & iniustè, & superueniente confessione, ex asperitate tormẽtorum omnia essent valida, & sic daretur materia delinquendi, quod non est dicendum nec tolerandum. Sed in casu de quo agitur, non constat de aliqua congregatione illicita, & sic de delicto, ergo confessio nulla,
25 † quia ante omnia iudici constare debet de delicto, de quo si non constet, quis puniri non potest, vt est text. in l. 1. in §. illud autem, & ibi Bartol. ff. ad Syllan. Et ideò dixit Bald. in add. ad Spec. in tit. de senten. in
26 18. colum. in fin. † quòd si quis confitetur se hominem occidisse, & illum postea proiecisse in mare, si non constat de corpore mortuo, ille non poterit occidi, nec puniri de homicidio, nisi illud probetur per famam. sequitur Mars. in princ. pract. suę crim. numero 5. & in l. 1. in princ. in 2. colum. ff. de quæst. vbi multa pro veritate huius dicti allegat Foller. in tract. suo crim. in verb. & si confitebuntur. num 67. dixi in consilio meo 51. nu. 11 & 12. vol. 1. Cùm igitur confessio ipsa inualida sit, quia facta metu tormentorum, & non constito de delicto, meritò non dicitur spontè facta, sed coactè, ex quo sequitur, quòd dictus detentus non potuit condemnari, imò plus dicitur, quòd etiam si ipsa confessio spontanea fuisset, adhuc non potuit prę iudicari dicto confitenti,
27 quoniam indubitata est iuris conclusio, † & confessio spontanea non nocet in criminalibus reo confitenti, nisi confitens pluries in sua confessione perseuerauerit, ita singulariter scribit Cum. in consi. suo 130. in 2. colu. sequitur Mars. in pract. sua crim. in §. postquam num. 22.

Quintò dicitur, quòd per dictam confessionem dictę congregationis nullo modo præiudicatũ fuit dicto inquisito, & ea ipsi officere non potest: quoni-
28 am † confessio ipsa qualificata fuit, cùm in ea dicatur, quòd congregatio personarum (de qua in processu) fuit facta ad effectum parandæ pecuniæ pro litigio, quod ipsi homines habebãt cum domino suo: quo casu cùm dicta congregatio fuerit qualificata, debet acceptari cum qualitatibus suis Bart. in l. Aurelio, §. idem quæsijt, de aur. & arg. lega. Et si ita acceptari debet, vt iuri consonum est, clarè constat, quòd dicta congregatio legitimè fuit facta, & si non interuenerit præsentia iudicis in ipsa congregatione, quæ regulariter requiritur, secundùm Bart. in l. actor. ff. rem rat. hab. Guid. Papa in quæst. 87. & 631.
29 in 3. dub. † cùm in dubio præsumatur fieri ex mala causa, vt per Bal. & Præpos. in c. 1. §. conuenticulas, de pac. iur. fir. Craue. in consi. 4. col. 2. in prin. & ne detur materia malignandi, vt per Guid. vbi suprà. Quòd autẽ hoc sit verum, patet, quia facta pro negotio, quod tractatur in iudicio contra dominum
30 suum, quo casu † quando tractatur de negotio domini sui, in quo ipse vel eius officialis esset suspectus, tunc potest congregari consilium, etiã ipso non præsente vel contradicente, vt cõcludit Alb. de Rosa. in l. omni. C. de sacrosan. eccl. Dec. in cons. 151. Alcia. in cons. 364. num. 6. & in cons. 360. nu. 2. Et ratio est, secundùm eum, quia non censetur legislator id ius concessisse dominis, quando tractatur de facto ipsorum: quia sunt suspecti, & non debent dicere ius in causa propria, iuxta l. vnicam. C. ne quis in sua causa lud. Et inquit Alcia. in allegato cons. 360. hanc
31 limitationem quoq; procedere † etiam si officialis, vel dominus offert se daturam licentiam, per l. 3. de reg. iur. Et quia semper militat illa ratio, quòd nemo iudex esse debet in causa propria, & quòd lex talem facultatem non defert suspectis, de quo per Fel. in c. edoceri, de rescrip. Et vltimò subdit, in practica nullo modo ab hac sententia recedendum.

Vlterius

Vlterius dicitur, quòd dicta conclusio locum non habet, quando congregatio fieret pro re licita, vt in casu præsenti, vbi facta reperitur pro parandis pecunijs, pro defensione causarum vniuersitatis suæ, quas habent contra ipsum dominum homines Albignani, vt in terminis decidit Odof. Host. Io. Andr. & cæteri in c. 2. de verb. sign. quos sequitur Alcia. in allegato cons. 360. num. 4. quia tunc cessant rationes prohibitiuæ, ne detur occasio malignandi, & quod congregationes præsumantur fieri ex mala causa. Idem Alcia. in citato consil. 364. circa fi. vbi ait, quòd cùm ex post facto appareat de re licita factam congregationem, purgatur illa præsumptio contraria
32 per text. in l. sed Iulia. §. proinde. ff. ad Maced. † Nam ad cognoscendum, an congregatio sit licita vel illicita, duo sunt considerandа, qualitas personarum, & etiam causa: nam si honestæ personæ faciunt congregationem ob aliquam causam prohibitam, non dicuntur delinquere, vt puniri possint. Bal. in cons. 262. volu. 2. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet in casu in quo cõgregatio fuit contra prohibitionem. Craue. in consi. 4. nume. 14. & 16. imò dixit
33 Craue. ibi nu. 20. quòd Doctores loquentes de congregatione, an sit licita vel non, loquuntur in congregatione particularium personarum, non autem in congregatione vniuersitatis facta per consules, in cuius congregatione licentia superioris non videtur necessaria, secundum Bart. in l. obseruare, & in l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. & Socin. in cons. 95. colu. 2. in fi. vol. 3. & vbi Doctores dicunt, licentiam superioris esse necessariam, loquuntur respectu validitatis actus, sed respectu pœnæ quòd delinquant, non accedente consensu superioris, hoc non dicunt.

34 Vlteriùs dicitur, quòd etiam dato, † quòd ipsa confessio fuisset geminata, & sæpius reiterata, quòd non nocet confitenti: quia ex quo inquisitus erat incarceratus, & durabat eadẽ causa metus, ipsi nõ potuit nocere dicta confessio, nec contra eum fidẽ facit. Bald. in cons. 479. volum. 5. Anchar. cons. 24. Cæpol. in cons. 40. colum. 9. Et ideò dixit Alex. in consi. 19. nume. 6. 7. volum. Tutius esse, quòd iudici prius constet de delicto, antequam cõfessum condemnet, dixi in consilio meo 51. 1. volum. Et ideò scribit Pa-
35 ris de Puteo in tract. synd. char. 118. versic. an stetur. num. 16. & 17. † quòd iudex coram notario & personis honestis in publico loco, & non secreto confiteri faciat detentum, quæ qualitates hîc non interuenerunt, ergo, &c.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XVIII.

1 *Principis proprium est, querelas subditorum audire, cùm in regno suo sit pater Iustitiæ.*
2 *Iniquitas iudicantium corrigitur per appellationem.*
3 *Appellatio in dubio debet admitti.*
4 *Vasallus conuictus de culpa, potest feudo priuari.*
5 *Captura personæ in se habet iniuriam.*
6 *Iudex si procedit ad capturam non præcedente aliquali informatione, contra eum agi potest actione iniuriarum.*
7 *Inuestitus de feudo ac omnimoda iurisdictione, iustitia cessante aliquem carcerare non potest.*
8 *Dominis non licet in vasallos sæuire.*
9 *Seruitia indebita præsumuntur per vim & metum extorta.*
10 *Vasallus si præstat domino nouum iuramentum, & præter antiquam consuetudinem, illud præsumitur indebitè extortum.*
11 *Vasallus malè tractans subditos suos, feudo priuari potest, & nu. 14. & seq.*
12 *Vasallus æquiparatur vsufructuario.*
13 *Vsufructuarius propter deteriorationem rei notabilem, in qua habet vsumfructum, eo priuari debet.*
14 *Vasallus malè tractans subditos suos, dicitur facere notabilem deteriorationem feudo, quia abutitur dominio.*
14 *Vasallus malè tractans subditos, non tantùm in vniuerso, sed etiam tanquam in singulos, feudo priuari potest, sed contra num. 37.*
16 *Vasallus malè tractans subditos, potest priuari feudo nulla præcedente monitione, sed contra, numero 29.*
17 *Monitio requiritur in facto negatiuo, & non affirmatiuo.*
18 *Vasallus malè tractans subditos, feudo emptitio priuari non potest.*
19 *Feudum verum & proprium est, quando gratis conceditur.*
20 *Fœmina in feudo emptitio, secundùm aliquos succedere potest.*
21 *Feudum principaliter non dicitur emptitium, sed gratiosum, quando principaliter ex gratia conceditur.*
22 *Pecuniæ quantitas, quando non præponderat gratiæ, non facit quin feudum dicatur gratiosum.*
23 *Possessio denominatur à iure, quando habet plurimum iuris, & è contrario facto, quando habet plurimum facti.*
24 *Denominatio sit ab eo, quod plurimum potest.*
25 *Cauеant domini, ne malè tractent subditos suos, quia secundùm Ange. sunt reprimendi, ne sint tantùm audaces ad maleficia perpetranda in plebem & debiles.*
26 *Domini semper sunt hominibus suis infesti, & pleni auaritiæ, quam de die cogitant, & de nocte somniant.*
27 *Pauperes defendere, magna est eleemosyna apud Deum.*
28 *Domini subditos suos tenentur ab alienis iniurijs tueri ac defendere, & non ipsos deglutire.*
29 *Vasallus malè tractans subditos suos, vt feudo priuari possit, requiritur trina monitio.*
30 *Subiectus grauatus à domino, ab illius iurisdictione eximi debet.*
31 *Subditi sicut esse debent humiles, fideles, & deuoti erga dominos suos, ita & ipsi eis in vniuerso, vel particulari vices suas reddere debent.*
32 *Princeps debet bene regere & gubernare subditos suos, & eis iustitiam facere, alioquin non est Rex, nec verus dominus.*

CONSILIVM XVIII.

ANonnulli particulares oppidi Montisclari homines, fidelitates magnifici domini Eugenij de Monte Pasulano, domini vtilis dicti loci, & de eo inuestiti cum mero, mixto imperio, omnimodaq; iurisdictione, querelas porrexerunt Illustrissimo domino directo dicti oppidi, contra dictum dominum Eugenium, quòd malè ab eo tractantur: quoniam contra eos processit ad capturam iniustè, ipsosq; minus legitimè incarcerauit, similiterq; ab eis extorsit seruitia indebi-
1 ta, qua querela proposita & admissa, vt decet, † cùm proprium Principum sit, querelas subditorum audire, cùm in regno suo sit pater iustitiæ, vt dicit Affl. in constit. regn. in constitutione non sine grandi. num. 7. cognitionem & decisionem ipsarum commisit magnifico domino Vinc. de Cruce, qui priuauit dictum dominum Eugenium feudo dicti loci, &

condemna-

condemnauit in scutis ducentum ad commodum
2 dictorum querelantium, tanquam iniustè & indebitè extortorum, à qua quidem sententia appellauit vt per ipsam appellationem corrigatur iniquitas iudicantium, iuxta l.1. ff. de appellationibus quæ admissa fuit, vt fieri debuit l.in minoribus. l. in maioribus. C. de appellationibus. Nam † si in dubio
3 semper debet admitti appellatio, tanquam actus minus prę iudicialis, Docto.in l.1.ff.si quis cautio.ergo multò magis vbi clarè constat appellationem omninò admittendam esse. Nunc autem de viribus dictæ sententiæ hæsitari videtur, an malleo subsistere possit.

Et prima facie dicendum videretur, quòd sic:
* quoniam ab * omnibus receptum est, quòd vasal-
4 lus † conuictus de culpa, potest feudo priuari, vt per Abb.& Felin.in c.quæ in ecclesiarum, de constit.per text.in cap.1. de feudo sine culpa non amit.Bald.in cap.1.de nat.feud.Paris.in cons.1.num.18.volum.1.& in consilio 101.nume.116. volum. eod. Grammat. in decis.15.nume.9.post Isern. in c.1.in verb. calidis,de prohib.feud.alien.per Feder. Alexand. in consi. 124. volum.1. Campeg. in cons. 2.colum.5.inter consilia Brun.Sed in casu,de quo agitur,conuincitur de culpa, eò quia processit ad capturam aliquorum suo-
5 rum subditorum iniustè & indebitè, † quæ quidem captura personæ in se habet iniuriam. Bald. in l.per diuersas.in 10.quæst.C. mand. vbi allegat Innocen-
6 tium in c.quia,de iudicijs. Et ideò videmus, † quòd si iudex deuenit ad capturam alicuius non præcedente aliquali informatione, talis captus potest agere actione iniuriarum contra iudicem.l. penult.vbi scribentes.C.qui bon.ced.possint.Bald.in l.fin.§.& si præfatam. C..de iure de liberan. Alex.in consilio suo 18.colum.pen.vol.1.Mars.in pract.sua crimi.in §.constante. num. 4. Foller.in pract. sua crimi. colum.1. Conuincitur etiam, quia alios incarcerauit: quo ca-
7 su † licèt habens merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem iustitia mediante possit aliquem incarcerare, vt per Iacob.de sancto Ge-
8 orgio in inuestitura sua in verb.& cum mero & mixto imperio, non tamen iniustè, † quia non licet dominis in vasallos sæuire, nec eos carcerare, licet in eos iurisdictionem habeant omnimodam. l. libertos. C.de obse.patro.præstan.ibi, neque vincula perpeti, & ita per illum text.tenet Amenel.in suo sing. incipiente casus est, in principio, quem refert & sequitur Gramm. in decis.104. colum.2. Pariterq; conuinci-
9 tur de culpa, † quia exigit seruitia indebita, quæ per vim & metum præsumuntur extorta. Ioan. Andr.in cap.1.de præscrip.lib.6. Hinc dixit Bald. in c.1. qualiter vasallus iurare debeat fidelitatem, quòd si vasal-
10 lus † domino nouum iuramentum præstet, præter antiquam consuetudinem, illud tamen iuramentum præsumitur extortum, cùm non præsumatur suo superiori concessisse id, quod non deberet, ne suum iactasse videatur. Sequitur Aret. in cons.24.in 4. colu.Rimin.in cons.140.nu.3.nam contra potentem præsumitur l. j. C. de fund. limitro. libr. 11.l.qui per potentiam.C.de omn.agr.deser.eo.lib. Gul.Benedic. in d.c.Rainutius,in verb.concedit, il j.colu. pen. & fi. Cùm ergo conuincatur de culpa, sequitur quòd iustè per magnificum dom. Iudicem puniri potuit in
11 amissione dicti feudi. † Et quòd vasallus malè tractans subditos suos, possit feudo priuari, probatur
12 ex infrascriptis. † Nam vasallus æquiparatur vsufructuario, vt arguit Angel.in cons.suo 321. aliàs 324.
13 Zasi.in tract.feud.in 10.par.nu. 64. Sicut ergo † vsufructuarius propter deteriorationē notabilem rei, in qua habet vsum fructum, debet priuari vsufructu, prout determinat Paul. de Castro. post Gul.de Cun.in auth.qui rem.C.de sacrosan.eccl.Cur.Iun.in cons.137.col.j.Iaso.in dicta auth.qui rem,col.j. in fi.eodem modo dicere debemus, quòd vasallus feudo priuari potuerit, quando deteriorauit feudum notabili deterioratione, vt etiam per Paul. de Castr.in d.auth.qui rem,& Iaso.ibi colu.j.in fi. ac Curt. vbi su-
14 prà. † Sed vasallus malè tractans subditos suos, dicitur facere notabilem deteriorationem feudo: quia abutitur dominio,& sic facit se indignum dominari.Bald.in l.2.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.refert Curt.Iun.in cons.137.colu.j. & ita in terminis dixit
* Bald.in c.j.§.publici latrones, de pace tenend. quem * communiter, sequuntur feudistæ in §. sequenti. Curt.Iun.in tract.feud.in 6.part.versi. quæro igitur. Pau.de Cast.& Iacob.de S.Georg.& Iaso.in d. auth.qui rem.Soc.in cons.272.col.3. versi. Sextò, Ista conclusio. Affl.in decis.265.versi.11.il 2.Gram. decis.104.col. 4.Et mouentur prædicti patres hac ratione:quia abutitur dominio. Alber. de Rosa.in l. bene à Zenone. circa 6.col.C.de quadr.præscr. vbi dicit,quòd quando dominus malè tractat subditos suos, potest priuari dominio.Facit etiam quod not. Bald. in l.2.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. vbi inquit, quòd propter nimiam seueritatem domini potest ei auferri iurisdictio.

15 Nec obstat, quòd † præmissa conclusio non habet locum, nisi quando dominus malè tractat subditos in vniuerso, & non tanquam singulari: quia tunc feudo & iurisdictione totali priuari non debet, sed malè tractati debent eximi à iurisdictione domini, vt in l.j.C.si quacunq; præd. pot. quia respondetur, quòd contrarium concludit Gram. in decis.104.

16 Similiter non obstat, quòd ad hoc vt † vasallus possit priuari feudo, quando malè tractat subditos. requiritur, quòd præcedat monitio, vt per Bal.& alios in d.§.publici latrones, quia respondetur, quòd contrarium tenuerunt Iaco. de S. Georg. in tract.de Roydis.col.pen.in prin.Gram.in d.decis.104..colum.
* antepen.& Natta aliàs collega meus in cons. 174.nu.
17 10.& mouentur * communi distinctione, de qua per Inno.c.extirpandæ,de præben.vbi dicit, † q; quando lex loquitur negatiuè, puta si quis non fecerit tale, puniatur in centum: isto casu quis puniri non potest, nisi præcedente monitione,& idem tenet ibi Ioan.Andr.Hostien.Ant.de But.Abb.& Imol.Gemin.in cap.licèt Canon.§.j.de elec.in 6. quia tunc monitio ipsa requiritur ad pœnæ adiectæ commissionē pro feudo negatiuo, & sic pro negligentia non adiecto tempore: vt quia constitutio dicit, quòd clericus non residens excommunicetur: vel non soluens collectam puniatur in duplum, secus si pro facto affirmatiuo, vt puta, quòd furans vel ingrediens talem locum puniatur: ita exemplificat Imo. & cæteri præallegati. Alex.in l.si ita stipulatus, la grande.ff.de verbo.obl. Vel si qui percusserint clericum, vel accesserint ad moniales, sint excommunicati: quia non requiritur eo casu monitio, ita consuluit Car. in cons. 56. Bald.in l.& si post tres.ff.si quis cautio, & in auth. hoc amplius.C.de fideicomm. & in l.j. C.de his quibus vt indign.Rom.in l.prima.§.in cognitione.ff. ad Sylla.

Nec obstat, quòd Bald. in d. §. publici, dicat præcedēte monitione, quia si aduertatur (vt dicit Gram. in dicta decis.104.columna penult.) Bald.ibi non dicit, quòd debeat præcedere monitio, sed quòd potest fieri, & inquit Iacob.de sancto Georg.vbi suprà, quòd in quantum Bald. in dicto §. publici latrones, loquitur de monitione, est de consilio, non de necessitate. Vnde, cùm in casu nostro agatur de facto affirmatiuo, videlicet quando malè tractantur subditi, videtur dicendum, quòd monitio non requiratur.

18 Minusq; obstat, † quòd in feudo emptitio locum non habeat ista conclusio, quòd vasallus malè tra-
* ctans subditos possit feudo priuari: quia illa * communis Theorica debet intelligi in feudo vero & pro-
19 prio, † quod est quando gratis conceditur: nam si pretio venditum sit, non dicitur fendum propriè, sed venditio.Bald.in l.qui se patris, colu.pen.versic. hoc scias.C.vnde lib.& in l.si quam,versi.& sic est argumentum.C.de op.lib.& in c.significauit, colum.j. de rescript. vbi quando feudum pretio venditur, non dicitur propriè feudum, ideò vasallus non poterit priuari tali feudo ex causis, ex quibus alij vasalli feudo vero & proprio priuari possunt, refert & sequitur Iaso.in l.si pecuniam,colum.5. versic. secundò amplia.ff.de cond.ob.cau. vt determinat Craue. in consilio.6.num.109. Quia respondetur duobus modis. Et primò, quòd si consideretur ratio, quare vasallus malè tractans subditos, possit priuari feudo, quæ est, quia abutitur dominio, quòd dicta ra-

tio, quæ est anima legis, ita habet locum in feudo emptitio sicuti in feudo gratis concesso. Vnde cùm sit eadem ratio, eadem esse debet iuris dispositio. l. illud. ff. ad l. Aqui. Prætereà attenta ista ratione, se-
20 queretur † quòd fœmina quæ regulariter est incapax feudi c. 1. §. & quia, qui feud. dar. poss. posset succedere in feudo emptitio, & tamen contrarium tenet Iser. in c. 1. §. hoc autem, qui feud. dar. poss. & Prepositus in d. §. & quia. Socin. Iun. in consilio 65. numero 26. volum. 2. Feder. Schen. in tract. feud. in 4. part. nume. 38. & Brun. in cons. 18. colu. 3. vbi attestatur, hanc esse magis * communem opinionem. Verùm quia multi mordent, quod dictum est suprà de fœmina, vt constat ex his, quæ dixi in cons. 23. volu. j. & per Gozad. in cons. 10. num. 47. & in cons. 9. num. 55. Ruin. in consi. 15. num. 2. vol. 1. & in cons. 18. num. 18. vbi asserit hanc esse communem, ideò & secundo modo respondetur & melius, quòd dicta opinio
21 Crauettæ non procedit, † quando feudum principaliter non dicitur emptitium, sed gratiosum: quia principaliter ex gratia concessum, vt in casu nostro, vbi in prima concesione facta multum magnifico, nunc quondam d. Ant. Princeps, in proœmio ipsius concessionis appellat illam gratiam. Ex quo quidem proœmio colligitur intentio Principis concedentis, voluisse concedere gratiam, per text. in l. fin. vbi Bart. & alij. ff. de hæred. instit. ita arguit Socin. in cons. 4. colu. 3. in prin. vol. 4. Accedit etiam, quòd dictus quondam d. Antonius, cui facta fuit concessio feudi, dicti oppidi Montisclari, concessionem ipsam feudalem appellat gratiam, vnde, cùm tam concedens quàm recipiens, dicant concessionem idipsam fore gratiam, cui assertioni standum est, vt in simili concludit Alex. in cons. 70. col. 1. vol. 7. dicendum videtur, quòd feudum prædictum, de cuius origine apparet, dicatur principaliter gratiosum, & non emptitium.

Non obstat, quòd per d. quondam magnificum d. Antonium soluta fuerit summa scutorum trium millium Illust. Duci, qui dictum feudum ei concessit:
22 quia dicitur, † quòd dicta scutorum quantitas non præponderat gratiæ concedentis, cùm huiusmodi feudum tempore concessionis esset communis æstimationis scutorum decem millium, vt absolutè præsupponitur, quòd tempus attendi debet, iuxta notata per Doct. in l. 2. C. de rescind. ven. quib. stantibus succedit, quod voluit Bal. in prælud. feud. col. 4. vers. pro intellectu horum, vbi quærit, an feudum dicatur gratia: & concludit, quòd si comparentur inuicem concesio feudi, & recompensatio beneficiorum, si præponderat beneficium, feudum habet plurimum gratiæ, ideò feudum rectè appella-
23 tur beneficium, arg. l. Titius. ff. de obseq. † Sic & possessio denominatur à iure, quæ habet plurimum iuris, & è contrario facto, quando habet plurimum fa-
24 cti. l. 1. ff. de acqu. poss. † Denominatio fit ab eo, quod plurimum potest. l. quæritur. ff. de stat. hom. & sic Bald. determinat, quòd quando gratia conceditur recepta pecunia, si gratia præponderat, nõ definit esse gratia. & Bal. sequitur Soc. in d. cons. 4. colum. 2. vbi ex hoc dicto consuluit, quòd si Princeps concesit aliquod priuilegium subditis, in quo interueniat pecunia, licèt illud non possit reuocare, etiam de plenitudine potestatis, quia dicitur venditio, iuxta not. per Bald. in l. qui se patris, col. 10. versi. & scias. C. vnde lib. tamen si præponderat gratia, seu concessio priuilegij pecuniæ solutæ, poterit per Principem reuocari cum clausula de plenitudine Potestatis. Rursus in consilio 22. colu. 2. dixi in cons. 23. in 1. volum. à nu. 28. vsq; ad 32. vbi plura addidi, quæ nõ transcribo, cùm videri possint. Vnde firmis manentibus supradictis, videtur dicendum, quòd legitimè dicatur priuatus prædictus dominus Eugenius ipso feudo
25 Montisclari, per præmissam sententiam. † Caueant igitur domini, ne malè tractent subditos suos, quia dicit Ange in l. sancimus. C. de pœnis, tales dominos
26 esse reprimendos, vt non sunt tantum audaces ad maleficia perpetranda in plebem & debiles, † qui semper sunt hominibus suis infesti, & pleni auaritia, quam de die cogitant, & de nocte somniant: vt refert Petr. de Antib. in tract. munerum. parte vltima. char. antepenul. ver. quia veri domini. sequitur Gram. in decis. 104. col. 5. & Boer. in decis. 304. colu. 5. Imò dicit Gramm. vbi suprà colu. 6. vers. quinimò,
27 † quòd magna apud Deum erit eleemosyna, istos pauperes defendere, vt dicit Bald. in l. illicitas. §. potentiores. ff. de officio. Præsid. quia qui alium facientem prohibere ab officio habent, idipsi committere non debent. l. altius. ff. si seru. vend. † maximè
28 cùm teneantur ipsi domini, eorum subditos ab alienis iniurijs tueri & defendere, & non ipsos deglutire, teste Bal. in c. 1. §. Marchio, versic. extra quæro, qui feu dar. poss.

Sed præmissis non obstantibus contrarium de iure verius esse arbitror, quòd magnificus d. Eugenius minus legitimè condemnatus fuerit dominio
* vtili dicti feudi, quoniam * receptissima est Docto-
29 rum conclusio, quòd ad hoc vt vasallus, qui fuit in subditos, & malè eos tractat, possit feudo priuari, prius præcedere debet monitio superioris, quòd subditos bene tractet cum cõminatione, quòd aliàs feudo priuabitur. Bald in dict. §. publici latrones, quem alij ibi in §. seq. sequuntur. quod Bald ibi inquit summè notandum. Iac. de S Georg. in inuestit. sua, in verb. Marchio, versic. quæritur etiam. Alex. in l. si mora, & in l. diuortio. §. si fundum, vbi etiã Rom. ff. solut. matrim. Felin. in c. 2 de magist. Iaf. in l. 2. C. de iure emphy. in q. 9. Alcia. in consilio 167. num. 12. Curt. Iun. in tract. feud. in 6. par. versic. quæro igitur in primis. Gul. Benedi. in c. Rainutius. in verbo condidit il. 1. num. 48. de test. Soc. Iun. in consilio 134. numer. 51. vol. 3. Paul. de Cast. & Iac. de S. Georg. in dict. authen. qui rem. & Zas. in tract. feud. in 10. par. num. 63. vbi dicit, quòd qui castra, villas, territoria in feudum habent, si subditos malè tractent, & per dominum admoniti non desistant, feudum amittunt, malè enim vtitur substantia domini, qui subditos lacerat. arg. l. si cum dotem. §. si verò. ff. solut. matri. Sed in casu, de quo agitur, non reperitur, quòd per Illust. Ducem præcesserit monitio facta d. domino Eugenio, de bene tractando subditos suos, ergo minus legitimè per magnificum d. Iudicem delegatum fuit priuatus dict. feudo. Imò fortius dicitur, quòd si præcessisset vna monitio superioris, quòd ea non sufficeret, vt dictus dominus vtilis potuisset priuari feudo: quia ad effectum ipsius priuationis, non tantùm vna monitio requiritur, sed trina, ita Iaf. in d. authen. qui rem, colum. 2. versi. limita, per text. iuncta gloss. in c. 1. de mil. vas. qui cont. est, & in c. 1. §. fin. de pact. tenen. & in clem. 1. de vita & hone. cleri. idem Iaf. in cap. 1. colum. 22. in vsibus feud. Curt. Iun. in consil. 137. colum. penul. circa med. Craue. in cons. 6. num. 108. qui refert & sequitur Iaf. & Cur. vbi suprà. Bald. in auth. statuimus, in vlt. notab. C. de episco. & cler. vbi dicit, quòd ille, qui non facit iustitiam, debet amittere iurisdictionem post tertiam monitionem, sequitur Afflict. in c. 1. num. 100. de mil. vas. qui cont. est.

Secundò dicitur, quòd etiam dato (sed non permisso) quòd nulla requiritur monitio, quòd adhuc per dictũ dominum iudicem, memoratus dominus
30 Eugenius non potuit priuari dicto feudo, † sed tantũm erant eximendi & liberandi dicti particulares, malè tractati à iurisdictione dicti feudatarij domini sui. text. est in l. 1. C. si quacunque præd. potest. ibi, liceat personæ, quam huiusmodi ambitu circunuenire tentauerit, confestim contestatione proposita cum sua, suorumq; domo iurisdictionem eius euitare. Et ideò per istum tex. dicit Io. Fa. in l. officium. ff. de offi. procon. & lega. q; vbi subiectus est grauatus, debet eximi à iurisdictione domini, & ratione grauaminis nonnullorum subditorum respectu illorum subditorum grauatorum agitur de priuatione iurisdictionis, non autẽ aliorũ, aliàs sequeretur, q; ex grauamine illato aliquib. subditis semper dominus priuaretur à iurisdictione totali: quod vtiq; dicendum nõ venit, cùm pœna debeat delicto commensurari. Io. Fab. in §. fi. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi tradit, quòd indistinctè interdicitur administratio, & quando aliquis grauatur, is eximendus sit à iurisdictione, facit tex. in l. si postulauerit. §. iubet, de adult. vbi iubet lex eos homines, de quibus

quæstio

quæstio habita est, publicos esse. Roma. in consi. 37. column. 1. Accedit quoque decisio Guid. Pap. 62. vbi dicit, quòd si quis Baro, aut Bannaretus habens hominem subditum iurisdictionabilem, eum grauet de persona atrociter in carcere, vel aliàs, superior potest eum eximere totaliter à iurisdictione & subiectione talis Baronis, vel Bannareti, etiam ex officio iudicis, posito, quòd talis homo oppressus, & grauatus non conqueratur. Allegat Ioan Fab. in d. §. fin. Idem tenuit Iac. de S. Georg. in trac. de Roydis. colu. antepen. cum seq. & Gul. Benedic. in d. c. Rainutius, in verbo condidit, il 1. num. 56. vbi refert ita iudicatum fuisse in parlamento.

Non obstant modò, quæ in appositum deducta fuerunt: quia ad primum argumentum respondetur, quod & si veritas sit, & quando vasallus malè tractans subditos, possit priuari feudo, tamen (vt dictum fuit) id procedit quotiescunque præcesserit monitio nedũ vna, sed trina, iuxta scripta per Iaſ. Curt. Iun. & Craue. in locis supra relatis. Nec obstat distinctio, de qua per Inno. in d. c. extirpandæ. quia respondetur, quòd & si ipsa distinctio posit esse vera, & approbata, tamen recipit limitationem, vt non procedat quando tractatur, quòd dominus vtilis priuetur feudo propter sæuitiã, & mala tractamenta, quibus vsus fuit contra subditos suos, vt patet ex dictis per Bald. in d. §. publici latrones, vbi postquam dixit, quòd quando quis committit delictum commissionis, non requiritur monitio, sed quando quis committit culpam omissionis: allegat Inno. in d. c. extirpandæ, infert, quòd si habens castrum in feudum, malè tractat burgenſes castri, quòd dominus potest eum monere, quòd eos tractet modo debito & consueto, aliàs curia domini potest sibi castrum auferre. Et latiùs hoc dicit Affl. in §. quicunque. eod. titu. vbi inquit, hoc esse speciale in feudo, & quòd illud verbum, potest, debet intelligi, id est, debet. Nam, si non sufficit vna monitio, sed requiritur trina, ergo datur intelligi, quòd superior debet dictas monitiones facere vasallo, non autẽ quòd possit, si vult. Et ideò ex his videtur, quòd non bene loquutus sit Gram. in d. decis. 104. in loco de quo suprà, minus & quod sit verum, quod tradit Iac. de S. Geor. in d. tractatu de Roydis, col. pen. dum inquit, quòd illud quod dicit Bald. in d. §. publici latrones, quòd superior potest monere vasallum, sit de consilio: quia est de necessitate, vt patet ex decisionibus suprà citatis. Iaſ. Cur. & Craue. Et quòd requiratur de necessitate monitio, tradit Boss. in tract. crimi. in tit. de Princ. nu. 56. & 59. vbi in his locis asserit, hanc esse veram & * communem opinionem, & respondet distinctioni Inno. de qua in d. c. extirpandæ, quòd illa locum non habet in feudis, sed de iure communi. Item & alio modo respondet, vt ibi per eũ, ad quem me remitto.

Secundò dicitur, quòd deducta in oppositũ possent sibi locum vendicare, si dominus sæuisset, vel malè tractasset vniuersos dicti oppidi, vel cõsilium repræsentans totam vniuersitatem. gloss. in rub. C. quæ sit long. consu. Alex. in cons. 101. volu. 1. Craue. cons. 198. nu. 8. quia tunc possent habere locum not. per Bal. in d. §. publici latrones, secus autem, vbi dominus vsus fuisset sæuitia contra nonnullos particulares alicuius oppidi, vt in casu nostro: quia tunc à superiore dominus vtilis non potest priuari feudo, sed particulares ipsi sunt eximendi, & liberandi à iurisdictione ipsius domini vtilis, vt abundè suprà demonstratum fuit. Vnde ex his videtur concludendum, quòd magnificus d. Iudex appellationis, ad quem spectat reformare sententiam domini Iudicis à quo, vt dixi in cons. 41. circa fin. vol. j. Iustitia sic suadente, teneatur ipsam reformare, & declarare ac pronuntiare ipsum dominum Eugenium nullo modo potuisse priuari feudo, sed particulares ipsos eximendos esse ac liberandos, propter dicta mala tractamenta ab ipsius domini vtilis iurisdictione. Sint igitur cauti domini vtiles, ne contra subditos suos sæuiant, ac eos lacerent, nec incurrant in pœnas de quibus suprà, quod equidem omninò facere debent: quia sicut † subditi debent esse humiles, fideles, & deuoti erga dominos suos, ita & ipsi eis in vniuerso, vel in particulari reddere debent vices suas. 31 32 cap. 1. de form. fidelita. † Nam si Princeps, qui debet bene regere & gubernare subditos suos, & eis iustitiam facere & ministrare, non est Rex, nec verus dominus si hoc non facit. c. Regum, & c. Rex debet 23. q. 5. & c. scelus. 2. q. 1. ergo multò magis hoc dicendum venit de inferiore.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XIX.

1 *Periculosum est coram suspectis iudicibus litigare, cùm possint sequi tristissimi euentus.*
2 *Mandatum speciale requiritur ad allegandum iudicem suspectum.*
3 *Procurator sine speciali mandato, non potest libellum obscurum declarare.*
4 *Consilium totum an possit allegari suspectum. & nu. 10. cum seq.*
5 *Consilium non debet recusari, si remotis suspectis secundùm qualitatem causæ remanet in numero sufficienti.*
6 *Calumniosum est allegare suspectos omnes iudices vnius ciuitatis, & si id fit, in fraudem fieri dicitur.*
7 *Collegium totum non potest allegari suspectum.*
8 *Personæ quando sunt integræ, & in magna dignitate, propter ipsas qualitates recedimus à regulis iuris.*
9 *Testis vnus si est infamis infamia facti, & alius est multùm dignus, faciunt plenam probationem.*
10 *Religiosus ordinis Cartusiensium, potest ius dicere in causa propria.*
11 *Concilium Prouinciale & Synodale, potest recusari tanquam suspectum, & similiter tota ciuitas, vel vniuersitas potest recusari tanquam suspecta.*
12 *Caput collegij, & principaliores ipsius, quando sunt suspecti, totum collegium dicitur suspectum.*
13 *Potestas si est suspectus, tota eius familia est suspecta.*
14 *Suspicio secundùm ius Canonicum debet probari, secus tamen de iure ciuili, quia iusta causa secundùm communem est iuramentum.*
15 *Delegatio ad petitionem partis fieri non debet.*
16 *Declaratio ad l. obseruandum. ff. de iud.*
17 *Cardinales & Legati de latere possunt recusari.*
18 *Recusatio fieri debet in scriptis, & non viua voce.*

CONSILIVM XIX.

1 QVoniam † coram suspectis iudicibus periculosum est iudicium subire, cùm inde sequi possint tristissimi euentus, l. cum speciali. C. de iud. Paris. in cons. 31. num 89. in fin. vol. 1. Ideò in præsenti consultatione videndum venit, an consilium Illustr. Regiæ maiestatis, cui commissa est causa, de qua agitur per Cæs. Maiestatem, possit tanquam suspectum recusari, per magnificum dominum Antonium Brunium, procuratorem specialiter constitutum ab Illust. domino Io. Francisco Cellio, † quòd mandatum de iure tale esse debet, secundum Alex in cons. 26. colum. 2. vol. 6. vbi dicit, quòd ea, quæ latent in animo, vt suspicio, per procuratorem non habentem speciale mandatum, explicari non possunt, ex not. per Angel. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. vbi ait, quòd interpretatio est 2 3 declaratio voluntatis absconditæ. Et ideò † quòd libellum obscurum productum declarare non potest procurator sine speciali mandato, per not. in l. Pomponius scribit. §. fin. vbi Bald. ff. de rei vend. Paris. in consilio 31. num. 72. 112. & 115. volum. j. Prima

4 consideratione dicendum videtur,† quòd non,nisi totum concilium sit suspectum, vt constat ex not. per Abb.in c.1.colum.4.in prin.vbi Dec.in 2.lect.nu. 5 15.de iud.vbi dicit,† quòd concilium non debet recusari,si remotis suspectis remanet in numero sufficienti secundum qualitatem causæ.Fel.in cap. causam quæ de offic.deleg.Gond.Villadie.in tract.de lega.in 10.q. num.29.

6 Secundò ex scriptis per Alber. de Rosa.in l. apertissimi,colum.fin.C.de iud.vbi inquit,† calumniosum esse,allegare suspectos omnes iudices vnius ciuitatis,& quòd si id fit,in fraudem dicitur fieri, arg. l.hoc modo.ff.de cond. & demonst. vbi etiam idem Albe.dicit,quòd quando dantur confidentes,vel suspecti coram aliquo iudice, pro aliqua causa committenda, si vna partium dicit,habere suspectos omnes iudices vnius ciuitatis, quòd hoc dicere non 7 potest. Iterum ipse Alber. in 2.par.stat.q.101.vbi ait, se audiuisse à magnis viris obtentum fuisse,† quòd totum vnum collegium non poterat recusari. AEgid.in suo libello vtrum consiliarij,vel assessores recusentur.vbi tenet, quòd si quis vellet recusare totum collegium vnius ciuitatis, non posset sic in genere:quia expedit,quòd specificet nomina illorum, 8 quos habet suspectos.

Tertiò accidit: nam † personæ existentes in tali cõcilio sunt integræ,& in magna dignitate, propter quas qualitates videtur, quòd recedere debemus à regulis iuris. l. sed & reprobari. §. amplius.ff de excusa.tuto.l.si cum dies.§.si arbiter. vers. quid tamen. 9 ff.de arbitr.Et ideò videmus,† quòd si vnus testis est infamis infamia facti, qui non censetur integer testis.glo.in l.3.§.duæ causæ.ad Carbon.& alius testis est multum dignus fide, quod ist: duo testes faciunt plenam probationem, secundum Bald. & Iaſ.in l.si quis ex argentarijs.§.si qui cogentur. ff. de eden.Facit etiam,quod singulariter dicit Spec.in tit de iudice de lega.§.supereſt.vers. quid si non est consanguineus.vbi dicit, quòd vbi persona iudicis esset talis qualitatis,quòd omnis suspicio verisimiliter in eo 10 cessaret, vt quia esset † religiosus ordinis Cartusiensium, quòd posset ius dicere in causa propria,sequitur Iaſ.in l. qui iurisdictioni, in decimatertia limitatione.ff.de iurisd.omn.iud.

Quibus tamen non obstantibus, contraria sententia in terminis nostris est de iure verior, quòd imò dictum conciliũ potest recusari.primò per tex. in c.licèt & suscepto, de for. comp. vbi consules Iustitiæ Vercellarum recusari potuerunt.

Secundò ex not.per Franc.in c.cum speciali in 10. q.de appel.vbi expresè dicit,q̃ totum vnum Collegium, vel vniuersitas seu ciuitas,potest recusari,per tex.in d.c.licet.rursus in c postremò,in 8.q. in fi.eo. tit.vbi dicit, quòd quæcunque vniuersitas,& omne Collegium,vel Rectores & Consules Collegiorum, possunt recusari ex iusta causa recusationis, Pariſ.in consi.31.num.99.

Tertiò accedit,quod voluit Cald. in conſ.6.in tit. de appel.vbi ait,quòd decem officiales de Ballia,qui creantur in ciuitate Florentiæ tempore belli, & qui habent cognitionem & decisionem causarum,possent recusari tanquam suspecti,sequuntur Feli. in c. 1.in glo.in vers.Interrogatus,& Dec.in 1. lect. num. 15.de iud.

Quartò comprobatur hæc sententia ex his,quæ 11 dicit Franc.in d.c.postremò,in 8.q.vbi.† Concilium Prouinciale & Synodale, licèt non generale,potest recusari.Docto.in c.1.de iud. Abb.in c.licèt ex suscepto,in 3.not.de for.comp.Dec.in d.c.1.in 1.lect.num. * 15.vbi in pluribus locis attestatur, hanc esse * communem.& Pariſ.in cita.consi. 31. num. 99.vbi tradit totam synodum posse recusari secundùm omnes Doct.in d.c.1.& etiam tota ciuitas. Cle. pastoralis.§. Pisana,de re iud.& quælibet etiam vniuersitas,c.licèt de for.comp.

Secundò,quòd possit recusari,probatur alio modo,& dicitur,quòd etiam si vera esset opinio contraria,quæ tamen non admittitur,quòd totum Collegium non posset recusari,sed tantùm suspecti,quod 12 ea limitatur locum non habere † vbi caput Collegij,& principaliores essent suspecti: quia tunc admittitur recusatio, ita Bal.in l.j.col.2.ver.nota quòd si caput.C. si rector prouinc. vbi dicit, quòd si caput synodi vel Concilij est suspectum, tota synodus vel totum Concilium dicitur suspectum, per not. in c.j. de iud.Item dixit Alber.de Rosa in d.2.par stat.q.101. Felin.in d.c.j vbi etiam Dec.in 1.& 2.lect.num.15. Fel. in c.causam quæ.in princ de off.deleg.in c.in tinuante.in princ.eo.tit.facit l j.C.si qua præd. potest. vbi si 13 † potestas est suspectus, tota eius familia est suspecta, Barb.in tractat.de præstan.Car.in 3.quæst.10.& tantò magis hoc dicendum venit, cùm collegium subsit capiti,vt per Ioan.Andr.in add.ad Spec.in tit.de iud. deleg.§.fin.vers. Item quòd ex pluribus.Felin.in d.c. j.Facit quod dici solet, si caput dolet, cætera membra dolent,6.q.1.cap. verum. sed in casu de quo agitur,adest causa suspicionis,quoniam non solùm maior pars dicti Concilij habet plures controuersias cum dicto domino Francisco, sed etiam principali- 14 ter dicti Concilij Præses,ergo,&c. Et quamuis † causa ipsa legitima de iure Canonico debeat probari, non tamen de iure ciuili,& in prato Cæsaris: quia iuramentum pro causa iusta habetur, Alex. in l. qui iurisdictioni.ff.de iurisd. om. iud. Iaſ.in l.apertissimi. col.3.C.de iud.Alex.in consi.104.col.2.vol.5.Franc.in * c.cum speciali.de appel.quam opinionem vti * communem sequuntur Abb.in c.si quis contra. num. 12. de for.compe.Dec.in d.c.cum speciali.in prin.Lanfr. in ca.quoniam contra. in vers. recusationes. col.2.de proba.Didac.in tract.pract.q.c.26.nu.3.

Tertiò, quòd possit dictum Concilium recusari, 15 probatur,† quia dicto Concilio facta fuit delegatio ad petitionem partis aduersæ, quæ fieri nõ debebat, l.obseruandum.vbi Bald.ff.de iud. Vnde cùm facta fuerit ad petitionem dictæ partis, datur iusta causa suspicionis allegandæ, Spec.in tit. de iud.deleg.§. supereſt.vers. item si ad petitionem.Bart.in l.qui iurisdictioni.col.3.de iurisd.om.iud. Franc.in c. postremò. in 22.causa suspicionis de appella. Dec.in c.cæterùm. 16 num.13.de rescrip.vbi dicit,† quòd l obseruandum, intelligitur ante factum: quia non debet dari ad petitionem partis iudex,si tamẽ datus fuerit, valet datio,sed potest recusari.

Non obstant, quæ ex aduerso allegata fuerunt: quia respondetur,quòd prima conclusio caret veritate, cùm communis sit in contrarium, vt patet ex iam allegatis. Et ideo dixit magnum verbum Alber. de Rosa.in d.2. par.stat.q.101.in fi.quòd vidit seruari, omnes sapientes vnius ciuitatis posse recusari vt suspectos. Vlterius dicitur, quòd omnes sunt suspecti ex causa superius allegata,ergo non habiles.

Secundò, non obstat integritas & dignitas dicti Concilij ac eius probitas: quia illæ minimè tollunt suspicionem,nec operantur, quin iudices habentes illas qualitates.possint recusari suspecti,cùm regula sit,omnes posse recusari,nisi sint supremi,& non recognoscentes superiorem, quando subest legitima causa suspicionis, prout dicimus in iudicio conten- 17 tioso, in quo † Cardinales & Legati de latere possint recusari, vt per Abb. & alios in cap. nouit. per illum text.de appella.& Pariſ.in cita. consil.31. num.97.vbi multa alia citat.

Nec obstant notat. per Spec.vbi suprà: quia illud posset sibi locum vendicare, & procedere, quando habentes illas qualitates bonitatis essent obseruantiæ perfectæ,vt declarat Fran. in d.ca. postremò.q.6. quem sequitur Pariſ. in citato consilio 31. num.101. 18 Vnde ex his videtur cõcludendum,† quòd cùm dicta recusatio facta fuerit in scriptis,& non viua voce,vt volunt Iac.Butrig.Angel.Fulgo.Sali. & alij in l. cum specialis. C. de iud. Lanfr. in d. verb. recusationes.col.2.& Pariſ.in iam sæpius allegato consi.31.nu. 63.& proposita cum iuramento coram Cæsarea maiestate ante præsentationem sui rescripti, quod fieri potuit,vt per Feder.de Sen.in consilio 24 quem sequitur Franc.in d.c.cum speciali.in 5.q.quòd per suam maiestatem Cæsar. reuocandum est rescriptum prædictum delegatorum,& alijs non suspectis causa committenda, vt sine aliqua suspicione iudicium procedere possit.

LAVS DEO.

SVMMA-

SVMMARIVM CONsilij XX.

1 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, est in iure fortissimum.*
2 *Alleganti aliquem se laqueo suspendisse ob conscientiam sui criminis, incumbit onus probandi.*
3 *Pœna criminis læsæ maiestatis est mors, & confiscatio bonorum.*
4 *Memoria defuncti damnatur in crimine læsæ maiestatis.*
5 *Publicatio bonorum non imponitur se suspendenti tædio vitæ, doloris aut impatientia vel furore.*
6 *Cato magnitudine animi, ne Cæsari subijceretur, se occidit.*
7 *Lucretia mortem sibi intulit, ne stupro consensisse videretur.*
8 *Pœna hæresis, est mors & confiscatio bonorum.*
9 *Memoria defuncti damnatur in crimine hæreseos.*
10 *Crimen hæresis secundùm communem est ecclesiasticum.*
11 *Accusatus de crimine hæresis, qui sibi intulit mortem, habetur pro confesso, nisi hæredes eius innocentiam probare vellent.*
12 *Iudex secularis vigore confessionis fictæ, vel accusationis, vel capturæ, non potest procedere contra accusatum de hæresi.*
13 *Iudex ecclesiasticus accusatum de hæresi, qui seipsum interemit, punire non potest de occisione, sed tantùm de crimine hæresis.*
14 *Bona hæretici publicata spectant ad dominum temporalem loci, in cuius territorio sunt ipsa bona.*
15 *Occidere seipsum est crimen grauissimum & detestabile.*
16 *Fortissimi viri non est seipsum interficere, quinimò formidolosi & ignauissimi hominis.*
17 *Fortium virorum est mortem magis contemnere, quàm vitam odisse.*
18 *Verisimile non est alieno cuiquam parcere, qui sibi non parcit.*
19 *Vitæ suæ non est quis dominus, sed solus Deus.*
20 *Ingrati hominis est citius discedere quàm velit, qui vitam donauerit.*
21 *Occidens seipsum tradit animam suam Satanæ torquendam.*
22 *Reipublicæ iniuriam facit, qui seipsum trucidat, cuius vnusquisque membrum est, aufert enim ab ea quod suum est, præter leges & illius consensum.*
23 *Homicida suipsius operatur contra charitatem.*
24 *Ordinata charitas incipit à seipso.*
25 *Occidere seipsum est contra naturalem hominis inclinationem.*
26 *Occidens seipsum tradendus est caninæ sepulturæ.*
27 *Pœna quidem non modica est, omninò carere sepultura.*
28 *Sepulturæ deuotæ officium bonæ fidei & vitæ, quodam modo affert testimonium.*
29 *Occidens seipsum efficitur intestabilis, & per mortem ipsius non confirmatur, sed infirmatur testamentum priùs factum.*

CONSILIVM XX.

SI diligenter & maturè contemplamur magistrales & frequentiores Doctorum conclusiones, vtique apparebit, quòd bona Antonij Catanei, qui laqueo se suspendit, non potuerunt per dominum iudicem maleficiorum confiscari ex eo, quòd sibi mortem conscia-
1 uerit, † si valet argumentum à sufficiẽti partium enumeratione, quod tamen in iure est fortissimum. l. patre furioso, vbi Bart. Ang. & alij. ff. de his qui sunt sui vel alie iur. Paris. in cons. 67. num. 13. vol. 4. Socin. Iun. in consi. 79. num. 49. volum. 1. cons. 81. num. 9. & in cons. 100. nu. 44. volu. eod. Nam aut volumus dicere, quòd dicta publicatio valeat ex eo, quòd laqueo se suspendit antequam esset accusatus, vel deprehensus de crimine, pro quo esset imponẽda pœna publicationis bonorum, & hoc ab omni iure est
2 alienum, † quoniam probatum non reperitur per agentes pro fisco, quòd ob conscientiam criminis se suspendit, quod equidem per eos tanquam fundamentum intentionis suæ probandum erat. Bar. in l. fi. ff. de bon. eorum, qui sibi mor. consciue. Alexand. in l. 2. col. 2. cum sequenti in princ. C. qui testam. fac. non pos. vbi etiam Bald. & Repet. in l. capitalium. §. famosos. num. 88. ff de pœn. Franc. Lucha. in trac. de fisco, & eius priuil. in titu. de publica. bono. in princ. Iac. de Beluis. in prac. sua iudicia. num. 112. Pet. à Placa in epitome sua delictorum. c. 23.

Aut volumus dicere, quòd confiscatio bonorum d. Antonij facta fuit, quia ipse laqueo se suspendit, postquam fuit accusatus vel captus de crimine læsæ
3 maiestatis humanæ, cuius † criminis pœna mors est & confiscatio bonorum. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie-
4 sta. † Et pro quo damnatur etiam memoria defuncti. §. per contrarium, inst. de hæred. quæ ab intesta. defer. Bal. in d. l. 2. Guli. Bened. in repetitione. c. Raynutius, in verb. mortuo itaq; testatore, il 1. num. 133. de testa. & istud stare non potest, quia de tali crimine non fuit accusatus, sed de alio, ergo confiscatio nulla. Bartol. in l. qui rei. §. 1. ff. de bon. eo. Bald. & alij communiter in d. l. 2. C. qui testa. fac. non pos. Dec. in cons. 438. colum. 1. Curt. Iun. in cons. 180. column. 1. Corn. in. cons. 195. colum. 3. volum. 2. Franc. Lucha. vbi suprà. Guliel. Benedic. in dicto verbo, mortuo itaque testatore. nume. 45. Petrus à Placa in citato c. 23. Iac. de Beluis. in dicta sua practica, rubr. de quæst. num. 113.

Aut volumus dicere, quòd bona ipsa publicata
5 fuerunt, † quia tædio vitæ, doloris aut impatientia, vel furore se suspendit: & similiter publicatio ipsa de iure subsistere non potest. l. 3. §. si quis autem. ff. de bon. eo. l. in fraudem. §. quod si is. ff. de iur. fisc. vbi idem dicitur, si pudore æris alieni aliquis se trucidauit, vel iactationis causa, vt de facto accidit in quodam Philosopho, qui Empedocles vocabatur, qui in præsentia agentium se interfecit, dicens, se statim post eius mortem resurrecturum naturaliter virtute sua propria, hodie autem talis, qui hoc diceret, reputaretur hæreticus, & bona perderet, auth. Gazatos C. de hæret. Iaco. de Beluis. vbi suprà num. 114. in fi. & eodem modo dicit Alber. de Ro-
6 sa. in rub. de bon. eo. † de Catone, qui magnitudine animi se occidit, ne Cæsari subijceretur. Dec. in allega. consilio cons. 438. col. prima. vbi etiam ponit
7 exemplum † de Lucretia, quæ mortem sibi intulit, ne stupro consensisse videretur. multa alia exempla ponit Petr. à Placa vbi suprà, & cum hac sententia se concordare videntur Bar. in d. l. fi. Bal. & alij in citata l. 2. Dec. Cur. Corn. Iac. à Beluis. & Pet. à Placa in locis supra relatis.

Aut volumus vltimo loco dicere, quòd ista confiscatio valeat: quia facta postquam dominus Antonius accusatus & captus de hæresi per inquisito-
8 rem hæreticæ prauitatis laqueo se suspendit, † pro quo crimine hæreseos imponitur pœna mortis, & confiscationis bonorum. c. vergentis, de hæret. c.
9 cum secundùm. eod. tit. in 6. & vbique per Doct. † & etiam memoria eius damnatur post mortem. c. fin. 24. quæst. 3. c. filij, de hæret. in 6. Bald. in d. l. 2. Gundisal. in tract. de hæret. cap. 22. in princip. & pariter illa
* non valuit, quoniam * frequentiori calamo rece-
10 ptum est, † crimen hæreseos fore ecclesiasticum, vt notatur in dict. c. vergentis, & in allegato c. cum secundùm, cuius criminis cognitio & punitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, vt per Doct. in locis proximè relatis, & per Feder. de Sen. in consi. 15. colum. 2. Squillacen. in tract. de fide catho. c. 23. & de quo

nullo quouis modo Potestates, siue domini temporales, ac eorum officiales se intromittere possunt: vt in c.vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæret.in 6. vbi Papa prohibet Potestatibus dominis temporalibus,& rectoribus eorum,ne de hoc crimine,quod est ecclesiasticum , quoquo modo tognoscant aut iudicent,aut carceratos ab Episopo & inquisitore à carcere liberent : exequutionem tamen super hoc crimine fiendam sibi à iudicibus ecclesiasticis prædictis in vinctum adimplere non detractent,aut eorum iudicium seu sententiam directè vel indirectè impedire, quoquo modo non præsumant , si quis verò de præfatis iudicibus secularibus contra præmissa fecerit,aut prædictis Episcopo & inquisitoribus in prædicto fidei negotio se opposuerit, siue illud quouis modo impediuerit, & qui scienter in prædictis dederit auxilium vel fauorem, excommunicationis sententiam incurrat ipso iure, quam si per annum animo sustinuerit indurato, ex tunc
11 veluti hæreticus condemnetur. Et licet † quis accusatus vel captus de tali crimine hæreseos, qui sibi intulit mortem,habeatur pro confesso, teste Bart.in d.l.fin. de bon.eo. nisi hæredes vellent de eius innocentia probare.Gul.Benedic.in dicto c.Rainutius,in versic.mortuo testatore,il j. num.47. & per Cyn.in terminis d.l.2.C.qui testa.face.non poss. vbi inquit, quòd si quis se occidit in carcere, in quo detinebatur pro crimine hæresis , si quidem post accusationem manus sibi intulerit, habetur pro confesso,& ex ipsa confessione pro damnato, & idem vult ibi
12 Bald.Gul.Benedic.vbi suprà.Petr.à Placa.in d. c. 23. num.15.versi.cum quotidie.Tamen † vigore d.accusationis vel capturæ aut confessionis, de qua suprà,iudex secularis non potest procedere contra dictum Antonium,vel eius bona vigore dictæ suspen-
13 sionis,imò plus dicitur, † quòd nec per iudicem ecclesiasticum puniendus esset ex dicta occisione , sed tantùm de crimine hæresis, de quo fuerat accusatus & captus,vt decidit Corn.in cons.195.col.pen. versi. & ideò,vol.2.vbi ait, quòd si quis fuit accusatus vel inquisitus de tali crimine pro quo veniret irroganda pœna confiscationis bonorum,si post dictam occasionem se interfecerit, licèt delictum habeatur pro confesso, tamen non esset puniendus de dicta occisione , sed de ipso crimine, de quo exiterat accusatus,& propter quod se interemit, vt euidenter probat text.in d.l.fin.§.fin.ff.de reb. eorum, & in §. idem rescripserunt, in eadem l. & ante Corn.id etiam voluit Cyn.in d.l.2.in 2.quæst.in fin. Ex istis igitur sequitur vera & indubitata conclusio,quòd publicatio bonorum facta per ipsum iudicem maleficiorum occasione suspensionis ipsius Antonij omninò redditur nulla, debebat enim dictus iudex non procedere ad huiusmodi publicationem, sed expectare , quòd inquisitor hæreticæ prauitatis & Episcopus,qui simul & semel habent iudicare in causa hæresis,vt in clem.1.de hæret. Squillacen. in trac.de fide catho.c.40.protulissent suam declaratoriam super confiscatione bonorum,& posteà bene licuisset ei capere possessionem dictorum bonorum, etiam nullo expectato iussu iudicum ecclesiasticorum, vt expressè concludit Franc.in d.c. cum secundùm §.
14 excommunicationis,col.2. † Quoniam secundum dispositionem iuris communis talia bona sic publicata spectant ad dominum temporalem loci,in cuius territorio sunt ipsa bona,per text.in d.c.vergentis,vbi communiter scriben.Feder. de Sen.in consi. 15.colum.2.quem sequitur Philip. Prob.in d.c.cum secundum,colu.2.in fin.Ang.de Clauasio in summa Angelica in verb.hæreticus. summa Syluestr.& Rosella in eo.verb. Et quia super hac materia aliàs abundè dixi,ideò ad ibi scripta me remitto, ne videar membranas occupare.

15 Cauere † itaque debent mortales, ne tam enorme crimen committant, quod grauissimum & detestabile inquit Aug.lib.j.de Ciuit.Dei,& habetur in c.si non licet.23.q.5.quod pro singulari commendat Abb.in c.j.colum.2.de testib.cog & in c ex parte,2.in princ.de sepult.Doct.Palat.in rubr.C.de dona. inter vir.& vxo.§.70.num.3. Quoniam, vt inquit Ioseph.
16 in lib. de bello Iudaic. c. 21, † non est fortissimi viri seipsum interficere, quinimò formidolosi ac ignauissimi hominis,vt in hac specie tradit etiam Quin-
17 tus Cur.lib.5.dum ait: † fortium virorum esse mortem magis contemnere,quàm vitam odisse : Lucia. in tyrannicida, mortem sibi consciscere,genus sanè mortis præ cæteris miserrimum, multoq; atrocius,quàm si per alium inferatur, cùm multò maior sit& existimetur crudelitas in seipsum quàm in
18 alium. Galter.in Alex.8.† non verisimile inquit est, alieno cuiquam parcere,qui sibi non parcit.ac alibi, quem fidum inuenies , si tibi ac tuis hostis fueris? qui sibi ipsi inuidet, nihil est illo nequius, scire etenim debent huiusmodi improbi & scelesti viri,pri-
19 mò quòd Deum offendunt, † nam quis non est vitæ suæ dominus,sed solus Deus , qui est vitæ largitor.Deuter.c.22.ait Dominus : Ego occidam,& ego
20 viuere faciam. Egesip lib.3.c.7.vbi inquit, † ingrati esse hominis citiùs discedere,quàm velit qui vitam donauerit. Sapien.c.16. Tu es domine, qui vitæ & mortis habes potestatem. Nam qui vsurpat quod Dei est,illum offendit.

21 Secundò, † animam suam tradit Satanæ torquendam,Heliodor.lib.2.historiæ AEthiopicę.Virgilius lib.6 AEneidos.

22 Tertiò,qui seipsum trucidat, facit iniuriam Reipub.cuius vnusquisque membrum est: aufert enim ab ea quod suum est , præter leges & illius consensum,vt inquit Cicero.S.Thomas.2.2.q.64.articulo
23 5.vbi ait, † quòd occidens seipsum, non solùm facit contra charitatem,sed cõtra iustitiam respectu Reipublicæ,cuius est vita hominis. Aristo. lib.5. Ethic. nec vtique ideò referas,quòd dominium vitę sit penes Rempub.sed penes eum, cui custodia ac tutela vitæ ciuium commissa est , ipsaq; sola potest homines vita mulctare.

Quartò talis homicida sui ipsius perquàm maximè operatur contra charitatem : nam non minus nos ipsos diligere debemus, quàm proximos, iuxta præceptum Domini:Diliges proximum sicut teipsum, † cùm charitas ordinata à seipso incipiat,vt
24 tradit Iurisconsul. in l.preces. C. de seruit. & aqua. S. Thomas,vbi suprà.

25 Quintò, † occidere seipsum est contra naturalem hominis inclinationem:nam omne animal, vt primum ortum est, applicatur ad se diligendum, estq; in se conseruando occupatum. Cicero in 4.de finibus bonor.& malor.& libr.3 de finibus, & 5. omnis natura est conseruatrix sui.

26 Sextò, † occidens seipsum tradendus est caninæ sepulturæ,non autẽ ecclesiasticæ c.placuit. 23.quæst. 5.quem text.singularem esse citat Roma. sing.264.& ante ius Canonicum in huius criminis reos pœna eadem sancita erat,vt ex pulchra Platonis sententia constat lib.9. de legib.vbi ait:Qui sibi mortem conciuerit.ei sepultura fiet solitaria,vbi alius non condatur,deinde in his locis sepeliatur, quæ de duodecim partibus vltima deserta,vt nec statua nec inscriptione sepulchrum notetur. Iac. de Beluis.in pract. sua iudic.nu.15.Gul.Benedic.in repetitione c. Rain. in verb.mortuo itaq; testatore.il j.nu.42.de testa.per Glos.in l.2.ff.de arbo.furt.cæs.& num.50.vbi refert, consuetudinem inualuisse in aliquibus partibus, q; se occidens quoquo modo , etiam citra conscientiam criminis, non sepelitur,sed super postello volatilibus cœli exponitur absque alia terrea sepultura, & in alijs partibus in sterquilinio sepeliuntur,& postellum desuper ponitur , in signum desperationis: quæ pœna olim Romæ irrogabatur his , qui Rempub.& eius libertatem inquietabant, prout irrogata fuit Tiberio & Caio Gracchis. Doct. Palat. vbi suprà num.7.vbi inquit, quòd tales in detestationem criminum ad montana & loca horribilia deferuntur. † Non enim est modica pœna omnino carere
27 sepultura, quæ, dum tamen non fiat ad pompam,
28 affert defuncto gloriam : † quia deuotæ sepulturæ officium,bonæ fidei, & vitæ quodammodo affert testimonium.c.non existimemus gloriam. 13. quæst. 2.Vnde licèt Christus mortem acerbam & vilem pro nobis pati voluisset , tamen quia erat vas omnium virtutum,gloriosè sepultus fuit , vt impleretur illud Esaiæ 11.Et erit sepulchrum eius gloriosum.

Operatur

29 Operatur & septimò hæc mors horrenda, † quod per mortem testatoris non confirmatur: imò infirmatur testamẽtum prius factum: quia se occidendo efficitur intestabilis, vt per Doct. in l. 2. C. qui test. fac. poss. Guliel. Benedic. vbi suprà num. 41. cum sequen. vsque ad 45.

Leuemus igitur oculos ad cœlum, ac humili prece genibus flexis, ac manibus simul iunctis, Deũ exoremus, vt pro sua pietate ac misericordia à tã miserrimo genere mortis absoluere nos velit, omnesq; nostras iniquitates delere, ac gressus nostros dirigere in viam salutis æternæ, ne proijciamur à facie sua, & à nobis auferatur Spiritus sanctus suus, vt post mortem frui & potiri valeamus gloria sempiterna.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXI.

1 *Instantia inducta de iure communi est triennalis.*
2 *Instantia non incipit currere, nisi à die litis contestatæ.*
3 *Litigantes si starent per mille annos ad contestandum litem, nunquam incipit instantia.*
4 *Statutum si disponat, quòd causæ ciuiles infra triginta dies terminentur, intelligitur à die litis contestatæ.*
5 *Instantia perempta, officium iudicis est ferre sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij, & partem actricem condemnare, vel illum cuius culpa instantia ipsa perempta est, in expensis.*
6 *Instantia introducta à iure communi, per statutum abbreuiari potest.*
7 *Instantia statutoria subrogatur loco instantiæ iuris communis.*
8 *Instantia de communi consensu partium non potest subrogari.*
9 *Instantia inducta est fauore publico.*
10 *Instantia de communi consensu partium etiam cum iuramento prorogari non potest.*
11 *Instantia abbreuiata per statutum, non potest de communi consensu partium prorogari.*
12 *Iudici appellationis incumbit corrigere imperitiam & iniquitatem primi iudicantis.*
13 *Instantia breuiata per statutum, antequam labatur, potest de consensu partium prorogari vsq; ad triennium, & non vltra.*
14 *Instantia quando reducitur ad ius commune, non est contra publicam vtilitatem.*
15 *Instantia iuris communis abbreuiata à statuto, potest de consensu partium suspendi.*
16 *Tempora assignata per statutum ad prosequẽdam appellationem, prorogari possunt.*
17 *Instantia abbreuiata per rescriptum Principis, de consensu partium prorogari potest.*

CONSILIVM XXI.

SEntentia lata per magnificum dominum Iacobum de Campis, in qua declarauit & pronuntiauit instantiam litis motæ in causa pecuniaria, contra dominum Franc. de Alibertis, fuisse peremptam culpa ac negligentia ipsius domini agentis, & in absoluendo reum conuentum ab obseruatione iudicij, cõdemnando eundem actorem in expensis iudicij: videtur de iure prima fronte non subsistere. tristissimi enim iuris est, quòd
1 quando † instantia inducta de iure communi est perempta, & quæ est triennalis, vt not. omnes Doct. in l. properandum. C. de iudi. in princip. Gram. dec. 369. num. 1. & decis. 103. num. 117. Paris. in cons. 158. in princip. volum. 4. Ruin. in consi. 36. circa fin. volu. 5. Curt. in l. postquã liti. nu. 3. C. de pac. & Maran. in suo tract. de ord. iud. in 5. parte, num. 5. & 16. Alexan. in cons. 50.
2 num. 9. vol. 2. Et † quæ non currit nisi à die litis contestatæ, vt per Doct. in auth. de exhib. reis in princip. col. 5. Bal. in cons. 226. vol. 3. in princ. Soci. in cons. 95. in princ. vol. 1. In tantùm, quòd dixit Maran. in d. tract.
3 part. 5. nu. 3. † quòd si starent litigãtes per mille annos ad contestandum litem, nunquam incipit instantia. Alex. in cons. 23. num. 2. vol. 3. Hinc dixit notab. Bal. in
4 auth. clericus. C. de Episc. & cler. quòd † si statutum disponat, quòd causæ ciuiles infra 60. dies terminentur, quod intelligitur à tempore litis cõtestatæ. Hinc etiam pulchrè dixit Bald. in l. post edictum. §. pen. in fi. de iud. quòd in actis emergentibus ante litem contestatam nunquam perit instantia. subdens & ipse, quòd si partes per decem annos litigarent ante litem contestatam super legitimatione personarum, nunquam perit instantia. Matthæs. in sing. 70. num. 20. &
5 Curt. in d. l. postquam liti. nu. 3. † solum officium iudicis superest ferre sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij, & declarare instantiam peremptam, ac condemnare partem actricem, vel illam partem, cuius culpa instãtia ipsa est peremptã in ex-
* pensis, vt concludunt Bart. & cæteri * communiter in dict. l. properandum. §. illo. Orianus in c. quoniam contrà, in vltimis verbis, de proba. Alex. in consil. 66. col. 1. vol. 5. in cons. 166. nu. 2. vol. 6. & in cons. 280. num. 1. vol. eo. & in cons. 137. col. 1. vol. 2. Gramm. in decis. 91. nu. 4. Matthæs. in notab. 70. nu. 20. Marant. in d. tract. in 4. par. 16. distin. nu. 23. & in 5. par. num. 85. & seq. ea-
6 dem ergo ratione idem dicendum videtur, † quando instantia à iure communi inducta, per statutum abbreuiata est, & quæ abbreuiari potest, vt per Curt. in d. l. postquam liti. num. 3. & Maran. vbi suprà in 11.
7 par. num. 17. † cùm illa subrogetur loco instantiæ iuris communis, & eius naturam imitetur, secundum Ioan. Andr. in add. ad Spec. in titul. de appellat. §. nunc breuiter. Dec. in c. de causis. de offic. delega. Iaf. in d. l. properandum. in princ. col. 1. Alex. in consil. 46. col. 2. volu. 3. & in cons. 44. col. 2. volu. 4. Imol. in l. 4. §. 1. ff. de dam. infec. dixi in cons. 15. num. 1. quòd ea extincta officium iudicis sit instantiam ipsam peremptam declarare, & absoluere reum conuentum ab obseruatione iudicij, & partem in expensis condemnare.
8 † Nec habet obstare, quòd iudex ipse non possit proferre talem sentẽtiam ex eo, quòd de communi consensu partium instantia ipsa fuerit prorogata ante
9 peremptam instantiam: quia respondetur, † quòd instãtia, quæ est inducta fauore publico, vt per doct. in d. l. properandum. in princ. Alex. in consil. 50. num. 8. vol. 2. Ruin. in consil. 36. col. penul. vol. 5. Maran. in d. tract. in 5. par. in versic. deuenio. num. 12. Ioan. Corrasius in l. admonendi. num. 50. ff. de iureiur. non potest expressè nec tacitè per partes prorogari, vt per gloss. in d. l. properandum. in princ. glo. in l. 3. in l. 2. in §. sed si iudex. ff. de iudi. quam partem * omnes sequuntur, vt per Iaf. in d. l. properandum. in princ. col. 5. in prin. Soci. in cons. 31. col. 4. volu. 1. Anchar. in cons. 284. Peru. in c. ex ratione, col. 6. versic. secundò quæritur, de appella. Maran. in d. 5. par. num. 24. Gab. in addit. ad sing. 24. Matthæs. Abba. in ca. pen. col. 6. & ibi Felin. col. 10. ver. Tertia declaratio. & Maria. Soc. in 16. arg. de iudi.
10 Et † istud procedit etiamsi cum iuramẽto facta fuis-
* set dicta prorogatio, vt per Doct. * communiter in d. l. properandum. in princ. Ioan. Corra. in d. l. admonendi. num. 50. Maran. in d. 5. parte. num. 23. & etiam si pœna apponatur. Bart. & Alex. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falc. Abb. & Fel. in c. venerabilis. de iudi. Alex. in cons. 138. col. 1. in fin. vol. 2. Nec habet similiter obstare, quòd licèt istud procedat in instantia triennali
11 inducta de iure communi, † tamẽ secus est in instantia breuiata per statutum, quia ea de consensu partium potest prorogari, vt per Sal. in d. l. properandum. in prin. quia dicitur contrarium consuluisse D. Alex. in cons. 24. in 4. vol. in vlt. col. motus auctoritate & ratione Imol. in l. 4. in prin. ff. de dam. infect.

Verùm præmissis non obstantibus, quæ verè non obstant in casu de quo agitur, indubitanter teneo,

quòd per dominum iudicem coram quo fuit introducta causa appellationis, † & ad quem spectat corrigere iniquitatem & imperitiam primi iudicantis, l. j. ff. de appella. debeat pronuntiare malè fuisse iudicatum per dominum iudicem à quo, & bene appellatum à sententia per eum lata, & à qua potuit legitimè appellari, l. in maioribus, & in l. in minoribus. C. de appella. Et moueor ex* communi conclusione, quæ habet, † quòd instantia breuiata per statutum antequam labatur, potest de consensu partium prorogari vsq; ad triennium & non vltra, vt per Sali. in d l. properādum. in princ. quem sequitur ibi Alexan. sibi contrarius in col. 2. & Ias. col. 5. vers. quintò notab. limita. quod inquit notandum, quia valde quotidianum, cùm vbiq; communiter statuta limitent instantias causarum vsq; ad duos vel tres menses. Et ratio est, † quia quando instantia reducitur ad ius commune, non est contra publicam vtilitatem, ex quo non excedit triennium. Idem voluit Fel. in d.c. venerabilis. col. 4. in fi. vers. secunda declaratio. Gozad. in cons. 101. num. 13. Ruin. in cons. 36. col. pen. in princ. vol. 5. vbi inquit, † quòd sicut tempus instantiæ iuris communis abbreuiata à statuto, potest de consensu partium suspendi expresè, iuxta not. per Bal. in tit. de pac. Constan. vers. in causis, in 4. notab. vbi concludit, quòd † tempora assignata per statutum ad prosequendum appellationem possunt pro parte prorogari, quando tempus est breue: quia præsumitur appositum fauore litigantium, ita & tempora dictæ instantiæ statutariæ prorogari vsque ad metam iuris communis: quia illud tempus non potest dici appositum fauore publico, sed litigantium. & hanc partem vti magis * communem sequitur Maran. in d. 5. par. nu. 26. vbi inquit, istud etiam procedere † si instātia abbreuiata fuisset per rescriptum Principis, per text & ibi Doct. in c. de causis. de offic. delega. Felin. in d.c. venerabilis. col. 4. in fi. hanc quoque sententiam vti magis * communem tenuit D. Anton. de Alex. in d.l. properandum. in princ. Soci. in tract. de instan. artic. 17. stante igitur firma hac communi doctorum sententia, sequitur, quòd iudex à quo, non potuit pronuntiare instantiam ipsius causæ peremptam, & ideo partes ipsius domini iudicis ad quem, esse in pronuntiando, bene ab ea parte domini appellātis fuisse appellatum, & malè per ipsum iudicem primæ instantiæ fuisse iudicatum, non obstantibus allegationibus in contrariū: quia primum argumentum procedit in instantia triennali, quæ non potest de consensu partium prorogari, vt abundè suprà dictum fuit, quæ amplius non transcribo. Similiter non obstat dictum Alex. in cons. suprà citato 24. quia est sibiipsi contrarius, & contra eum est communis schola Doctorum, de qua suprà.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXII.

1 *Filiatio vbi est fundamētum intentionis alicuius, probari debet.*

2 *Filiatio semper ab eo probanda est, qui asserit se filium, siue agat, siue conueniatur.*

3 *Hæreditatem petens vti filius, qualitatem ipsam probare tenetur.*

4 *Filiationis quasi possessio, secundum communem non probatur per solam nominationem paternam.*

5 *Filiationis quasi possessio, licèt in præparatorijs iudiciorum sufficere videatur, secus tamen in decisorijs.*

6 *Nominatio constituit quem in quasi possessione filiationis, quando est iusta & legitima, secus in spurijs.*

7 *Nominatio iuncta cum institutione, constituit quem in quasi possessione filiationis.*

8 *Natus in domo, præsumitur filius mariti.*

9 *Quod ampliatur, procedere etiam, si probaretur alterum conuersationem habuisse cum vxore.*

10 *Legitimatio facta tanquam de filio, qui non sit, redditur inualida, & similiter institutio.*

11 *Legitimatio, in qua nō fuit expressum Comiti Palatino, quæ exprimi debebant, et quæ si expressa fuissēt, reddidissent Comitem ad eam nō concedendam, vel saltem difficiliorem, redditur subreptitia.*

12 *Legitimatio feudi in qua non fuit expressum legitimanti, quòd feuda erant antiqua, et quòd extabant agnati vel filij eorum, redditur subreptitia.*

13 *Legitimatio de feudo facta sine cōsensu immediati domini, non valet.*

14 *Princeps supremus sicut potest filios naturales vel spurios per rescriptum legitimare, ita & Comes Palatinus virtute facultatis sibi communicatæ à supremo Principe.*

15 *Hæres institutus à testatore ex vi l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. debet mitti in possessionem omnium bonorum testatoris.*

16 *Etiam si testamentum non sit publicatum.*

17 *Beneficium d. l. fi. locum nō habet in instituto sub conditione.*

18 *Quæ sunt in conditione, nihil ponunt in esse.*

19 *Institutio facta de spurio sub conditione, cùm capax fuerit, valida redditur.*

20 *Paria sunt, quòd actus sit purus, vel factus sub conditione, quæ fuerit purificata.*

21 *Substitutio pupillaris facta filio naturali, cōualidatur post mortem patris, si de eius consensu legitimetur.*

22 *Pater si facit testamētum inter naturales vel spurios imperfectum, licèt huiusmodi testamentum non teneat propter incapacitatem institutorum, tamen si facit postea eos legitimare, testamentum reconualescit.*

23 *Assegneratio & nominatio facta in testamento de filio, licèt non probet filium in legatis, tamen secus in institutione.*

24 *Filiatio probatur ex nominatione, institutione, & legitimatione.*

25 *Assegneratio vel confessio patris de filiatione, quando fit principaliter & propter se, tunc cōstituit filium in quasi possessione filiationis, donec cōtrarium probetur.*

26 *Nominatio sola constituit quem in quasi possessione filiationis, quando facta est in actu, qui magis conuenit filio quàm extraneo.*

27 *Nominationes plures constituunt quem in quasi possessione filiationis.*

28 *Filiationis quasi possessio, sufficit in materia possessoria.*

29 *Probationes leuiores requiruntur in materia possessoria.*

30 *Filiationis quasi possessio sufficit in decisorijs, vbi plura adminicula concurrunt.*

31 *Spurij de æquitate canonica, quæ quidē secundum magis communem seruatur etiam in prato Cæsaris, alimenta in bonis paternis habere debent.*

32 *Dispositio l. miles. §. defuncto. ff. de adult. locum non habet, quando filius natus est conceptus absente marito.*

33 *Fratres duo, si accipiunt feudum nouum pro se & descendētibus suis in infinitum, tale feudum nō transit ad transuersales & filios alterius fratris.*

34 *Ius accrescendi regulariter non habet locum in feudis.*

35 *Quæ frequentius accidunt, magis considerantur.*

36 *Missio in possessionem, de qua in l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. non impeditur per exceptionem requirentem altissimam indaginem.*

37 *Quæstio iuris dubij, æquiparatur dubio facti.*

38 Ius

38 *Ius dicitur certum, quando de illo constat ex sola aperturà librorum.*

39 *Compromissum non minus fieri potest super quæstione iuris dubij, quàm super quæstione facti.*

40 *Contractus bonæ fidei, cui dolus dedit causam, licèt ipso iure sit nullus, tamen hoc intelligitur, si ille in cuius fauorem annullatur contractus, declarat ita velle.*

41 *Legitimatio, in qua non est facta mentio filiorum, & si ipso iure non valeat, tamen hoc est verum, si filij declarant illam non valere.*

42 *Verbum ipso iure appositum feudo, intelligitur, si dominus velit.*

43 *Vasallus & emphyteota, licèt per alienationem feudi vel rei emphyteoticæ irrequisito domino ipso iure priuetur feudo, tamen hoc intelligitur domino volente.*

44 *Dominus directus feudi respectu sui iuris & interesse potest consentire, quòd feuda trãseant ad alias personas, ad quas de sui natura non transirent.*

45 *Consensus alicuius quando requiritur in contractu ratione sui interesse, sufficit quòd interueniat ex post facto, etiã si actus præcedẽs sit nullus ipso iure, dummodò approbatio pendeat à potestate consentientis.*

CONSILIVM XXII.

VIso testamento quondam magnifici domini Baptistæ Arignoni, in quo hęredem sibi vniuersalem instituit dominum Fabium, eius filium spurium cùm capax erit, legitimationémque impetrari à Comite Palatino ad preces prædicti domini Baptistæ, primo aspectu dicendum videtur, eundem dominum Fabium minimè immittẽdum esse ex remedio l. fi. C. de edict. diui Adr. tol. in possessionem seu quasi bonorum feudalium & iurisdictionum castrorum, de quibus in calce libelli, rationibus & causis infrà scriptis. Quoniã

1 clarissima iuris est, quòd † qui se fundat in filiatione, debet illam probare, cùm sit fundamentum intentionis suæ, ita Angel. in l. liberorum. ff. de his qui no. infa. Ias. in l. neq; professio. col. j. C. de testa. Dec. in cons. 54. col. j. Paris. in cons. 10. nu. 28. vol 2. vbi inquit,

2 † quòd filiatio semper ab eo est probanda, qui se asserit filium, siue agat siue conueniatur.

3 † Et ideo, si quis prætendit habere hæreditatem vti filium, alicuius debet probare se talem. Item in cons. 11. nu. 19 vol. eod dixi in cons. 3. nu. 43. volu. j. sed in casu præsenti dominus Fabius non probauit se talem vt asseruit, ergo ad dictorum bonorum feudalium possessionem seu quasi admitti non potest: sed in ea conseruandi sunt dom. Ioannes & Gaspar, de Arignonibus frãtres d. quondam do. Baptistæ, & do. Ascanius eius nepos ex fratre, qui secuta morte dicti quondam dom. Baptistæ eorum fratris & patrui, respectiuè consecuti sunt possessionem seu quasi ipsorum bonorum feudalium & iurisdictionũ. Nec obstat quòd de quasi possessione filiationis ipsius dom. Fabij cõstet ex nominatione de eo facta in testamento d. quondam do. Baptistę, in quo eum sibi instituit hæredem, quia pluribus modis respondetur.

* Et primò, quòd secundum * communionem † sola nominatio non probat filiationem, d. l. neq; professio. Goza in cons. 13. num. 12. Ratio est, quia filiatio ordinatur à natura, ideo non potest oriri ex nominatione sola per hoc, quòd quis nominetur vt filius, Bald. in l. non epistolis. col. j. C. de proba. & hanc esse communem Doct. sententiam testãtur Dec. in c. per tuas. nu. 8. de proba. Paris. in cita. con. 10. nu. 15. & con. 11. num. 23. vol. eod.

5 Secundò respondetur, † quòd licèt in præparatorijs iudiciorum quasi possessio filiationis sufficere videatur, l. non ignorat. C. qui accus. non post. tamen in decisorijs, vt in casu nostro, ea admittenda nõ venit, teste Bald. in d. c. per tuas. Ias. in d. l neque professio. in princ. ver. nota etiam diligenter, C. de testa. & in cons. 102. col. 5. ver. 5. & in col. pen. in fi. vers. 5. vol 4. Goza. in cons. 13. nu. 14. Paris. in cons. 2. in fin. vol. 1. &

* hanc sententiam vti * magis receptam sequitur Cepha. in cons. 137. nu. 6. vol. 2.

Tertiò respondetur, quòd posito (sed non concesso) † quòd ex sola nominatione quis constituatur in

6 quasi possessione filiationis, id sibi arrogat locum in filiatione iusta, scilicet legitima & naturali simul, aut naturali tãtum approbata à iure ciuili, vt per totum titulum, ff. & C. de concub. secus in spurijs vel vulgo quæsitis. Ang. in cons. 191. col. 2. Ias. in cita. cons. 102. col. 2. circa fi.

7 Similiter nõ obstat, † quòd saltem ex nominatione iuncta cum dicta institutione ipsius dom. Fabij sit probata eius quasi possessio, vt voluit Butr. & Bal. in d. c. per tuas. idem Butr. in ca. transmissæ, qui filij sint legit. & in c. Michaël. de fil. presbyt. vbi dicunt, quòd si quis instituit, exhæredat, vel emancipet aliquem tanquam filium, quòd probatur tractatus filiationis: quia talis actus est proportionabilis filio: quia respondetur, quod & si actus emancipationis vel exhæredationis conueniat tantùm filio, seu alijs obtinentibus locum filij, tamen institutio nedum conuenit filio, sed etiam penitus extraneo: toto tit. ff. & C. de hæred. inst. Postremò dicitur, quòd imò non potest dici dominus Fabius constitutus in quasi possessione filiationis quondam do. Baptistæ: quia cõtra eum

8 resultat præsumptio iuris, † quæ est, vt cùm sit natus in domo Ioannis Mariæ & Andrietę iugalium de Petronis, quòd sit eorum filius, l. miles. §. defuncto. ff.

9 de adult. † Cuius dispositio ampliatur etiam procedere, si probaretur dictum quondam do. Baptistam tunc temporis consuetudinem & conuersationem habuisse cum d. Andrieta, & cum ea rem veneream habuisse, Cy. & Bal. in l. si vicinis. C. de nup. Abb. & alij in d. c. per tuas Alex in con. 88. vers. circa octauum dubium. vol. 7. Alcia. in consi. 50. nu. 2. Cùm igitur d. do. Fabius præsumatur esse filius legitimus & naturalis dom. Ioannis Mariæ & Andrietæ, non autem d. quondam Magnifici do. Ioan. Baptistæ, sequitur necessariò, quòd per d. Comitem non potuit legitima-

10 ri tanquam filius spurius. † Et ideo quòd legitimatio de eo facta, inualida redditur, & similiter institutio, cùm errauerit ipse do. Baptista in causa finali ipsius filiationis, l. si pater. l. nec apud. C. de hæred. instit. Et ideo inquit Corn. in d. l. si pater, vidisse cõsultum per illa iura, quòd non valeat institutio facta à quòdam diuite, qui cognouerat mulierem maritatam, & cùm pareret constante matrimonio, recepit partum in suum filium, & illum fecit posteà legitimare, & finaliter ipsum instituit hæredem vt filium legitimatum, Barb. in cons. 27. vol. j. imo fortius dixit Paul. de Castr. in l. eam quam, secundum lectur. Azo. de fideicom quòd si quis fecit legitimare filiũ suum bastardum, eum instituendo hæredem, cùm tamen legitimatio esset inualida, quòd nõ valet institutio, & hęreditas pertinet ad venientes ab intestato, & nõ fisco: & tamen ibi non erat erratũ in coniunctione naturali filiationis: quia in veritate erat filius suus spurius, sed fuit erratum super validitate legitimationis, & tamen vitiatur institutio, sequitur Dec. in cons. 462. in col. j. vnde ex his insurgere videtur conclusio, quòd dictum remedium vllo modo cõpetere possit d. do. Fabio.

11 Secũdò dicitur, quòd † dicta legitimatio redditur subreptitia, quia Comiti Palatino expressum nõ fuerat per d. do. Baptistã, ad cuius preces impetrata fuit, quæ exprimere debebat, quæ si narrata fuissent, prout factum non extitit, vtiq; reddidissent, ipsum Comitem ad dictam legitimationem non concedendã, aut saltem difficiliorem, c. super literis. de rescr. Cur. Iu. in con. 125. col. 8. vbi dicit, quòd taciturnitas vitiat legitimationẽ si taceantur ea, quę reddidissent Principem difficiliorem ad eam concedendam. Alex. in cons. 60. col. fi. vol 2. vbi ait, quòd si sit narratum filium esse naturalem, cùm sit spurius, legitimatio est nulla, etiã si in rescripto legitimationis sit clausula, non obstante. §. fi. in auth. quib. mo. na. essi. sui. col. 7.

12 sequitur Rui. in con. 158. nu. 9. vol. j. † Sed in casu præsenti nõ fuit expressum d. Comiti, quòd huiusmodi feuda sint antiqua, ergo legitimatio subreptitia: ita

in

in terminis dixit Rui.in conſ.36.nu.13.ver.de ſubreptione: volu.j.vbi inquit, quòd ſi Princeps ſciuiſſet feudum eſſe antiquum,& non acquiſitum per eum, qui legitimationẽ petebat, aut non legitimaſſet,aut nõ ita faciliter in præiudicium agnatorum, quibus ex antiquis inueſtituris ius iam erat quęſitum in ſpe conſiderabili.Goza.in conſ.16.nu.41.verſ.12. Calde. in conſ.j. in tit. de feud. Et etiam redditur ſubreptitia: quia vltra quòd nõ fuit narratũ, dicta feuda eſſe antiqua,etiã expreſſum nõ fuit, quòd erãt agnati,& filij eorum, qui per mortem ipſius domini Baptiſtæ in illis feudis ſuccedere debebant:quod ſufficere videtur ad reddendum prædictã legitimationem ſubreptitiam. Bru.in conſ.15.col.pen.in fi.Pariſ.in conſ. 12.nu.220.vol.2.in conſ.23.nu.150.vol.j. & Soc.Iun.in conſ.81.num.51.cum ſequent. vol.3. Cùm igitur iſtæ qualitates narratæ nõ fuerint,ſequitur, quòd ex defectu voluntatis Comitis prædicti ruit dicta limitatio,quæ volũtas in omni actu requiritur.l.multum. C.ſi quis alteri vel ſibi.

Nec obſtat ſi dicatur,quòd imò demonſtratũ fuit dicta feuda etiam antiqua eſſe ex expreſsione facta, quòd extabant agnati,quod ſufficere videtur, vt per Aret.in con.pen.col.pen.quia reſpondetur,quòd dicta narratio ſufficere non videtur: quia iſta ſtare ſimul poſſunt,quòd facta fuerit dicta mẽtio, & tamẽ quòd feuda non fuerint antiqua ſed noua, tãquam conceſſa duobus fratribus à Cæſare, vel à Ducibus, in quibus locum haberet ius accreſcendi,iuxt.nota. per Rui.in cita.conſ.36.num 13.vol.5.ver.nec obſtat, quòd fuerit.& Pariſ.in conſ.16.nu.7.vol.4.

Vlterius dicitur etiam ſubreptitia, quia non fuit expreſſum Comiti Palatino de numero agnatorũ, quæ taciturnitas reddit dictam legitimationẽ ſubreptitiam,vt per Pariſ.in conſ.23.nu.151.vol.j.

Tertiò,quòd ea non valeat,alio ex capite demonſtratur: † Quoniam ad eam deuentum fuit abſque
13 conſenſu directi domini & immediati illorum feudorum, de quibus agitur, & ſic illuſtr. dom. Ducis à quo talia feuda fuerunt aliàs recognita per d. dom. Baptiſtam, & alios eius fratres & progenitores, qui tamen conſenſus requiritur, vt per Soc.in diſputa. ſua incip.Comes Palatinus & in alia incip. Mediolanenſis.Car.Alex. in c.per venerabilem.§. quod autẽ. nu.61.qui filij ſint legit.Alex.in conſ.60.nu.2.in 2.vol. Roſel.in tract.legit. in pen. par. num.24. Cur.Sen.in conſ.65.nu.16.& 73.nu.28.Mart.de Laude. in tract. de Princ.ver.59.Affl.in deciſ.128.Ruin. in conſ.36. nu.18. vol. j.& in conſ.11.num. 13.volu.5. Alcia in conſ. 206. num.5.Neuiza.in conſ.99.num.5.Soc. Iun.conſ.100. nu.21.vol.2.& 126.num.22. vol.3. Iaſ.in conſ.70.col.3. ver.cõfirmo.vol.8. Ceph. in conſ.23.nu.78. dixi aliàs
* in conſ.88.nu.26.vol.j. Quam partem vti *communem ſequuti ſunt Catel.Crot.in memo.ſuis in verb. legitimatus.lim.3.Boſ.in tract.ſuo in titul. de Princ. nu.185.& magis receptam Soc. Iun. in conſ. 95.nu.98. volu.3. Nec obſtat, quòd illuſtriſſ.dom. Dux ſtatum ſuum, in quo ſunt dicta feuda, recognoſcat à Cæſare: quia reſpondetur, quòd & ſi dubitationem hoc non recipiat, tamen requiritur eius cõſenſus, vt per Cur.Sen.in d.conſil.65. col. 13. dum voluit legitimationem quorundam factam à Cæſare etiam ad feuda & dignitates, non valere reſpectu feudorum recognitorum ab illuſtriſſ. Duce Mediolani ſine eius conſenſu.Boſ. vbi ſuprà. vbi ſimiliter tradit, quòd quamuis Cæſar in terris Imperij etiam in feudatis poſsit legitimare, tamen hoc ſibi locum nõ arrogat, quò ad feuda ſine licentia Ducum & feudatariorum, quibus acquiruntur feuda ob finitas generationes,nam non poteſt dominus directus apponere manus ad iura domini vtilis inferioris. Alex. in d. conſ.60.& Alcia.in cita,conſ.206. nu.6.Soc. Iun.in allega.conſ.75.num.98.

Quibus tamen non obſtantibus, quæ verè non obſtant, contraria ſententia eſt de iure verior, videlicet d. dom. Fabium omninò immittendum eſſe,& immitti debere virtute dict. l.fi. in poſſeſsionem,ſeu quaſi dictorum bonorum feudalium, de quibus agitur, ſtante dicto teſtamento in quo ipſe inſtitutus eſt hæres vniuerſalis, & legitimatione ſubſequuta. quod demonſtratur ex ſequentibus præmittendo prius vnum, quod in iure caret omni dubitatione,
14 videlicet † quòd ſicut ſupremus Princeps poteſt naturales,vel filios ſpurios per reſcriptum legitimare. §.illud verò.in d.auth.quib.mo.nat. effi ſui.Doct. in c.per venerabilem. qui filij ſint legit. in l. Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de lib. & poſthu. quamuis iſtud ſit de reſeruatis Principi.Pariſ.in conſ.9.num.82.vol.2. ita etiam id facere poteſt Comes Palatinus virtute facultatis ſibi communicatæ à ſupremo Principe, vt tradit Bald. in l.j. ff.de tuto. & cur. dat.ab his. Pau. & alij in d.§.& quid ſi tantum.Dec.in conſ.55 col.2.ver. ſed prædictis.& in conſi.462.col.j. Pariſ.in conſil.j.in princ. vol. 2.conſ. 2.3.4. & 5. in princ. vol. eo.Ruin.in conſil.82.col.j.vol.3.& in conſ.109. nu.2.vol.3. Ceph. in conſ.23.nu.18. vol.j. Ita quòd legitimatus à d. Comite habente poteſtatem dicitur legitimus ab Imperatore dante poteſtatem, cùm authoritate imperiali id faciat,l. j. §.omnia noſtra. C.de vete.iur.enuc.tradit Bald.in d.l.j. poſt gloſſ.ibi. quo ſtante pro funda-
15 mento intẽtionis d.dom.Fabij, dico † quòd cùm ipſe fuerit inſtitutus hęres vniuerſalis in teſtamento do. Baptiſtę,quod quidem non eſt abolitum nec cancellatum, nec in aliqua parte ſuſpectum, quòd virtute d.l.fin. immitti debet in poſſeſsionẽ ſeu quaſi dicto-
* rum bonorum,iuxta d.l.vbi* communiter doct.dicunt, quòd ſi hæres ſcriptus oſtendat teſtamentum non abolitum neque cancellatum, poteſt vti remedio d.l.fi.Dec.in conſil.84.in princ.in conſ.218.col.j.
16 in conſ.225.in princ.vbi etiam inquit, † hoc procedere ſi teſtamentum non ſit publicatum, vt not. Bal.in l.quæſtionem.col.4. verſ.ſi quæris. C.de fideicomm. Idem Dec.in conſ.467. in princ. & in conſ. 475. col. j. Curt.Iun.conſ.92.in princ. & Soc. Iun.in conſ.75.nu. 11. vol. j. cuius legis virtus locum etiam habet in bonis feudalibus,vt ibi per Dec.Io.And. in add. ad Spec. in titu.de teſta.§.j.in fin.Goza.in conſ.7.col.1.num.5. 10.& 15.& Alcia.in conſ.16.in fi.& in legitimatis inſtitutis,vt voluerunt Rui.in conſ.87.col.fi.vol.3. Goza. in conſ.6.col.fi.& Pariſ.in conſ.11.vol.2. data validitate legitimationis.

17 Similiter non habet obſtare ſi dicatur, † quòd beneficium d.l.locum ſibi non arrogat in inſtituto ſub conditione,vt volunt ibi Cy.in 5.q & Zucard. num. 261. vt fuit in terminis noſtris inſtitutus do. Fabius, qui reperitur hæres ſcriptus ſub conditione cùm ca-
18 pax fuerit: quo caſu reſultat, † quòd ea,quæ ſunt in conditione, nihil ponunt in eſſe, l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. quia reſpondetur,
19 † quòd dicta inſtitutio, quæ eſt valida, vt per Doct. in l.Gallus.§. inſtituens. ff.de lib. & poſthum.Bald.& Imol.in l.ſi quis hæres inſtituatur.ff.de hæred.inſtit. Ang.in conſ.223.col.2.Soc.in con.251.nu.9.Gozad. in conſ.21.col.2.Iaſ. in conſ.123.col.5. in princ.vol.4. in l. Gallus.§. & quid ſi tãtum.col.antepen.de lib. & poſthu.Are.in conſ.143.col.5.in prin.& Curt.Iun.in conſ. 84.nu. 3. vbi aſſerit hanc eſſe veram & communem
* *concluſionem,effecta fuit pura ante mortem d. do. Baptiſtæ teſtatoris per legitimationem d. do. Fabij,
20 factã ad preces eiuſdem domini teſtatoris: † quo caſu perinde eſt,ac ſi purè facta fuiſſet, l.fi.§.fi. ff. de lib. & poſthu.Pariſ.conſ.2.num.17.vol.j.conſ.46.nu.45. vol.4.conſ.22.nu.74.vol 3.cùm retrotrahatur ad diem dictæ inſtitutionis, ſecundum Ang. in l. his verbis.§.interdum.ff.de hære.inſt. Imol. in l.ſi alienum. §.in extraneis.ff.eo.titu.Rui.in conſ.69.num.7.vol.3. Pariſ.in conſ.j.num.30. vol. 2. Pro qua ſententia facit
* ſecundum prædictos patres deciſio Bart. *communiter recepta in l.2.in princ.col.3. ver. item quæro.ff.
21 de vulga.& pupil. † vbi ſubſtitutio pupillaris facta filio naturali, conualidatur poſt mortem patris, ſi de eius conſenſu legitimetur,ea ratione:quia retrotrahitur. Facit etiam quod dixit Natta collega meus in l.hac conſultiſsima.§. ex imperfecto. nu. 101. C.de te-
22 ſta.vbi dicit, † quòd ſi pater facit teſtamentum inter naturales vel ſpurios imperfectum, licèt huiuſmodi teſtamentum non teneat propter incapacitatem inſtitutorum, tamen ſi poſtea faciat eos legitimare, teſtamentum reconualeſcit: quia legitimatio trahitur retro, ac fingit medio tempore non fuiſſe ſpurium vel illegitimum,l.fin.ff.de nat.reſti.§.illud.in d.auth. quib.mo.nat.effi.ſui.

Non

Non obstãt modò allegãta in contrariũ, quia primo argumento respõdetur, quòd quasi possessio filiationis satis probata fuit, nedum ex nominatione sola ipsius do. Fabij, sed etiam per institutionem, vt in terminis decidit Butr. post Imol. in c. transmissæ,
23 qui filij sint legit. vbi dicit, quòd licèt † asseueratio facta in testamento, & nominatio de filio nõ probet eum esse filium, tamen illud procedit in legatis, non autẽ in institutione hæredis, sequitur Goza. in cons. 13. nu. 7. vol. 5 Paris. in cons. 13. num. 29. vol. 2. Ruin. in cons. 53. nu. 6. vol. 5 & in cons. 36. num. 6. vol. j. Ceph. in cons. 48. num. 15. Verùm, quia sunt nonnulli, qui non assentiunt huic sententiæ, ideo alio modo re-
24 spondetur. Et dicitur, † quòd probatur ipsa filiatio ex nominatione, institutione, & legitimatione ipsius dom. Fabij, vt probatur ex not. per Alex. in consil. 88. nu. 7. vol. 7. vbi inquit, quòd inducitur præsumptio filiationis, cui standum est, donec contrarium probetur, quando pater adulter impetrauit legitimari spurium, asserens illum filium suum: quia talis nominatio & assertio nõ est enuntiatiua, sed confessionaliter & assertiuè facta. Goza. in cita. cons. 13. num. 44. & 52. Ias. in cons. 106. colum. j. volu. j. vbi ait,
25 † quòd quando asseueratio vel confessio patris de filiatione filij fit principaliter, & propter se, tunc constituit filium in quasi possessione filiationis, donec contrarium probetur, per l. fi. ff. de proba. idem Ias. in cons. 125. col. 2. vol. 4. Paris. in cons. 10. num. 44. & sequenti vol. 2. & in cons. 13. nu. 6. vol. eo. Rui. in cons. 36. num. 6. volu. j. vbi tradit, probationem filiationis induci ex eo, quòd testator instituit Rogerium tanquam filium, & illum etiam tanquam talem legitimauit, vt in terminis concludit Anch. in consil. 206. col. pen. Sed in casu præsenti omnia ista interuenerunt, & concurrerunt, ergo in ficiari nõ potest, quin probata dicatur ista quasi possessio filiationis. Quod
* etiam probatur ex communi* conclusione, quæ ha-
26 bet, † quòd etiam sola nominatio constituit quem in quasi possessione filiationis, quando facta est in actu, qui magis filio, quàm extraneo conueniat, Bart. in l. quod Senatus. §. idem per contrarium. ff. de lib. agno. Sed in casu de quo agitur, nominatio filiationis est facta in impetratione legitimationis domini Fabij, qui actus magis cõuenit filio quàm extraneo, vt per Soc. in cons. 65. in princ. volu. 3. vbi dicit, quòd satis videtur probata filiatio ex eo, quòd pater nominat quem in filium, & illum legitimari fecit vt filium: quia iste actus non est proportionabilis extraneo, & cum eo transit Paris. in cons. 10. nu. 62. vol. 2. & in cons. 13 nu. 5. vol. eo. Ias. in cons. 125. col. 8. volu 4. & tantò magis id dicendum venit in terminis nostris,
27 † vbi concurrunt plures nominationes, quas considerant Paris. in cons. 10. nu. 56. vol. 2. & in cons. 13. nu. 6. volu. eo. & Dec. in cons. 54. col. 2. Vnde ex istis simul saltem iunctis concludendum est, nullam superesse difficultatem, quin filiatio probata sit, cùm passim à legum verticibus admittatur, quòd ex nominatione cum alijs coniecturis probatur filiatio, Cor. cons.
* j. litera q. vol. 3 Doct.* communiter in c. per tuas. de proba. Paris. in cons. 10. nu. 51. in fi. vol. 2. & nu. 76. Goza. cons. 13. nu. 53. Alcia. in tract. de præsump. in 3. reg. præsumpt. 38. & Ceph. in cons. 137. nu. 8.

Nec obstat, quòd in decisorijs non sufficiat quasi
28 possessio filiationis: quia respondetur, † quòd contrarium tenuerunt Corn. in cons. j. col. 10. ad fi vers. nec obstat, vol. 3. Alex. in cons. 51. col. 2. vol. j. Feli. in c. per tuas, de proba. Paris. in cons. 10. nu. 110. volum. 2. Castr. in cons. 391. col. fi. vol. 2. Calca. in cons. 8. col. 3. &
* in con. seq. col. j. & hanc dixerunt esse * communem, Fulgo. in l. non epistolis, & in l. non nudis. C. de proba. & Dec. in cons. 54. col. pen. & Craue. in cons. 249. col. 3. in fi. vbi dicit magis communẽ esse tractatum, sufficere si legitimè probetur.

29 Secundò respõdetur, † quòd ex quo sumus in materia possessoria, in qua leuiores probationes sufficiũt, Bar. in l. j. col. 2. C. de quo. bono. in l. 2. §. fi in prin. C. vbi in rem actio. Dec in con. 56. col. j. & in con. 252. col. 2. ver. restat. Maran. in suo aureo Spec in 4. par. in 9. dist. nu. 42. Craue. in consil. 158. nu. 12. & in terminis nostris, Goza. in cons. 12. col. 2. vers. quib. tamen non obstantibus, quòd sufficit quasi possessio filiationis etiã in decisorijs, licèt non in petitorio, Alex. in cons. 5. col. 2. ver. & magis, vol. j. vbi dicit, quòd talis quasi possessio filiationis sufficere debet in possessorio, in qua non requiruntur ita plenę probationes, sicut in petitorio, Bal. in cons. 180. vol. 3. vbi ait, quòd quãdo agitur de successione, quis debet probare se talem: & quòd sufficit probare quasi possessionem, quia in decisorijs petitorij non sufficit possessorium, nisi iuris præsumptione approbatum: ergo secus sentit in possessorio. Idem dixit Alcia. in tract. de præsump. in 3. reg. præsump. 37. nu. 5. Ceph. in cons. 137. nu. 6.

Tertiò respondetur, huiusmodi conclusionem fi-
30 bi locũ non vendicare, † vbi concurrunt plura admi nicula, vt in casu nostro, prout suprà dictum fuit. ita Ias. in d. l. neq; professio, col. 2. C. de testa. Goza. in con. 13. num. 53 Bald. in d. c. per tuas, col. 3. Dec. in cita. con. 54. col fi. Craue. in allega. cons. 249. nu. 3. Alc. in d. præsump. 37. & Ceph. in cita. cons. 137. nu. 8.

Pariter nõ obstat, quòd licèt admittatur ista quasi possessio filiationis in filiatione iusta, non tamen in spurijs vel vulgò quæsitis: quia respondetur, contrariũ esse de iure verius, vt in terminis dixit Goza. in cons. 13. nu. 47. & 55. per tex. in l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Ale. in addi. ad Bart. in l. j. §. ad quæstionem, ff. ad quæstio. Bal. in l. vulgò. ff. de ista. hom. Corn. in cons. j. col. 10. vers. & modò, & col. xj. vers. super alio, vol. 3. Ias. in cons. 125. col. 2. & sequenti vol. 4. Anch in cons. 225 col. pen. in fin. quem sequitur Paris. in cons. 10. nu. 35. & 71. vol. 2.

Secundò dicitur, quòd dictum Ang. in contrarium allegatum videtur procedere inspecto iure ciui-
31 li, quo tales filij nihil penitùs habere debent, † secus de æquitate canonica, quæ illis tribuit alimenta, cùm haberet, de eo qui duxit vxo. quã pol. per adult. & ideo isto respectu videtur, quòd etiam in filijs spurijs quasi possessio filiationis debeat considerari: ita Dec. in d. c. per tuas, col. 2. ver. & per hoc. quem sequitur Goza. in cita. cons. 13. nu. 47. quod quidem ius canonicum seruatur etiam in prato Cæsaris, vt per Ang. inst. de iur. nat. gent. ciuili. in princ. vbi inquit,
* ita cõsuluisse, & hanc esse magis * communem Doct. sententiam, firmat Paris. in consi. 64. col. 2. volum. 3. quem sequutus sum in consi. 74. num. 47. vol. j. nec non & Alcia in consi. pen.

Non obstat deniq; quòd contra istam quasi possessionem filiationis militet omnis præsumptio iuris per not. in d. l. miles. §. defuncto. quia respõdetur,
32 † quòd notata in d. §. cessant in terminis nostris, vbi ista Andrieta tempore conceptionis d. do. Fabij, erat vidua iam nõnullis annis, licèt illum pepererit postquàm nupta fuerit illinc ad certum tempus, infra quod habita ratione ad matrimonium contractum cum Ioanne Maria non potuisset habere filium: quo casu sicut quãdo filius est natus, & conceptus ex coniugata absẽte marito, cessat dispositio d. §. defuncto, Dec in d. c per tuas, col. 2. vers. 2. casus. Gozad. in con. 13. nu. 46. vbi inquit, quòd absentia mariti tempore conceptionis, vel impotentia coëundi, facit vt recedatur ſa præsumptione, l. filiũ diffinimus, de his qui sunt sui vel alie. iur. & quod verum est dicere quòd filius sit natus ex adulterio, Paris. in consil. 10. nu. 78. vol. 2. ergo eodẽ modo dicere debemus, quòd si dominus Fabius fuit conceptus multò antequàm Andrieta eius mater matrimonio se copulauerit, quòd cessare debet præsumptio d. §. defuncto, vt per Anch. in cit. cons. 225. Paris. in cita. con. 10. nu. 35 necnõ Alex. in con. 88. nu. 9. vol. 7. & Corn. in con. j. litera q, vol. 3. vbi multum considerat tempus dictæ conceptionis.

Non obstat, quòd dicta legitimatio vti subreptitia non valet, quoniam narratum non fuit Comiti Palatino, quòd dicta feuda essent antiqua, quæ qualitas si expressa fuisset, Comitem prædictum retraxisset à dicta legitimatione, vel saltem eum difficiliorẽ reddidisset: quia respondetur, quòd in precibus porrectis d. Comiti fuit facta mentio, quòd ipse dom. Ioannes Baptista carebat filijs legitimis, & naturalibus, & quòd habebat fratres & agnatos, ex quibus verbis fuit certificatus do. Comes, quòd dicta feuda erant antiqua, nam dicta expresio ad alium finẽ facta nõ fuit, nisi vt demõstraretur, dicta feuda fuisse antiqua: cũ in feudo nouo dicta expresio necessaria

non

non fuisset: quia in eo non succedunt agnati, sed tantùm descendentes, ca. j. de feud. succes. Dec. in consil. 390. col. 3. Cur. Sen. in cons. 51. col. j. in fin. vbi asserit * hanc esse * communem. Et ideo videmus, † quòd si 33 duo fratres accipiunt feudum nouum pro se & descendentibus in infinitum, tale feudum non potest transire ad transuersales & filios alterius fratris, c. j. §. hoc quoq; de succes. feud. Goza. in cons. 11. in princ. & Ruin. in cons. 12. nu. 2. vol. j. Alcia. in cons. 160. num. 23. Igitur videtur, quòd dicta impetratio nõ fuit subreptitia.

Non obstat, quòd licèt fuerit facta mentio de agnatis, tamen per hæc non dicitur certificatus Comes, quòd feudum esset antiquum, ex rationibus suprà adductis: quia respondetur, quòd licèt ius accrescendi locum habeat in feudo nouo concesso à Cæsare, vt per Ruin. in d. cons. 36. Ias. in consil. j. col. 5. in prin. vol. 3. & Gozad. in cons. 26. nu. 37. vel à Ducibus & Marchionibus, vt per Socin. in cons. 66. nu. 13. vol. 3. Ias. in cons. 136. col. 8. vol. 4. & Paris. in cons. 16. num. 7. vol. 4. tamen id procedere potest, vbi dom. Comes Palatinus notitiã habuisset, quòd ipsi fratres de nouo fuissent inuestiti à Cæsare, vel à Duce: quia tunc ratione huius sententiæ verisimiliter potuisset cogitare tale feudum nouum, in quo potuissent inter eos locum habere ius accrescendi, secus vbi nullam notitiam habuisset de tali inuestitura, vt in casu nostro: quia tunc non potest dici, quòd Comes Palatinus cogitauerit de feudo nouo, in quo potuerit habere locum ius accrescendi. Imo quòd totum contrarium in mente habuerit, † cùm regulariter in 34 feudis non habeat locum ius accrescendi, vt per Paris. in dicto consilio 16. columna j. & ideo magis præsumendum est stante dicta expressione, quòd extabant fratres & agnati, quod habuit consideratione ad feuda antiqua, quàm noua: cum ex regulari natura feudorum in feudo nouo agnati non succedant, vt dictum fuit: nec similiter habeat locum ius accrescendi.

Similiter respondetur ad consilium Socin. Iun. 95. dum vult, quòd possit concedi feudum nouum, in quo succedãt agnati vsq; ad certum gradum, & ideo quòd Comes in legitimatione feudi, in cuius impetratione facta fuit mentio de agnatis, cogitauerit, quòd feuda essent noua, & concessa cum tali qualitate, quòd agnati possint succedere vsque ad aliquem gradum: quia dicitur, quòd Comes consideratio- 35 nem habuerit ad ea, † quæ frequẽtius accidunt, iux. cumulata per Barb. in l. cum acutissimi. nu. 55. C. de fideic. & ad ea quæ regulariter accidunt, videlicèt, quòd vbi fit mentio de agnatis in impetratione legitimationis ad feuda, quòd illa sint antiqua, in quibus succedunt agnati, non autem ad regularem naturam feudi noui, ex quo non admittuntur ipsi agnati, sed descendentes.

Nec suffragatur, quòd imò dicitur subreptitia, quia saltẽ expressum non fuit d. Comiti quot agnatos numero habebat d. dom. Baptista, quia respondetur, quòd dicta expresio non fuit necessaria, sed satis fuit narrare Comiti & eum certificare, quot habebat agnatos, vt per Aret. in cons. pen. col. pen. in fi. vbi dicit, quòd legitimati per Principem specialiter ad feuda, ad illa admittuntur, quando est facta mentio de agnatis, qui possunt succedere, vel saltẽ quando apparet Principem fuisse certificatum de talibus agnatis, aliàs secus, & sic Aret. vult, quòd sufficiat facere mentionem de agnatis in genere absque quòd deueniatur ad specificationẽ numeri personarum. idem voluit Calder. in cons. 1. in tit. de feudis, vbi solùm considerat impetrationem esse subreptitiam, eò quia non fuerat facta mentio, quòd extabant descendentes de prima progenie, & nõ dicit, quòd specificari debet numerus descendentiũ, Goza. in cons. 26. Ceph. in cons. 137. Iser. in c. naturales. & ibi Affl. si de feu. fue. contro. inter dom. & agna. vbi tantùm dicunt de agnatis in genere.

Vlteriùs dicitur dictam legitimationem non esse subreptitiam propter taciturnitatem nominum agnatorum: quoniam si etiam fuisset expresio ipsorum, quæ est tantùm trium personarum, videlicèt duorum fratrum, & vnius nepotis, ea non retraxisset d. Comitem à præmissa legitimatione, nec eum magis difficilem reddidisset, cùm passim videamus, quòd tam à Cæsareo culmine, Ducibus & Marchionibus, quàm à Comitibus Palatinis cõceduntur legitimationes non in præiudicium trium, sed multò plurium: quo casu, cùm d. Comes si sciuisset talia nomina, nõ prætermisisset facere dictam legitimationem, certè sequitur, quòd legitimatio ipsa non potest dici subreptitia, iuxta not. per Doct. in c. super literis, de rescr. Goza. in consi. 71. num. 10. & in cons. 85. num. 23.

Item respondetur, quòd saltem negari nõ potest, quin arduum iuris sit dubium, an requiratur nominatio in specie agnatorum, & numerus, quo casu 36 † cùm requiratur altissima indago, non debet impediri missio in possessionẽ, seu quasi requisita per d. do. Fabium, seu differri, sed in iudicio petitorio dicta quęstio reseruari sicut differtur propter dubium facti, quando altiorem requirit indaginem, l. 2. C. de 37 edict. diui Adr. tol. † quoniam quæstio iuris dubia æquiparatur dubio facti, vt probatur ex notatis per Bald. in l. cùm prolatis. de re iud. & in l. cùm propo- 38 nas. C. de reb. cred. vbi dicit, † quòd ius dicitur certum, quando de illo constat ex sola apertura librorum, l. ancillæ. C. de fur. & quòd secus est, vbi sunt rationes & opiniones hinc inde, quo casu secundum 39 eum † super quæstionem iuris, non minus poterit fieri compromissum, quàm super quæstione facti: ita in terminis legitimationis, & in causa possessoria concludit Ruin. in cons. 87. col. fi. vol. 3.

Nõ obstat, quòd legitimatio facta de feudo infeudato ab inferiore recognoscente Cæsarem in dominum directum, non valet sine cõsensu domini inferioris: quia pluribus modis respondetur. Et primò, quòd contra opinionem Sali. & aliorũ multi tenuerunt, vt per Cur. Iun. in cons. j. nu. 30. ver. ad istud. vbi inquit, huiusmodi legitimationẽ valere, cùm per eam non tractetur de priuando dominum inferiorem, cùm legitimati remaneant vasalli ipsorum dominorum inferiorum: sed solùm ab eis remoueatur obstaculũ, quod impediebat eis succedere, quod resultat ex consuetudine feudorum, & sic de iure positiuo, cui sine dubio potuit derogare Comes Palatinus habens authoritatem à Cæsare legitimandi ad feuda, quod probatur per gl. & omnes in c. j. §. naturales, si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. vbi fatentur, quod Imperator potest habilitare naturales & spurios, quibus non habilitatis potuisset feudum reuerti ad dominum inferiorem, quando alij non adessent legitimi successores. Idem Cur. in cons. 157. nu. 24. vbi dicit, quòd velle restringere d. gl. in c. naturales. vt solùm procedat in feudis immediatè subiectis Imperatori, est nimia restrictio, nulla cõcludenti ratione probata, & quòd dictum Sali. potest saluari considerata potestate ordinaria Imperatoris, secũdum quam deberet legibus viuere, & ius alterius nullo modo lædere: non autem considerata potestate absoluta Cæsaris. Alex. in consil. 2. nu. 56. vol. 2. ver. non obstat quod habetur. vbi dicit speciale esse in feudo vt naturales non succedant, ne fiat præiudicium domino feudi, & deinde subdit gloss. ibi velle, quòd d. c. locum non habeat, si expresè non fuerit legitimatus ad feudum, & sic apparet quòd superior voluit præiudicare domino feudi, & Alex. sequitur Ruin. in cons. 105. nu. 5. vol. 3. Alcia. in cons. 171. nu. 4. vbi dicit opinionẽ Sali. periculosam: quia est contra mentem gl. & cæterorum scribentium in d. c. naturales.

Secundò respondetur, quòd dicta opinio, etiam si esset vera, à qua tamen in iudicando non est recedendum, cùm sit communis, limitatur vt locum habeat quando dominus immediatus hoc allegaret: quia facultas de hoc opponendi non competit tertio: quia quæ in fauorem alicuius inducuntur, habẽt tacitam conditionem, si eis placuerit, l. 2. ff. de leg. com. quam ad hoc allegat Raph. in l. si sponsus. §. si quis rogatus, 40 de don. inter vir. & vxo. Probatur ex alio: † nam licèt cõtractus bonæfidei, cui dedit causam dolus, sit nullus ipso iure, l. elegãter. in princ. ff. de dolo. tamen hoc intelligitur, si ille, in cuius fauorem contractus annullatur, velit & declaret velle, glo. & Bart. in d. l. eleganter. Et ideo ex his inquit Ruin. in cons. 85. num. 6.

volu.3. quòd licèt Comes legitimando præiudicare non potuerit clerico, cui ex vulgari tempore legitimationis iam erat delata hæreditas, tamen illud est verum, si clericus impugnet & de nullitate dicat: sed vbi non contradicit vel non declarauit velle, quòd non valeat, interim valet cum effectu, idem Ruin. in
41 cons.93.nu.6.vol.eod. vbi ait, quòd quamuis † legitimatio, in qua non est facta mentio filiorum legitimorum, sit nulla ipso iure, tamen hoc est verũ, si filij declarant velle illam non valere, & non prius, per ea quæ dixit in cit.cons.85.nu.6. Pro ista opinione etiam facit, quod dicitur de alienatione feudi, facta sine consensu domini, quæ & si ipso iure nulla sit, tamen hoc intelligitur domino volente, & non aliter, per l.
42 2.C.de iure emph. Dec.in cons.140.colum.2.vbi dicit, quòd si in feudo dictum fuit, † quòd reuertatur ipso iure ad dominum, intelligitur, si dominus vult, & hoc petijt, allegat Bal. in l. fi.in fin.C.de reuoc.dona. Alex.in cons.173.circa fin.volu.2.vbi ait, non esse ve-
43 rum, † quòd de iure communi per alienationem factam irrequisito domino priuetur emphyteota ipso iure, sed solùm domino volente, l.2. vbi not. Bart.C. de iure emph. & quòd ista exceptio ab alio, quàm à domino opponi non potest, vt per Bartol.in l.2.ff.de excep.in iud. Abb.in cons.67.col.2.volu.2.& Ceph. in cons.133.nu.95.& in terminis nostris ita voluerũt Paris.in con.j.col.pe.in fi.in 2.vol.& Alci.in con.171.nu.5.

Vlterius dicitur, quòd in casu nostro apparet de consensu domini inferioris, respectu dictorum feudorum suorũ in dominio suo, qui sufficere videtur, etiam quod interuenerit ex postfacto: quia nulli du-
44 bium est, † quòd dominus directus feudi, respectu iuris sui & interesse potest consentire, quòd feuda transeant ad alias personas, ad quas de sui natura nõ
45 transirent, c.j.§.hoc autem, qui feu.dar. pos. † etiam si consensus sit adhibitus ex postfacto per viam ratificationis, vt per Curt.Iun.in cons.j.nu.16. vbi dicit, quòd quando in contractu requiritur consensus alicuius, solùm propter præiudicium & interesse suum, tunc sufficit interuenire ex postfacto cõsensum illius, etiam si actus præcedens sit nullus ipso iure, dummodò approbatio eius pendeat à potestate consentientis, vt per Ant.de Butr.in c.consuetudinis, de cõsue. sequitur Paris.in con.j.in fi.vol.2. Vnde ex istis remanẽt sublata omnia argumẽta ex aduerso facta.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXIII.

1 *Testes duo sufficiunt in contractibus.*
2 *Testes in dubio præsumuntur contestes.*
3 *Testes dicuntur omni exceptione maiores, quando contra eos nulla culpa obijci potest.*
4 *Testis vnus facit semiplenam probationem.*
5 *Testes duo faciunt plenam probationem.*
6 *Testibus nobilibus magis creditur, quàm pluribus alijs non nobilibus.*
7 *Testibus nobilibus maior fides adhibenda est.*
8 *Testibus diuitibus maior fides adhibenda est, quàm pauperibus.*
9 *Testes examinati, ad æternam rei memoriam lite contestata probant.*
10 *Quod amplia procedere etiam in actore, quando subest alia iusta & vrgens causa: quia testes senes valetudinarij, vel de proximo recessuri, ita quòd verisimiliter de eorum morte vel absentia dubitari possit, antequam examinentur.*
11 *Testes examinati ad æternam rei memoriam probãt, si citati fuerint ad domum.*
12 *Testes examinati ad æternam rei memoriam, possunt examinari per iudicem incompetentem.*
13 *Testes quando examinantur ad æternam rei memoriam, non requiritur duplex iuramentum, sed simplex.*
14 *Testes quando examinantur ad æternã rei memoriã, nõ requiritur interlocutoria iudicis, per quam pronuntietur testes esse valetudinarios, vel abfuturos, sed contra secundum communem. nu. 20.*
15 *Testes regulariter ad instantiam actoris ad æternam rei memoriam examinari non possunt ante litem contestatam.*
16 *Quod secus est in reo.*
17 *Cautela est, quòd quando actor vult examinari facere testes ad æternam rei memoriam, quòd reus offerat se paratum litigare.*
18 *Testes examinandi ad instantiam rei, & ad æternam rei memoriam, examinari debent per iudicem causæ, coram quo causa agitari debet, et non per alium, aliàs examinatio ipsa non valet.*
19 *Iudex à quo est appellatum, si est ordinarius, pendente causa appellationis coram iudice ad quem, poterit testes senes, vel valetudinarios, aut abfuturos recipere, nec dicetur aliquid innouare lite pendente.*
20 *Testes, vt possint examinari ad instantiam actoris ad æternam rei memoriam, requiritur, quòd summariè constet iudici, antequàm procedat ad examinationem, quod testes sint senes & valetudinarij.*
21 *Discussio bonorum requirit interlocutoriam iudicis, quòd legitimè facta fuerit.*
22 *Testes quando examinantur, nedum ad æternam rei memoriam, sed etiam ad publicationem, requiritur citatio personalis.*

CONSILIVM XXIII.

EX testibus examinatis ad instantiam illustr. Comitis Marci Antonij della Volta, prima facie dicendum videretur, dominum Michaelem de S.Petro condemnandum esse, & condemnari debere in petitis parte d. illustriss. Comitis: quoniam duo sunt testes, qui de mutuo deponunt, de præfixione termini solutionis fa-
1 ciendæ, & de eius lapsu, † quo casu cùm lex contẽtetur numero duorum testium in contractibus, l.vbi numerus.ff.de testib.c.in nomine Domini, extra eo.
2 & præsertim quando sunt contestes, † vt in dubio præsumuntur: vt per Inno. in c.qualiter, & quando, de accusa. Alex.in cons.156.nu.13.vol.5.115.nu.j. vol.7. & in cons.185.nu.2.vol.eo. Craue.pulchrè in cons.78.
3 nu.9.& in con.151.nu.15. Ideo videtur, quòd † dicti testes tanquam omni exceptione maiores, & contra quos nulla macula impingi potest, gl. in §.Item verborum, insti.de inut.stipul. Alexan.in consil.18.nu.9. volu.j. faciunt plenam probationem, c.quotiens, de
4 testib. nam † si vnus facit semiplenam probationem,
* vt* communiter per Doct. in l.admonendi. ff. de iureiur. gl.in l.bonæfidei. C.de testib. Soc.in con.37.nu. 8.vol.3. Mars.in cons.6.nu.7.74.nu.3.84.num.7.& 101. nu.34. Bertr.in cons.297.nu.5.vol.3.& in cons.175.nu.
5 6.vol.4. ergo † duo facere debent plenam probationẽ, teste Alex.in cons.114.nu.6.vol.4.Doct. in d.l.ad-
6 monendi. Et eò maximè hoc dicendum venit, † cùm ipsi sint nobiles, propter quam nobilitatem eis magis creditur quàm alijs, vt per Bal.in l.testium.in fin. C.de test. Craue.con.60.nu.28. Hostien.& alij in c.no-
7 stra, de testib. vbi dicunt, † quòd testibus nobilibus plus creditur, quàm pluribus non nobilibus. Mars. in fin.30.& in cons.65.nu.43. Rui.in consi.158.nu.26. vol.5. Roma.in l. si verò.§.de viro.nu. 295. vbi latè.ff.
8 solut.matr. Tum, † quia diuites, quibus etiam ratione diuitiarũ magis creditur quàm pauperibus, qui de facili corrumpuntur. Spec.in tit. de accusa. col. 8. vers. item excipitur quòd est pauper. Craue. in alleg. cons.6.nu.29. Crot.in l.si constante. nu.21. vbi etiam limitat.ff.solut.matrim.

Nec obstare videntur aliqua, quæ ex aduerso contra eos obijciũtur, & primò, quòd sint examinati lite non contestata, quo casu non probant, glo. in auth.

sed si quis. C. de testib. Alex. in consi. 108. num. 7. vol. 2. & in consi. 71. in princ. vol. 4. Fulgo. in cons. 163. col. 9 4. circa medium: quia respondetur, † quòd prædicta regula limitatur locum non habere, quando testes examinantur ad æternam rei memoriam, vt in cap. quoniam frequenter, vt lite non contesta. Abb. & alij in c. Albericus, & in c. significauit, de testib. Bart. in l. in lege Aquilia. §. si deletum. ff. ad l. Aquil. Nec suffragatur quòd hoc permittatur reo, & non actori, vt per Dec. in cons. 302. col. 3. Fulgo. in consil. 138. colum. 2. in prin. quia dicitur, quòd & si hoc à iure admitta- 10 tur, † tamen id declaratur locum non habere quando subest aliqua iusta vrgens causa, vt quia testes sint senes valetudinarij, vel de proximo recessuri: ita quòd verisimiliter potest dubitari de eorum morte, vel absentia, antequam veniant examinandi, vt per Bart. in d. l. si deletum. Doct. in d. c. quoniam frequenter. Corn. in cons. 172. in princ. vol. 2. facit text. in cap. cum delicta. de confir. vtil. vel inutil. vbi dicit text. nos igitur attendêtes, quòd iure ciuili sit statutum, vt quando periculum testium formidatur ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valetudinarij, & alij, de quib. ex rationabili causa timetur, ad testimonium admittantur.

Similiter non obstat, quòd testes prædicti tanquã recepti parte nõ citata, non probant, l. si quando. C. de testib. Ale. in consi. 180. num. 7. vol. 2. Rui. in con. 10. 11 nu. 5. vol. 5 quia respondetur, † quòd pars fuit citata ad domum, quo casu quando fit receptio testium ad æternam rei memoriam, tunc sufficit citatio ad domum, d. c. quoniam frequenter. Alex. in con. 203. col. fi. vol. 2. Fel. in c. significauit. in vlt. notab. de testi.

Pariter non obstat, quòd dicta receptio facta fuerit per iudicem incompetentẽ, quæ non valet, Bar. & alij in d. §. si deletum. Doct. in d. c. quoniam frequen- 12 ter. Crau. in cons. 2. nu. 7. quia respondetur, † quòd etiam iudex incompetens ad instantiã actoris, quando periculum est in mora, potest examinare testes ad æternam rei memoriam, teste Soci. in cons. 244. col. 2. ver. 2. respondetur. Pet. Girar. in not. ab. 69. Bertr. in consi. 103. num. 3. vol. 2.

Minimè etiam facit, quòd testibus non fuit delatum duplex iuramentum, videlicet absentię & veritatis, vt per do. de Rota. in decis. 212. quoniã respondetur secundum Soc. in consi. 244. nu. 6. post genitorem suum in d. ca. quoniam frequenter. quòd do. de Rota in d. decisio. nihil adducunt, sed simpliciter dicunt, quòd de more Romanæ curiæ est, quòd abfu- 13 turi præstant duplex iuramentum, † & sic videtur, quòd de iure non requiratur, sed ex stylo Romanæ curiæ, quo casu cùm examinatio facta fuerit extra curiam Romanam, in quo non viget prædictus stylus, non requiritur dictum duplex iuramentum.

14 Vltimò non obstat, quòd nõ interuenit interlocutoria, testes esse examinandos ad æternã rei memoriam, vt voluit Bar. post gl. in d. § si deletum. quia respondet Soc in cons. 294. col. 5. vers. nõ obstat. quòd satis iudex dicitur hoc declarare committendo examen, & Soci. sequitur Craue. in cons. 319. col. 4.

Sed præmissis non obstantibus, quę verè non obstant, contrariã sentẽtiam in terminis de quibus agitur, tenendam esse arbitror, ad quod dicendũ me mouent infra scripta. Et primò, quòd indubitata iu- 15 ris est conclusio, † quòd testes regulariter ad æternã rei memoriã recipi non possunt lite nõ cõtestata ad instantiam actoris, d. c. quoniam frequenter. Corn. in cons. 186. col. j. vol. j. & 172. in princ. vol. 2. Pract. Papien. in forma capitulorũ, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, quia cùm sit in eius facultate agere, & non cõpetit facultas examinandi testes ad æternam rei memoriam, Bar. in d. §. si deletum. & in auth. sed & si quis. col. j. C. de testib. Dec. in con. 302. col. 3. Ang. in §. fi. in authen. de test. Fulg. in con. 138. col. 2. in prin. Alex. in con. 131. in fi. vol. 7. Cor. in con. 119. litera V, vol. 2. & in con. 172. in prin. vol. eo. 16 & in con. 186. col. j. vol. j. † Quod secus est quando examinantur pro parte rei: quia huiusmodi examinatio & publicatio valet, vt in c. Albericus. & in c. significa- * uit, de testib. & in d. §. si deletum. vbi per Doc. * communiter. Et ideo in hoc casu nõ requiritur, quòd testes forẽt senes, valetudinarij, vel de proximo recessuri: quia non est in potestate rei sicut actoris, quando res deducatur in iudicium, vt per Corn. in d. con. * 119. litera V, vbi attestatur * l. communi in cons. 172. col. 1. & in prę allegato con. 186. col. 1. Alex. in citato 131. in fin. Fulgo. in d. con. 138. col. 2. & Dec. vbi suprà. Feli. 17 in c. significauit, & ideò Ang. in §. fi. auth. de test. † instruit reum in vers. & ideò sit cautus, quòd offerat se paratum litigare. sequitur Dec. vbi suprà. Aflict. in constit. Regni in rubr. de test. producendis ante lit. contest. Sapia in l. de ætate. num. 14. post Bart. ibi. ff. de * mino. vbi citat hanc esse * communem opinionem. Socin. Iun. in con. 86. col. 3. in princ. vol. 2. sed in casu, de quo agitur, fuit in facultate actoris mouere actionem suam, ergo, &c.

18 Secunda est conclusio, † quòd testes examinandi ad æternam rei memoriam ad instantiam rei debẽt examinari per iudicem causæ, coram quo causa agitari debet, & non per alium: aliàs non valet examinatio, Bar. in l. cum hi. §. transactiones. ff. de transactio. Inno. Host. & Abb. in d. c. quoniam frequenter. Ale. in consi. 103. col. j. volu. 5. Bertr. in cons. 162. in fin. Marsi. sing. 211. Petr. Girar. in not. 69. & eo magis hoc dicendum venit quando testes reperiuntur in loco, in quo iudicium agitari debet, vt per Soc. in con. 244. num. 7. circa fin. vers. 4. vbi inquit, quòd illa conclusio, quæ habet, quòd quando testes examinãtur propter rationem mortis vel absentationem, recipi debent per iudicem, quo causa examinanda est, si in loco reperiuntur testes recipiendi, secus si essent alibi, quàm vbi iudicium exerceri debet, & est imminens periculum mortis vel absentiæ, nec interim potest haberi recursus ad iudicem causæ sine periculo: quia tũc recipi possunt per illum iudicem ne pereat probatio, arg. l. tutor qui repertorium. ff. de administra. tuto. subdens ita tenuisse genitorem suum in d. cap. quoniam frequenter. Capi decis. 18. num. 5. Aflict. in constitu. Regni, in constit. probationum, in versic. 3. 19 quæro, vbi inquit, ista in tantum procedere, † quòd iudex à quo est appellatum, si est ordinarius pendente causa appellationis coram iudice ad quem, poterit testes senes vel valetudinarios & abfuturos recipere, nec dicetur innouare lite pendente, nec videtur pars per hoc appellationi renuntiare, si ipse iudex ad quem non potest ipsos examinare: quia timetur de eorum morte aut longa absentia. Maria. Abba. & Felin. in d. c. quoniam. col. 5. ver. & cum intelligas. Marsi. in sing. 2, 8.

20 Tertia est conclusio, quòd † ad hoc vt iudex possit examinare testes ad æternam rei memoriam ad instantiam actoris, requiritur quòd testes sint valetudinarij, senes vel debiles, & quòd de hoc constet iudici, qui debet se super hoc summariè informare antequam procedat ad examinationẽ ipsorum testium. Spec. in tit. de offic. om. iud. §. postremò, vers. item si Guid. Pap. in con. 75. in 4. dub. Corn. in con. 186. col. j. vol. j. & in con. 172. col. j. vol. 2. Prac. Pap. in for. capitulorum, quando testes producti ad æternam rei memoriam, in verbo timeatq;. vbi inquit, non esse standum assertioni dicẽtis, testes esse valetudinarios vel abfuturos, credit tamen, quòd sufficiat de absentia futura probari per testem, qui se dicat velle absentare, vel per relationem medici, quia dicat illum fore infirmum, arg. l. semel. C. de re milit. quia in talibus procedendum est summariè. Maran. in tract. de ord. iudic. in 4. par. in 9. distinct. nu. 7.

Quarta est conclusio, quòd requiritur interlocutoria iudicis per quam pronuntiet testes valetudinarios, senes, vel debiles, & ideò recipiẽdos lite non contestata, glo. & Bart. in d. §. si deletum. Bal. & Felin. in c. si qui. col. 2. in fi. de testib. Guid. Pap. in cons. 75. in 21 4. dub. vbi inquit, † nos idẽ videre in discussione bonorum, in qua iudex debet interloqui illam fuisse legitimè factam, antequam ad alia procedi debeat, vt tradit Bart. in l. exitus. C. de acqui. pos. Et similiter in actione hypothecaria, vbi iudex prius cognoscere debet discussionem bonorum debitoris antequam ipse procedat ad declarationem hypothecariæ actionis contra tertios possessores intentandæ, vt per Doct. in auth. hoc si debitor. C. de pign. Idem etiam tenuit Sapia in d. l. de ætate, nu. 16. ff. de mino. Add. in

constit.

constit. Affl. probationũ, in litera a. Quibus sic stantibus restat vt respondeamus ad allegata in contrarium, quoniam ad primum respondetur, iuridicam fore sententiam, quæ habet, quòd lex contentatur in contractibus numero duorum testium, præsertim, quando sunt cõtestes, nobiles & diuites, sed dicitur, quòd examinari non potuerunt lite non contestata, & eò maximè, quãdo nulla subsistit iusta & legitima causa, vt in parte suprà dictum fuit, & latius infrà declarabitur.

Non obstat quoque quòd ad æternam rei memoriam potuerunt examinari ad instantiam ipsius domini actoris, maximè subsistente aliqua iusta & vrgenti causa, de qua suprà. quia respondetur, quòd id posset procedere, quando ante dictam examinationem iudici constitisset summariè de dicta causa, videlicet quòd fuissent senes, valetudinarij, vel de proximo recessuri: ita quòd verisimiliter potuisset dubitari de eorum morte, vel absentia, vt per Corn. in d. cons. 172. in prin. vol. 2. & alios suprà citatos in 3. conclu. & quòd interloquẽdo pronuntiasset testes ipsos vti debiles vel abfuturos, esse recipiendos, vt suprà in 4. concluſ.

Similiter non obstat, quòd testes prędicti fuerunt examinati parte citata ad domum, quod sufficere videtur: quia respondetur pluribus modis. Et primò, quòd dicta sententia iuri consona est, sed non satisfacit in terminis nostris: quia desinunt alia, de quibus suprà. Et ideo licèt interuenerit ipsa citatio, tamẽ per hoc nulla fides adhibenda venit dictis testibus.

22 Secundò respondetur, † quòd cùm dicta receptio facta sit non tantùm ad æternam rei memoriam, sed etiam ad publicationem testium, non sufficit citatio ad domum, sed requiritur personalis, ꝙ pen. in auth. de test. Alex. in cons. 203. col. fi. vol 2. Et ratio diuersitatis est, secundum Bal. & Sal. in d. auth. sed si quis. C. de testibus, quia quãdo testis deponit tãtùm ad rei memoriam, & non ad publicationem, nihil deponit de iure partis: quia dicta testium non panduntur, sed in secreto, & sigilla retinentur, donec iis ordinariè moueatur. Vnde saluæ sunt aduersæ parti exceptiones suæ & contra personas & dicta testium, sed quando recipiuntur ad publicationem, reperit ius excipiẽdi contra personas, & solùm ius reprobandi dicta remanet saluum, l. si quis. C. de testib. Feli in c. significauit. in vlt. nota. de testib. vbi ait, quòd id, quod communiter dicitur, quòd si receptio testium est suspensiua, vt quando receptis testibus sigillantur propter causam futuram, iuxta d. c. quoniam frequenter. nõ requiritur citatio personalis, sed cõmunis ad domum, sed si recipiuntur vt publicentur, tunc requiritur vera contumacia, præcedente citatione, de qua in ca. extuæ. de cler. non resid. & in c. fin. de eo qui mittitur in possess. ratione præiudicij, quia talis receptio fundat probationem præcisè.

Similiter non obstat, quòd receptio facta per iudicem incompetentem, valet, quando periculum est in mora: quia respondetur, quòd obiectum cessat in casu nostro, vbi non cõstat de dicto periculo, vt constat ex his quæ suprà dicta fuerunt.

Vltimò non obstat, quòd interloquutoria aliqua non requiratur, secundum Soci. & Craue. ibi suprà, quia in contrarium est communis opinio, vt constat ex his quæ scripta fuerunt in quarta cõclusione. Vnde ex his clara videtur resultare conclusio, quòd ex quo in casu de quo agitur per summariam cognitionem, non constat dictos testes esse valetudinarios, senes, vel omninò abfuturos, & non interuenerunt alia necessaria requisita, de quibus suprà, quòd examinatio ipsa ruit vitio nullitatis: quia, quando aliquid de faciendis circa substantialia iudicij omittitur, actus in totum redditur nullus, vt per Doct. in l. prolatam. C. de senten.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXIIII.

1 *Veritas disputando melius inuenitur.*

2 *Dubium grande vbi emergit, non debemus passim respondere, sed penderare & disputare articulũ, quod bene debent notare consulentes.*

3 *Statutum excludens dotatam ab auo, patre, vel patruo, intelligitur exclusa ab hæreditate dotantis, & non aliorum, sed contrà secundum communem, vt in num. 13.*

4 *Statutum excludens sororem ab hæreditate contemplatione fratris, intelligi debet ab hæreditate dotantis, & non alterius.*

5 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*

6 *Dispositio seu exclusio debet restringi ad suam causam.*

7 *Statutum exclusiuum fœminarum, quia contra ius commune locum non habet, nisi in personis in eo specificatis.*

8 *Priuatio iuris locum non habet, nisi expressè à lege dicatur.*

9 *Statuta quæ stricti iuris sunt, strictè intelligi debent.*

10 *Absurditates euitandæ sunt in qualibet dispositione, etiam statutaria.*

11 *Statutum generaliter excludens mulierem dotatam ab hæreditate ascendentis, intelligitur ab hæreditate patris & matris.*

12 *Ascendentis appellatione venit pater & mater.*

13 *Statutum excludẽs dotatam à successione aui, patris vel patrui, respectu fauorem agnationis.*

14 *Statutum loquens in personam siue in rem, secundum commune extenditur ad forensem, quò ad bona sita in territorio statuentium, sed contra etiam secundum communem, vt in num. 29.*

15 *Leges & statuta loci vbi bona sita sunt, seruanda sunt in successionibus.*

16 *Ciuitas legem dare potest rebus suis et subditorũ suorum, ac extraneos in suo territorio terrere.*

17 *Statutum disponens, quòd filius fam. possit testari, non extenditur ad forensem.*

18 *Statutum non potest legitimare personam sibi non subditam, nec circa ipsam personam aliquid disponere.*

19 *Statutum disponens, quòd vir testari non possit, instituendo vxorem, non comprehendit forensem.*

20 *Statutum Senense, habilitans damnatos ad testandum, non comprehendit forensem testantem Senis.*

21 *Statuto si caueatur, quòd mulier habẽs liberos, nõ possit disponere, nisi de quarta parte, tale statutũ non includit testamento forensem: quia poterit testari de omnibus bonis suis salua legitima liberis.*

22 *Statutum habilitans vel inhabilitans personam alicuius, non videtur forensem habilitare vel inhabilitare, etiam quò ad bona sita in territorio statuentis: quia bona veniunt accessoriè ad personas.*

23 *Iudex, sub cuius iurisdictione bona sunt sita, potest dare curatorem sibi non subdito.*

24 *Curator datur rebus principaliter & non personæ.*

25 *Datio tutoris facta per iudicẽ, cui subiectus est pupillus, valet, siue bona sint supposita iurisdictioni ipsius, siue non.*

26 *Tutor datur personæ principaliter.*

27 *Statutum disponens, quòd extantibus agnatis cognati non possint succedere, non habebit locum in forense.*

28 *Statutum si dicat, quòd marito præmoriẽte, dimidia pars lucri per maritum acquisiti durante matrimonio, applicetur vxori superstiti, tale statutũ locum non habet in forense.*

29 *Statutum disponens, quòd maritus præmoriẽte vxore sine filijs, lucretur dotem in præiudicium filiorum*

primi matrimonij, locum non habet extantibus filijs primi matrimonij, qui sint alienæ iurisdictionis.

CONSILIVM XXIIII.

QVia † veritas disputando melius inuenitur, l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & hono. Iaſ. in l. cùm quidam, in 6. no. tab. ff. de lib. & poſthum. Præpoſ. in c. j. col. j. de eo qui ſibi & hæred. maſ. vbi inquit, † quòd vbi emergit grande dubium, non debemus paſsim reſpondere, ſed ponderare & diſputare articulum, quod bene debêt notare conſulentes. Ideo inhærentes veſtigijs maiorum noſtrorum in præſenti conſultatione, quæ continet duo capita, quorum primum eſt, † An ſtatutum diſponens, quòd dotata à patre, auo, vel patruo, excludatur à ſucceſsione ipſorum, intelligatur eſſe excluſa à ſucceſsione omnium prædictorum, vel ab hæreditate tantùm dotantis.

Secundum verò, an dictum ſtatutum loquens in perſonam, extendatur ad forenſem reſpectu bonorum ſitorum in territorio ſtatuentium: arguam ad vtranq; partem, vt moris mei eſt. Et deſcendendo ad primum, prima facie dicendum videretur, quòd dotata à patre, intelligatur tantùm excluſa ab hæreditate dotantis, Bal. per gl. ibi in l. j. verſ. modò accedit, C. de legit. hæred. vbi inquit, † quòd ſi ſtatutum excludit ſororem dotatam contemplatione fratris, intelligitur ab hæreditate dotantis, & non alterius, & Bal. ibi ſequitur Caſtren. dicens, quòd ſi pater dotauit filiam vigore ſtatuti, non excluditur niſi ab hæreditate patris & non matris, idem Bal. in l. neq; mater, ver. pone ſtatuto. C. de iur. dot. quem ſequitur Alexan. in conſ. 19. col. 2. ver. vel poteſt, vol. j. & in conſ. 151. col. j. ver. facit. vol. 2. Pau. de Caſtro melius in con. 341. col. j. ſecũdum antiquam impreſsionem, † quoniam limitata cauſa limitatum producere debet effectum, l. in agris. ff. de acqui. rer. dom. † Et diſpoſitio ſeu excluſio debet reſtringi ad ſuam cauſam, l. cancellauerat. ff. de his qui in teſta. delen. ſed cauſa excluſionis eſt dos ſeu dotatio, l. qui volebat. ff. de hæred. inſti. ergo debet reſtringi ad hæreditatem dotantis. Pro qua opinione facit, † nam huiuſmodi ſtatutum excluſiuum fœminarum eſt contra ius commune, & ideo non debet habere locum niſi in perſonis ſpecificatis: ita Bal. in l. ſed & miles. ff. de excuſa. tuto. Item & quia † priuatio iuris competentis non habet locũ, niſi expreſsè à lege dicatur, Bal. in auth. ex teſtamẽto, col pen. C. de ſecund. nup. † Et quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, ideo ſtrictè interpretanda, Bar. in l. conſtitutionibus. ff. ad municipia. Bologn. in conſ. 36. col. pen. & ſi. Dec. in conſ. 346. col. j. in ſi. 379. col. 2. ver. & vlterius. Soc. in conſ. 30. num. 30. vol. j. Pariſ. in conſil. 110. num. 31. volu. 3 Alexan. in l. j. §. veteres. colum. 8. verſi. confirmatur. ff. de acquir. poſſ. vbi dicit dictum Bal. in d. l. j. notabiliſsimum & ſignandam hanc deciſionem: quia vtilis, Iaſ. in l. quoniam nouella. colum. fi. C. de inoff. teſta. Corn. in conſi. 246. litera d, vol. 2. vbi tradit, dictam Theoricam Bal. quotidie obſeruari in practica, & in deciſiuis haberi pro indubitata, atque ideo ſequendam, quia mutanda non ſunt, quæ certam interpretationem habuerunt, l. quod verò. ff. de ll. Et hanc partem vti * communem ſequũtur. Corn. in conſi. 48. colum. 2. in fin. volum. 2. conſi. 127. litera t, conſil. 42. litera h, vol. 3. & 323. colum. 3. in fin. volum. eod. Curt. Iun. in conſi. 65. in princ. Et in propr̃js terminis, quando ſtatutum loquitur de dotata ab auo, patre vel matre, & ſic alternatiuè de diuerſis perſonis & ſucceſsionibus diuerſarum perſonarũ, à quarum ſucceſsionibus fœminę dotatę maſculis ſuperſtitibus excluduntur, conſuluit Anch. in conſil. 80. vbi inquit, quòd dicta verba ſtatuti debent intelligi diuiſim, & non coniunctim: quia in qualibet perſona vna oratio intelligitur concepta, l. falſa. §. fin. ff. de cond. & demon. & quòd ſenſus ſtatuti eſt, quòd maſculis exiſtentibus, filia dotata à patre non ſuccedat patri, & ſic de ſingulis. Item quia abſurdum valde eſſet, quòd fœmina dotata à patre tantum propter vnam dotem repellatur ab hæreditate matris, aui, & omnium aſcendẽtium, † hæ autem abſurditates debent euitari in omni diſpoſitione, etiam in ſtatutis, l. ſi. ff. ad exhib. vbi Bart. Capra in conſil. 39. colum. 3. & hanc interpretationem etiam ſequitur Dec. in conſilio 346. colum. penul. quia per ipſam reducimur ad terminos iuris communis ſecũdum Bal. in d. l. j. arg. c. cum dilectus, de conſue. idem Dec. in conſ. 625. col. j. Iaſ. in l. vt literis. colum. 2. ver. limita primam concluſionem. C. de colla. vbi inquit, quòd iſta opinio eſt ſecundum illum tex. vbi ſpecificantur perſonæ, & tamen dicit de cuius hæreditate agitur. Pariſ. in conſil. 47. col. j. vol. 3. & in conſ. 49. colum. 3. in fi. vol. eo. Rub. Alex. in conſ. 71. nu. 5. Soc. conſ. 30. nu. 30. vol. j. Bologn. in conſi. 38. num. 4.

Sed prẽmiſsis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, ſcilicet quòd filia dotata à patruo excludatur ab hæreditate matris, vigore dicti ſtatuti, quoniam indubitata eſt iuris concluſio, & communi calculo firmata, quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd mulier dotata à patre, auo, vel proauo excludatur à ſucceſsione prædictorum, ſufficit quòd fuerit dotata ab auo, vt excludatur à ſucceſsione patris vel proaui: ita Anchar. ſibi contrarius in 168. in j. dub. Pau. de Caſtro in conſ. 341. ſecundum antiquam impreſsionem: quia nõ refert à quo ſit dotata, quantum ad hoc vt excludatur à ſucceſsione omnium perſonarum nominatarũ in ſtatuto, l. item veniunt. §. à quo. ff. de petit. hæredit. Et ideo ibi concludit, † quòd ſi ſtatutum generaliter excludit mulierem dotatam ab hæreditate aſcendentis, † cuius nomine comprehenditur, non ſolùm pater, ſed & mater, l. quicunque. §. parentes. ff. de in ius vocan. perinde eſt, ac ſi dixiſſet ab hæreditate patris & matris: quia tantum valet genus, quantum ſpecificatio ſpecierum, l. ſi duo. ff. de admi. tut. ſed ſi diceret ab hæreditate patris & matris, clarum eſſet, quòd dictum Bald. in d. l. j. non haberet locum, imo dotatio facta ab vno prædictorum excluderet eam à ſucceſsione vtriuſque, & ideo non ſine miniſterio locutus eſt Bal. in d. l. j. dum dicit, quòd ſtatutum, quòd frater excludat ſororem dotatam, intelligitur ab hæreditate dotantis, & non alterius, ſi ſtatutum vltra non diceret, ſentiens ſecus ſi vltra procederet, rurſus in conſil. 348. colum. fi. ver. non ergo curat. Roma. in conſil. 485. vbi inquit, quòd quando ſtatutum ſic loquitur, non refert à quo ſit dotata: quia † ſtatutum non conſiderat ad excluſionem mulieris dotatam perſonarum, ſed fauorem agnationis, quam conſeruare vult ex prouenientе ad eam ſucceſsionem, iux. Cy. in l. publico. C. de adulte. Alexand. in conſi. 29. col. penult. ver. nec obſtat, quòd talis conſtitutio. volum. j. Bald. in quodam conſ. ſuo incip. de iure communi nulli eſt dubium, vt refert Corn. in conſil. 123. litera c, volum. 3. & qui ſequitur. Anch. vbi ſuprà in conſil. 143. litera m, vol. j. conſ. 127. col. 2. volum. eod. & in conſi. 123. colum. 2. vol. 2. & in conſil. 42. litera i, volum. 3. vbi inquit, quòd ita pluries cõſuluit, & inter alia in cauſa ſtatuti terrę Gualdi, vbi ipſe cum domino Baldo Sercolle excellentiſsimo Doctore conſuluerunt, & in conſil. 323. colum. 3. in princip. volum. eod. Dec. ſibi repugnans in conſ. 379. num. 74. 84. colum. j. 634. col. fi. & in l. vt liberis. nu. 8. C. de colla. Iaſ. in l. quoniam nouella. col. fin. ver. limita ſecundum Pau. de Caſtr. C. de inoff. teſta. Soci. in conſ. 84. col. 3. ver. quintò moueor, vol. j. Riminal. in conſ. 253. num. 28. Grat. in conſ. 43. in fi. vol. j. Niconi. in allegat. 6. num. 31. Alba in conſi. 98. nu. 4. & hanc eſſe verã & communem concluſionem firmat Curt. Iun. in conſil. 10. colu. 3. verſ. circa ſecundam, qui mouetur ratione Romani, de qua ſuprà. Lau. de Palat. in tract. ſuper ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis filia dotata non ſucced. in 2. par. nu. 52. verſ. ſi verò ſtatutum. rurſus Curt. Iun. in conſ. 65. colum. j. verſ. ſecunda eſt communis concluſio, vbi etiam citat hanc eſſe doct. receptam ſententiam. Soci. Iun. in conſ. 62. nu. 23. ver. remanet. vol. 3. vbi improbat Dec. in citat. conſi. 346. vbi dicit, contra eum fuiſſe iudicatum, & quòd hæc ſententia tanquam * magis communis, tam in iudicando quàm in conſulendo amplectenda eſt. Natta in trac. excluſ. fœm. nu. 34. Bru. in d. trac. excluſ. fœm. in 7. artic. quæſt. 16. & in 6. artic. princip. in 4. memb. quæſt. 10. col. 2. in prin. Camp. in tract. de ſtat. loquentibus de dote. q. 35.

Circa

Circa secũdum dubium, quod maiorem videtur habere difficultatem, dicẽdum videtur primo aspe-
14 ctu, quòd siue † statutum loquatur in personam siue in rem, extendatur etiam ad forensem quò ad bona sita in territorio statuentium: ita tenuerunt Iac. de Raue. Dy. Iac. de Are. Cy. Gul. de Cun. Ray. Iac. Butr. Alber. in l. cunctos populos. C. de summ. Trin. & fide catho. & Bal. in repeti. d. l. col. 32. ver. secundò quæritur. & col. præcedenti. vbi truffatur de distinctione Bart. qui voluit, quòd si statutum loquatur in personam, non extendatur ad forensem, si verò in rem, quòd eum cõprehendat. Natta in tract. exclus. fœm. in 4. q. principali in 10. q Craue. in cons. 271. colum. 3. vers. tertiò dico. Soci. Iun. in cons. 25. in j. dubio. vol. 3. Riminal. in cons. 246. num. 22. Soci. in cons. 292. col. 2. & hanc partem vti * communem sequuti sunt Goza. in con. 49. col. 2. in fin. & in 4. in fin. Brun. in tract. exclus. fœm. in 6. art. principa. in j. memb. & in j. q. Cur. Iun. in cons. 5. col. penul. ver. ad septimam respondetur. Paris. in con. 84. num. 43. vol. j. & magis communem Anch. in c. canonum statuta, in ver. quæro iuxta prædicta, de quæstione tali, de constit. vbi etiam refert Bal. ita consuluisse in cons. incip. in nomine domini, punctus talis, & Anch. sequitur Alexan. in con. 16. col. 2. vol. j. & in cons. 19. col. 2. in fi. vol. 6. vbi dicit, quòd quocunque modo loquatur statutum siue in rem, siue in personam, magis communis opinio esse videtur, quòd quò ad bona sita in territorio statuentium seruari debeat statutũ loci. Natta collega meus in cons. 148. colum. 2. & Alba in cons. 50. num. 5. Ratio
15 etenim est secundum patres prędictos: † quia in successionibus seruãdæ sunt leges & statuta loci vbi bona sunt sita, quia ex quo per successionem tractatur de dominio & iure ipsarum rerum, l. cum hæredes. ff. de acquir. pos. videtur, quòd statutum loci vbi bona sita sunt, attendi debet, vt per Bart. in d. l. cunctos
16 populos in 4. & 6. q. Item & quia † ciuitas potest facere legem rebus suis & subditorum suorum, toto tit. C. quæ res expor. non pos. & forenses ac extraneos in suo territorio terrere, l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signifi.

Quibus tamen non obstantibus contrarium est de iure verius, vt in terminis voluerunt Bart. in d. l. cunctos populos. col. 6. vers. sed circa hoc dubitatur, vbi concludit, statutum loquens in persona non habere locum in forensi, & ideo inquit ibi Bart. quòd si
17 statutum disponit, quòd † filius fam. possit testari,
18 quòd forensis non poterit testari, quia † statutum non potest legitimare personam sibi non subditam, nec circa ipsam personam aliquid disponere, l. j. in fi. vbi etiam Bart. ff. de tuto. & curat dat. ab his. Et similiter si statutum disponeret impediendo personam,
19 vt quia statuat, † quòd vir testari non possit instituendo vxorem, certè forensis si stabitur in loco vbi viget huiusmodi statutum, non impeditur instituere vxorem, & Bar. ibi sequitur Signo. de Homod. nu. 17. & 26. Aret. colum. 11. ver. quærit. Ias. in j. lectur. col. 9. vers. nota. vbi dicit hanc differentiam Bart. perpetuò notandam & cordi tenendam: quia ab hac doctrina non vidit aliquem discrepare. Alexand. ibi in addit. col. 8. vers. sed posset dubitari, vbi citat ita etiam ibi tenere Flor. Alcia. num. 26. & Cacialup. num. 89. 142. & 169. vbi ait, quod ex hac doctrina Bart. in-
20 fert ibi do. Thom. doct. quòd † statutum Senense habilitans damnatos ad testandum, non comprehen-
21 dit forensem testantem Senis. Item † quòd statutum disponens, quòd mulier habens liberos, non possit disponere in præiudicium filiorũ nisi de quarta parte, non includit testatorem forensem: quia poterit testari de omnibus bonis salua legitima liberis, quæ eis auferri nõ potest, etiam si testatus fuerit ad pias causas, l. j. C. de sacrosan. eccle. Item, quòd si statutum disponit, quòd minor viginti annis non possit testari, non includit forensem, secundum Bald. ibi in repetitio. col. 14. & ista fuit originalis sententia Petr. ibi vt citat Cyn. in d. l. sed clarius hoc dixit Alexand. in cons. 44. num. 8. vol. 5. vbi tradit, quòd stante statuto impeditiuo personæ, quòd vir non possit vxorem instituere, si forensis testabitur in loco dicti statuti, non impeditur instituere vxorem. Nec obstat secundum eum si dicatur, hoc esse verum quò ad bona extra territorium statuentium sita, secus quo ad bona posita in territorio statuentium: quia tale statutum debet posse ligare forensem, arg. l. rescripto. §. n. & l. fin. præterea. ff. de mune. & hono. quia respon-
22 det, † quòd statutum habilitans vel inhabilitans personam alicuius, non videtur forensem habilitare vel inhabilitare etiam super bonis sitis in territorio statuentis: quia bona veniunt accessoriè ad personas vbicunque sint: nec ratione bonorum potest fundari iurisdictio & potestas statuendi in forensem, vt not. Cy. in l. j. C. vbi pet. tuto. & inquit Alexand. Anch ita dixisse in ca. canonum statuta. in repetitione in 12. q. principali ver. quæro vlterius circa ista statuta, de constit. Alex. in cons. 41. in fin. volum. 7. & in cons. 11. num. 3. & 14. vol. eod. Bal. in consil. 460. col. j. volum. j. Signo. de Homod. in cons. 166. col. fin. Cald. in consil. 17. in tit. de constit. & in cons. 36. in tit. de testa. Abba. in cons. 52. col. 2. versi. sed his, vol. 2. Rui. in consil. 46. nu. 4. vol. 2. vbi concludit post Alexan. in citato consi. 44. quòd si ex consuetudine Angliæ primogenitus succedat in bonis omnibus, & verba consuetudinis vel statuti disponant circa personam, vt per hæc verba: primogenitus succedat, quòd tunc si decedens esset de loco vbi bona posita sunt, tamen statutum illius loci disponens circa personã, non excludit forensem proximiorem, & ad quem de iure communi pertinet hæreditas defuncti: quia nõ refert, quòd ille, de cuius successione agitur, sit subditus, ex quo ille, de cuius exclusione agitur, est forensis, quæ opinio secundum Alexand. & Ruin. comprobatur hoc
23 medio. † Nã iudex, sub cuius iurisdictione bona sunt sita, potest dare curatorem adulto sibi non subdito, l. j. vbi Bal. C. vbi pet. tuto. Bart. in l. pupillo. ff. de tuto. & cur. dat. ab his, per l. iurisperitos. §. cum oriundus.
24 ff. de excusa. tuto. Et ratio est secundum eos, quia † curator non datur personæ, sed principaliter rebus, l. in copulandis. C. de nupt. vnde, quia res sunt sub iurisdictione, valet datio quoad bona sita, nec cura-
25 tur, quòd persona non sit subdita, † sed in tutore aliud est, quia siue bona supposita sint iurisdictioni iudicis, siue nõ, ita demum valet datio tutoris, si pupillus sit iurisdictioni iudicis dantis tutorem subiectus, l. j. in fin. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. Et ratio est,
26 † quia tutor datur personæ principaliter, l. quia personæ. ff. de testa. tutel. §. rectè. instit. qui dar. tuto. pos. Et ex hac ratione patet secundum Alexand. & Ruin. quòd non somniauit Bar. qui differentiam fecit inter statutum disponens in rem vel in personam. Rursus in cons. 49. col. 2. & 3. volu. eod. 120. col. pen. in fin. vol. j. & in con. 192. num. 15. vol. 2. & in cons. 195. num. 4. & sequen. vol. eod. Paul. de Castro. in cons. 32. col. j. volum. 2. & in cons. 424. col. j. vol. eod. Soc. in cons. 97. col. 2. vol. j. vbi etiam refert, ita tenuisse Lambert. de Salice. in d. l. cunctos populos. in cons. 239. nu. 3. volu. 2. duplicato in consil. 31. volum. 4. & in cons. 288. col. j. & 5. ver. primum probatur. 71. num. 11. vol. 4. 79. num. 18. & in cons. 228. col. j. volum. eod. Corn. in consi. 45. col. j. in prin. ver. Item est aduertendum. volu. j. & in cons. 152. col. fin. vers. concesso etiam. volum. eod. Ias. in cons. 59. colum. 2. & sequen. vol. 3. vbi inquit, quòd ab ista doctrina Bart. nemo discrepat. & in consil. 163. col. penul. vbi dicit à decisione Bar. recedendum non esse. Aret. in cons. 54. col. 2. vers. ista sententia. in cons. 73. col. 3. Mars. in l. fi. nu. 91. ff. de iurisd. om. iud. Crot. in l. omnes populi. num. 244. ff. de iust. & iur. vbi di-
27 cit aliàs consuluisse, † quòd statutum Bononiæ disponens, quòd extantibus agnatis, cognati non possint succedere, non habebit locum in forense, qui volebat excludere sororem à successione defuncti. Tiraquel. in tract. de legib. connub. in gl. 8. in 27. q. Ancha. in cons. 169. in fi. Inno. Anch. Abba. Barb. & Fel. in c. postulanti de foro compet. Brun. in cons. 20. col. 2. in princip. Alcia. in consil. 89. num. 2. 200. num. 2. 351. num. 5. & 459. num. 4. Dec. in consil. 276. columna 3. versic. 2. Paris. in consil. 53. num. 86. volu. 2. & in consi. 12. colum. 2. volumine eod. Mart. de Laude. in tract. de primogen. q. 20. vbi dicit diligenter esse ponderanda verba statuti vel consuetudinis, an loquantur in rem vel in personam. Rosel. in tracta. de succes. ab intesta. numero 226. colum. 2. Spec. in tit. de sent. §. qualiter, ver. sed pone quidam Franc. Marc. in decisio-

ne parla, Delph.155.in fin.Imol.in cap.cum olim.in fi. de cler. coniuga. Ioan. Andr.in add. ad Spec. in tit.de instru. edit.§.compendiosè.versic. quid si de consuetudine.Abba in c.quod clericis.colum.6.& ibi Barb. colum.14.de for.comp.ac Imol.vbi dicit,quòd si statum disponat, quòd si quis decesserit ab intestato, succedant agnati vsque ad quartum gradum exclusis fœminis,quod cùm statutum disponat in personam,non comprehendit personam non subiectam. Natta in consil.46.in fin colum.Franc.de Rampo.vt refert Barb.in consil.75.colum pen. volum.3. Ceph. in consil.32.num.14.Henric.Bot.in tracta.de synodo epis.in 3.part.in 2.artic.numero 46.ver sublimita. Hier.Alban.in consil.20.numero 3.Ripa in 2.responso.numero 8.versic.3.in j.par.& melius num.14. Pro qua sententia accedit quod nota.Oldr.in consil.248.
28 vbi dicit,† quòd stante consuetudine, quòd marito præmoriente, dimidia pars lucri per maritum acquisiti durante matrimonio applicetur vxori superstiti,quòd forensis existens in alio dominio, non ligaretur illa consuetudine: quia consuetudo est localis,quæ non ligat nisi subditos,l.2. C. quæ sit long. consue.& Oldr.sequitur Ioan.de Cirier.in tractat.de primogen.in 2.par.q.10.columna 2. in fin. Facit quoque quod consuluit Paulus de Castro in consil. 468. 29.colum.2. volum.2. vbi determinat,† quòd stante statuto,quòd maritus præmoriente vxore sine filijs, lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, quòd tale statutum locum non habet extantibus filijs primi matrimonij, qui sint alienæ iurisdictionis,cuius sententiam secutus sum in tracta. de lucro dot. q.36.& quam sententiam etiam tenet Rimin. in consilio 30. numero xiiij. licèt Paul. de Cast.nullam faciat mentionem,& partem istam vti *communem sequuntur Corn.in consil. 94.colum. 2.volum.2.vbi inquit,nõ videre, quomodo sit communis opinio Anchar.in loco ex aduerso allegato, quòd inhabilitatio personæ ad succedendum, vel habilitatio personæ ad succedendum contra ius commune trahatur ad forenses, quò ad bona sita in territorio: quia in hoc non reperit hanc esse communem, imò theoricam communem in contrarium. Ruin.in consilio 201.colum.j. volum.j. Petr. Ioan.in respon.22.num.7.vbi ait doctrinam Bart.in d.l.cunctos populos.per omnes doctor.communiter sequi. Ioan.de Cirier.in d tract.primogen.in 2.lib.quæst.10. numero 8.circa fi.& num.10. ver.ex prædictis. Roch. de Cur.in c.fin.de consue.num.718.& sequenti, vbi etiam tradit malè dicere Anch.vbi suprà, dum asserit contra Bart.esse communem,& latius Barb.in citato consilio 75.vbi ait, quòd tota iurisprudentia sequitur hãc partem, secundum quam consuluit Ferrariæ in q.facti,& vidit consultum ita fuisse per valentiores doctores Italiæ, & ideo quòd miratur de Petr.Ancha.quia nescit videre quo spiritu fretus dixerit communem esse contra Bartol. cùm communis sit pro eo,& quòd sententia ista tanquam æquior & fortioribus rationibus sustentata, tenenda est in iudicando. Paris.in consilio 12. columna quarta, in fin.volum.2.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXV.

1 *Secta Iudæorum tolerari debet donec quiete viuit.*
2 *Ecclesia ex gratia tolerat Iudæos,non sic hæreticos.*
3 *Fides Iudæorum primordium habet veritatis, vnde nõ dicitur per omnia falsa.*
4 *Iudæi sunt memoria maximi fundamenti fidei nostræ.*
5 *Iudæi sunt obedientes & fideles,id est,non rebelles sanctæ Romanæ ecclesiæ.*
6 *Pœna apposita in statuto de non eligendo aliquem,qui non sit fidelis & deuotus Romanæ ecclesiæ,locum nõ habet in eligente Iudæum, quamuis non valeat electio ratione secta reprobata.*
7 *Ecclesia Iudæos in suis ritibus & ceremonijs tolerat.*
8 *Papa non debet Iudæis bona auferre, imò eos tolerare debet, vt per eorum consortium ipsos Deo lucrari possimus.*
9 *Iudæi sunt tolerandi & non expellendi: quia vtiles sunt fidei nostræ.*
10 *Iudæus nihil tentantibus turbulentum, legiq; contrarium,non debet in eos iniuria fieri.*
11 *Iudæi ab ecclesia protegendi sunt, quia computantur inter oues Christi creatione,gubernatione, et redẽptione,ex parte Christi.*
12 *Iudæis tutela data est à iure, ne Christiani in eos insultent.*
13 *Iudæis non est negandum,quod ius humanæ societatis concedit.*
14 *Iudæi nobis iure naturæ participant.*
15 *Iudæi tolerantur in ciuitatibus ad euitandum maiora mala, quia nisi ipsi essent, qui necessitatibus humanis subuenirent,multi Christiani efficerentur vsurarij.*
16 *Papa,Imperator, & alij Principes non possunt Iudæis bona auferre, nec eorum dominium, nec offendere personaliter.*
17 *Iudæi si non essent tolerandi,sed expellendi, multæ leges & canones essent superflui.*
18 *Superfluum in iure nihil est.*
19 *Iudæi dies abbati non possunt conuenire aliquem, nec conueniri.*
20 *Iudæi non possunt habere nutrices Christianas,& famulos.*
21 *Iudæi debent portare signum, per quod recognoscantur à Christianis.*
22 *Iudæi tenentur ad decimis prædiales.*
23 *Iudæi possunt habere synagogas,& ibidem simul conuenire.*
24 *Absurditas omnino euitanda est.*
25 *Iudæi viuunt iure Romanorum.*
26 *Immunitas concessa incolis certi loci complectitur & Iudæos.*
27 *Statutum disponens, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant,locum habet & in Iudæis.*
28 *Iuris consultorum est deuenire ad individua.*
29 *Principes absque peccato non possunt expellere ab eorum regnis, ciuitatibus, & terris Iudæos bene viuentes.*
30 *Principes absque causa legitima,pacificos Iudæos,paganos, vel similes infideles expellere non possunt de terris suis,imò tenentur eos diligere inquantũ sunt suæ naturæ participes.*
31 *Iudæi sine causa expelli nõ possunt à Principibus: quia esset contra præcepta charitatis.*
32 *Principes ex charitate tenentur tempore necessitatis Iudæis subuenire & eleemosynas facere.*
33 *Iuris naturalis & diuini est, quòd quæcunq; vult Princeps sibi fieri, alijs faciat, & econtrà.*
34 *Papa persuadere debet principibus, imò eis præcipere, ne Iudæos expellant, sed tolerent & foueant.*
35 *Princeps non potest priuilegium suum,quod transiuit in contractum reuocare.*
36 *Priuilegium alicui concessum propter eius factum reuocari non potest.*
37 *Priuilegia quæ à iure vel Principe conceduntur, licèt innouari, modificari, & in totum tolli possint, tamen quando in contractum transierunt, & non sunt indulta motu proprio, Principes reuocare non possunt.*
38 *Princeps ex contractu suo efficaciter obligatur.*

39 *Princeps*

39 *Princeps de plenitudine potestatis contractui suo contrauenire non potest.*

40 *Deus licèt subiecerit Imperatori leges, & Papæ Canones, non tamen eis subiecit obligationes & cõtractus.*

41 *Princeps & si solutus sit legibus, non tamen dictamine rationis.*

42 *Princeps si solutus esset à lege conuentionis, & contractus, nullus inueniretur, qui cum eo contrahere vellet, & sic hominum consortio priuaretur, quod esset valde graue.*

43 *Princeps in contractibus iure communi vti debet.*

44 *Contractus qui fiunt cum Principe, naturam bonæ fidei habent.*

45 *Maiestas Catholica non censetur velle, nisi quod æquum & iustum est.*

46 *Casus inauditus & insolitus esset, Principem nolle seruare pacta sua.*

47 *Literæ maiestatis Catholicæ intelligi debent secundum eius intentionem.*

48 *Principis intentio talis esse præsumitur, qualis est legis scriptæ.*

CONSILIVM XXV.

QVia casus, de quo in præsentiarum agitur, videtur mihi modicam habere difficultatem, idq; tam ex dispositione iuris communis, quàm ex verbis priuilegij nõ grauati, sed onerosi concessi Iudæis moram trahentibus in dominio Ducatus Mediolani per illustrissimũ Cardinalem Tridentinum tunc vicegerente Maiestatis Catholicæ in dicto statu, ac demum confirmati per eandem Catholicam maiestatem: ideò in eo succinctè procedendo, omissis argumentis ad partem, dico ex dispositione iuris ipsos expellendos non esse, nec expelli debere à ciuitate Papiæ, sed tolerandos, ac fouendos esse rationibus, causis, & authoritatibus infrà scriptis. Primò, † quia secta Iudæorum tolerari
1 debet, donec quietè viuit, c. & si Iudæos de Iudæis, l. Christianus. C. de paga. Felin. in c. consuluit. in 3. no-
2 tabil. de Iudæis, vt inquit, † quòd ecclesia ex gratia tolerat Iudæos, non sic hæreticos, secundum glos. in verb. obscurationis. in l. nullus. C. de Sum. Trinit. &
3 fide Cathol. † quia fides eorum primordium habet veritatis, vnde non dicitur per omnia falsa, l. cùm filius. §. hæres. ff. de lega. 2. Item & quoniam secundũ
4 Theologos, vt citat ibi Maria. † ipsi sunt memoria
5 maximi fundamenti fidei nostræ. Item etiam, † quia sunt obedientes & fideles, id est, non rebelles sanctæ Romanæ ecclesiæ, vt probatur ex not. per Anchar. in
6 consilio 271. columna 2. in fin. vbi dicit, quòd † pœna apposita in statuto de non eligendo aliquem ad officium, qui non sit fidelis & deuotus Romanæ ecclesiæ, locum non habet in eligente Iudæum, quamuis non valeat electio ratione sectæ reprobatæ, quia Iudæi possunt dici fideles, & deuoti sanctę Romanę ecclesiæ, si nobiscum pacificè conuersantur, & viuunt.
7 Hinc est, † quòd ecclesia eos in suis ritibus, & ceremoniis tolerat, l. die sabbati. C. de Iudæis. sequitur Felin. in d. cap. consuluit. in 2. notab. & Ioan. de Cirier. in tract. de primogen. q. 17. j. lib. in fin. Inno. & Hostien. in cap. quod super. de voto & voti redem. vbi dicunt,
8 † quòd Papa non debet eis bona auferre, imò eos tolerare, cap. & si Iudæos. de iud. cap. qui syncera. 45. dist. Et ratio est, vt per eorum consortium eos Deo
9 lucrari possimus. Arg. 11. q. 3. cap. ad mensam. † & maximè sunt tolerandi, & non expellendi, quia vtiles sunt fidei nostræ. Vnde dicit Augustin. super Psalmo 40. Iudæi tanquam capsarij nostri nobis seruiunt: quia per eorum codices alios infideles cõuincimus. Vnde Christo Domino nostro veraciter per eorum Codices veritatem & fidem nostram probamus, postquam in nostris codicibus nolunt credere, credant illi suis, facit ad hoc bona gloss. 2. in fi. in ca. j. de proba. in quantum allegat dict. cap. qui syncera. vbi dicitur, quòd conuincere debemus Iudæos ex codicibus suis: & illi nostri sunt, quia continent vetus testamentum. Item beatus Gregorius in homilia Innocentium assignat aliam rationem: quia in Lege cauetur, quòd in fine seculi illuminabuntur, & reliquiæ Israël saluæ erunt. quod expediri non posset, si licitum esset Regib. & Principibus, eos de toto orbe expellere. Et quòd tolerari debeant, probat Augustinus, super Psalmo 40. vbi inquit, quòd fuit figuratum in illo Cain, qui fratrem suum occidit: & ideò accepit signum ne interficeretur, & sic iste peruersus populus sit signatus, ne occidatur, imò toleretur. Accedit quod not. Bald. in consil. 428. colum. 3. volum. 5.
10 vbi tradit, † quòd Iudæis nihil tentantibus turbulentum legiq; contrarium, non debeat iniuria fieri,
11 d. l. Christianis, † quia licèt sint Iudæi, tamen ab ecclesia protegendi sunt: quia computãtur inter oues Christi, creatione, gubernatione, & redemptione ex parte Christi. Vnde dixit Ioan. 10. c. alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, scilicet ecclesiæ. Vnde & eos Papa protegere habet sicut oues suas, quas inter alias commisit Petro, cùm dixit: Pasce oues meas, Ioan. c. vltimo, non distinguens inter has & illas. Cùm ergo eas pascere debeat verbo, exemplo, & humanitate, non debet eos Papa impugnare nec permittere, vt lædantur, c. j. de nat. ex lib. vend. Rursus in consil.
12 315. in princ. volum. j. † vbi Iudæis tutela data est à iure, ne Christiani insultent in Iudæos, l. nullos. C. de Iud. Iterum in consil. sequenti, colum. j. in fin. vbi dicit, quòd Iudæis permittitur comitiua comitialis Catholicorum ex causa aliqs interdicitur, c. quanto. c. post miserabilem. de vsur. Item Iudæi obedientes legibus, non sunt molestandi a Christianis, c. dispar. 33. quæstio. 8. Item, cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum, † ergo eis negandum non
13 est, quod ius humanæ societatis concedit, 25. quæst.
14 2. Notandum videmus quoque, † quòd iure naturæ nobis participant, ca. charitas. ante fin. in verbo item proximos, de pœnit. distinctio. 2. Et ex eo iure naturæ & ex charitate illis in necessitate subuenire tenemur, 42. distin. cap. quiescamus. Facit etiam quod scribit Paul. de Castro in consilio 380. columna j. secundum antiquam impressionem, vbi inquit, quòd
15 † Iudæi tolerantur in ciuitatibus ad euitandum maiora mala: quia nisi essent Iudęi, qui subuenirent necessitatibus humanis, Christiani multi efficerentur vsurarij, & Paul. sequitur Picus in l. qui se patris. numero 6. C. vnde lib. Paris. in consilio 2. columna 2. volumine quarto, vbi ait Iudæos esse tolerandos per ecclesiam, & vltra tolerantiam aliqua eis concessa sunt, de quibus in titulo de Iudæis, & quòd summus Pontifex debet ipsos protegere, & quòd eis sine causa aliquid non est faciendum. Subdens quo-
16 que, † quòd à summo Pontifice, Imperatore, & alio quocunque Principe eis non possunt auferri bona nec dominium ipsorum, ac in illis personaliter non offendi.

17 Prætereà facit: † nam, si nos diceremus, quòd Iudæi non essent tolerandi, sed expellendi, sequeretur, quòd multæ leges, & canones essent superflui: quod
18 non est dicendum, † quia nihil est superfluum in iure, gl. in l. j. ff. quod met. cau. c. solitæ. de maio. & obed. Nam ad quid opus fuisset disponere in l. die sabbati.
19 C. de Iudæis. † quòd die sabbati Iudæi non possint conuenire nec conueniri, & in c. & si Iudæos. vbi Ab-
20 ba. de Iudæ. † quòd nõ possint habere nutrices Christianas, & famulos, & similiter in cap. nonnullis. vbi
21 Abb. de Iudæ. † quòd debeant portare signum, per quod recognoscantur à Christianis, necnon in c. de
22 terris, de decimis, † quòd tenentur ad decimas prædiales. pariterq; in c. Iudæus, il j. vbi etiam Abb. de Iu-
23 dæ. † quòd possint habere synagogas, & ibi cõuenire simul? certè ad nihilum, si dicta tolerantia non ad-
24 mitteretur. Vnde † vt dicta absurditas euitetur, quæ omninò euitanda est, clem. 2. in prin. de magist. dicendum venit dictam tolerantiam per Principem admittendam esse.

25 Vlteriùs accedit: nam nemini dubium est, † quòd Iudæi viuunt iure Romanorum, l. nemo Iudęorum
26 C. de Iudæ. Et ideò videmus, † quòd immunitas

conceſſa incolis certi loci complectitur & Iudæos, vt per Bald. in l. ſpadonem. §. iam autem. per illum text. ff. de excuſat. tuto. vbi tradit, habuiſſe de facto: quia in huiuſmodi actibus Iudæi nobiſcum participant, & Bald. ſequitur Alexand. in conſilio 75. colum. 2. volumine 5. Socin. in conſilio 62. colum. penultima. Iaſ. in rubric. de inſtitu. & ſubſtit. in fin. Item
27 & quòd † ſtatuta quæ communiter fiunt per Italiam, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, locum etiam habet in Iudæis. Ana. & Felin. in cap. Iudæi. de Iud. Bad. in c. j. per illum text. de for. fidel. Alexan. in conſ. 99. colum. j. volum. 6. ergo inuitis dentibus dicendum eſt, ſi nobiſcum participant in actibus humanis, quòd admittenda eſt dicta toleratio in iure: quia ſine ea non participarent nobiſcum in actibus humanis.

28 Sed deueniendo magis ad indiuidua † quod eſt iuriſconſultorum, vt per Felin. in c. Rodulphus. de reſcrip. videlicet † quòd Principes abſque peccato non
29 poſſent Iudæos bene viuentes ab eorum regnis, ciuitatibus, & terris expellere. Hoc decidunt in terminis Oldr. in conſil. 87. incip. Quæritur an Princeps, & in conſilio 264. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de Iudæis. Petr. de Anch. in ca. peccatum. numero 14. de regu. iur. in 6. Abb. in ca. quod ſuper. columna fin. verſ. vltimò quæritur. de voto & voti redemp. Alexand. in conſi. 99. colum. fin. volumine 6. vbi inquit,
30 quòd Princeps abſque cauſa legitima pacificos Iudæos, paganos, vel ſimiles infideles expellere non poteſt de terris ſuis, quinimo tenetur eos diligere in quantum ſunt ſuæ naturæ participes, vt in c. charitas de pœnit. diſtinct. 2. in verbo nonnulli. † quia ex-
31 pellere eos ſine cauſa, eſt contra præcepta charitatis:
32 adeoq; † ex hac charitate tẽpore neceſsitatis eis ſubuenire, & eleemoſinas facere tenetur, c. quieſcamus. 42 diſtinct. & quia ſcriptum eſt, vt dictum fuit: Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum. Iterum in conſi 13. colum. fin. volumine 7. & in conſ. 130. colum. fin. vol. eod. Iaſ. in l. apud Iulianum. §. conſtat. colum. 7. in glo. in ver. non debet de lega. j. Crem. in ſing. 59. in fin. Inno & Imol. in d. c. quod ſuper. Anto. Corſe. in tract. de poteſta. regia, in vltima part. in q. 81. colum. fi. vbi aſſerit hanc partem æquiorem, magis probabilem, & *communiter receptam. Iacob. de S. Georg. in inueſtit. ſua feud. in verſic. qui Dux, in vltima quæſtio. Marſ. in conſil. 101. numero 57. Aret. in ca. licet vniuerſis, in j. notab. de teſtib. Picus in l. qui ſe patris, num. 6. C. vnde lib. Bald. in cita. conſilio 428. volumine 5. Ioan. de Ana. in cap. & ſi Iu-
33 dæos, verſ. extra gloſſ. quæritur, de Iudæ. † quia iuris naturalis & diuini eſt, quòd quæcunq; vult Princeps ſibi fieri, alijs faciat, & maximè ſeruis ſuis, j. diſtinct. c. ius naturale. nec alijs faciat, quod ſibi fieri nollet, c. dilecti. de maior. & obed. ſed ipſe nollet de regno ſuo expelli, ergo nõ debet alios expellere. Tenetur enim eos diligere in quantum ſunt ſuæ naturæ participes, nedum in anima, ſed etiam in corpore, vt in d. c. charitas. Pariſ. in conſil. 2. num. 15. volu. 4. vbi fortius in-
34 quit, quòd ſummus Pontifex perſuadere debet Principibus ne iſtud faciant, imo plus ſecundum veram,
* & magis* communem, quòd eis præcipere poteſt. Vltimò idem tenuerunt Mod. in tract. de Iudæ. in j. par. quæſt. 7. vnde ex iſtis clara reſultat concluſio, & quidem communi calculo recepta, Iudæos ipſos de iure communi non expellendos à Principibus, ſed tolerandos ac fouendos eſſe.

Secundò, quòd expellendi non ſint, nec expelli poſsint, probatur: quoniam illuſtriſsimus Cardinalis Tridentinus, vti locum tenens Maieſtatis Catholicæ Ducis Mediolani conceſsit priuilegium Iudæis ſtandi, habitandi, & negotiãdi per annos duodecim in locis de quibus in eo, mediante ſumma quadraginta quatuor millium librarum Imperialiũ, quod equidem per dict. Catholicam maieſtatem fuit confirmatum. Qui quidem anni duodecim nondum fi-
35 niti ſunt, quo caſu † Princeps non poteſt priuilegium ſuum, quod tranſiuit in contractum, vt in caſu noſtro, in quo interuenit datio dictarum librarum quadraginta quatuor millium, reuocare. Cyn. Bart. & alij in l. digna vox. C. de legib. Alex. loquens in priuilegio conceſſo Iudæis, in conſilio j. numero 40. volumine 2. Bald. in l. ſi cum mihi. ff. de dolo. vbi dicit,
36 † quòd priuilegium alicui conceſſum, propter eius factum reuocari non poteſt: quia non pendet ex ſola authoritate concedentis, ſed ex iure alteri quæſito. Et ideo infert, quòd priuilegiũ per Senenſes conceſſum aliquibus bannitis tutè commorandi in dominio ſuo, quia eorum opera recuperauerant caſtrum, erat irreuocabile. allegat l. Aquilius Regulus. ff. de dona. plus inquit in fin. legem illam notandam pro comitatenſibus: quia ſi pro conſequendo beneficio aliquid præſtiterunt, illud poſteà eis tolli non poteſt. quia ex hoc magis reſultat contractus quàm gratia ſimplex. Iaſ. in conſ. j. colum. 8. in princ. volum. j. Accedit quod voluit Bald. in l. qui ſe patris. colum. 7. verſic. & ſcias. C. vnde lib. vbi poſt Nicol. de Matharel. ait, quòd licèt in Principe ſit ſpeciale, vt poſsit etiam ſine cauſa priuilegium ſuum reuocare, l. qui fundus. C. de om. agr. deſer. lib. 10. hoc tamen locum non habet, ſi prętextu conceſsionis Princeps aliquam dationem vel factum eſt lucratus quod perpetuam commenſurationem habeat cum re conceſſa: quia tunc illud reuocare non poteſt, cùm tranſ iuerit in contractum, Iaſ. in conſ. 56. num. 2. volum. j. Calca. conſ. 51. colum. pen. vbi tradit, Principem non poſſe reuocare priuilegium ex quo cœpit pecuniam, vel commodum: quia tunc eſt venale, & ex contra-
37 ctu ligatur. Anchar. in conſ. 2. vbi dicit, quòd licèt priuilegia, quæ à iure, vel Principe conceduntur, innouari, modificari, & in totum tolli poſsint, vt in c. decet. de regul iur. in 6. tamen quando in contractum tranſiuerunt, & nõ ſunt indulta motu proprio, Principes illa reuocare non poſſunt: quia ſine iniuria beneficium ſua promiſsione quæſitum, alicui tolli poteſt; Dec. in conſ. 286. colum 3. Riminal. in conſil. 308. nu. 3. cum ſequentibus conſil. 204. in princip. 388. nu. 6. & conſ. ſequent. num. 4. Alexand. in conſ. 54. nume. 19. & ſequen. volumine 4. in conſilio 135. num. 21. volumine eodem. Ruin. in conſil. 29. numero 4. volum. j. conſilio 229. numero 3. & 230. columna 2. volumine eod. Pariſ. in conſil. xj. nume. 50. volum. j. Vnde cùm
38 iſtud priuilegium oneroſum ſit contractus, † Princeps ipſe ex contractu ſuo efficaciter obligatur, cap. j. vbi notãt omnes de proba. Cy. & alij in l. digna vox. ff. de legib. Et nedum Princeps, ſed Deus ipſe ex promiſsione ſibi ſaltem obligaretur. Bal. in l. j. ff. de pac. vbi refert, ita dixiſſe magiſtrum ſententiarum. Et in
39 tantum iſtud procedit, † quòd nec etiam de plenitudine poteſtatis poteſt illi contrauenire, ſecundum Paul. in d. l. digna vox. Dec. in conſilio 48. colum. 3. & in citato conſilio 236. colum. 3. circa fin. in conſi. 689. colum. ij. Pariſ. in conſil. ij. numero 130. volumine 4. & in citato conſil. 12. numero 50. Alciat. in conſil. 730. Craue. in conſil. 135. colum. 3. in princ. Ratio etenim
40 eſt, ſecundum Bald. in cap. j. de nat. feud. quia, † licèt Deus ſubiecerit Imperatori & Principib. leges, & Papæ canones, non tamen ſibi ſubiecit obligationes & contractus: vnde obligatur ad inſtar priuati. Et arguit ibi cõtra Cœleſtinum, qui de mane vti gratiam conferebat, & de ſero auferebat, & alteri conferebat.
41 Idem Bal. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. vbi ait, † quòd licèt Princeps ſit ſolutus legibus, non tamen eſt ſolutus dictamine rationis: quia eſt animal rationale politicum. Iterum in l. Princeps. ff. de legib. vbi dixit,
42 quòd ſi diceremus † Principem eſſe ſolutũ à lege conuentionis & contractus, ſequeretur, quòd nullus inueniretur, qui vellet cum eo contrahere, & ſic homi num priuaretur conſortio: quod eſſet valde graue, l.
43 hi qui. C. de apoſta. Roman. in conſ. 352. in fin. † Princeps enim in contractibus debet vti iure communi: quia in cõtractibus debet eſſe æqualitas, vt dicit Bal. in l. ex imperfecto. ad fin. C. de teſta. illud etiã in Prin
44 cipe præcipuum eſt, † quia omnes contractus, qui fiunt cum Principe, habẽt naturam bonę fidei: vt not. Bald. in ca. j. §. ſi quis. in princip. de pac. Conſtan. Dec. in citat. conſ. 286. colum. 3. in fin. & Alexand. in allega. conſilio 135. numero 201. cum ſequent. volumine 4. Et ideo ſtantibus capitulis deſcriptis in dicto priuilegio precio nummario empto, demum confirmato de permittendo eoſdem Hebræos habitare in dicto dominio per annos xij. nondum completo, videtur
45 concludendũ, quòd † ſacra maieſtas Catholica, Dux Medio-

Mediolani, qui non censetur velle, nisi quod æquum & iustum est. Paris. consilio 68. numero 242. volumine 4. & in consilio 5. numero 139. volumin.
46 eod. & quem non est verisimile, nolle seruare pacta sua, † quia iste casus esset inauditus & insolitus, vt dicit Alex. in consilio 97. colum. 2. volum. 3. & Barb. in consilio 20. colum. 8. versic. præterea, volum. 2. debet tolerare d. Hebræos in ciuitate Papiæ bene viuentes, iuxta formam dicti priuilegij. Et tantò magis id dicendum venit, cùm etiam à summo Pontifice, & à Magno Pœnitentiario tolerentur in dominijs Ecclesiæ, & omnibus ab eis præcipiatur de ipsos non offendendo in personis nec in bonis. Nec vis aliqua est facienda in literis suæ sacræ Catholicæ
47 Maiestatis datis in via doli, sub die 13. Maij anni præsentis 1565. † quia illæ intelligi debent secundùm intentionem concedentis. Innoc. in c. cum ec-
48 clesia, de except. Dec. in consilio 33. column. 3. & in consi. 409. num. 14. † quæ quidem est, qualis est legis scriptæ, prout & in dubio ita semper esse præsumitur. l ex facto, vbi notant omnes per illum text. ff. de vulg. & pupil. videlicet vt cognoscatur, si iustitiæ conuenit, vt Hebræi ipsi expelli possint: quod ab omni iure alienum esse arbitratur, alio non apparente in contrarium, vt satis constat ex his, quæ abundè suprà dicta fuerunt, & maximè stante dicto priuilegio oneroso ipsis Hebræis concesso, ter confirmato per d. suam maiestatem, accedente duplici relatione oculatissimi Senatus Mediolani, cuius mos semper fuit, consulere Principi suo æqua, iusta & rationabilia.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXVI.

1 *Liberorum prima est causa in successione paterna ab intestato, sublata omni sexus differentia.*
2 *Successio paterna est, quasi debita filijs.*
3 *Successio in bonis patris, est de iure naturali & gentium.*
4 *Filia succedere volens ab intestato patri cum fratre, æqualiter conferre debet dotes sibi à patre datas.*
5 *Quod tamen intelligendum est, si fuerit interpellata.*
6 *Instrumentum publicum renuntiationis bonorum paternorum, maternorum, & fraternorum, facit rem liquidam, cùm sit probatio probata, & veritas apparens.*
7 *Instrumentum nullum, effectum aliquem non producit.*
8 *Statutum disponens, quòd bannitus possit occidi, debet intelligi de ritè bannito.*
9 *Statutum quòd instrumentum publicum mandetur executioni, debet intelligi de valido, & non de nullo.*
10 *Statutum dictans, quòd cedens actionem nobili, puniatur in centum, locum habet, quando cessio fuit ritè facta, aliàs secus.*
11 *Protocollum quando est nullum, sumptum ex illo est etiam nullum.*
12 *Rogitus requiritur ad validitatem protocolli.*
13 *Rogitus in dubio secundum communem non præsumitur, nisi de eo appareat.*
14 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
15 *Solennitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur.*
19 *Instrumentum sumptum per alium notarium ex protocollo defuncti, secundùm communem nullam fidem facit, nisi de concessione, & autoritate sibi concessa, leuandi dictum instrumentum appareat.*
17 *Notario asserenti, se leuasse instrumentum ex protocollo defuncti, vigore commissionis sibi concessæ, non creditur, nisi fiat fides realis de ipsa commissione,*
18 *Paria sunt, aliquid non fieri, vel fieri, sed nulliter.*
19 *Fideicommissarius tenetur probare, quòd bona quæ petit, essent in dominio testatoris.*
20 *Filius grauatus fideicommisso, potest detrahere legitimam sibi debitam iure naturæ.*
21 *Quod amplia procedere etiam si fideicommissum piæ causæ deberetur.*
22 *Ac etiam si filius approbasset testamentum patris.*
23 *Filius grauatus restituere hæreditatem sub conditione, secundùm magis communem, potest detrahere duas quartas, videlicet legitimam & trebellianicam.*
24 *Trebellianica filijs primi gradus secundùm communem, prohibere non potest.*
25 *Quartæ duæ delitæ filio grauato sub conditione, ascendunt secundùm communem ad dimidiam hæreditatis fideicommittentis.*
26 *Grauatus fideicommisso non detrahit Trebellianicam, nisi confecto inuentario, sed contra secundùm magis communem, vt in num. seq.*
27 *Agens ineptè condemnandus venit in expensis.*
28 *Periurus in causa in qua agit, secundùm communem repellitur ab agendo.*
29 *Periurus non potest petere absolutionem à iuramento.*
30 *Absolutio à iuramento ante terminum solutionis peti debet, aliàs si lapso tempore petatur per debitorem, secundùm magis communem, audiri non debet.*
31 *Periurium debitori per creditorem secundùm communem, remitti non potest.*
32 *Filia renuntians hæreditati paternæ & maternæ, in manibus patris ad commodum fratris, & cum iuramento, patri decedenti ab intestato, succedere non potest.*
33 *Quilibet potest renuntiare iuri in sui fauorem introducto.*
34 *Renuntiatio hæreditatis paternæ, facta propter fratres ipsis viuentibus, valet, secus si mortuis.*
35 *Renunciatio facta per filiam dotatam cum iuramento, ex eo, quòd fuit bene dotata, & in quæ sibi reseruauit ius succedendi decedentibus fratribus sine liberis, debet inuiolabiliter obseruari.*
36 *Filia quando renuntiat hæreditati paternæ, multum considerandum est, an extet persona, quæ ex præsumpta voluntate patris excludat renuntiantem.*
37 *Regressus non datur ad renuntiata.*
38 *Testibus instrumentarijs standum est.*
39 *Testes in dubio præsumuntur contesles.*

CONSILIVM XXVI.

1 Voniam † in successione paterna ab intestato prima causa est liberorum, sublata omni sexus differentia. l. maximum vitium. C. de lib. præter. §. 1. institu. de hæredit. quæ ab intesta. defer. §. 1. in authen. de hæred. ab intest. venien. colum. 9. Paris. in cons. 3. volum. 3. in princ.
2 Soc. Iun. in consi. 1 num. 45. volum. 1. † Nam concessio paterna, filijs est quasi debita. auth. in successione. C. de suis & legitimis, & in corpore vnde sumitur. Paris. in consi. 72. num. 27. volum. 1. & in cons. 6. num.

3 num. 47. volu. 2. vbi inquit, † quòd huiusmodi successio est de iure naturali & gentium, facit lex cum ratio. ff. de bonis damn. vbi lex naturali ratione & æquitate, vocat filios ad successionem patris: est enim votum naturale patris, vt bona ipsius ad filios trãsferantur, l. nã & si parentibus. ff. de inoff. testa. l. scripto. ff. vnde liber. Ideo in præsenti consultatione, in qua tractatur de bonis & hæreditate quondam illustriss. & magnifici Antonij de Alarijs, qui decessit ab intestato, relictis magnifico domino Francisco, & Alasina eius filijs legitimis & naturalibus, videtur prima facie dicendum, † quòd magnifica dom. Alasina
4 succedere debeat dict. quondam magnifico do. Antonio eius patri, æqua lance cum dom. Francisco eius fratre, conferendo tamen dotes sibi per patrem
5 datas, † si per dictum dominum Franciscum ad dictam collationem fuerit interpellata, l. filiæ licet, & ibi doc. G. de colla. Bal. in l. j. columna j. in 2. nota. ver. Item soror. C. ne liceat ter. prouo. Alex. in consilio 191. colum. 2. lib. 3. & Dec. in l. si soror. in 3. not. eo. tit. de collat.

Nec obstare habet dict. dom. Alasinę, quòd renuntiauerit bonis paternis, maternis, & fraternis, per
6 publicum instrumentum, † quod facit rem liquidã, cùm sit probatio probata, & veritas apparens, secundum Bald. in l. 2. C. quando fisc. vel priua. plura congerit Cur. Sen. in repetit. l. admonendi. col. 43. ff. de iureiur. Iaſ. in l. j. in princip. colum. 6. ff. de ope. noui nuntia. dixi aliàs latè in con. 75. num. 19. volum. 2. & in consilio 8,. numero 38. volum. j. Quia respondetur, renuntiationem ipsam minimè probari per dictum instrumentum, quod est nullum, vt infrà dicetur, quo casu † quod nullum est, nullum producit
7 effectum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. faciunt notata per Bart in l. non putauit. in §. non quæuis. ff.
8 de bon. poſſ. contra tab. vbi ait, † quòd statutum disponens quòd bannitus possit occidi, debet intelligi
9 de ritè bannito. Et † quòd statutũ, quòd instrumentum publicum mandetur executioni, debet intelligi
10 de valido, non de nullo. Et similiter, † si statutum dicit, quòd cedens actionem nobili, puniatur in centum, debet habere locum quando cessio fuit rite facta, aliàs secus, quod subdit menti tenendum. sequitur Alexan. in con. 77. nu. 10. vol. 3. & in con. 160. nu. 2. vol. 7. Quòd autẽ dictum instrumentũ sit nullũ, patet: quia extractum à protocollo nullo, ex quo sequi-
11 tur, † quòd quando prothocollum est nullum, sumptum ex illo est etiam nullum tanquam extractum & procedens à radice infecta & vitiosa. Ancha. in consilio 431. colum. j. quem sequitur Corn. in consil. 70. columna 2. volumine 4. & in consil. 118. colum. 2. volumine eod. Paris. in consil. 21. columna 16. volum. 2. & in consilio 27. columna 3. volumine eod. de nullitate autem ipsius prothocolli satis patet: † quia in eo
12 deficit rogitus, qui requiritur ad validitatem prothocolli. §. nos autem. iuncta gloss. in verb. iniungatur, in authent. de tabel. coll. 4 Inno. in c. j. vbi etiam
13 alij de fide instrumentorum. † qui rogitus in dubio
* non præsumitur, nisi de eo appareat, vt est *communis opinio, de qua per Alexand. in consil. 48. colum. penult. volum. 5. Dec. in c. j. numero 20. de fide instr. Alex in consil. 153. colum. 3. in princip. volum. 2. vbi asserit hanc esse magis communem, eò, quia rogari de receptione instrumenti seu notæ est quid facti,
14 † quæ facta non præsumuntur nisi probentur, l. in
15 bello. §. factæ. ff. de cap. Et quia † hæc est solennitas extrinseca, quæ non præsumitur, nisi notarius in instrumento asserat se rogatum, aliàs ipsi non creditur. Corn. in d. consilio 70. columna 2. dixi in consil. 44. numero 25. & sequenti, volum. j. & in cons. 32. nu. 29. volum. 2.

Secundò, quòd sit nullum, patet: quia imperfectum, non intelligibile, non habẽs clausulas aliquas, nec obligationes, vt magis est videre quàm referre.
16 Vltimò dicitur, † quòd ex dicto prothocollo sumptum fuit instrumentum per alium notarium, qui nullam fidem fecit de commissione & authoritate sibi concessa leuandi dictum instrumentum, quæ tamen de substantia requiritur, vt * communiter notant scribentes in cap. cum P. tabellio, de fide instru.
17 Nec releuat, † quòd ipse asserat se leuasse de commissione sibi concessa per illustriss. & excellentissimum principem suum: quia assertioni & dicto eius non est standum, nisi fiat fides realis de ipsa commissione: ita Alex. in consilio 187. colum. fi. volum. 6. quem sequutus sum in d. consilio 44. numero 27. quo casu cùm dictum instrumentum sit nullum ac laboret tot vitijs & defectibus, perinde est, ac si confectum
18 non fuerit, † cùm paria sint, aliquid non fieri, vel fieri, sed nulliter, argumen. l. quotiens, vbi multa congerit Iaſ. ff. qui satisda. cogan.

Nec contra eam similiter facere videtur, quòd bona quæ tenebantur & possidebantur per dictum q. dominum Antoniũ tempore mortis suæ, erant subiecta fideicommisso vigore testamenti aliàs conditi per quondam magnificum dominum Georgium patrem ipsius domini Antonij, & quondam domini Iacobi ipsius domini Antonij fratris, in quo substituit vnum filium alteri decedẽti sine filijs legitimis, & masculis: & casu quo deficerent ambo sine filijs legitimis, & naturalib. masculis substituit alios: & sic vocauit ad dictum fideicõmissum ipsum do. Fran-
19 ciscum, tanquam filium dicti domini Antonij: quia respondetur primò, † quòd non constat dicta bona fuisse dicti domini fideicommittentis, nec in eius dominio, quam qualitatem ipse dominus Franciscus tanquam fideicommissus probare tenebatur, teste Bald. in consi. 84. circa fin. vol. j. Alexan. in consi. colum. fin. vol. 2. Craue. in consi. 61. num. 6. quorum sententiam amplexus sum in consi. 8,. num. 15. vol. 2.

Secundò respondetur, quòd posito, quòd bona ipsa fuissent dicti quondam domini Georgij fideicommittentis, & pertinerent ad dictum dominum Franciscum virtute prædicti fideicommissi, tamen quòd de dictis bonis vti dicto fideicommisso subiectis, ipse d. Franciscus non potest consequi nisi di-
20 midiam ipsorum bonorum, † quia altera dimidia spectabat ad ipsum q. dominum Antonium, filium dict. dom. Georgij ratione legitimæ sibi debitæ iure naturæ, vt per Alexand. in consil. 103. numero 2. volumine 2. consilio 68. numero 3. volum. 4. & in consil. 69. in princip. volumine j. & de qua reijcitur omne grauamen, vt est text. in cap. Raynutius. §. dilectus filius. de testa. Bald. in l. filium quem habentem. col. 10. vers. sed vlteriùs quæritur. C. fam ercis. Alex. in consilio 179. numero 6. volumine 5. Ruin. in consil. 58. numero 2. volum. 2. Alex in consil. 68. colum. j. volum.
21 4. † quod etiam procedit, si fideicommissum piæ causæ deberetur, vt consuluit Paul. de Castro consil. 111. colum. 3. quem sequitur Dec. in consilio 136. colum.
22 3. Et † similiter etiam si filius approbasset testamentum patris: quia talis approbatio non præiudicat filio quin consequi possit integram legitimam in bonis patris, vt concludit Pet. de Anchar. in consil. 251. colum. 4. quem sequitur Dec. in consilio 218. colum. 2. in princ. dixi plene in d. consil. 78. in princ. in j. vol. quibus addo Ruin. in consi. 57. num. 3. volu. 2. & Nattam in consil. 255. num. 3. Item ratione trebellianicæ,
23 quoniam magis recepta est doct. sententia, † quòd filius, qui restituere habet hereditatẽ sub conditione, potest detrahere duas quartas, videlicet legitimam, & trebellianicam, vt notant Bar. & Alex. in l. quod de bonis. §. quod autus. ad l. Falc. Socin Iun in consil. 131.
* num. 62. volumine j. vbi dicit, quòd ista est *communis opinio, quæ per totum mũdum seruatur, vt Euangelium. Guido Pap. in decis. 52 vbi tradit hanc opinionem seruari tam in curia parlamenti, quàm in alijs inferioribus patriæ Delphinatus, & quòd ita etiam practicatur, & seruat totus mundus, & pariter hanc esse magis communem, firmat Ripa in l. in fideicommissa. nu. 30. ff. ad treb. & quia de hoc articulo abundè aliàs scripsi in cons. 12. vol. j. & in cons 78. num. 9. volu eo. ideo ad ibi scripta me remitto. Quibus etiam nunc addo Alcia. in consil. 592. & Nattam in consilio 255. Et in tantum vera est huiusmodi con-
24 clusio, † quòd in ea per patrem non potest filio præiudicari, vt voluerunt Bald. Salic. Fulgo. Paul. de Castro, & Corn. in l. iubemus. C. ad treb. Dec. in consilio
* 269. colum. pen. in fin. vbi asserit hanc esse *communem, & quia aliàs latissimè scripsi in consilio nostro 12. numero 6. volum. j. & in consilio 31. nu. 29. vol. eo. ideo ibi scripta amplius transcribere non decreui.

quibus

quibus addo Nattam in consilio 528.numero 35.& in consilio 145.numero 23.Socin.Iun.in consilio 112.col. fin.volum. 3. vbi inquit, errare qui dicunt communem in contrarium, quo casu † cùm dictæ duæ quartæ descendant ad dimidiam totius hæreditatis, vt ostendit Ang.in consi.125.& 306.in fin.sequitur, quòd in eis æqualiter succedere debent d.dom.Franciscus, & Alasina.

Nec obstare videtur, quòd d.q.dom. Antonio trebellianica non debeatur, ex eo quòd non confecit inuentarium de bonis paternis subiectis fideicommisso, ob cuius inuentarij non confectionem perditur trebellianica, vt tenuerunt Oldr. in consilio 34. Bald.in consilio 39.columna 2.volumine 4.Cy.Gul. Ray.Petr. Ricar. Malumb. Alb. Sal.& Fulgo.in auth. sed cum testator.C.ad l.Falc.Dec.consilio 84.colum. fin. vbi dicit hanc esse magis communem. Cors. in tract. treb. q. vltim. & in tract. de reg. pot. quæst. 73. quia respondetur, doctor. magis* communiter concludere trebellianicam non perdi ob non confectionem inuentarij, vt latè dixi in consilio 27. num. 26. volum. j.& per Neuiza.in consilio j.circa fin. Pic.in l. Titia cum testator.§. Titia cum nuberet. q. 55. de lega. 2. C.gnol.in l.4.§.meminisse.numero 16.ff.de inoff. testa. vbi dicit, quòd ita vidit seruari per totum mundum,& quòd ab ista opinione non est recedendum in consulendo & iudicando. Natta in consilio 323.columna j.& sequen.& in consilio 220. columna ij. Vnde ex his videretur dicendum dictam dominam Alasinam debere vnà cum fratre succedere in bonis paternis, communicando dotem habitam à patre fratri.

Quibus tamen non obstantibus, quæ verè non obstant, sententia contraria est de iure verior,& dico quòd dict. magnificus dominus Francisc. absoluendus venit à petitis parte eiusdem magnificæ do. Alasinæ vnà cum victoria expensarum † cùm ineptè egerit contra dominum eius fratrem, iuxta l. eum quem temerè. ff. de iud. quod probatur ex infrascriptis. Et primò, quia conclusio iuris est indubitata, † quòd periurus in causa in qua agit, repellitur ab agendo, vt per Dec.in cap.intelleximus.numero 18.de iud.per l. si quis maior. C.de transact. vbi ita tenent Cur.Sen.numero 52.& Parpa. numero 65. Roma. in sing.391. Tu sai, in fin. Alexand. in consilio 17. colum. 2.versic.& constat. volumine 3. Craue. in consilio 7. numero 12.& in consilio 191. numero 7.& hanc esse *communem asserit Dec. in ca.dilecti.in 3. notab.de except. Soci.Iun. in consilio 125.in princip. volum.3. Sed dom. Alasina cum iuramento hæreditati paternæ, & maternæ renuntiauit, mediante condecenti dote scutorum 2000.ad commodum dict.magnifici dom. Francisci eius fratris, contra quem agit, veniendo contra dictam renuntiationem, & quitationem iuramento firmatam, vt infrà dicetur. ergo agere non potuit contra dict. do. Franciscum, quod eò maximè dicendum venit parte opponente. Et in tantum vera est huiusmodi sententia, † quòd tunc si vellet absolui à dicto iuramento, non posset absolutionem ipsam seu habilitationem obtinere: quia frustra auxilium legis implorat, qui in ipsam legem incidit, cap.quia frustra.de vsur. Feder.de Sen. in consilio 301. in fin vbi consuluit, † quòd absolutio à iuramento debet peti ante terminum solutionis, aliàs si lapso tempore petatur per debitorem, & sic postquam incidit in periurium, non debet audiri, per d. regu. quia frustra. Idem tenuit Anchar. in consil. 198. colum.fin.Roma.in consilio 326.colum.2.Alexand.in cons.222.colum.3.volum.2.& in cons.118. colum.fin. volum.7.& in cons.17.volum.3.vbi dicit, quòd secundum magis * communes conclusiones doctorum non debet concedi absolutio à iuramento ei, qui venit iam prius contra iuramentum, quàm ab eo petierit absolutionem.Bertran.in consilio 196.numero 2.vbi citat hanc esse communem, volumine 4.Et hoc adeò verum est, † quòd etiã si dictus dominus Franciscus vellet ei remittere dictum periurium, nõ posset, vt per Bal.in auth. quod eis.C.de nup.& Alexand. in cons.83.colum.fin.volu.5. vbi attestatur, hanc esse magis* communem, dixi in cons.34.num.2. vol.j. vbi multa adduco pro hac sententia.

Secundò in fauorem dicti magnifici dom.Francisci facit, quia dispositio iuris communis, quæ habet, quòd filia æqualiter debet succedere patri cum fratre, † limitatur locum non habere quãdo filia renuntiauit hæreditati paternæ, maternæ & fraternæ, in manibus patris ad commodũ fratris cum iuramento: quia tunc standum est renuntiationi, & non dispositioni iuris communis, † cùm quilibet possit renuntiare iuri in sui fauorem introducto, l. si quis in conscribendo.C.de pactis.cũ de nullius alterius præiudicio tractetur, quàm ipsius renuntiãtis. Et in specie facit, quod voluit Bald.in l. pactum dotale, in 4.q. C.de colla. vbi dicit, † quòd si filia renunciat hæreditati paternæ propter fratres, quòd illis videntibus renuntiatio valet, secus si mortuis: quia tunc renuntiatio ei non obesset, idem ibi dixerunt Salic. Paul.de Castro, Roman. in l. qui superstitis. ff.de acquir. hæred.Marsil.in l. vnica. numero 41. C.de rap. virg.Burigella in l. stipulatio hoc modo concepta, nume. 36. ff.de verbor.oblig.vbi inquit Alexand.in consilio 29. colum.3.lib.3.dicere, quòd in dubio renuntiatio ipsa censetur facta fratris contemplatione, quod subdit Butig.perpetuò notandum.Idem tenuit Dec. in consilio 31.colum.j.& fin.in princip.in consil.433.colum. j.in fin.506.colum.j.& 568.numero 5.versi.3. non obstat.Ruin.in consil.204.numero 3.volu.j.Socin. consil.34.numero 4.volum.4. Et pro ista diuisione bene facit, quod in terminis voluit Anchar. in consil. 434. vbi dicit, † quòd renuntiatio facta per filiam dotatam cum iuramento, ex eo, quòd fuit bene dotata, & in qua sibi reseruauit ius succedendi decedentibus fratribus eius sine liberis, debet inuiolabiliter obseruari, sequitur Dec. in consilio 379. numero 2.& 8. in fin.Bald.consilio 372.lib.3.vbi inquit, † in filia, quę ex præsumpta voluntate patris excludat renuntiantem,& tunc renunciatio nocet: puta si esset filius masculus, sequitur Dec.in consilio 553.in fin.& in consil. 568.colum.2.versic.3.aduertendum. Cùm igitur ipsa dom.Alasina huiusmodi renuntiationem fecerit patri ad commodum dict.dom.Francisci viuentis, clara resultat conclusio, quòd per eam debet inuiolabiliter obseruari, † quòd dict. dom. Alasinæ amplius non datur regressus ad bona renuntiata, l.quæritur. §.si venditor.ff.de ædil.edict.l. si quis in conscribendo, vbi doc. C.de pactis. Paris. consilio 5.numero 155. volumine 4. Quòd autem ipsa renuntiauerit in manibus patris dicta bona, de quibus suprà, & cum iuramento satis constare videtur, si non ex dicto instrumento imperfecto, saltem ex depositionibus testium, qui interuenerunt & præsentes fuerunt ipsi renuntiationi † tanquam testes instrumẽtarij, quorum dictis standum est, cùm fuerint approbati ab ipsa domina Alasina tempore dictæ renuntiationis, de qua fuit rogatus quondam dominus Vincentius de Platea, qui ob negligentiam omisit extendere renuntiationem ipsam, vt apparet ex notula sua. Cùm igitur ipsis credatur, tanquam approbatis ab ea, vt per Oria.in cap.quoniam contra. in ver. testium depositiones. columna 22. ver. item frater non potest. de proba.& sint omnes contestes, † prout in dubio præsumuntur, Innoc. in cap. qualiter & quando. de accusa. Alexander in consilio 156. numero decimotertio, volumine quinto, 115. numero primo, volumine septimo. Craue. latè in consilio 78. numero 9. & 151. numero 15. sequitur, quòd cùm dicta domina Alasina tanquam condecenter dotata à patre in dictis duobus mille scutis & scherpa renuntiauerit hęreditati paternæ, maternæ, & fraternæ, in manibus patris cum iuramento: lege adiecta, quòd si dictus Franciscus eius frater decederet sine liberis, renuntiatio sibi non præiudicaret, & quæ fecit quitationem patri cum promissionibus & obligationibus suis, quòd à fratre suo nihil vlterius petere posset, sed quòd is absoluendus veniat à petitione dimidiæ partis bonorum & hæreditatis dicti quondam do. Antonij eius patris.

LAVS DEO.

SVMMA-

SVMMARIVM CONsilij XXVII.

1 *Ius oritur ex facto.*
2 *Vxori alleganti sæuitiam viri, incumbit onus probandi.*
3 *Vani timoris nulla habenda est consideratio.*
4 *Iudicis arbitrio relinquitur, an causa sæuitiæ allegata sit iusta vel ne.*
5 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est validum.*
6 *Testibus domesticis & familiaribus standum non est.*
7 *Testes familiares & si regulariter repellantur à testimonio, tamen admittuntur quando veritas aliter haberi non potest.*
8 *Quod intellige quando essemus in actibus, in quibus actu & habitu, attento communi cursu, verisimiliter alij testes interuenire non potuissent, aliàs secus.*
9 *Item etiam non admittuntur in subsidium nisi constet quòd aliæ probationes deficiant.*
10 *Probatio debet esse clara, certa, & necessariò concludens.*
11 *Testibus deponentibus se vulneratos fuisse, & verberatos à parte, contra quam testificantur, nulla fides adhibenda venit.*
12 *Sæuitia non probatur per testes deponentes, quòd semel viderunt maritum verberantem vxorem,*
13 *Maritus vxori correctionem competentem facere potest, sicut dominus seruo & mercenario suo.*
14 *Quod amplia procedere, etiam si promisit ipsam non corrigere, quia talis promissio non valet tanquam facta contra bonos mores, & quia daret materiam delinquendi.*
15 *Vir debet & potest corrigere vxorem suam correctione competenti, & compelli nõ potest ad cauendum de non corrigendo malos mores ipsius.*
16 *Vir atrociter castigans vxorem, punitur in quarta parte substantiæ suæ versus vxorem, & nihilominus præstabit iuramentum vel cautionem idoneã, quòd eam non lædet in futurum, & etiam punitur quantùm ad Rempublicam.*
17 *Maritus castigans vxorem, si eam percutit cum baculo & sanguinis effusione, nõ poterit inquestari, quia præsumptio non est, quòd dolosè vel animo iniuriandi eam percusserit.*
18 *Vir & vxor sunt socij diuinæ & humanæ domus.*
19 *Vir & vxor vna caro sunt.*
20 *Declaratio ad tex. in l. 1. C. de emenda propinquo.*
21 *Minæ non habentur in consideratione, nisi probetur, quòd minans solitus esset eas mandare executioni.*
22 *Testes animosè deponentes redduntur suspecti.*
23 *Testibus verisimilia nõ deponentibus, non est credendum, quinimò ipsi redduntur suspecti.*
24 *Testes deponentes aliquem esse furiosum, debet reddere rationem dicti sui.*
25 *Testibus nobilioribus & dignioribus, maior fides adhibenda venit, quàm alijs.*
26 *Quod amplia procedere, etiam si essent pauciores numero.*
27 *Testes deponentes verisimiliora, si præferuntur aliis, multò magis si deponunt cum præsumptione naturæ.*
28 *Quilibet præsumitur sanus mente & non furiosus.*
29 *Talis quis esse præsumitur, qualem natura solet producere, nisi contrarium probetur.*
30 *Testes deponentes de bonitate, præferuntur alijs.*
31 *Vir, si est homo discretus & emendatæ vitæ, non est cogendus ad cauendum vxori, sed sufficit iuramentum.*

CONSILIVM XXVII.

ASserta sententia, quæ dicitur lata contra spec. d. Gabrielem Tonsum, videtur continere euidentem iniustitiam & manifestam iniquitatem, si vera sunt, quæ præsupponuntur in
1 facto, † ex quibus ius oritur. l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad l. Aquil. Et deueniendo ad scopum præsentis consultationis, videtur, quòd totus conatus, quem facit domina Lucida, vxor prædicti domini Gabrielis, videatur consistere in sæuitia erga ipsam vsa per maritum, propter quam requirit eum cogendum esse ad sibi præstandum cautionem, de eam bene tractando. Verùm
2 quia † vxori alleganti sæuitiam viri, incumbit onus probandi. Gul. de Cun. in l. illicitas. §. potentiores. ff. de offic. præsid. per tex. in §. neque in authentic. de mand princ. coll. 3. & iusta adesse debet causa vel ve-
3 risimilis, vt cautio requisita præstari debeat, † quia vani timoris nulla habenda est consideratio. l. 3. ff. ex quibus cau. maio. Alex. in cons. 78. num. 33. volu. 5. Bald. in cons. 176. volum. 1. ideò videndum restat, si legitima fuit causa sæuitiæ, allegata per ipsam dominam Lucidam, & si legitima, an bene probata,
4 † quod iudicis arbitrio relinquitur in specta qualitate personarum, & causis suspicionis, vt per Bald. vbi suprà, &
5 videtur quòd non, † ex valido argum. à sufficienti partium enumeratione. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Soc. Iun. in consilio 130. num. 28. volum. 3. & in consi. 142. num. 33. volu.
6 eod. nam, aut ipsa fundamentum facit † in testibus suis domesticis, & familiaribus deponentibns de sęuitia, & illis standum esse non videtur, cùm regulariter repellantur à testimonio, c. in literis, de testib. l. 2. C. de eod. vbi Cyn & Bald Alex. in consil. 150. num. 17. volum. 5. Dec. cons. 133. colum. 4. in princip. ver. præterea. Mars. in cons 33. numero 4. & 40. num. 21.

Nec obstat, quòd etsi regulariter repellantur à te-
7 stimonio, vt etiam notatur in d. c. repellantur de accusa. † tamen saltem amittuntur, quando veritas aliter haberi non potest. Butr. in c. tertio loco, de proba. Mars. in consi. 127. num. 12. quia respondetur huiusmodi limitationem non ita simpliciter, sed
8 cum grano salis intelligendam esse, videlicet, vt ipsa procedat † quando essemus in actibus, in quibus actu & habitu. attento communi cursu, alij testes verisimiliter non potuissent interuenire. secus si actus ita se haberet, quòd actu & communi cursu de eo possent alij testes haberi, licèt actu nõ potuerint interesse, quia tunc non admittuntur testes familiares & domestici. Alex. in consi. 6. colum. 2. volum. 1. Dec. in consi. 42. columm. 2. Ruin. in cons. 149. colu. 7.
9 vol. 5. Gram. in cons. 58. num. 4. Item † etiam non admittuntur in subsidium, nisi constet, quòd aliæ probationes deficiebant, Alex. vbi suprà. Alcia. in tract. de præsum. præsumpt. 47. in 1. reg. in fi. Mars. sing. 73. & in cons. 41. colum. 2. dixit in consi. 24. nu. 67. volum. 1. & in cons. 7. num. 15. volum. eod. sed hæc probata non reperiuntur, ergo ipsis nõ est standum. Aut fundamentum facit in testibus deponentibus vidisse ipsam dom. Lucidam habere oculos liuidos, aut aliquod medicamen super facie, & isti similiter nihil probant, quia non sequitur, mulier habet oculos liuidos, aut medicamina aliqua super faciem,
10 ergo maritus horum fuit causa, † cùm probatio debeat esse clara & certa, ac necessariò concludens. l. non hoc. C. vnde legit. l. non nudis. l. non epistolis. C. de proba. pro qua sententia facit, quod scribit Paris. in consi. 54. num. 23. volum. 4. vbi loquens in terminis nostris, inquit, testes deponentes audiuisse Diamentem in suo cubiculo clamantem, non probare

bare aliquam causam suspicionis mariti, cum non declarent ex qua causa clamabat, ergo id dicendum in casu præsenti, vbi pariter testes non declarant vnde nata fuit & orta dicta liuiditas, & quare super faciem fuerunt apposita dicta medicamina. Aut in alijs testibus dicentibus de percussione, & ipsis quoque fides adhibenda non venit, cum nõ probent de aliqua percussione mariti, vel quòd vxor fuerit ab eo vulnerata, vel tale quid erga eam commissum, propter quod sæuitia probata dicatur, vt per Bald. in al-
11 legat. cons. 176. col. j. Item † sunt inimici ipsius domin. Gabrielis, cùm dicant eos vulneratos fuisse & verberatos ab eo. Alexan. in consi. 99. vol. j. in consil. 146. num. 20. volu. v. Craue. in consi. 93. nu. 3. dixi in cons. 24. nume. 29. & 85. volumin. j. imò plus dicitur,
12 † quòd etiam si testes ipsi dixissent, quòd maritus semel dictam dominam Lucidam verberauit, quòd non probaretur sæuitia, sed correctio, secundum
13 Bald. in cons. suprà citato 176. col. ij. † quam correctionem competentem maritus vxori facere potest. l. j. C. de emen. propin. §. fi quis autem, in authentic. vt liceat matr. & auiæ. coll. 8. c. quemadmodũ. de iureiur. sicut dominus seruo. §. fi. inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. & etiam mercenario suo. l. respicien-
14 dum. ff. de pœn. † Quod procedit, etiam dato quòd promisisset ipsam non corrigere: quia talis promissio non valeret tanquam facta contra bonos mores, & quia daret materiam delinquendi. l. si plagis. ff. de verb. oblig. Abb. in c. ex transmissa, de restit. spolia. Bald. in iam sæpius allegato consi. 176. colum. j. vbi
15 inquit, † quòd vir debet & potest corrigere vxorem suam correctione competẽti, & quòd compelli non potest ad cauendum de non corrigendo malos mores ipsius, & si expresse promitteret de non corrigendo, non valeret promissio ex ratione suprà dicta: quia esset contra bonos mores. Paris. in cons. 54. num. 34. volu. 4. Et quòd possit eam castigare, voluit glos. in c. placuit. 33. q. 2. c. sicut. 7. q. j. Paris de Put. in tractat. synd. in verbo officiales. num. 3. vbi vir potest eam corrigere & castigare, & in vinculis ponere quousque corrigatur. Facit quod not. Iaco. de Beluis. in pract. iudi. in tit. de leno. num. 17. vbi ait, quòd vir vxorem potest verberare leuiter, quia leuis castigatio est ei permissa, sicut magistro erga discipulum, & domino erga seruum, & quod sic intelligitur l. j. C.
16 de emendat. ser. & emen. propinq. † nõ autem atrociter, quia tũc punitur versus vxorẽ in quarta parte suæ propriæ substantiæ. l. iubemus vers. si verò & in vers. si igitur. C. de repud. & nihilominus habebit locũ iuramentũ, quod eam nõ lædet in futurũ, vel cautionem præstabit idoneam, de quibus fit mentio in l. præsenti. §. sanè, in ver. interuentione. C. de his qui ad eccle. confug. & etiam punitur quantum ad rempublicã, iuxta not. in tit. de pac. iur. fir. in prin. Et ideò dixit Guid. Papæ. in tract. de præsum. numer. 91.
17 quòd † maritus si castigando vxorem eam percutit cum baculo, ita quòd sanguinetur, quòd non poterit inquestari: quia præsumptio non est, quòd dolosè vel animo iniuriandi eam sic percusserit: consideratio, † quòd sunt coniuncti & socij diuinæ & huma-
18 19 næ domus. l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. † & quia vna caro sunt. l. quia parentes, cum gloss. ff. so-
20 lut. matr. Nec obstat secundùm eũ † l. j. C. de emend. propinq. quia intelligitur vbi cum enormitate fit castigatio animo doloso, qui præsumitur ex atrocitate vulneris. §. atrox. instit. de iniur. Aut vim facere postremò vult in alijs testibus deponentibus de minis, & in hoc etiam non debet fieri aliqua consideratio, cũ possint mariti cõminari vxoribus, & aliquãdoid procedat iracundię causa, & tantò magis id
21 dicendũ venit, † cùm non probetur ipsum consuetum fuisse minas mandare executioni. l. j. C. si quis Imperatori maledix. Paris. in cita. consil. 54. nume. 2. versic. & quia. Aut vltimo loco vult se fundare in testibus deponentibus, quòd est furiosus d. dominus Gabriel, & profectò mirandum est de eis, quòd ita animosè deponant, cum d. domin. Gabriel sit virtuosus in arte sua, & qui inter alios primus in ciuitate sua reputatur, ac quòd in seruitijs illustrium personarum quotidie versatur medicando, qui si furiosus esset, non admitteretur, nec toleraretur in dicta
22 ciuitate ad medicandũ: quo casu † cum ita animosè deponant, reddũtur suspecti, teste Anch. in cons. 227. col. 3. quem sequitur Craue. in cons. 2. num. 6. vbi alios citat. Alexand. in cons. 154. colum. fi. in prin. vol. 5 quem sequitur Gramma. in consi. 12. num. 14. Item
23 † & quia non deponunt verisimilia, quo casu eis non est credendum. c. quia verisimile, de præsump. Alex. in consi. 2. num. 11. volu. 2. Craue. consi. 115. nume. 12. & in cons. 28. numer. 1. vbi plus dicit, quòd redduntur suspecti. Et tantò magis eorum depositiones repro-
24 bantur, † cum non reddant rationem dicti sui quare sit furiosus, quæ tamen qualitas sufficienter probari debet. Alexand. in cons. 10. col. 2. vol. 6. Item reprobantur testes ipsi per alios examinatos in fauo-
25 rem dicti domini Gabrielis, † qui sunt nobiliores & digniores testibus contrarijs, quibus magis credendum est, l. 3. §. eiusdem, vbi Bart. ff. de testib. vbi glos.
26 † ampliat hoc pro cedere, etiam si testes essent pauciores numero. Alexan. in consi. 43. colum. 1. in fin. vo-
27 lum. 7. dixi in cons. 24. num. 52. volum. 1. Item † quia si deponentes verisimiliora, quia super eo, quod est conforme iuri communi, præferuntur alijs. Inno. in c. auditis de præscrip. Dec. in cons. 448. nu. 75. Gram. in voto 14. num. 8. & 22. nu. 2. quantò magis si deponunt cum præsumptione naturæ. Nam præsumptio
28 naturæ est pro eis, † cum quilibet præsumatur sanus mente, & non furiosus. Nam sensus & ratio naturalis in quolibet homine præsumitur, nisi contrarium probetur. l. non codicillum, vbi gloss. Bart. Bal. Saly. & Raph. C. de testa. l. 2. C. qui testa. fac. pos. Alcia. in trac. de præsump. reg. 1. præsump. 38 Ruin. in cons. 67. in princip. volum. 1. Boer. decis. 23. num. 43. Gram. decis. 73. nu. 11. Corne. in consil. 21. colu. 2. volu. 8. Maran. in repetit. l. is potest. num. 127. ff. de acquir. hæred. vbi dixit quòd in dubio quis præsumitur mente compos & sanus, nisi probetur furiosus. c. fi. vbi not. omnes de succes. ab intest. Et ratio est secundum Bal. in d. l. nam codicillum, quia aliquem esse compotem mentis est naturale, sed esse furiosum est ac-
29 cidentale. Vnde † quis præsumitur esse talis, qualem solet natura producere, nisi contrarium probe-
30 tur. Item & ipsis maior fides adhibenda est, † cum deponant de bonitate ipsius domini Gabrielis, quo casu alijs debent præferri: Craue. in cons. 151. numer. 20. cons. 20. num. 6. 145. numero 15. consi. 9. num. 8. Paris. in materia in cons. 54. nume. 30. volum. 4. vbi inquit, dicta testium corruere, quoniam testes examinati pro marito deponunt bonam vitam & famam ipsius, imò plus dixit Bal. in citat. cons. 176. col. 2. vo-
31 lu. 1. quòd † si vir est homo discretus & emẽdatæ vitæ, quòd non esset cogendus ad cauendum, sed sufficeret iuramentum. Vnde, cum non constet legitimè de dicta sæuitia, vt requiritur iuxta Bald. vbi suprà, non venit confirmanda sententia lata contra d. domin. Gabrielem, sed infirmanda tanquam lata sine fundamento, cum rei qualitas fideiussores non desiderat.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXVIII.

1 *Dispositio c. an agnatus vel filius habeat locum in feudo ex pacto & prouidentia. sed contra secundùm communem vt tantum locum habeat in feudo hæreditario, vt nu. 9. & sequentib.*

2 *Feudum ex pacto & prouidentia dicitur esse, quando est acquisitum pro se & liberis.*

3 *Feudum ex pacto & prouidentia est etiam, quando est acquisitum pro se, hæredibus, & successoribus vtriusque sexus de suo corpore legitimè descẽdentibus.*

4 *Vel quando dicitur pro te & hæredibus masculis.*

5 *Feudum dicitur hæreditarium, quando est concessum pro se & hæredibus.*

6 *Idem quando dicitur pro se & suis.*

7 *Feudi hæreditarij natura est, vt in eo secundùm communem*

munẽ quis succedere non possit, nisi sit hæres etiam si sit filius.

8 *Feudum hæreditarium non potest separari ab hæreditate, cum per additionem coniungatur cum bonis agnati defuncti: sed contra nu. 13.*

9 *Feudum simpliciter susceptum nulla facta mentione filiorum vel hæredum, dicitur hæreditarium.*

10 *Filius est velut pars patris, vnáque caro, & vna persona.*

11 *Filius ex delicto patris perdit feudum quando illud transit ad filium ex successione patris, secus quando transit ex iure suo, vt quia filius & non hæres.*

12 *Filius in feudo hæreditario debet esse hæres patris vltimo loco defuncti, agnatus verò sufficit quòd sit hæres vltimi defuncti, vel primi inuestiti.*

CONSILIVM XXVIII.

ARticulus super quo interrogatus sum, videlicet an c. j. an agna. vel fil. quod disponit, filiũ non posse recusare hæreditatẽ patris, & feudũ acceptare, sed vtrumq; amplecti vel respuere, locum habeat tãtum in feudo hæreditario, vel solũ in feudo ex pacto & prouidentia? difficilis & obscurus est propter conflictum scribentium, qui inter se adeò varij & repugnantes sunt, vt discerni non possit quænã magis recepta sit doctorum sentẽtia: vt igitur veritas ipsius articuli magis eluceſcat, seruando morem meũ, arguam ad vtrãq; partem, & vltimo loco demonstrabimus crebriorem doc. sententiam esse dispositionem d. c. tan
1 tùm militare in feudo hæreditario. † Quod etenim
2 locũ habeat in feudo ex pacto & prouidentia, † quòd dicitur esse quando est acquisitum pro se & liberis, vt per Iser. in c. j. §. hoc quoque, col. 2. de succes. feud. Alexand. in cons. 19. col. 2. & 3. in princip. volu. 5. & in consi. 55. numer. 9. volum. 4. Dec. in cons. 185. colum. 2. vers. circa primum. 395. col. 2. versicu prædictis tamen non obstantibus, & in consi. 445. nume. 8. Soci. Iun. in cons. 112. colum. 3 & 4. volu. 2. Paris. in cons. 2. num. 22. volu. 1. & in consil. 5. num. 2. vol. eod. vbi inquit, tunc feudum non dici hereditarium, sed ex pacto & prouidentia quando conceditur pro se & filijs seu liberis, vel descendentibus, non facta mentione
3 hæredum: † vel quando dicitur pro se & suis hæredibus & successoribus vtriusque sexus de suo corpore legitimè descendentibus. Iser. in c. j. §. & si libellus, colum. 2. vers. sed quid si acquisiuit, de alie. feud. pater. dixi aliàs in cons. meo. 67. numer. 32. in j. volum. quibus scriptis nunc addo Nattam collegam meum in consil. 128. col. 2. & in consil. 130. num. 4. Soc. Iun. in consil. 72. numer. 27. versic. hoc etiam. volum.
4 j. Vel etiam † quando dicitur pro te & hæredibus masculis, vt pariter dixi in citato consi. 67. vbi clarè
* demonstraui hanc esse * communem sententiam: quæ etiam confirmatur authoritate Alcia in consil. 179. Bos. in tract. suo crim. in titu. de Principe. nume. 306. in fi. Sali. in l. 2. colum. 3. C. de lib. & eo. lib. Affli. in prælud. feud. nume. 183. Socin. Iun. in consi. 72. nu. 27. vol. j. & in cons. 80. numer. 6. volum. 2. Alexand. in cons. 80. in fin. Natta. in cons. 128. columna j. & in sequenti, ac in cons. 127. in princ. & 130. colum. j. satis demonstratur ex sequentibus: quoniam clara est
5 Doctor. conclusio, † quòd quando feudum est hæreditarium, quia concessum pro se & hæredibus. Alexand. in consi. 10. col. 3. Dec. in consil. 185. colum. 3. Craue. in consi. 197. colum. 2. & Alcia. in cons. 183. vbi
* citat hanc esse magis * communem. Idemq; † si dictum esset pro se & suis, secundùm Imol. in consil. 21.
6 Alex. in consi. 26. colum. 3. volum. 5. Alcia. in cons. 160.
7 numer. 9. & in cita. consil. 183. in princip. † quis non potest in eo succedere nisi sit hęres, siue sit filius, siue agnatus. Doct. communiter in d. c. j. an agna. vel. fil. Alexand. in citat. consi. 10. column. 3. vbi attestatur
* hanc esse * communem. Iaso. in consil. 9. inter cons. Bru. col. 3. ver. item ex alio. Campeg. ibidem in cons. 2. in fi. & in cons. 11. col. 4. Soc. ibi in cons. 10. columna 3. ver. circa 2. quęst. & Cur. Iun. in cons. 1. nu. 11. vbi citat hanc esse magis cõmunem. sed si nos diceremus, q̃ tex. in d. c. 1. haberet tantùm locũ in feudo hæreditario, & nõ in feudo ex pacto & prouidẽtia, sequeretur quod dicta cõmunis opinio destrueretur: quoniam in casu d. c. dicitur, quod licèt filius non posit repudiare hæreditatẽ & amplecti feudũ, quia vtrũq; tenetur acceptare vel recusare, tamẽ quod agnatus potest: ergo datur intelligi, q̃ tex. ipse loquatur in feudo ex pacto & prouidẽtia, & nõ in hæreditario: quia, vt dictũ est, agnatus in eo admitti non potest nisi sit hęres, vt etiã voluit Dec. in cons. 78. nu. 2. 194. nu. 4. & 208. nu. 9. Cur. Iun. in trac. feu. in 1. par. q. 8. nu. 20. & in cons. 138. nu. 13. vbi asserit hãc esse doc. receptam sen-
8 tẽtiam. nam clari iuris est, † q̃ feudũ hæreditarium nõ potest separari ab hæreditate, cũ p additionẽ coniungatur cum bonis defuncti agnati. l. sed si plures §. filio. ff. de vulg. & pupil.

Secundo dicitur, quòd d. capitu. 1. loquitur de feudo ad differentiam hæreditatis, quam agnatus potest repudiare, & feudum amplecti: ergo videtur dispositio illius capituli intelligenda de feudo ex pacto & prouidentia, quod ab hæreditate separatum est. vt docet Bart. in l. item videndum. §. fin. ff. de pet. hæred. Dec. in cons. 390. col. fi in princ.

Tertio facit, nam si tex. in dicto cap. j. loqueretur de feudo hæreditario, frustratorie illud bis de agnato dispositum esset sub conditione, si feudum sit paternũ vel non, cum hæreditas semper requiratur.

Quarto, opinio ista comprobatur authoritate gl. in verb. repudiare, in d. c. j. Bar. in l. ius iurand. §. si liberi. col. j. ff. de oper. lib. Iser. in d. c. 1. Azofons legũ in suis brocardis. Aret. in l. pro hærede. §. si qd tamen. ff. de acq. hæred. in l. si quis non quasi. ff. eo. tit. Affli. in d. c. 1. num. 1. & 32. in c. 1. nu. 37. de cler. qui inuest. fec. in prælud. feud nu. 180. in c. 1. §. quid ergo, nu. 8. de inuest. de re alie. fac. in c. 1. denique nu. 7. quæ sit prima cau. ben. amit. in c. Imperialẽ in princ. nu. 33. in fin. de prohi. feu. alie. per Fed. in c. j. §. Titius. nu. 13. si de feu. fue. cõtro. inter dom. & agna. in c. naturales, in quinto notabili eo. tit. in c. j. §. filius, de capi. qui cur. vend. & in c. j. nu. 8. de alie. feu. pater. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de feudo. §. quoniam, vers. 37. Imo. in d. l. si quis non quasi, & in l. quòd dicitur de verbo. oblig. Gul. Benedic. in repeti. c. Rainutius, in verb. absq; liberis, il 2. num. 59. de testa. Sigismund. Lofr. inter cons. feudalia in cons. j. nu. 44. 52. 53. & 68. consi. 14. nu. 45. cons. 46. numer. 17. & 267. numer. 24. Socin. Iun. in consil. 112. numero. 10 volumine 2. & in cons. 81. num. 56. volumine 3. Paris de Puteo in d. c. j. colum. 2. Salic. in l. 2. q. 18. in fin. C. de iure emph. Mayne. in l. non debet, de reg. iur. Guiliel. Syracusa. in consil. 6. & 7. nu. 3. & 4. Capi. decis. 97. numer. 2. Tiraquel in tracta. de primog. q. 35. numero 11. Fridec. Schenck. in tractat. feud. par. 9. nu. 160. Sylua. cõs. 30. Grat. consil. 55. nu. 31. in princ. Alcia. in cons. 160. numero 15. & sententiam istam vti communem sequuntur Maran. in l. is potest, nu. 42. ff. de acquir. hæred. Bru. in cons. 24. in princ. Alba. in cons. 76. in fi. & magis communem testati sunt Aret. in cons. 14. col. 11. vers. sed contrarium. Cur. Iun. in cons. 138. col. 2. Didac. in lib. var. resol. lib. 2. c. 18. nu. 4. & Beneuẽta. in c. imperialem. §. præterea ducatus, de proh. feud. alien. per Feder. col. 14. in prin.

Quibus tamen non obstantib. contraria sententia est de iure verior, & tanquam magis recepta, tenẽda est, vt infrà apparebit. quæ primò probatur ex
9 communi conclusione, quæ habet, † q̃ vbi feudum est simpliciter susceptum, nulla facta mentione filiorum vel hæredum, illud dicitur hæreditariũ: quia perinde est ac si receptũ fuisset pro se & hæredibus, recipiens in dubio videatur voluisse prouidere suis hæredibus. Pau. de Castr. in l. si post mortem, col. 2. de lega. 2. Nam regulare est in omnibus contractibus acquisitis per patrem, vt videatur filijs acquisiuisse non tanquam filijs simpliciter, sed tanquam hæredib. glos. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. cum acquisitio hoc modo concepta vtilior sit patri, cuius interest habere hæredem, qui adimpleat eius dispositionem, & eius fidem obseruet. §. valde, inst. quib. ex cau. manum. non. lic. Host. in c. tua, per illum text. de vsur. Alcia. in cons. 160. numero 8. Bru. in cons. 80.

colum.

colum.5.vers.est distinguendum.Cur.Iun.in cons.3. col.2.in princ.Paris.in cons.3.num.9. volu.1. Egid.in tract. suo crim.in titul.de princip.nu.309.Gozad. in cons.4.nu.11.Iterum Paris.in cons. 5.num.8.& vol.j. cons.23.nu.159.vol.eo.Rui.in cons.16. nu.3.vol.j.& in consi.38.nume.19.volu.eod. vbi inquit, tale feudum non minus dici hæreditarium, quàm si esset receptum vel concessum pro se & hæredibus, vt notant omnes in d.c.j.an agna.vel fil. Alcia.in cons.179.nu. 2.& in cons.180.& 160.nu.8. dixi in cons.70.num.39. vol. j.& in cons.67.nu.23.volu. 2.& hanc esse* communem citât Ias.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui. ff.de lega.1.& Clarus in §.feudũ.q.9.ver.sed quid dicendũ,sed tex.in d.c.j.loquitur in feudo informiter, id est,sine mentione filiorum vel hæredum cõcesso & suscepto, & sic de feudo hæreditario, ergo, &c. Et ideò dixit Bal.in d.c.j.col.4.ad propositum nostrum, quòd si vasallus recipit feudum simpliciter, quòd habet locum quod dicitur in d.c.j.scilicet quòd non possit filius vasalli feudum retinere,& hæreditatem repudiare,imò ita demũ poterit habere feudũ, si sit hæres: quoniã quãdo vasallus recipit rẽ simpliciter, nulla facta mentione filiorum vel hæredũ, videtur in dubio voluisse prouidere hæredibus suis, & sic recipere pro se & hæredibus.c.j.de duobus frat.à c. inuestit.& Bald. sequitur Alex.in consil.26.numer.3. volu.5.

Secundò ista sententia iuuatur authoritate Iser. in c.j.§.& si libellus,colum.3.vers.vnde videtur,de alien.feud.pater. in c.j.in fin. qui succes.tenean.c.j.§. hoc quoq;, de succes.feud. Dec.in cons.395.nu.7.in fi. & in cons.445.nu.51. Gozad.in cons.9.nume.53.& in cons.21.num.82.inter consilia Montisferrati.Bald.in c. quæ in ecclesiarum. column. penul. vers.sed nunquid,de constit.Alex. in cons.19. col. 2. volum.5.& in consi. 26. col. fin.vol.eo.in consi.30.colum.5.in princ. versi.item potest esse ratio.vol.j.in cons.124.numero 7.volum.4.& in l.si patroni,in princ.col.2.in prin.ff. ad Trebell.Paul.de Cast. in l.pro hærede.§.si quid tamen colum.2. vers.& per hoc patet,sed meliùs. colu. fi.ff.de acquir. hæred. vbi inquit feudum transire ad filium vti filium,etiam si non sit hęres patris, quando à patre fuit receptũ pro se & suis filijs seu liberis, secus si simpliciter, vel pro se &|hæredib.suis vel pro se &liberis hęredibus qa tunc non transit ad liberos nisi sint hæredes.& subdit quòd ita debet intelligi titulus an agna.vel fil. prout notabiliter limita Bal.qd' inquit menti tenendũ.Rursus in l.adoptiuũ. §.patronũ.ff.de in ius vocan.in l.si mihi &|Titio, col.2.vers. vnde videtur dicendũ.ff.de verb.obli.in l.quodcunque.§.si ita, circa fi.eod.titu.vbi ait,quòd in his,quæ transeunt ad filios,vt filios, nõ est necesse quòd filius adeat hęreditatem paternam,vt in feudo recepto pro se & filijs suis descendentibus: quia ad illud deuenire possunt absq; quòd adeant hæreditatẽ patris, in authen. post fratres, in princ.C.de legit.hæred.in l.si post mortem.ff.de lega.1.& in authen.vnde si parens.col.pen. C. de inoffi. testa.& in consil.162.col.2. secundùm antiquã impressionem, & in l.2.§.fi.col. j.C. de bon. liberto. Mart. de Laud. & Bal. Alua.& Præpos.in.d.c.j.Corn.in cons.199. col.14.circa fi.vol. 2.Curt.sen.in cons.81.col.5.ver.si autem inuestitura. Anch.in cons.308.col.j. ver.& licèt. Cy. in l. si manumissus,in fi.C.de liber.& eorũ liber.Curt.Iun.in cõs. 1.col.4. ver. prædictam etiam differentiam, vbi sequitur Cy. vbi suprà Rub. Alexan.in l.Gallus.§.quidã rectè.nu.187.ff.de lib.& posth.& in cõs.18.nu.3.85. nu.6.84.col.pen.Paris.in cons.5.colum.2.vers. quib. in locis,vol.1.cons.23. num.200.volum.eod.Soc.iun. in consi.42.col.j.vers.aliquando & secundo.volum. 3.consil.20. numer.200. inter consilia Montisferrati cons.102.nu.6.vol.2.cons.72.num.24.vol.j. Calcan.in cons.74.colum.2.vers.item quando quis.Bru.in cõs. 80.colum.5.Ioannes Trigo.in fing.19.colum.2.Rimin.consil.306.num.12. Frid.Schenc. in d.c. j. num.2. vbi inquit,regulam d.tex. quæ habet, quòd filius patris aut ascendentium hæreditatem ac feudum vel simul,agnoscere vel repudiare cogatur,nec alterum per se acceptare posse, procedit in feudo hæreditario:† quia filius est velut pars patris, vnaq; caro, & vna persona. l. fin. C. de impub. & alijs substi. secus autem in feudo concesso pro se & liberis:quia in hac specie filius potest repudiare hæreditatem, & feudũ amplecti etiam si non sit hæres, secundùm Iacob. Ardizo. Iser. Alua. & Bald. ibi per eum citatos.arg.l. cum patronus.§.cum libertus,& l.si operarum iudicio,vbi bonus text.ff. de oper.liber.l.quodcunque.§. si quis ita.ff.de verb. oblig. Ias. in cons.7. column.7. ver. nec obstat si diceretur. volum.3.56.column.4.in princ.volumine3.in l.quodcunque.§.sicuti.in 4.notab.de verb. obli. & in d.authent. vnde si parens,col. 2. Ruin.in consi. 12.numer.21.vol.j.in cons.25.num. 10. volum. 2. & in consil.176.numer.16.volumi.eod. & in consil.23.numer.12. volumin.5. dixi in consi.67. num.21.volum.j.Ias.in trac.suo in tit.de succes. feud. nume.6.vbi tradit, quòd licèt si feudum sit hæreditarium, filij descendentes patris vel ascendentium hæreditatem repudiare non possint,& feuda retinere, quia vtrunq; recipere vel reijcere debent, tamen quòd hæc conclusio non procedit si feudum sit ex pacto & prouidentia: quia concessum vasallo pro se & liberis: quia tunc veniũt principaliter vt filij, non vt hæredes,quo casu repudiata hæreditate filij si volent feuda retinebunt,sicut de iure communi patroni filius patris hæreditatẽ poterat repudiare, & bonorũ possessionem in liberti bonis petere,allegat l.si patroni.ff.de bon.liberto. Et subdit nõ obstare si dicatur, quòd cum in feudis hæredes accipiãtur pro filijs,nulla esset differentia an feudum sit pro se& hęredibus, vel pro se & filijs, quasi taciti & expressi eadẽ sit ratio:quia respondet,quòd imò magna est differentia:quia quando est facta pro se & hęredib.concessio, filij nõ veniunt solùm vt filij,sed vti hęredes, qui enim concesit vel recipit feudũ facta mentione hæredũ,non pręsumitur voluisse quòd filij sint feudi capaces nisi hæredes fuerint,vt in altero casu filijs prospectum est,etiam si non sint hæredes. Natta in con.130.col.7. in prin.Abb.in cons.3.colum.2.volum. 2.& ita omnes tenere in d.c.inquiunt Ruin.in cons.j. nu.12.in j.volum. Gozad.in cons.84. num.14. Natta in consil. 127. col. j.in princ.Riminal.in cons. 303. colum.2. in princ. & in fi. vbi refert ita tenere Iac.Ardi. 20. in locis suprà citatis, & hanc partem vti cõmunem amplectuntur Ias.in l.si post mortem, in 2. notab.de lega.1.Imol.in c.ex parte, colum.9. in princip. de feud.vbi etiam in quit diligenter hoc mẽti tenendum.Iacob.de S.Georg. in inuesti.sua feud. in verb. ita tamẽ quòd ipsi inuestiti,in princ.Salic.in l.2. col. 3.ver.hæc autem.C.de liber.& eo.liber.Galiaula,in l. Gallus in §.quidã rectè.nu.35.ff.de lib.& posth. Natta in con.159.col. 2.circa medium.Sylua.in cons.30.columna 10. licèt teneat contrarium & malè Clarus in §. feudum, q.76. vbi tradit hanc sententiam esse veriorem.

Tertiò comprobatur hæc opinio ex alia communi sententia Bar. in l.1.ff.de interd.& relega. vbi dum quærit,† an delictum patris noceat filio in feudo,distinguit quòd aut feudum trãsit ad filium ex persona patris tanquã ad patris successionẽ & perdit: aut transit ad eum iure suo, vt quia filius & non hæres, & tunc illud sibi retinet, vt probatur iure libertorũ, & sic Bar.cõcludere videtur, quòd in feudo ex pacto & prouidentia, non requiritur,quòd filius sit hæres patris, & Bart.sequũtur Gozad.in cons.84.in princ. & nu.14. sed melius ad terminos quæstionis in hoc decidit Pau.de Castro. in cons.162.columna 3.secundùm antiquam impressionem, vbi dicit, quòd per hãc distinctionem Bar. dicitur limitari titulus an agna. vel fil. videlicèt vt locũ habeat in feudo hęreditario, non autem in feudo concesso pro se & liberis. Rui.in cons.23.nu.32.vol.5.vbi inquit,quòd quando vasallus priuatur feudo propter delictũ, licèt secundùm* cõmunem opinionem non transeat ad filios delinquẽtis,nec ad agnatos trãsuersales vsq; ad quartum gradũ, sed ad vlteriores tantũ quando feudum est simpliciter receptum iuxta c.an agna.vel fil.quod vt dictũ fuit, est quãdo receptũ est pro se & hæredib. secus tamen est si sit receptum pro se & liberis: quia tunc admittitur filius vasalli, cui nõ nocet delictum patris,& Bar.vbi supra,sequuntur Imol.in l.si finita. §.si vectigalibus.colum.2. in fin. versicu.item adde. quartò,& Alex.colum.18.vers.adde etiam.ff.de dam.

infect. Paul. de Castro in l. adoptiuum. §. patronum col. 2. & Ias. in fin. ff. de in ius vocan. Iac. de S. Georgio in inuestitura sua. in verb. dictiq; vasalli promiserunt non committere feloniam. col. 19. ver. sitis ergo aduisati. Bos. in tract. suo crim. in tit. de bon. publica. num. 58. versi. sic etiam dum Curtius dicit. Cur. Iun. in tract. feud. in 5. par. in ver. sextus principalis sit tractatus, vbi sequitur distinctionem Bar. in d. l. j. Idem tenet Affl. in c. j. si vas. feud. priue. num. 3. Alexand. in cons. 19. num. 11. volumin. 5. vbi asserit hanc sententiam communiter receptam. Riminal. in consil. 303. col. 2. in prin. Paul. de Castr. in l. 2. colum. fi. C. de bon. liber. & sic ex hac communi cõclusione satis apertè constare videtur, non esse opus in feudo ex pacto & prouidentia vt filius sit hæres patris, sed sic in feudo hæreditario, vt loquitur textus in dict. c. j. an agna. vel fil.

Ad contraria condescendo, & ad primum argumentũ respondetur, quòd & si filius debeat vtrunq; acceptare vel respuere, & in agnato sit secus: quia potest repudiare hæreditatem & feudum amplecti, tamẽ per hoc non sequitur quin tex. in d. c. 1. nõ habeat locum in feudo hæreditario, & quamuis ibi constituatur differentia inter filium & agnatũ, istud procedit, † quoniam vt filius sit hæres, requiritur quòd 12
sit hæres patris vltimo loco defuncti, secus in agnato, cui sufficit, quòd sit hæres primi acquirẽtis, licèt nõ agnati vltimo loco defuncti: quod probatur ex notatis per Alexand. in cons. 26. col. 4. vol. 5. vbi in aggnato determinat vt supra. Dec. in consi. 78. nu. 4. Ias. in cons. 57. col. 5. in fi. vol. j. & in cons. 9. col. pen. versi. Item ex alio capite inter cons. Brun. & in l. si nõ sortem. §. libertus col. pen. ff. de cond. indeb. Iacob. de Beluis. in c. 1. de eo q tibi & hęred. mas. Iser. in c. 1. §. hoc quoq; de succes. feud. Paris. in cõs. 13. nu. 4. vol. j. Rui. in cons. 1. nu. 12. vers. aut ergo, vol. j. & in cons. 108. nu. 5. vol. 2. Alcia. in cons. 185. nu. 2. & 5. & in cons. 183. nu. 2.
* & hanc * cõmunem esse doct. sententiã tradunt Iaso. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. de leg. 1. Cur. Iun. in cons. 1. nu. 11. vers. secundum itaq; facio. Brun. cõs. 18. col. 4. in fin. Paris. in cons. 2. nu. 25. vol. j. vbi aiunt, in feudo hæreditario hoc necessarium esse, vt in eo nullus admittatur nisi sit hæres primi inuestiti vel descendentium ab eo. rursus idem Paris. in cons. 16. column. 2. volu. j. Clarus in d. §. feudum. q. 9. vers. sed quæro an oporteat. & Alex. in cons. 10. col. 3. in princ. vol. 3. vbi asserit hanc esse magis communem, quem sequutus sum in cons. meo. 3. nu. 77. cons. 23. nu. 44. & 67. num. 8. volum. j. Et ideò ex his videntur male loquuti nonnulli legum vertices, qui senserunt, agnatum debere esse hæredem vltimi agnati defuncti, vt audacter dixerunt Curt. Iun. sibi contrarius in cons. 138. col. fi. quem sequutus fuit Socin. Iun. in cons. 188. nu. 15. vol. 2. & Soc. inter consi. Bru. in cons. 10. col. 3. vers. circa secundam. & secundum hãc opinionem refert Clarus vbi suprà, in contingentia facti ita iudicatũ fuisse per senatum Mediolani, qui reprehendit Cur. Iun. in citat. consi. 138. & quòd dictũ c. in vltima parte ita debeat intelligi, voluit Alexand. in d. cons. 26. col. 4. in fi. ver. præterea, & Bru. in d. cõs. 80. col. 8. vers. & qd dixi. vbi tradũt, quòd id quod dicitur in d. c. j. nõ esse necesse, vt agnatus sit hæres, debet intelligi in hęreditate vltimi decedentis, nõ autẽ illius à quo omnes originem habuerunt, & ex cuius persona feudum est ad descendentes deuolutum. Idem dixit Alcia. in cons. 186. nu. 3. De filio verò quòd debeat esse hęres patris vltimo loco defuncti, voluerunt Clarus in d. §. feudum. q. 76. in fin. vbi sequendo partẽ vltimo loco citatã tanquam veriorem (vt dixi) inquit non obstare fundamentum tenentium partem contrariam, qui dicunt q̃ dispositio d. c. j. redderetur elusoria, si nõ intelligeretur in feudo ex pacto & prouidentia, ex quo in feudo hæreditario siue sit filius siue agnatus semper requiritur quòd sit hæres ad hoc, vt possit habere feudum: quia respondet, quòd & si verum esse videatur, quòd succedere volens in dicto feudo debeat esse hæres, non tamen requiritur volentẽ succedere in tali feudo debere esse hæredẽ vltimi defuncti, sed satis esse, q̃ reperiatur hæres primi acquirentis, & sic dispositio illius cap. operabitur, q̃ in tali feudo pro se, & filijs hæredibus filius non poterit repudiare hęreditatem paternam, & feudum retinere, agnatus autem poterit repudiare hæreditatem vasalli vltimo loco defuncti, & feudum retinere, modò aliàs possit esse hæres primi acquirentis, quod inquit notandum in practica. Alexand. in consil. 30. colum. 5. in princ. vers. item potest esse ratio, volum. j. Dec in cons. 185. nu. quinto. Paris. in cons. 23. num. 180. volumine primo, vbi dicit quòd agnato transuersali veniente ad feudum hæreditarium, cum veniat ex persona propria, sufficit habere illam qualitatem hæredis primi acquisitoris immediatè seu mediatè, esto quòd non sit hæres vltimi vasalli: filius autem veniens ad feudum hæreditarium possessum à patre, ideò habet necesse vt sit hæres patris, quia sine eius medio nõ potest esse hæres primi acquisitoris, & eo medio efficitur hæres primi parentis. Idem firmat Alcia. in cita. cons. 186. nu. 3. Et sic in his clarè demonstratur, capitulum ipsum non loqui in feudo ex pacto, & prouidentia, sed in hæreditario, & quòd differentia, quę consistit in casu ipsius capituli inter filium, & agnatum, solùm procedit in hoc, quia filius debet esse hęres patris vltimo loco defuncti, & agnatus, vel vltimi vel primi feudum recipientis. Riminal. in cons. 303. col. fi.

Secundo argumento respõdetur, & dicitur, quòd admittitur capitulum prędictum loqui de feudo ad differentiam hæreditatis, quam agnatus potest repudiare, sed per hoc non sequitur quòd intelligatur de feudo ex pacto, & prouidentia: quoniam (vt dictum fuit) & si agnatus respuere possit hæreditatem vasalli vltimo loco defuncti, tamẽ requiritur, quòd sit hæres primi parentis, qui acquisiuit feudũ, cuius omnino esse debet hæres, quoniam in feudo etiam hæreditario admittitur ista separatio, vt inquit Alciatus in cons. 185. nu. 3. vbi inquit non obstare, si dicatur in terminis suis, quòd Comes Sacramorus non possit separare feudum à reliqua hæreditate, cùm per additionem coniunctum sit cum bonis agnati: quia respondet, quòd propter onus annexum feudo, vt transeat ad hęredem primi inuestiti, fit ista separatio, prout in simili in l. filius fa. ff. ad l. falc.

Ad tertium dicitur, quòd textus dicti capituli primi ideo facit mẽtionem de feudo paterno ad differentiam filij, qui potest succedere in feudo nouo, quod secus est in agnato. Paul de Castr. in l. si post mortem, col. 2. de lega. 1. Dec. in cons. 390.

Non obstant authoritates suprà citatæ: quia respondetur magis communem esse in contrarium, vt constat ex authoritatibus citatis, quæ sunt maiores numero & pondere, & à quibus in iudicando non est recedendum: maximè cum videamus multos docto. ex allegatis amplecti hanc sententiam in multis locis, & non in vno, vt faciunt allegati in contrarium, quod quidem operatur, vt illa tantò magis amplectenda veniat vt patet ex his, quæ notat Iaso. in cons. 136. column. sexta, volum. 4. vbi inquit, quòd quando Doct. vel glossæ in trib. vel quatuor locis tenent vnum, illud sequendum est, quamuis alibi in vno loco tenuerint contrarium, secundùm Bal. in l. precibus, volum. 12. in fin. C. de impub. & alijs subsit.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXIX.

1 *Bona ex decreto Principis pro delicto confiscari possunt.*

2 *Bona de iure communi non publicantur in aliquo casu, excepto crimine læsæ maiestatis, nisi hoc fiat à statuto vel consuetudine.*

3 *Pœna falsificantis pecuniam Principis, est confiscationis bonorum.*

4 *Repudians bona paterna videtur etiam repudiare dona emphyteotica, & feudalia, contrà vt in num. 8. cum sequentibus.*

5 *Feudum concessum pro se & hæredibus masculis, dicitur hæreditarium.*

Falsi-

6 *Falsificans monetam Principis, committit crimẽ læsæ maiestatis.*
7 *Falsificans monetam Principis, priuatur feudo antiquo & nouo, sed contrà, vt infrà.*
8 *Appellatione bonorum non veniunt feudalia.*
9 *Feudalia non veniunt sub donatione bonorum.*
10 *Nec in venditione bonorum.*
11 *Similiter nec in fideicommisso.*
12 *Paritérque in renuntiatione bonorum.*
13 *Natura bonorũ feudalium est separata ab alijs bonis.*
14 *Publicatis bonis vasalli secundùm communem non venit feudum.*
15 *Sententia confiscationis bonorũ cùm sit stricti iuris, non extenditur ad feudum.*
16 *Sententia confiscationis bonorum est odiosa.*
17 *Feudum merè hæreditarium quod trãsit ad quoscunque hæredes, venit in confiscatione bonorum.*
18 *Emphyteusis priuata non venit in confiscatione bonorum.*
19 *Iura quæ non transeunt in extraneum hæredem, non transeunt in fiscum.*
20 *Feudũ quãdo dicatur venire in petitione hæreditatis.*
21 *Falsificans monetam Principis, & si priuetur feudo, & applicetur domino, & non filijs, secus est quando contra falsificantem fuit lata sententia in contumaciam.*
22 *Sententia fisci commodum respiciens, & si præiudicet ei contra quem in consequentiam res ipsa tẽderet, etiam quòd non fuerit citatus, ea non officit si sit lata in contumaciam.*
23 *Sententia lata contra debitorem contumacem non præiudicat creditori, nisi tantum fuisset contumax tempore ferendæ sententiæ.*
24 *Statuto si caueatur quòd pater teneatur assignare fisco legitimam pro filio delinquente, illud locum non habet si filius ex cõtumacia fuit condemnatus.*
25 *Sententia lata contra contumacem præsumitur magis lata propter vitium contumaciæ quàm propter ius.*
26 *Confessio ficta nunquam probat verè delictum.*
27 *Notarius si sit damnatus de falso ex vera confessione, vel conuictus, nunquàm amplius poterit conficere instrumẽta, secus si sit damnatus ob contumaciam.*
28 *Statutum disponens quòd dominus teneatur soluere condemnationem pro famulo, locum non habet in condemnato ex contumacia.*
29 *Confessio ficta vbi agitur de publica vtilitate, nõ egreditur personam.*
30 *Delictum, & si quando committitur contra personam domini, siue feudum sit nouum, siue antiquum, applicetur domino, tamen si ob contumaciam damnetur, quia sententia filijs nocere non poterit neque agnatis.*
31 *Quod ampliùs procedere etiam si contra contumacem essent testes examinati, qui deposuissent de ipso delicto.*
32 *Feudum concessum pro se, & liberis, dicitur ex pacto & prouidentia, & non hæreditarium.*
33 *Inuestitus de feudo pro se, & liberis, vel descendentibus, si filij illud censentur habere potius ab auo & proauo suo seu à primo inuestito, quàm à suo patre.*
34 *Falsificans monetam Ducis Sabaudiæ extra eius dominium, non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
35 *Fabricans falsam monetam Imperatoris, morte naturali punitur, & in confiscatione bonorum, qui verò moneta malterius, non pœna capitali, sed ciuili.*

CONSILIVM XXIX.

VIA decreto Principis cauetur, quòd falsificans monetã Principis, mittatur ad triremes, & ei confiscentur bona, de cuius virib. minimè disputare
1 conuenit, quoniã satis tritum est, † q; per decretum Principis bona confiscari possunt. Bar. in l. j. col. 2. ff. de bono. dam. Bal. in l. 2. in fi. & ibi Alexãd. col. 2. C. q. testa. fac. pos. Dec. in cõs. 252. col. pen. in princ. & in cons. 442. col. pen. vbi allegat Alber. de Rosa. in tract. stat. in 3. par. q. 18. in fine,
2 dicentem, † quòd bona non publicantur aliquo casu excepto crimine læsæ maiest. nisi hoc fiat à statuto, vel consuetudine: & quòd totus mundus ita obseruat, quem sequitur Veronen. in con. 17. col. 8. in fin. Iac. de S. Geor. in inuest. sua in verb. dictiq; vasalli promiserunt non committere feloniam, col. pen. versic.
3 extra casus. & Ceph. in consi. 79. nu. 14. quamuis † etiam respectu confiscationis bonorum hoc sit de iure, vt in l. 2. C. de fal. monet. & per Foller. in pract. crim. in rubr. contra monetarios. nu. 2. Suboritur nunc difficultas, quia lata fuit sententia confiscationis bonorũ contra do. Antonium de Merlis occasione falsificationis monetę, an in ea cõprehendantur bona feudalia. Prima facie dicendũ videretur, quòd
4 sic. ex not. per Specu. in tit. de loca. §. nũc aliqua, versi. 56. in fin. vbi dicit † quòd ille qui repudiat bona paterna, videtur etiam repudiare bona emphyteotica, quæ veniunt appellatione bonorum l. rem in. nobis. ff. de acqui. dom. l. bonorũ. ff. de verb. sign. ergo idem dicendũ est, quòd appellatione bonorũ veniant etiam feudalia. ita Dec. in consil. 389. in fi. per supradictam decisionẽ. Spec. quam magni facit Iaso. in auth. vnde si parens. col. 2. vers. limita prędicta. C. de inoffi. testam. vbi inquit, hoc cordi tenendum, quia non reperit ab alio ponderatũ. Rursus in l. si non sortem. §. libertus. col. pen. ver. ego limito singulariter. ff. de condi. indeb. vbi ait, neminem allegasse ad hoc. Spec. in prælud. feud. col. 15. in fin. vers. limita tamen singulariter. vbi tradit hoc multum notandum, vt bene instruaris circa formãdas generales renuntiationes, in cons. 152. col. pen. ver. põdero, vol. 2. cons. 207. col. 3. vers. 3. bene facit, vol. eod. Cott. in memor. suis in verb. bona. Ruin. in cons. 37. vol. 3. in prin. vol. j.
5 Secundò quia d. feudum Dogliani † est feudum hæreditarium: quia concessum antecessoribus do. Antonij pro se, & hæredibus masculis, vt per Bald. in cons. 202. col. j. vol. 5. & in cons. 20. col. 2. vol. eod. Paris. in cons. 2. nu. 21. vol. j. Rui. in con. 36. nu. 5. vol. j. quod venit in petitione hæreditatis. Iaso. in prælud. feud. col. 15. Paris. in con. 3. nu. 25. vol. j. & in con. 30. nu. 63. vol. 2. ergo & in confiscatione bonorum.
6 Tertiò facit, † nam falsificans monetam Principis committit crimen læsæ maiestatis, vt not. in l. 2.
7 C. de fals. monet. & per Foller. vbi suprà † sed cõmittens crimen prædictum, priuatur feudo, dato quòd sit nouum, siue antiquum, siue hæreditarium, siue ex pacto, & prouidentia: & non solùm in præiudicium ipsius delinquentis, & filiorum, verùm etiam, & agnatorum, & applicatur domino. Sal. in l. 2. C. de libert. & eod. lib. Dec. in consi. 615. col. penul. Cur. Iun. in tract. feud. in 5. par. principali. in j. q. vbi tradit
* hanc esse * communem.

Quartò accedit, nam etiam falsificans monetam priuatur feudo, vt inqt Iser. in c. 1. in verbo monetæ, quę sint rega. & Affl. in c. j. nu. 51. qb. mod. feud. amit.

Quibus non obstantibus, quę verè in casu nostro non obstant, contraria sententia de iure est verior, quòd dictum feudum nõ veniat vllo quouis modo in confiscatione bonorum: quoniam clarissimi iuris
8 est, † q; in quacunq; dispositione generali, appellatione bonorũ non veniũt feudalia. Alexand. in cons. 2. col. j. vol. 4. Dec. in cons. 139. col. fi. Paris. in cõs. 7. nu. 3. vol. j. & in cons. 12. nu. 62. vol. eod. Soci. Iun. in cons. 72. nu. 47. vol. j. & in cons. 74. in princ. vol. eod. Hinc dixit Alexand. in cõs. 16. col. 2. vol. 2. quòd in generali obligatione bonorũ non veniunt feudalia. Guid. Papæ in cons. 215. & in cons. 218. col. pen. vers. ad octauum. Afflic. in decis. 26. in princip. Gramma. in decis. 103. nu. 110. Paris. in cita. cons. 12. nu. 62. Ceph. in cons.

29.nu.12.Similiter videmus quòd ſub † generali do-
9 natione bonorum non veniunt feudalia.Affl.in de-
ciſ.14.col.fi.Brun in conſ.15. nu.2. Pariſ.in alle.conſi.
12.nu. 61. Guid.Papæ, vbi ſuprà,& Huber.in auth.ſa-
cramenta puberum. nu 78. C. ſi aduer.vend.

10 Nec non† in venditione bonorum.c.j.de cap.qui
cur.vend.vbi omnes feudiſtæ.Pariſ. vbi ſuprà Barb.
11 in c.2.col.4.in fi. de feud.Ceph.in cita.con.29.nu.10.†
Pariter in generali fideicõmiſſo. Bar. & alij in l.ſi pa-
troni ff.ad treb.c.j.§.quamuis, vbi not.omnes de in-
ueſt.de re alie.fac. de qua q.abundè dixi in tract.de lu
cro dot q.54. † Et in renunciatione bonorum.Bald.
12 in auth.in ſucceſsione.in fi.C.de ſuis,&legit.Socin.in
conſ. 84. num.5.volu.3. Alber. & cæteri in l.tres fra-
tres.ff. de pact. Pariſ.in d.conſiliꝭ 7. nu.4.& 12.nu.56.
Deci. in cõſ.395 nu.8.Affl.in d.c. in generali,& Ceph.
vbi ſuprà nu.12.& de omnib.his,& aliꝭ per Tiraquel.
in tract.de retra.fo. mihi 8.in princ.ſi ergo his in ca-
ſibus appellatione bonorũ non venit feudum,idem
dicendum eſt in ſententia confiſcationis bonorum,
vt illud non comprehendatur: † quoniam natura
13 bonorum feudalium eſt ſeparata ab aliꝭ bonis,vt in
eis non comprehendantur niſi de eis ſpecialis men-
tio fiat.Signo.in conſ.220.Dec.in cita.conſ.139.in fin.
Et ne illotis manibus pertranſire videamur in ter-
minis de quib.agitur, ita voluerunt Bar.& com.aliꝭ
in l. finita. §. ſi de vectigalib. ff.de dam.infect.vbi di-
cunt,† quòd publicatis bonis vaſalli, non venit feu-
14 dum. Alexand.in conſ.23.col.2.vol.j.& in conſ.89.col.
j.vol.4. Dec. in conſ.252.col. 2.& in conſ.422.col.pen.
vbi aſſerit,hanc eſſe* communẽ.Marſ.in con.49.nu.
55.Ruin.in conſ.23.nu.30. vol.5. Ceph.in iam ſæpius
allegato conſ.29.nu.13. vbi inquit,quòd bona feuda-
lia non veniut in confiſcatione bonorum, ſi in ea fa
cta non ſit mentio de feudalibus bonis, cum nun-
quam in diſpoſitione quantumcunq; generali com
prehendantur niſi exprimantur, quod maximè in-
quit locum habere † in ſententia, quæ cum iuris ſit
15 ſtricti, ſtrictè eſt interpretanda.l.j. C.ſi plu.vna ſent.
Dec.in l.in eo quod.ff.de reg.iur. nã ex ſententia non
præſumitur niſi quatenus ex ea de neceſsitate in fer-
tur.Iaſ. in l. Iulian.col.3.ff.de cõd.ind.† Et præſertim
16 in ſententia confiſcationis bonorũ, quæ eſt odioſa.
Soc.in conſ.121.nu. 10.& hanc eſſe magis * cõmunem
* tradunt Rom.in d.§.ſi de vectigalibus.Arim.in Add.
ad Ang.in tract.malef.in verb. Et eius bona publica-
mus,col.fi.Cur.Iun. in conſ.4.col.pen.& Iacob.de S.
Georgio. in d.inueſt.in verb. dictiq; vaſalli promiſ.
non commit felo. col.pen. vbi tamen † limitat hanc
17 ſententiam non procedere in feudalib.bonis tranſito-
rij ad hæredem extraneum. quod & voluit Boſ. in
tract.ſuo crim. in titu. de bon.publ. nu.20 ex quo de
talib. bonis iudicatur, vt de alia re hæreditaria.Cur.
Iun.in conſ.j.nu. 20. quæ limitatio non facit ad pro-
poſitum noſtrum, imò plus dixit Boſ. vbi ſuprà nu.
53. quòd ſi dominus cui vaſallus ſubiectus eſt, ferret
ſententiam capitalem contra eum ratione homici-
dij cum confiſcatione bonorum, quòd feudum non
confiſcatur:& ſi fiſcus apprehendit bona feudalia,di-
citur de facto occupare, ſecundùm Caſtren.in conſ.
154.col. 2.Pro qua ſententia facit, quod dicunt Do-
cto.in d.§. ſi de vectigalibus. vbi concludunt, † em-
18 phyteoſim priuati non venire in confiſcatione bo-
norum.Alex.in d conſilio 23.col.2.& in conſ.89.col.j.
vol.4.& Dec.in conſ. 142.num.31.Item & quod com-
muniter dicunt Scriben. † quòd iura quæ non poſ-
19 ſunt ſimiliter tranſire in fiſcum , qui loco hæredis
habetur, l.4.vbi Bart.ff. de iure patro. Socin.in conſ.
121.col. 3. in fi. vol.4.Alex vbi ſuprà.Dec.in cita.conſ.
442.col.pen.Boer.in deciſ.263.nu.8.&in deciſ.278.nu.
ſeptimo.vbi aſſerit hãc eſſe magis* cõmunem. ſed ſic
eſt q; huiuſmodi feudum nõ eſt tranſitorij ad extra-
* neum hæredem, ergo non tranſit ad fiſcũ,nec com-
prehendi poteſt in confiſcatione bonorum.

Non obſtant allegata in oppoſitum : quia ad pri-
mum argumentum reſpondetur, communem eſſe
ſententiam, quòd in quacunque diſpoſitione gene-
rali non veniunt feudalia, vt patet ex deciſionibus
ſuprà allegatis. & contra Speculatorem eſſe com-
munem opinionẽ firmat Pariſ.in conſ.7.nu.3. vol.j.

Similiter non obſtat,quòd in petitione hæredita-
20 tis veniat feudũ:quia reſpondetur,† quòd prædicta
ſententia locum haberet,quando feudum eſſet om-
ninò hæreditarium, quia receptum pro ſe, & hære-
dib. quibuſcunq;, vel quãdo in inueſtitura eſſent ap-
poſita verba æquipollentia, propter quę ad illud feu
dum omnes etiam extranei poſſent venire, & ſucce-
dere,aliàs ſecus, vt per Bart.& alios in l. ſi patroni.ff.
ad Treb.Pariſ.in conſ.23.num.173.vol.j.& in conſ.65.
nu.12.vol.3.& in conſ.7.nu.3. vol. j.ſed in caſu noſtro
feudum non eſt omninò hæreditarium , nec etiam
ſecundùm quid,ſed ex pacto,& prouidẽtia,vt infrà
dicetur, ergo obiectum nullum. Bru. in conſ.14.col.
fi.in conſ.24.in fi.

Ad tertium reſpondetur duobus modis: primò
21 quòd & ſi verum ſit,† quòd falſificans monetã Prin-
cipis, priuandus ſit feudo propter crimen læſæ ma-
ieſtatis per eum commiſſum,tamen quòd ratione i-
ſtius delicti feudum habet applicari filio, & non do-
mino:quoniam ſententia contra vaſallũ lata fuit in
contumaciam vigore ſtatuti diſponẽtis, quòd con-
tumax habeatur pro confeſſo,& conuicto,quę con-
tumacia non præiudicat filiꝭ,cùm dicta probatio re-
ſultans ex dicto ſtatuto nõ egrediatur perſonã con-
tumacis.l.eius qui delatorem, vbi Bar.ff.de iure fiſc.
l.qui repudiãtis.§.fi. vbi Bar.ff.de inoff.teſta.Et ideò
* dixit Bar. quẽ * cõmuniter aliꝭ ſequuntur in l.cum
22 filius,in princ.ff.de verb.obl.† q; ſententia fiſci com-
modum reſpiciens & ſi præiudicet ei contra quem
in conſequentiam res ipſa tenderet,etiam quòd non
fuerit citatus, nihilominus non officit ſi nec lata in
contumaciã. Soc in conſ.18.nu.15. Gozad.in conſ.31.
nu.10.Negu.ſin tract. de pign. ſecundùm impreſsio-
nem paruã char. 149.col.3.in fi. verſ. iſta autem con-
23 cluſio,vbi dicit† quod ſententia lata contra debitorẽ
contumacẽ,nõ præiudicat creditori niſi fuiſſet tan-
tum cõtumax tempore ferendæ ſententiæ.Alexand.
in l.ſępe.col. 18.de re iud.Nellus in tract.ban.in j.par.
24 ſecundi tempo. q.34. vbi decidit,† quòd ſtante ſtatu-
to, quòd pater teneatur aſsignare fiſco legitimã pro
filio delinquente, ſi filius fuit ex cõtumacia condem
natus,& eius bona publicata, pater nõ tenebitur da-
re fiſco legitimã filij.Crot.in l.qui Romæ. §. duo fra-
25 tres.nu.50.ff.de verb.obl.† quia ſententia ipſa magis
præſumitur lata propter vitiũ contumaciæ, quam
propter ius.l.præſes.C.de pigno.Et ideò dixit Ang.ex
dicta ratione in tract. malef. in verb.q; iudex videns,
26 ver.quæritur tamen , circa finem.† quòd dicta con-
feſsio nunquam probat verè delictum, ex quo dicit
27 ſequi, q; ſi † notarius ſit damnatus de falſo ex vera
confeſsione,vel conuictus,nũquàm amplius poterit
conficere inſtrumenta, vt in auth.de tabel.§.fi.coll.4.
Bar.in l.eadẽ.§.fi.ff.ad l.Iul.repe.tamẽ ſi teſt damnatus
propter contumaciam, non perdit inſtrumẽtorum
confectionem,per d.l.qui repudiãtis.ſequitur Marſ.
in conſ. 10 nu. 13. Accedit etiam quod dixit Franc.
Mag in conſ.20.inter con. diuer.Iuriſc.n. 2. par. vbi
28 ait,† quòd ſi ſtatuto caueatur,quòd dominus tenea-
tur ſoluere condẽnationem pro famulo, ſi famulus
fuit condemnatus per contumaciã, quæ facit eũ ha-
beri p confeſſo & conuicto ſecundum formam ſta-
tuti occaſione incendij, quòd dominus non tenetur
29 ſoluere pro famulo, qui eſt fictè confeſſus, † quæ fic-
ta cõfeſsio non attenditur in ſtatuto niſi in eo fiat
mentio, quòd etiam habeat locum ſit per ficto.l.3.§.
hæc verba.ff. de nego. geſt. quia vbi de publica vtili-
tate tractatur, ficta confeſsio nõ egreditur perſonã,
nec operatur vltra perſonã eius, qui p confeſſo dici-
tur.d.l.eius qui relatorẽ.& applicando ad terminos
noſtros, facit quod dixit Boſ.in tract.ſuo crim.in tit.
30 de bono publ.nu.55.cũ ſequenti.vbi tradit,† quòd &
ſi quãdo delictũ cõmittitur in perſonam domini ſi-
ne feudum ſit nouũ ſine antiquũ,applicetur domi-
no,tamen ſi in contumaciam vigore ſtatutorum,vt
contumaces habeantur pro confeſsis & conuictis,
feudatarius damnaretur,nõ noceret hoc filiꝭ,vel a-
gnatis per dictam rationem : q; probatio facta per
contumaciã non egreditur perſonam contumacis,
imò ſubdit ex egregiè notatis per Soc.in d.l.cum fili-
us,in fi.q; prædicta concluſio,vt non fiat præiudi-
cium quando delinquens in contumaciam cõdemna-
31 tur † procedit etiam vbi in illo proceſſu eſſent exa-
minati

minati testes, qui deponerent de ipso delicto. nam adhuc in contumaciam diceretur condemnatus: quia non citata parte sunt examinati, qui effectus & si tollatur, quia citata parte repetantur, tamen est idem, quia lite non contestata sunt examinati. Alcia. in cõs.182.in fi.cum igitur d.do.Antonius fuerit condemnatus ex contumacia, videtur dicendum, quòd hoc delictum non debeat officere dom.Aurelio filio d.dom.Antonij † cum feudum ipsum sit ex pacto &
32 prouidentia: quia concessum primo acquisitori pro se & hæredib.masculis, quod dicitur ex pacto, & prouidentia, & non hæreditariũ, vt not. Sal in l.2.col.3. C.de lib.& eo.lib.per tex.in c.j.§.& si.clientulus, de alie.feud.vbi tex.dicit, quòd illa verba sine legitimo hærede masculo, intelligẽda sunt in feudis, id est sine filio masculo, & ibi tex. non dicit, nec Doctores aiunt, quòd requiratur, quòd filius sit hæres. Iaſ.in l. Gallus.in §.etiã, col. 5.in fi.vers.4. vltrà Bar. de lib.& posth.vbi inqt, omnes ita tenere excepto Imol. Dec. in cons.239.col.3.vbi asserit hãc esse *comunem.& qa
* de hoc articulo alias abũdè scripsi in cõs.67.vol.j.ideo ad ibi dicta me remitto. quib. addo etiam Ruin.in cõs.188.nu.8.vers.ad hoc.vol.2. Alcia.in cõs.179.nu.4. vbi etiã firmat hanc esse cõmunem. Soc.Iun.in cons. 80.nu.9.vol.2.& Bos.in tract.suo crim.in tit.de Princ. nu.306. in fi. Natta in cons.127. col.1.128. in j.col.& in consi. 130.nu.j.in quo quidẽ feudo ex pacto, & prouidentia delictũ patris no debet nocere d.Aurelio filio, iuxta not.per Castren in consi.102.col.2.vbi dicit, †q
33 quando quis est inuestitus pro se, & liberis, vel descendentibus, censentur filij potius feudum habere ab auo, & pro auo suo, seu à primo inuestito, quàm à suo patre, qui non fuit acquisitor feudi. & ideò quòd delictum patris à quo non habet feudum, eis non nocet, nec potest, vel debet esse causa auferendi feudi, quod ab eo non habuit, sed ab alio, arg. l.emancipatum. ff.de Sena.Cy.& Salic.in l.2.colum. 3.C. de lib.& eor. lib. Dec. in consil.389.columna 2. in prin.Gozad.in cõs.84.in princ.& nu.14 Calcã.latè in cons.74.col.2.Affl.in c.j.§.hoc quoq;, nu.53.de succes feud.Ruin.in cõs.223.nu.52.vol.5.Castren.in l.adoptiuũ. §. patronum. il.1. ff de in ius vocã. Affl.in c.j. §.sed& res.nu.32.per quos fiat inuest.Rui in con.149. nu.14.vol.j.Aegid.in tit.de pub. bono.n u.38.vers. sic etiam.Iacob.de S.Georg vbi suprà,& Petr.Duc.in regulis vtriusq; iuris in regula 346 nu.5.

Secundò respondetur, †q præmissa opinio locum
34 habere nõ potest in casu nostro, vbi dominus Antonius nõ falsificauit monetã Principis sui sed Illustrissimi Ducis Sabaudiæ, ratione cuius delicti nõ dicitur cõmisisse crimẽ læsæ maiestatis, propter quod debuerit, vel potuerit condẽnari in confiscatione bonorũ, & priuari feudo: qa dicta pœna statutaria, quę est stricti iuris l.3.§.hæc verba.ff de nego.gest. & quæ loquitur de falsificãte monetã statuentis, & non debet extendi ad eũ q falsificauit monetã Ducis prędicti. qd' probatur per Sali in l.2 C.de fals.monet. †vbi qui fa-
35 bricat monetã falsam Imperatoris, punitur morte naturali, & in cõfiscatione bonorũ, q vero monetam alterius, punitur pœna capitis, vt in l.j.C.eod.tit. quã glossa interpretatur non capitis naturalis, sed ciuilis: qa deportationis.l.fi.C.de veter.numis.pos.lib.11. qd' inquit tenendũ cordi. Cuma.in con.138.col.pe. & Mars.in l.q falsam.nu. 63. ff.ad l.Corn. de fals. Vnde ex prædictis concludendũ esse arbitror, confiscationem ipsam extendendã non esse ad dictũ feudum, & quòd illud remanere debeat ad dictum dominum Antonium, & casu quo locus esset priuationi, illud applicari deberet d.do.Aurelio.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXX.

1 *Forma statuti quæ in dubio substantialis esse videtur, seruari debet.*
2 *Forma non seruata, corruit actus.*
3 *Forma nihil addi, vel detrahi potest.*
4 *Forma non potest impleri per æquipollens.*
5 *Formæ omissio in qualibet minima qualitate reddit actum nullum.*
6 *Forma est individua.*
7 *Diuisio formam corrumpit.*
8 *Rusticitati, sexui, & ætati non parcitur, si omittitur forma.*
9 *Allegãti copiam testiũ requisitam à statuto in testamẽto potuisse in ea interuenire, incũbit onus, pbãdi.*
10 *Rusticus cui cõcessa est facultas testandi in iure coram quinque testibus si plures habere nõ possunt, fundatam habet intentionem, si allegat plures habere nõ potuisse, nisi contrarium probetur.*
11 *Statutũ habens clausulam annullatiuam, dicitur continere formam.*
12 *Testamentũ conditum per pestiferatum corã minori numero testium, non valet, sed contra, vt innu.21.*
13 *Solennitas requisita ex forma iuris, vel statutorum tempore necessitatis relaxatur.*
14 *Statutum disponens quòd mulier contrahere non possit sine præsentia propinquorum, locum non habet tempore necessitatis.*
15 *Actus tempore necessitatis potest expediri sine consensu eius, qui alias consentire debebat.*
16 *Tutor ex causa necessaria potest administrare bona pupilli nullo confecto inuentario.*
17 *Statutum si disponat quòd nullus contractus minorũ, vel mulierum valeat, nisi interueniant duo notarij rogati, & subscripti, si tempore pestis non potest haberi nisi vnus notarius, valebit.*
18 *Notarius non matriculatus, qui ex forma statuti rogari non potest de instrumentis, de illis rogari non poterit tempore necessitatis per nõ matriculatum.*
19 *Testamentũ, & si vnico contextu, & sine interuallo fieri debeat, id tamen fallit si inter testamentũ superueniat necessitas, seu morbus testatori, seu testib.*
20 *Testes si de forma substantiali testamenti, ad eius validitatem testatorem videre debeant, tamen ea solennitas relaxari potest quando tempore celebrati testamenti adhiberi non potest.*
21 *Testium numerus licèt sit de forma testamenti, quæ omitti nõ debet, & omissa vitiat actum, ipsa tamen forma tempore necessitatis secundùm communem remittitur.*
22 *Necessitatis tempore multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*
23 *Verba apposita in statuto, si copia testiũ haberi poterit, intelligi debent si commodè haberi potest.*
24 *Factũ ex necessitate non dicitur, quod alio modo commodè explicari potest.*
25 *Statutum dicens quòd venditio, alienatio, vel cõtractus non possunt probari per testes, sed solum per instrumenta, militat in casibus in quibus possunt fieri scripturæ, secus vbi prouideri non potest, aut non commodè: quia tunc cessat dispositio statuti.*
26 *Peritus in arte sua cum iuramento standum est.*
27 *Medico credendum est an mors sit ex vulnere, vel an vulnus sit causa febris.*
28 *Statuto contrauenire non dicitur, qui aliter facit ex necessitate.*
29 *Culpa imputatur culposo ita quòd impedimentũ post modũ sequens illi non prosit, nec præstat auxilium, quãdo talis culpa est ordinata ad illud impedimentum, aliàs secus.*
30 *Statutum requirens aliam solennitatem in testamentis quàm sit dispositum à iure communi tanquàm exorbitans, stricte interpretari debet.*
31 *Exceptio, quæ nos reducit ad ius cõmune, latè interpretari debet.*

32 *Interpretatio capi debet, quæ fauet testamento.*
33 *Iura fauent validitati actus.*

CONSILIVM XXX.

STatuto inclytæ ciuitatis Mantuæ cauetur, quòd testamenta, & vltimæ voluntates, quę fieri contingerent extra ciuitatem, & districtum Mantuæ per ciuem seu districtualem communis Mantuæ, fieri debeant coram testib. qui sint de iurisdictione communis Mantuæ, si eorum copia haberi potuerit, & illis deficientibus sufficiat testes adhiberi, qui sint de iurisdictione loci, vbi testamentũ seu vltima voluntas fieret: & si aliter vel alio modo fierent prædicta, nõ valeant ipso iure. Dubitari modò cõtingit, quia magnificus quõdam do. Federicus de Bonatis ciuis Mantuanus coram septem testib. Casalensibus in ciuitate prędicta condidit testamentum, non adhibitis testibus Mantuanis, an valeat vel ne. Prima facie videretur dicendum, ꝙ stante validitate dicti statuti, de cuius iurib. hæsitari non conuenit, cum editum fuerit ad euitandas malignitates, vt constat ex notatis per Soc. in cons. 2. col. * j. volu. 3. & Dec. in cons. 455. nu. 4. quòd illud non va-
1 leat, quoniam* recepta est doct. sententia† quòd forma statuti, quæ in dubio substantialis esse videtur, seruari debet. Bald. in l. comparationes, in 3. oppo. in fi. C. de fide instru. Dec. in cons. 612. col. 2. in princip. &
2 cons. 455. col. 2. † & si non seruatur, corruit actus. Bal. in l. humanum, col. 2. de legib. Dec. in cons. 222. col. 2.
3 versi. vlteriùs: † nam ei nihil addi vel detrahi potest. Bal. in l. fin. colum. 2. C. de legit. hęred. Paris. in consil.
4 19. num. 188. vol. 2. & in cons. 61. num. 15. volu. 3. † minusꝙ impleri potest per æquipollens, glos. in cle. j. de vita & honesta. cler. Dec. in cons. 466. in fin. 531. col.
5 2. in princip. & in cons. 612. colu. 2. † adeò quòd eius omissio in qualibet minima qualitate reddit actum nullum. Burt. in c. fin. in 7. notab. in fi. de restitu. spol.
6 Et† ratio est, quia forma est individua l. hæredes palàm §. fi. ff. de testa l. si is q. vbi Bal. in j. notab. ff. de te-
7 sta. † nam diuisio formam corrumpit. Bal. in l. si seruus. ff. si qui cautio. Dec. in consi. 532. num. 5. & istud
8 in tantum est verum, † quòd in hoc non parcitur rusticitati, sexui, ætati, nec cuilibet alij qualitati aut conditioni. l. fi. C. de testa. iuncta l. ambiguitates, eod. titul. sed in testamento condito per dictum quondam magnificum dominum Federicum non fuit seruata forma dicti statuti Mantuani: quia non adhibiti fuerunt septem testes de iurisdictione com-
9 munis Mantuæ, † quorum copia haberi poterat, vt probatum extitit per d. Iulium de Bonatis, cui onus huiusmodi probationis incumbebat, iuxta not. per Bar. in l. conficiũtur §. codicilli. ff. de iure codicil. vbi
10 dicit, † quòd rusticus, cui est concessa facultas testandi in iure coram quinque testibus, si plures haberi non possunt, iux. l. fin. C. de testa. fundatam habet intentionẽ eo ipso, quòd ait alios habere non potuisse, nisi contrarium probetur, l. cũ lege. ff. de proba. Paris. in cons. 32. nu. 9. vol. 2. & Ruin. in cons. 3. in prin. vol. 2. ergo testamentum nullum. Et eò magis dicendum est, contenta in dicto statuto tradita esse
11 ꝙ forma† cùm sit clausula decreti annullatiua testamẽti, & vltimę volũtatis, ibi, & si aliter, & alio modo fierẽt, prædicta nõ valeãt ipso iure, quæ operatur vt quicquid in eo sit scriptum, sit de forma, vt per Bal.
* Imol. & alios* cõmuniter in l. j. ff. de li. & posthu. vbi dicunt, formam substantialẽ induci, quando disponens vltra procedit actũ annullãdo, solennitate non seruata. Socin. in cons. 2. nu. 8. vol. 3. Dec. in cõs. 10. col. 2. in cons. 445. colum. 2. & 612. col. j. Gozad. in cons. 73. nu. 16. Ruin. in cons. 13. nu. 12. vol. 2. Alcia. con. 76. nu. 3. Paris. cons. 10. nu. 187. volu. 2. & Herma. Dec. in rub. de no. ope. nunt. nu. 13. Nec habet obstare, ꝙ dictum testamentũ fuit conditum à d. do. Federico tempore quo erat constitutus quasi in articulo mortis, & sic in necessitate, & non poterat habere copiam testium de iurisdictione Mantuę: quia respondetur, quòd de hoc non constat, & ideò quòd hoc alleganti incumbit onus probandi l. actor quod asseuerat. C. de proba. l. ei qui. ff. eo. ti. Vlteriùs respondetur, quod etiam hoc admisso pro vero, imputandum est ei, qui per prius testamentum non fecit: nam in hoc redarguitur de culpa, quæ sibi obesse debebat, † vt de pestifera-
12 to dicunt Soc. in cons. 85. in fine. vol. 4. & Corn. in cons. 175. col. 3. vol. 3. vbi dicunt testamentum conditum per pestiferatum corã minori numero septem testium non valere, quia imputandum est ei, quare prius sanus existẽs in loco sano, nõ fuit testatus cũ peste eminẽte poterat hunc casum verisimiliter cogitare, arg. tex. in l. si quis domũ. §. hinc subiungi. ff. locat.

Quibus tamen non obstantibus, quæ verè in terminis nostris non obstant, cõtraria sententia est verior: quòd imò dictum testamentũ quamuis factum forma statuti Mantuani non seruata, valeat ex infra
13 scriptis. Nam clarum est in iure † quòd necessitatis tempore solennitas requisita ex forma iuris vel statutorum relaxatur, vt probatur ex not. per Bald. Ange. & alios. in l. turpia. §. 1. de leg. 1. vbi per illũ text.
14 tradunt. ibi scrib. quòd si statutum disponit, † quòd mulier contrahere nõ possit sine præsentia propinquorum si nulli extant, mulier liberè potest contrahere. Alexand. in cons. 206. col. pen. in fi. vol. 6. Campeg. in tract. super statutis in materia consensus. q. 11. post Bal. in c. j. de consue. recti feudi. Bru. in tract. de const. decre. & consuet. in verb. mulier, in 3. notab. Corn. in cons. 53. col. 2. vol. 4.

15 Secundò facit, † nam propter necessitatem actus potest expediri sine consensu eius, qui aliàs consentire debebat. l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tuto.
16 † vbi ex causa necessaria tutor potest administrare bona pupilli nullo inuẽtario confecto, q aliàs ea cessante nõ potest, & ideo Abbas per d. tex. in c. fi. col. 2. de eccle. ædif. infert ad casum de alienatione fienda de bonis ecclesiæ Cathedralis, de qua ibi per eum.

Tertiò accedit, quod not. Ang. in auth. de nõ alie.
17 coll. 2. vbi inquit, † quòd stante statuto quòd nullus contractus minorum vel mulierum valeat, nisi interueniant duo notarij rogati & subscripti, si tempore pestis non posset haberi nisi vnus notarius, valeret cũ illo solo: sequitur Ias. in l. ff. col. pe. C. de testa. Bru in tract. de const. decre. ex consuet. in verb. contrahere, ver. stante statuto.

Quartò facit, quod voluit Ang. in l. si vacantia. C.
18 de bon. vacan. lib. 10. vbi tradit, † quòd si ex forma statuti notarius non matriculatus, non potest rogare instrumenta, tamen si occurrit necessitas, poterit rogari per notarium etiam non matriculatum. sequitur Cur. in l. admonendi. nu. 242. ff. de iureiur. vbi multa ad propositum allegat. Ias. in l. cum specialis, in versic. septimò faciunt. C. de iudici.

19 Secundò corroboratur hæc sententia. † nam de forma & solennitate testamenti est, quòd fiat vnico contextu & fine interuallo. l. cum antiquitas, vbi omnes. C. de testa. & tamen si inter testamentum superueniat necessitas seu morbus testatori seu testibus, tale interuallum non vitiat testamentum. l. si casus. C. de testa. Paris. in cons. 33. nu. 38. vol. 2. vbi in-
* quit Doct.* communiter ita tenere in d. l. si casus.

20 Sextò pro hac sententia facit: † nam licèt pro forma & solennitate testamenti & ad eius validitatem sit inductum vt testes viderint testatorem ratione fraudis euitandæ & falsitatis, quæ de facili committi possent, si testes solùm audierint testatorẽ, & non viderent eum, alius potuisset supponi, qui vocem testatoris posset simulare & fingere, vt not. omnes in l. si non speciali. C. de testa. tamen talis solennitas potest relaxari quando tempore celebrati testamenti adhiberi non potest. Bal. in l. in coniunctione. C. de nup. Paris. in cons. 33. nu. 7. vol. 2.

21 Septimò confirmatur, † nam numerus testium & si sit de forma testamenti, quæ non debet omitti, & omissa vitiat actum l. si vnus. C. de testa. tamen talis solennitas tempore necessitatis, vt pestis, remittitur. Bal. in l. fin. C. de test. Deci. in cõsi. 284. per totum,
* vbi firmant hanc esse* communẽ. Paris. cons. 33. nu. 24. volum. 2. de cuius veritate aliàs abundè scripsi in cons. 81. vol. j. quibus etiam addo Ioan. Annib. in l. nemo potest. num. 76. vbi affirmat hãc esse magis communem. ff. de lega. j.

22 Octauò facit regula vulgaris, quæ habet, † quòd multa propter necessitatem permittũtur, quæ aliàs non

non permitterentur, glos. in verb. proficiscantur, in l.j. vbi Bal. in 5. notab. de off. eius cui mand. est iurisd. Parpal. in l.2. numer. 105. ff. solut. matr. & Oria in d.l. j. num. 59. vbi ad saturitatem. cum igitur in terminis de quibus agitur, testamentum hoc conditum esse reperiatur tempore necessitatis, vt infrà dicetur, sequitur quòd illud valet & obseruandum est.

23 Secundò principaliter facit, † nam illa verba posita in statuto, si copia haberi potuerit, debent intelligi, si commodè haberi potuerit. l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. glos. in c. cum teneamur, de præben. bene facit quod à contrario sensu dicit Alcia. in l.2. §. ex
24 his num. 17. ff. de verb. oblig. vbi dicit, † quòd nō dicitur factum ex necessitate, quod alio modo commodè explicari potest. per l. & ideo. ff. de condi. fur. ergo à contrario sensu quid factum esse dicitur ex necessitate, quod non potest alio modo cōmodè explicari. Et p huiusmodi sententia accedit quod tradit Pau. de Castro in consilio suo nō impresso incip. statutū quod nō vult. quem refert & sequitur Mar-
25 sil. in rubr. C. de proba. num. 51. vbi dicit, † quòd stante statuto, quòd venditio, alienatio, vel contractus non possit probari per testes, sed solùm per instrumenta, quod illud locum habere intelligitur in casibus in quibus possunt fieri scripturæ, secus in casib. in quibus creditor non potest sibi prouidere de scriptura, aut non commodè: quia tunc locum non habet statutum. Cum itaq; testamentum dicti domini Federici reperiatur ab eo fuisse celebratum tempore necessitatis, quo quidem tempore à medicis (vt ipsi attestati sunt) de eius salute amplius non sperabatur ratione febris continuæ, mala retentione vrinæ, ac alijs prauis symptomatibus, & propter tantā virtutis debilitatem cum refrigeratione extremarū partium & expulsione exanthematum, quam habebat,
26 † & quibus vti peritis in arte sua cum iuramēto credendum venit, l.j. §. fi. vbi Bar. ff. de vētre insp. Card. in clem. j. in 2. q. de homicid. glo. in c presbyterum,
27 eod. titul. vbi † medico credi debet an mors sit ex vulnere, & an vulnus sit causa febris, & transacta hora tertia noctis duodecimi diei mensis Maij, quę excedebat tertiam partem noctis, cum nox in dicto mense (vt omnibus notum est) sit tantū nouem horarum, quæ hora commodè secundùm communiter accidētia, quod multùm considerandū est, iuxta not. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. peta. Alexād. in cōs. 190. nu. 11. vol. 6. Marsil. in sing. suo. testes nedū Mantuani, verùm etiam Casalenses haberi non poterunt, cum omnes eo tempore essent in lecto, à quo nō nisi cū maxima difficultate, & incōmoditate exurgere solēt, meritò dicendum venit, q; dictum testamentū cōditum ea quidem hora noctis, & ab eo qui maximè grauabatur, & de cuius vita dubitabatur, prout experientia docuit. quia hora decima, data vltima vnctione, cœpit delirare, & ita semper in deterius perseuerauit vsque ad horam 14. diei sequentis, in qua vitam concluſit, debeat subsistere, & vires suas habere tanquā si esset factum omni ser-
28 uata forma d. statuti Mantuani, † nam contrauenire non dicitur statuto, qui contrauenit ex necessitate. c. licèt de feriis. Ripa. in c. cum M. Ferrarienſis, in septimo notabili de consti.

Non obstant modò quæ ex aduerso adducta fuerunt, quoniam ad primum respondetur, illud procedere vbi non daretur necessitas ita faciēdi, quia ea data, receditur à forma, vt constat ex authoritatib. suprà relatis, vel vbi copia testium Mantuanorum commodè & sine magna difficultate haberi potuissent, per d.l. Nepos Proculo, quos equidem si eo tempore cōmodè haberi potuissent, scio vnumquenque sani sensus & capitis veraciter dixisse quòd non.

Similiter non obstat secundum, quòd fuerit in culpa d. Federicus, ex eo, quia prius testamētum non fecerit: quia respondetur, quòd si ista ratio procederet, cessaret dispositio l. fi. C. de testa. & l.j. Cod. de bono. pos. ex testa. mil. ex quo personis in dictis ll. nominatis posset imputari culpa, quare prius ante impedimentum testamētum solenniter non fecissent, & tamen hoc non obstante ipsis impeditis nihil imputatur, & remittitur solennitas & forma tradita à
29 iure communi † Prætereà tunc demum culpa imputatur culpa, ita quòd impedimentum postmodum sequens illi non prosit, nec præstat auxilium, quando talis culpa est ordinata ad illud impedimentum, aliàs si ad illud immediatè non est ordinata, talis culpa præcedens non est sibi nociua, vt tradit gl. Abba. & alij in c. quia diuersitatem, de concess. præben. Fel. & alij in c. inter, de excep. Item formaliter respondet Paris. ad argumentū de pestiferato, q; condidit testamentū cum minori numero septē testium, contra Soc. & Corn. in cons. 32. num. 31. & sequenti vol. 2. Quæ opinio comprobatur ex not. per Cor. in cons. 53. col. 4. & in cons. 131. colum. 3. volum. eod. vbi fortius voluit valere testamentum factum à pestiferato, non seruata forma statuti, etiam quòd testator euaserit periculum, & superuixerit per plures annos, & testamentum non mutauerit, quem sequitur Paris. in cons. 33. nu. 32. vol. 2. Idem voluerunt Ripa in tract. de peste fo. 25. col. j. vers. quæro quartò. & Boer. in decis. 218. col. antepenult. in princ. Vnde ex
30 his concludendum esse arbitror, attento, † quòd dictum statutū quatenus requirit testes Mātuanos in testamentis cōditis esse de distr. Mantuæ, est exorbitans à iure cōmuni, & stricte interpretandum, c. cum dilectus, de constit. l. ius singulare. ff. de ll. Et
31 † exceptio est largè interpretanda, quæ reducit ad
32 ius cōmune, & † quæ fauet testamento, quod est fauorabile. l. in testamentis ff. de reg. iur. Et similiter quòd iura fauent validitati actus, c. si Papa, de priuil. in 6. quòd pronunciandū sit pro validitate dicti testamēti, & q; illud omninò sit obseruandū, & tantò magis hoc dicendū venit, cùm ita (vt audio) aliàs iudicatū fuerit tā p sacrum Concilium Mantuę, quàm per magnificos dominos de Rota eiusdem ciuitatis.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXXI.

1 *Confessio facta coram iudice incompetente est sufficiens ad torturam.*

2 *Confessio facta coram iudice incompetente si reuocatur coram competenti, per dictam reuocationem non tollitur virtus ipsius confessionis, tamen contra secundum communem quādo reuocatio facta est ante torturam, etiam non docto de errore, vt in nu. 17. cum sequen.*

3 *Confessio facta in tortura per doctorem non valet.*

4 *Doctor non potest fustigari.*

5 *Consuetudo non valet secundùm cōmunem, vt doctor torqueatur.*

6 *Doctor torquetur in crimine læsæ maiestatis.*

7 *In crimine falsi.*

8 *In crimine priuati carceris.*

9 *In crimine simoniæ.*

10 *In crimine proditionis.*

11 *Crimina omnia pro nullo reputantur ad comparationem simoniæ & hæresis.*

12 *Simonia æquiparatur crimini læsæ maiestatis.*

13 *Simonia est crimen maius omnibus alijs.*

14 *Simoniæ maius est crimen quàm idolatriæ.*

15 *Simonia appellatur pestis.*

16 *Simoniacus per sola signa & præsumptiones punitur.*

17 *Confessio facta extra iudicium & si secundùm communem faciat indicium ad torturam, tamen hoc fallit si confessio reuocata fuit ante torturam.*

18 *Confitens coram iudice competente & si cogatur perseuerare in sua confessione si eam nō reuocet, tamen id verū esse arbitratur si de cōfessione orta est suspicio vel infamia.*

19 *Confessio facta incidenter coram iudice incompetente, non facit indicium ad torturam.*

20 *Confessio facta incidenter corā iudice ordinario non sufficit*

sufficit ad condemnationem, quamuis si principaliter facta fuisset, sufficeret.

21 *Testis examinatus si incidenter seu casualiter dicat se homicidam, talis confessio nō est sufficiens, vt testis ipse puniri possit.*

22 *Casualiter quæ fiunt & non ex proposito, non sunt in consideratione.*

23 *Confessio nō nocet confitenti quando contra eam sententia lata fuit.*

24 *Confessio recepta à notario recusato tāquam suspecto cum iuramento non valet.*

25 *Differentia nulla constituitur inter ius ciuile & canonicum in recusatione notarij, consultoris & procuratoris.*

26 *Suspicio iudicis de iure ciuili probatur iuramento, secus de iure canonico vbi causa suspicionis probari debet.*

CONSILIVM XXXI.

IN causa inquisitionalis, pcessus formati de crimine simoniæ per R. D. Vicariū Curiæ Episcopalis Casalensis contra spectabilē I.V.doc.do.Anselmū. de Borellis, prima facie dicendum videtur, q̄ subīciendus veniat quæstionib.tormentorum: quoniam ex eius confessione facta corā R. do. Petro Franc.de Cocastello delegato R. Episcopi Casalensis cōstat de ipsa simonia.

1 † Et licèt ipsa cōfessio sit facta corā incōpetenti iudice, q̄a tantū delegatus ad procedendum contra d. do.Anselmū de spolio, tamē ea sufficiens videtur ad torturā ipsam cōminatam.gl.in l.c.5.ff. de adult.vbi Bar.inquit hoc menti tenendū.Ruin.in cōs.57.nu.6. vol.j.&in cons.14.nu.2.vol 5.Mars.in pract.sua crim. in §.diligēter.nu.76.§.quoniā, nu. 19.in l.de minore, in princ.nu.32. ff. de quæstio.Aegid. Bos.in suo tract. crimin.in ti.de confes.nu.54.Foller.in pract.sua crimin.in fol.295.num.1.vers. 2. verò casu,& hanc esse * cōmunem do.sententiam, firmat Dec.in c.at si clerici, nu.21. de iud. Mars.in sing.310. & Thom. Ferra.in

2 caut.27.in j.col.Nec habet obstare,† quòd dicta confessio fuit reuocata corā dicto domino Vicario iudice competente in præsenti causa simoniæ, quæ reuocatio tollit vim effectum dictæ confessionis, vt torqueri non possit,Ias.in l.magistratibus.colum.2. vers.2. singulariter limita. ff. de iurisd.om.iudi.post Bal.in l.j. colum. fin.col.fin.in princip.C.de confes.& Fel.in c.de hoc,col.j.de simo.Quia respondetur,contrarium tenuisse Dec.in c.at si clerici, de iudic.Boer. in decis.90.numer.9.& Foller. in d.sua pract.crim.in verb.Et si confitebuntur,num.1.vers.2.verò casu.Si-

3 militer nō obstat, † quòd & si huiusmodi confessio faciat indiciū ad torturam, quòd d.dom.Anselmus, qui est in dignitate doctoratus, non potest torqueri. Cy.in l.milites. C. de quæstio. & in l.4. C.ad l.Iul.Maiesta.Bal.in l.j. C. de aduo. d uer. iudic. Mars.in sing. 556.& in pract.sua crim.in §.expedita nu.29.&in l.edictum. §. fin.ff. de quæst. vbi etiam dicit, quòd si torqueatur,& cōfiteretur, cōfessio facta in dicta tortura non valeret.Roma.in sing.385.Fulgo.in con.173.in fi.Bru.in trac.de ind.& tor.car.7.col.j. in l.miles, col. 2.de re iud. Galiaul.in l. Centurio. nu. 26.ff. de vulg. & pup. & ibi in add.Ferd.Leaz.Ioan.And.in c.in contemplatione,colum.2.de reg.iur.Bologn.in auth.habita.nume.74.C.ne fil.pro patre.Boer.in l.consentaneum num.154. C. quomodo & quando iud. Roch. de Curte in c.fin.colum.28.circa medium de consue. Gram.in vot.j.col.2.& 3.Alexand. in add.ad Bar in d. l.milites. Iacob. de Beluis. in prac. sua iudiciaria, in vers.nunc restat videre, nu.10.Paris de Put.in trac. * synd.in verb.An doct. nu.1.3 & 8.& hāc esse * cōmunem dixit Bos. in trac.suo crim. in tit.de ind.& tort.

4 nu.111.† Hinc etiam videmus, quòd nō possunt fustigari.l.capitalium.§.non omnes.ff.de pœn.Bologn. vt suprà num.62.& adeò vera est huiusmodi sententia,

5 † quòd non valet etiam consuetudo in contrarium, vt per Bar.in l.omnes iudices.C.de decur.lib.10. Roma. Gramma. Roch. & Galia. vbi supra Ias.in l. quibus, col.17.ff. de ll. Paris. de Puteo in loco suprà citato Brun.in trac.de ind.& tort.in 4.par. nu. 23.vbi ita dicit tenendum in iudicando, & consulendo,& in nu. 24.vers.& quoniam. Guido de Suza.in trac.de ind.& tort.nu.108.vers.sum propositi,quam sententiam * cōmunem attestatur Bos. vbi suprà, quia re-

6 spondetur, † quòd sicut in crimine læsæ maiestatis non excusantur à tortura.l. de minore in secūdo responso de quæst. Ange.in tract.malef. in verb.fama

7 publica pręcedente.nu.102.† Itē nec in crimine falsi,

8 vt l.si quis de curio. C.de fals.† Et in priuato carcere. l. j. C. de priua. car. vt de his tribus per Bos. vt suprà

9 num.115. † & ita & in crimine simoniæ, vt per glos. in l.nullus.C. de quæstio.per l.si quenquā.C.de Epis. & cler. ibi ad instar publici criminis & læsæ maiestatis accusatione proposita à gradu sacerdotij retrahatur.Bru.in citato tract. de ind. & tort. q. 4. num.14.

10 vbi idem dicit † in crimine proditionis, & in male-

11 ficijs, & mathematicis. Nec mirum, † quia omnia crimina ad comparationem simoniæ & hęresis pro nihilo reputātur c.fi.1.q.vltima.c.per tuas.§.cæteras,

12 de simo. † Nā æquiparatur crimini læsæ maiestatis. Bal.in d.l.si quemquā in j.notab. Alexand.in add.ad

13 Bart.in l.1.ff.de pub.iudic.† Simonia enim est maius crimē omnibus alijs.6.q.1.in summa. Abba. & Felin. in rubrica de simo. vbi dicunt, quòd simonia respectu aliorum criminum obtinet principatum, facit

14 tex.in c.citò turpem, & in capitulo eos.j.q.j. vbi † si-

15 moniæ crimen peius est quàm idolatria. † item appellatur pestis: quia sicut pestis inficit hominem & multos, ita & simonia inficit, cum ipsum inhabilem reddat ad executionem officij. Abb. in c.sicut,in princip. de simo. & eò magis dicendum est confessi-

16 onem huiusmodi facere indicium ad torturam, † cum simoniacus per sola signa & præsumptiones puniatur propter atrocitatē tanti criminis. Abb. in c.sicut,& in capitulo in fin uatum,de simo.

Quibus tamē nō obstantib.contrariā sentētiam vti veriorem in casu præsenti amplectendam arbitror,ex conclusionib.infra scriptis, quarum prima

17 est,† quòd & si vera & approbata sit doctorū schola, quòd confessio facta coram incompetenti iudice faciat indicium ad torturam,tamen sententia ipsa re-

* cipit limitationem * communiter etiam receptam, vt locum non habeat quando coram cōpetente iudice ante torturam ea fuit reuocata. ista est singularis decisio Bal.in l.j.col.pen.in fi.C.de confes. vbi inquit, quòd licèt cōfessio facta corā iudice incompetente valeat ad torturam,vt per Inn.in c.per inquisitionē,de elect.q.sanè illud intelligi debet,videlicèt si nō reuocetur confessio: aliàs secus si reuocetur.c.at si clerici,de iud. Et ideò subdit cautum esse debere torquendum, vt dicat se exprefsè reuocare dictam confessionē: quia ea valebit etiam non docto de errore.& sequendo Bal.idem voluerunt Ias. in l.magistratibus, col.2. vers.singulariter limita. ff. de iurisd. om.iud. vbi tradit hoc dictum perpetuò notandum in practica.quia hoc modo poteris euadere amicum à tortura.Purb.ibi in 4.limit.&Rimina.col.4. Soc.in reg.62.in2.Fal.in fi.Fel.in c.olim,col.3.ver.excipetres casus,de rescrip.in c.ad hoc, col.j.de simo.& in c.at si clerici, de iudi. Mars.in pract. sua crim. in §.examinanda.nu.32.in §.diligēter nu.79.& in sing.310.Tho. * Ferra.in caut.27.vbi propriè dicit,quòd & si * cōmunis sit opinio, quòd si quis extraiudicialiter confitea tur se commisisse tale delictum,quòd talis confessio faciat indicium ad torturam, vt per glo.& Bar.in d. l.capite quinto,tamen quòd ponendus ad torturam antequam subīciatur quęstionib.tormentorum,illam debeat reuocare:quia talis reuocatio valebit,etiam non docto de aliquo errore. Petr. Girar. in sing. 67.Ioan.de Arno in caut.19.Foller.in pract.sua crim. in ver.Et si confitebūtur.nu.8. circa fin.Marc.Blanc. in pract.crim.in verb.datis defensionib.nu.64.Bru. in trac. de indic. & tor.q.3.j. par. numer.17.Lancil.in trac.de offi.prætо.in cau.crim.fo.282.nu.10. Sylua.in consil. 7. in fin.Bertach.in reperto. suo in verb.confessio in criminali, in ver.confessio criminis coram iudice incompetenti, vbi sequitur Ias. in d.l.magistratibus,

ſtratibus,&in verb.cõfeſsio iudicialis, num.22.Affl. in conſtit. Regn. in conſtitut. ſi clandeſtina in 9. notab. in 4. quæſt. ſed in terminis noſtris dicta confeſsio fuit reuocata coram d. Reuerendo dom.Vicario, vt conſtat in actis coram ex agitatis. ergo contra dominũ Anſelmum non facit indicium ad torturam.

Secunda eſt concluſio, quòd confeſſus coram iudice incompetenti & ſi cogatur perſeuerare in tali confeſsione, ſi eam non reuocet, ſecundùm Bru.& 18 alios, de quibus ſuprà, † tamen id verum eſſe arbi- * tratur ſecundùm *omnes, ſi de tali confeſsione orta eſt ſuſpicio vel infamia, aliàs ſecus: ita Bald.in l.clarum, in fin. C. de authenti. præſtan. vbi formaliter ſic inquit:per hoc dictum declaro quoddam dictum Inno. qui dicit, quòd ſi quis eſt confeſſus coram iudice incompetenti,vbi non dicitur eſſe iudicium,tenetur illam confeſsionẽ refirmare corã iudice competenti: quia hoc eſt verũ, ſi de tali confeſsione eſt orta ſuſpicio vel infamiã,aliàs ſecus.& Bal. ſequuntur Barba.in conſ. 70. col.2.vol.2.Ang.in trac.malef. in verb.cõparuerunt dicti inquiſiti &confitebuntur totũ.nu.14.& in verb. comparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt totum.col.2. in princ.dum ſe remittit ad dicta per eum in loco proximè citato. Boer.in deciſ.90.col.5.in fi.ſed in caſu de quo agitur, nõ eſt orta aliqua ſuſpicio contra dominũ Anſelmum, nec infamia de crimine ſimoniæ, vt conſtat ex proceſſu contra eum formato,igitur, &c.

19 Tertia eſt concluſio, † quòd confeſsio incidenter facta coram iudice incõpetente,non eſt tantę potentiæ, quòd inducat indiciũ ad torturã corã iudi-20 ce competente. quod probatur: quia ſicut † cõfeſsio facta incidenter corã iudice ordinario,non eſt ſufficiens ad condemnationẽ delicti, quamuis ſi principaliter facta fuiſſet,ſufficeret.Bar.in l. ſi cõfeſſus, de cuſto.& exhib.reo. Fel. in c. qualiter & quando,il 2.§. licèt, verſic. ſextò limita, de accuſa.Marſ.in l.j. §.diuus Antonius,col.11.de quæſt. in l.j.in princ.num.36. eod. tit. in rubr.de proba. num.88. ita etiam confeſsio incidenter facta coram incompetenti non debet eſſe eius virtutis qualis eſſet confeſsio principaliter facta coram dicto iudice incompetenti, quæ tantùm operatur indicium ad torturam, & pro iſta opinione benefacit dictum Bald.in l. presbyteri, in 21 vltima col. C. de epiſ.& cler. vbi dixit, quòd † ſi examinatur teſtis, qui caſualiter ſeu incidenter dicat ſe homicidam, quòd ex tali confeſsione non poterit puniri nec condemnari.ſequitur Marſ.in §.conſtan-22 te.nu.49. Et ratio eſt, † quia ea quæ caſualiter fiunt, & non ex propoſito, non ſunt in conſideratione,& per conſequens non puniuntur.l.j.ibi, eà quæ ex improuiſo caſu. C. ad l. Corn. de ſica. vbi etiam Marſ. nu.84.& in conſil.67.nu.48.& in fine.329.

23 Quarta eſt concluſio, †quòd confeſsio non nocet confitenti quando contra eam ſententiatum fuit. Innoc.in c.mulieri, de iureiur.Marſ.in fine.ſuo 257. & in rubrica de proba. num. 116.ſed in terminis noſtris per Reuerendiſsimum dominum epiſcopum pronuntiatum fuit contra dictam confeſsionem: quia declarauit omnia agitata coram dicto domino Petro Franciſco iudice incõpetenti reſpectu huius capitis nulla,eaq; irritauit, ergo dicta confeſsio non poteſt offici dicto domino Anſelmo. Vnde ex his concluſionib.clara reſultat concluſio, quòd ex quo dicta confeſsio fuit reuocata, & contra dominum Anſelmum nulla orta eſt ſuſpicio ſimonię vel infamia, & quòd cõfeſsio ipſa incidẽter facta fuit,ac demum contra eum pronunciatum, quòd declarandum venit nulla profectò militare indicia,quæ ſufficiant ad torquendum ipſum dominũ inquiſitum. Et tantò 24 fortius hoc dicendũ venit, † cũ dicta confeſsio fuerit nulla, quia recepta à notario recuſato pro ſuſpecto cũ iuramento, quod ſufficere videtur etiã in foro eccleſiaſtico.iuxta no.p Anch. in cõſ.264.vbi dicit 25 † nullã eſſe differentiã inter ius ciuile &canonicũ in recuſatione notarij,cõſultoris,& procuratoris:quia ſufficit iuramentum, licèt ſecus ſit in recuſatione 26 iudicis: † quia de iure canonico oportet plenè probare cauſas ſuſpicionis, quod ſecus eſt de iure ciuili, vbi ſufficit ſolum iuramentum, ſequitur Alexand. in conſil.104.numer.4.volumin.5.Decius in cap. poſtremò, column. 2. de apella.vbi notarius, arbiter, procurator& conſultor ex leuioribus cauſis poſſunt recuſari.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ XXXII.

1 *Tranſuerſales deſcendentes ex deſcendentib. à primo acquirente ſecundum communem ſuccedũt in feudo antiquo,deficientibus filiis maſculis.*

2 *Feuda longo tempore poſſeſſa à perſonis de agnatione præſumuntur antiqua.*

3 *Alleganti feudum eſſe nouum, incumbit onus probandi.*

4 *Feudum vbi conſtat fuiſſe,benignior interpretatio ſumenda eſt, vt feudum fuerit antiquum.*

5 *Feuda quando reperiuntur conceſſa ſub cõmemoratione antiquarũ inueſtiturarũ præſumuntur antiqua, eſtoquòd nõ dicatur in cõceſsione iure antiqui feudi.*

6 *Feuda conceſſa his modis & formis, quibus anteceſſores fuerunt inueſtiti, cenſentur antiqua.*

7 *Feuda conceſſa cũ clauſula iure antiqui feudi, ſecundùm cõmunem ſortiũtur naturã antiqui feudi.*

8 *Actore non probante,reus debet abſolui.*

9 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione eſt validum in iure, & fortiſsimum.*

10 *Origo feudi in eius ſucceſsione ſemper conſideratur.*

11 *Allegans ſe deſcendentem alicuius, qualitatem ipſam probare tenetur, cũ ſit fundamentũ ſuæ intentionis.*

12 *Admitti quis non debet vt talis,niſi talem ſe probet.*

13 *Qualitas quando eſt cauſa quòd quis audiatur vel admittatur probari debet.*

14 *Filius agens ad hæreditatem patris debet probare ſe filium.*

15 *Et non tantùm ſe filium, ſed etiam & legitimum.*

16 *Agens vt agnatus debet probare ſe agnatum.*

17 *Factum non præſumitur niſi probetur.*

18 *Allegans ſe agnatũ nõ ſolùm tenetur probare ſe agnatum,ſed etiam legitimum.*

19 *Agnationis ius conſiſtit in legitimis.*

20 *Diſpoſitio ſi eſt limitata ad certum gradũ debet probari,quòd perſona,quæ agit, ſit intra illum gradum.*

21 *Statutum ſi præferat agnatos cognatis vſque ad tertium gradum, per agnatũ debet probari quòd ſit agnatus, & intra tertium gradum.*

22 *Agnati tranſuerſales deſcendentes ex deſcendentibus à primo acquirente ſecundùm cõmunem non ſuccedunt in feudo antiquo niſi vſq; ad ſeptimũ gradum. quando feudum primordialiter tranſitum fecit de primo acquirente in tranſuerſales.*

23 *Agens vt proximior debet probare proximitatem per gradus.*

24 *Teſtes in probando conſanguinitatem debent incipere à communi parente vel à germanis.*

25 *Declaratio ad Cuma & Alex. in l.is poteſt,de acquir. hæred.*

26 *Petens ſe admitti ad ſucceſsionem ſi non probat quo in gradu ſit, ſaltem probare debet neminem illi eſſe proximiorem.*

27 *Feudum antiquum vt tranſeat ad agnatos tranſuerſales in infinitum,opus eſt ſecundum cõmunem, vt primordialiter tranſitum faciat in deſcendẽtes, & deinde in tranſuerſales.*

28 *Feudum ſimpliciter ſuſceptũ, dicitur hæreditarium.*

29 *Feudum hæreditarium ſecundùm communem huiuſmodi eſt naturæ, vt in eo quis non admittatur niſi*

ſit hæres

sit hæres primi acquirentis, vel vltimi de cuius succeßione agitur, & non tantum ſanguinis, ſed vniuerſalis.

30 *Teſtis ſingularis non probat.*

31 *Teſti deponenti obſcurè non creditur.*

32 *Bona præſumuntur in dubio ſecundùm cõmunem allodialia, & non feudalia, quod amplia vt nu. 37.*

33 *Res quælibet præſumitur allodialis & libera niſi contrarium euidenter probetur.*

34 *Comes habens comitatum ſub dominio Regis, in dubio illũ præſumitur habere iure proprio, & nõ feudi, & ideo ſi præſtitit aliqua ſeruitia Regi, præſumitur præſtitiſſe ſimpliciter tanquam Principi ſuo, & nõ tanquam domino feudi.*

35 *Feudum dicitur ſeruitutem habere.*

36 *Seruitus non præſumitur niſi probetur, cùm ab origine ſui quælibet res cenſeatur libera.*

37 *Caſtrum non cenſetur feudale, ſed allodiale.*

CONSILIVM XXXII.

VISO proceſſu cauſæ, quæ agitatur coram Illuſtr. Seneſcalco Saluciarum inter magnificos dominos Ludouicum & Claudium de Macetis actores ex vna, & magnificum dominum Caſparem etiam de Macetis reũ conuentũ ex altera, pro bonis feudalib. Iſolobellę & Valfenariæ, de quib. vltimo loco erat dominus & poſſeſſor ſeu quaſi quondã magnificus domin. Andreas, & de cuius ſucceſsione tractatur. Prima facie dicendũ videtur, prędictos Magnificos dominos actores intentionẽ eorũ fundaſſe, atq; ideò ipſorũ requiſita & petita cõcedenda fore. Quoniã approbata eſt doctorũ ſententia, † q̃ in feudo antiquo deficientib. filijs maſculis ſuccedunt trãſuerſales, qui deſcẽdunt à deſcendentib. à primo acquirente. tex. eſt. c. j. vbi feudiſtæ de grad. ſucce. in feud. in c. j. §. ſi capitanei, de feudo Marchię. & ibi Aluar. in ſummario & col. 2. vbi dicit, quòd in feudo antiquo ſuccedunt deſcendentes, & ſi poſteà aliquis ex deſcendentib. moriatur ſine hęrede, tunc ſuccedunt tranſuerſales, dũmodo deſcendant à genitore cõmunis agnationis. Ad idem eſt tex. in c. j. de natu. ſucceſ. feud. Alex. cõſ. 30. col. 2. in fi. vol. j. Pau. de Caſtro in conſ. 393. in fin. vol. 2. Curt. Sen. in conſil. 51. col. 6. verſ. nec prædictæ concluſioni. Iaſo. in vſib. feud. colum. 33. in fin. Ruin. in conſil. 5. colum. j. vol. j. & in conſil. 12. num. 11. volum. j. Pariſ. in conſil. 3. num. 44. vol. j. conſil. 18. num. 8. 23. & 123. in conſil. 13. nume. 2. cũ ſeq. volumin. eod. vbi refert, hanc eſſe * communem opinionem. Dixi in conſ. 3. in princ. vol. j. Quòd autẽ feuda Iſolobellæ & Valfenariæ, de quibus agitur, ſint antiqua, probatur multis modis.

2 Primò † quia antiqua præſumuntur, ex quo longo tempore poſſeſſa fuerunt ab illis de agnatione & familia de Macetis. Doc. in c. j. §. fi. de grad. ſucced. in feud. vbi Bal. in gt, tex. illũ eſſe mirabilẽ ad hoc. † Et

3 onus probãdi contrariũ incumbere illi, qui dicit feudũ eſſe nouũ: eò quia iudicia erant ſuper veteri. Iaſo. in conſ. 114. col. 2. vol. j. Dec. in cõſ. 195. in princ. Pariſ. in conſil. 2. numero 2. vol. j. Iacob. de Beluiſ. Bald. & Moderni in c. j. ſi de feud. fue. controuerſ. inter dom. & agna. vbi dicunt, † quòd ex quo conſtat, quòd

4 fuit feudum, benignior præſumptio eſt, præſumere quòd fuerit antiquum, potiuſquam nouum. Iaſ. vbi ſuprà. Alex. in conſil. 10. col. j. vol. 3. & in conſ. 15. col. 5. vol. 5. Dec. in conſil. 252. col. pen. 269. col. 2. 395. in princ. & 445. nu. 5. & Pariſ. in conſ. 13. col. fi. vol. 2.

Secundò, quòd dicantur antiqua, probatur alio

5 modo: quoniam † quando feuda conceduntur ſub cõmemoratione antiquarũ inueſtiturarũ, eſto quòd nõ dicatur iure antiqui feudi, non dicuntur noua, ſed antiqua. Are. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. quẽ ſequitur Bru. in conſ. 78. col. fi. Et præſertim ita

6 dicendum videtur, † quando fuerunt conceſſa his modis & formis, quib. anteceſſores fuerunt inueſtiti. Nam iſta relatio non patitur vt conceſſio ſit noua vel feudum ſit nouum. Alex. in conſil. 30. verſicu. & ita etiam colligitur, vol. j. Bru. in d. conſ. 78. col. fi. & in conſil. ſeq. col. 2. Ceph. in conſil. 90. numero 12. Grat. in conſil. 4. in princ. vol. j. Alipr. inter conſilia ſtatus Montisferrati conſil. 30. num. 11. Si ergo in dictis caſibus feudum præſumitur antiquum, multò magis id dicendum venit in caſu præſenti, vbi in inueſtituris factis quibuſdam nobilibus de Macetis de dictis feudis de anno 1529. die 9. Octobris, & 1529. die

7 12. Februarij, † dicta feuda conceſſa fuerunt eiſdem iure antiqui feudi, quæ verba operantur, vt feuda ipſa naturam feudi antiqui ſortiantur. Bald. in c. j. §. hoc quoque. in fin. de ſucceſ. feud. Alex. in conſil. 10. colum. j. vol. 3. & in conſil. 29. col. penult. vol. 5. Dec. in conſil. 53. colum. 2. & conſil. 185. columna fin. in princ. Curt. Sen. in conſil. 48. colum. 4. & 7. Iaſ. in conſil. 1. colum. 2. volum. 3. & in conſil. 136. col. 5. vol. 4. Bru. in conſ. 10. col. 4. & in conſ. 73. colum. fi. Pariſ. in conſ. 17. in prin. vol. j. Iacob. de S. Georg. in inueſt. ſua feuda li in verb. nobiles Agaſij, in fin. Socin. in conſil. 165. columna 5. volum. 2. Rub. Alex. in conſ. 84. colum. 2. * & in conſil. 164. colum. 3. & hanc eſſe * communem dixerunt Dec. in conſ. 194. col. 2. Cur. Iun. in conſ. 1. col. 4. in fi. & Alipr. in citato conſil. 30. colum 5. imò inquit Curt. Iun. in tract. feud. car. 7. colum. 3. hanc eſſe receptiorem ſententiam. Quòd autem ipſi magnifici domini Ludouicus, & Claudius ſint ex tranſuerſalibus deſcendentibus à primo acquirente, videlicèt à quondam magnifico domino Nicoletto, Ioanne de Paulo & Gabriele ſatis, demonſtrari videtur ex teſtib. examinatis parte ipſorũ dominorũ agentium, & ex pluribus in ipſo proceſſu deſcriptis, ergo, &c.

Quibus tamen non obſtantibus, quæ in caſu noſtro nullo modo conueniunt, contrarium de iure eſſe arbitror. Et dico dictos dominos agentes non eſſe

8 admittendos ad dicta feuda, ex quo † non probauerunt aſſeruata ſua, quæ probare tenebantur. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. l. ei qui dicit. ff. eo. tit. & id eò, quòd ex dicto defectu ſuccumbere debent l. qui accuſare. C. de eden. Quòd autem non probauerint ſua incumbentia & per conſequens ſuccedere non debeãt in feudis de quibus agitur, probatur arguen-

9 do † à ſufficienti partiũ enumeratione, quod argumentum in iure eſt fortiſsimum. l. patre furioſo, vbi not. Iaſ. colum. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Abb. in c. cum dilectus, de iure patro. Soc. Iun. in conſil. 14. num. 2. volum. 3. & Pariſ. in conſ. 67. nu. 18. vol. 4. Nam, aut d. domini actores volunt admitti vt agnati tranſuerſales deſcendentes ex deſcendentibus ex dictis quondam domino Nicoletto & fratribus, de quibus ſuprà vti primis acquiſitoribus dictorum feudorum Iſolobellæ Valfenariæ, & non poſſunt: quoniam ex teſtibus ad eorum inſtantiam examinatis nullibi conſtat, nec ex iuribus parte ipſorum productis, dictos quondam dominos Nicolettum, & fratres prædicta feuda acquiſiuiſſe, nec de eis inueſtitos fuiſſe, nec ex eorum perſona, & medio peruenisse ad dictum quondam dominum Andream. Vnde, cum nõ appareat ipſos fuiſſe primos ſtipites horum bonorum feudalium, ſequitur neceſſaria concluſio, ipſos dominos actores in ſuis petitis non eſſe

10 audiendos, ſed à dictis repulſandos. Nam † in ſucceſſione feudi ſemper origo conſideratur. Angel. in conſil. 110. Calder. in tit. de feudis, conſ. 13. Cardi. in conſ. 123. col. 2. verſ. ad primum, & inſpicitur primus ſtipes. Curt. Sen. conſ. 49. col. 9. nam in mentem ſenſati non poteſt cadere, dicta feuda per prædictos fratres fuiſſe acquiſita: quoniam ſi id verum fuiſſet, ea tranſmiſiſſent ad deſcendentes ipſorũ acquirentium, & tamen nullibi conſtat eos in dictis bonis ſucceſsiſſe, nec de eis fuiſſe inueſtitos. Aut volũt admitti tanquam deſcendentes ex deſcendentibus ex domino Paulo filio quondã domini Ioannis de Macetis primo acquiſitore prædictorum feudorum, vt conſtare videtur ex quinto 6. 7. 8. teſtib. examinatis parte dictorũ magnificorum dominorũ agentium, ac ex omnib. alijs examinatis ad inſtantiã magnifici domini Caſparis conuenti, & poſſeſſoris dictorum

11 feudorum ſeu quaſi, & ſimiliter non poſſunt, † quia ipſis incumbebat probare dictã deſcẽdentiam tanquam fundamentũ intentionis ſuæ, quod cum factum

ctum non fuerit, à dicta petitione repelli debẽt, iuxta nota. per Bart. in l. non ignorat. C. qui accusare non
12 possunt. † vbi quis non debet admitti, vt talis, nisi
13 probet se talem. Item & quia, † quando qualitas est causa, quòd quis audiatur vel admittatur, ea probari debet, l. ait prætor. §. docere. ff. vi bon. rap. Et ideo dixit Ang. in l. liberorum. vbi etiam Castren. ff. de his
14 qui not. in fa. † quòd si filius agit ad hæreditatem patris vt filius, tenetur probare se filium, Dec. in cons.
15 54. in princ. 343. colum. 2. & in consil. 576. col. fin. † Et non tantùm se filium, sed etiam legitimum, Butr. in c. peruenit. col. 2. versic. aut filius agit. qui filij sint legitimi. Dec. in citato consil. 471. Aut volunt ad dictam successionem admitti tâquam collaterales descendentes ex descendentibus à d. q. magnifico domino Ioanne primo acquirente: & tunc aduertendum est, quòd si volunt ad dicta feuda admitti, quia transitum fecerint de dicto domino Ioanne in transuersales, & isto casu duo erant probanda per prædictos dominos agentes. Primò quòd essent agnati,
16 quoniã † qui agit vt agnatus, debet probare se agna-
17 tum, cum agnato consistat in facto, † quod non præsumitur, nisi probetur, l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Et de hoc est text. in l. j. tuncta declaratione glossæ. ff.
18 de proba. vbi, † qui dicit se esse de aliquo genere vel agnatione, illud probare debet. & ita per hunc tex. dixit Soci. Iun. in cons. 76. nu. 65. in fi. vol. j. Dec. in cons. 13. col. 2. in consil. 471. in princ. & in consil. 576. col. fin. Ceph. in cons. 82. nu. 9. Et quidem legitimum, vt per Butr. vbi suprà. Dec. in allegato cons. 471. in princ. ac
19 Ceph. vbi suprà. † Cùm ius agnationis tantùm resideat in legitimis, & illegitimis non competat, Bar. in l. tutelas. ff. de cap. dimin.

Secundò debebant probare se intra septimũ gradum, propter * communem conclusionem, quæ ha-
20 bet, † quòd quando dispositio est limitata ad certum gradum, debet probari, quòd personæ, de quibus agitur, sint intra illum gradum, Alex. in cons. 82. col. 2. vol. j. Dec. in consil. 321. col. 3. in fin. Hinc dixit Dec. in
21 cons. 13. colum. 2. † quòd si statutum præferat agnatos cognatis vsque ad tertium gradum, quòd debet probari per agnatum, quòd sit agnatus, & intra tertium gradum. Rursus in cons. 222. col. penul. versic. 6. Paris. in consil. 30. num. 60. vol. 2. & in cons. 37. nu. 67.
22 vol. eod. Sed in feudis antiquis † agnati transuersales descendentes ex descendentibus à primo acquirente, quando feudum de ipso primo acquirente transitum facit in transuersales, non admittuntur, nisi vsque ad septimum gradum, vt voluerunt Alexand. in l. certum. col. j. Ias. ibi col. j. versi. quartò fallit, & col. 2. versic. secundò principaliter intellige. C. vnde legit. vbi dicit, * communiter ita teneri, quòd in feudo antiquo agnati transuersales non succedunt, nisi vsque ad septimum gradum. Idem voluit ibi Dec. col. 3. versi. quartò fallit in feudis. Ias. in cons. 114. colum. 3. versi. item quòd dictus. vol. j. vbi citat Bal. in c. j. col. 2. de feudo Marchiæ, dicentem ita communiter teneri, Ioan. Fab. & Aret. in §. fi. inst. de succes. cogna. Cur. Iun. in tract. feud. in 3. par. in ver. succesiuè, colum. 2. versego igitur. Iac. de S. Georg. in inuest. sua in verb. præsentes, col. 2. Mart. de Laud. inter consilia Bru. cons. 119. nu. 8. vbi etiam refert ita communiter teneri, Alua. in c. j. §. & quia. col. 4. Præpos. col. 20. versi. cadit hic. Iser. & Affl. nu. 26. qui feu. dar. pos. Dec. in con. 85. nu. 5. & in cons. 252. col. 3. in fi. Gozad. in consi. 26. & in consil. 9. col. 2. Affl. in c. j. nu. 8. de grad. suc. in feud. in c. j. nu. 41. de succes. feud. & in c. j. nu. 12. si vas. feud. priue. Card. in cons. 64. col. j. circa fi. Pract. Papien. in form. libel. quo agitur ad reuoc. feud. in verb. nec superstitib. col. 2. versi. deinde quæritur. Grat. in cons. 9. nu. 46. vol. j. Zas. in tract. de feud. cogn. num. 34. & in 8. par. nu. 44. Rui. in con. 12. nu. 10. vol. j. Gul. Benedic. in ca. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 90. versi. quartò & vltimò fallit, de testa. Ioseph. Cumia. in c. si aliquem. de succes. feud. in verb. trinepotem. nume. 12. vbi inquit, hanc esse magis receptam docto. sententiam. Parisius in consil. 123. nu. 120. & 261. volum. j. vbi etiam hanc partem sequitur tanquam communem. Sed in casu nostro probatio hæc facta non fuit, quia verè fieri non potuit, vt infrà dicam, ergo, &c. Et tantò magis per d. dominos actores faciẽda erat huiusmodi probatio, cum distinctione gradꝰ, cùm dixerint se proximiores agnatos, vt in libello, & cedula positionali in principio continetur, per ea, quę not. Dec. in cons. 321. col. 3. versi. præ-
23 terea super quarto. vbi inquit, † proximitatem non posse probari nisi per gradus, vt not. Abb. in cap. tua
24 nos, in 2. notab. de consang. & affi. vbi inquit, † quòd testes in probando consanguinitatem debent incipere à communi parente, vel germanis, id est, fratribus, à quibus alij successiuè descenderunt, & subdit
* doctores * omnes in hoc conuenire, quòd in probando consanguinitatem & proximitatem debent gradus probari & distingui. Rursus Dec. in consi. 531. col. 2. versi. & dato. Accedit etiam quod tradit Tiraquel. in tract. de retract. §. 11. glo. j. nu. 5. vbi ait, quòd si quis dicat, se tanquam consanguineum proximiorem debere defuncto succedere, quod nõ sufficit, quòd probet simpliciter se consanguineum mortui, de cuius successione agitur, quando est controuersia inter duos consanguineos, & vnus agit contra alium possidentem, sed debet probare se proximiorem, cùm id sit fundamentum intentionis suæ, etiam si negatiuum esset, l. hoc iure. vbi Bart. & alij. ff. de verborũ obligatio. Et ideo nu. 9. inquit, quòd quoties sumus in casu, in quo non omnes gradus admittuntur ad successionem vel ad retractum, quòd non sufficit vt quis probet se consanguineum, nisi quoque probet certum gradum suę consanguinitatis, vt voluit Dec. in citato consilio 321. colum. penult. in fin. versic. non
25 obstat. vbi ait, † quòd dictum Cuma. & Alex. qui voluerunt in l. is potest. ff. de acquir. hæred. fundatam esse intentionẽ illius, qui probat se consanguineum, & dicit non habere alium proximiorem, habet locum, si probatum fuit cõsanguineum esse in aliquo gradu, prout requiritur, aliàs secus, vt per Aret. in l. sed si de sua. colum. penult. ff. de acquir. hæred. quem
26 sequitur Alcia. in consil. 199. num. 21. vbi dicit, † quòd quoties quis petit se ad successionem admitti, si non probat quo in gradu sit, debet saltem probare, neminem illi esse proximiorem. Aut † verò volunt venire
27 ad huiusmodi successionem, tanquam collaterales, descendentes ex descendentibus à primo acquirente in infinitum, & quia feuda trãsitum fecerint de persona primi acquirentis in eius descendentes, iuxta nota. per Cur. Iun. in tract. suo feudali, in 3. par. versi. successiuè. Iacob. de S. Georgio in inuest. sua, in verb. præsentes, col. 2. Dec. in consil. 85. col. 2. & 3. Gozad. in consilio 9. colum. 2. & 26. num. 26. Mars. in sing. 422. Paris. in cons. 23. num. 121. cum tribus seq. volum. j. &
* in consi. 13. num. 2. vol. j. vbi asserit hanc esse * communem, & pariter non possunt: quia ipsi non sunt de agnatis descendentibus à dicto domino Ioãne, quod probatur, quoniam quondam magnificus dominus Ioannes de Macetis, vt cõstat, tam ex testibus de quibus suprà, quàm ex alijs iuribus productis parte magnifici conuenti, & de quibus in processu, habuit tantùm duos filios, videlicet Paulum & Georgium, ex Paulo natus est Andreas, & ex ipso Cathelanus, & ex dicto Cathelano Andreas nouiter defunctus, de cuius successione agitur, ex Georgio dom. Ludouicus, ex ipso dominus Gaspar conuentus. Vnde cùm ex dicto argumento à sufficienti partium enumerato, vt suprà, nullo modo appareat ipsos dominos agentes posse succedere dicto quondam magnifico domino Nicoletto, nec fratribus suis, qui non acquisiuerunt dicta feuda (vt præsupponitur) minusq; quòd essent tales agnati, qui vnicuique ipsorum possent succedere per mortem dicti quondam domini Andreæ vltimo loco defuncti, si fuissent ex dictis feudis inuestiti, nec etiam constare possit, quòd sint ex descendentibus dicti domini Ioannis, nec de eius agnatis, notissima resultat conclusio, magnificum d. Gasparem absoluendum fore à petitis parte dictorum magnificorum dominorum agentium cum victoria expensarum iuxta not. per Bar. in l. eum quem temerè. ff. de iud.

Plus dicitur, quòd etiã dato (sed non cõcesso) quòd dicti domini actores essent agnati trãsuersales, quòd adhuc non possent succedere in dictis feudis, nisi probassent se hæredes dicti domini Ioannis Andreæ vltimo loco defuncti, de cuius successione agitur,

28 vel primi acquirentis. Quoniam †huiusmodi feuda
præsumuntur simpliciter susceptа, ex quo non appa-
ret de natura eorum per aliquas concessiones factas
dicto quondam domino Ioanni, & per consequens
hæreditaria. Alex. in consil. 26. col. 2. volu. 5. Cuma. in
cons. 166. Curt. Iun. cons. 3. num. 2. Gozad. consilio 4.
num. 11. Paris. cons. 2. num. 18. vol. 1. cons. 3. num. 9. con
sil. 5. num. 8. vol. eod. Rui. in consil. 1. num. 13. volum. 1.
consil. 17. num. 3. & 38. nu. 19. vol. eo. Soc. Iun. in consi.
103. num. 34. vol. 2. Alcia. in cons. 160. num. 9. 179. num.
2. 180. in princ. & 183. nu. Bos. in tract. suo crim. in tit.
de Principe, num. 309. Grat. in cons. 4. num. 41. volu.
29 1. & Riminal. in consil. 267. num. 21. †in quo quis non
admittitur nisi sit hæres, isern. in ca. 1. §. hoc quoque.
col. 2. de succes. feud. Bru. in cons. 18. num. 13. cons. 24.
in princ. & 80. numero 14. Camp. 2g. inter consil. Bru.
consil. 2. in fin. Ia. sibi. in consi. 9. num. 8. Ruin. in con-
silio 108. num. 5. volum. 2. vbi loquitur de feudo anti-
quo, in consil. 1. nume. 12. volum 1. & in consil. 16. col.
* 1. volu. eod. quam sententiam * communem esse di-
xerunt Curt. Iun. in consil. 1. num. 11. in l. qui se patris.
colum. 20. C. vnde lib. Campeg. in cons. 11. nume. 3. in-
ter consil. Bru. Paris. in cons. 1 colum. 1. volu. 1. consil.
16. colum. 2. volum. eod. Grat. consi. 4. num. 42. volu.
2. & Bos. vbi suprà num. 306. & quidem hæredes pri-
mi recipientis, & inuestiti vel vltimi vasalli defun-
cti, de cuius portione agitur, Iacob. de Beluis. in c. 1. de
eo. qui sibi & hæred. mas. Alex. in cons. 10. col. penult.
volum. 3. & in cons. 26. colum. 4. circa fin. volu. 5. Bru.
in consil. 40. num. 3. & 80. num 14. Paris. in cons. 2. nu.
25. consilio 13. num. 4. cons. 16. colum. 2. volum. 1. & in
consil. 65. num. 31. volum. 3. Alcia. in cons. 186. nume.
4. & hanc partem vti communem citant Alex. in l. ex
facto. §. fi. ad Trebel. Curt. Iun. in cons. 1. num. 11. Bru.
in consil. 18. nume. 14. & magis communem. Paris. in
cons. 23. num. 181. volum. 1. & non tantùm sanguinis,
sed vniuersales. Doc. in l. Gallus. §. etiam si parente.
ff. de lib. & posthu. & in terminis Cur. Sen. in consil.
82. colum. 4. vbi post Imol. in l. quod dicitur. colum.
pen. ff. de verb. obliga. concludit, in feudo hæreditario,
quem non posse succedere nisi sit hæres vniuer-
salis, ex quo non sufficit, quòd quis sit de descenden-
tibus, & iungatur sanguine, sed requiritur, quòd in
vniuersum succedat primo acquirenti, vel illi de cu
ius successione agitur. Sequitur Paris. in consi. 2. nu.
* 28. volum. 1. consil. 16. colum. 2. in fin. & in consil. 23.
nu. 192. volum. eod. vbi refert hanc esse magis * com-
munem. Idem tenuit Alcia. in cons. 160. num. 9. in fin.
versi. nec obstat. Sed in casu nostro isti domini acto-
res non sunt hæredes domini Andreæ vltimo loco
defuncti, quia instituit hæredem dominum Gaspa-
rem cõuentum, nec etiam probarunt se hæredes di-
cti quondam magnifici domini Ioannis, ergo ad di-
ctam successionem nullo modo admitti debent.

Circa bona stabilia sita super dictorum locorũ fi-
nibus Isolobellæ, & Valfenariæ, non puto elaboran-
dum esse, stantibus præmissis: tamen ne videar illo-
tis manibus pertransire, in hoc articulo concluden-
dum esse arbitror, quòd ex quo non probantur legi-
timè dicta bona feudalia per aliquem excepto per vl
timum testem examinatum ad instantiam dicto-
30 rum dominorũ agẽtium, † qui est singularis & vni-
cus, qui non probat, l. iusiurand. C. de testib. & qui
31 deponit incertè & obscurè, † quæ quidem obscuri-
tas operatur, vt ei non credatur, Alex. in consilio 152.
32 numero secundo, volumin. 5. † Quòd ea præsumun-
tur allodialia c. nimis. vbi doctores communiter de
iureiur. feudist. in c. si de feu. fue. contro. inter dom.
& agna. Dec. in cons. 32. col. pen. in fi. & in cons. 83. col.
1. Cur. Iun. in cons. 41. num. 7. Alcia. in cons. 491. col. fi.
33 vbi inquit, † quòd quælibet res præsumitur allodia-
lis, & libera, nisi contrarium euidenter probetur, c.
fin. de iudi. sicut & quælibet res præsumitur libera à
seruitute. l. altius. C. de seruit. & aq. & ecclesia libera
à iure patronatus saluo iure episcopi, c. venerabilis,
34 vbi Inno. & Bal. de excep. Et ideo infert, † quòd si ali-
quis sit Comes sub dominio Regis, in dubio existi-
mabitur Comitatum iure proprio habere, non au-
tem iure feudi, per l. non dubito. vers. hæc enim. ff. de
cap. & post l. reuer. & si qua seruitia Regi prestitit, pre-
sumitur præstitisse simpliciter tanquã Principi suo,
& non tanquam domino feudi, vt per Hostien. Ioan.
Andr. & Butr. in d. c. fi. & in allegato c. nimis. Soc. Iun.
35 in cons. 102. nu. 17. vol. 2. Et ratio est, † quia feudum di
citur seruitutem habere. Glo. in l. his cuius. §. si vsus-
fructus, in verb. oportet. ff. de vsufruct. Afflit. in c. 1. §.
inter filiam. nu. 3. si de feud. fue. contro. inter dom. &
36 agna. † quæ seruitus non præsumitur nisi probetur,
cum ab origine sui quælibet res censeatur libera, A-
lex. in cons. 15. in princ. vol. 5. Bald. in c. 1. §. econtrario,
de inuest. de re alie. fac. vbi inquit, hoc etiam locum
habere si prædia vicina essent feudalia. Paul. de Cast.
in con. 163. colum. 1. secundum antiquam impressio-
nem, vbi ait, quòd quando non constat terras fuisse
tentas in feudum à Romana ecclesia, in cuius territo-
rio sitæ sunt, nec pro eis præstitum fuisse vnquam
homagium vel iuramentum fidelitatis, quòd terræ
ipsæ nõ præsumuntur feudales, sed allodiales, id est,
ad plenum dominium & directũ domini, & descen-
dentium pertinentes: quia res non præsumitur feu-
dalis nisi probetur, cùm multa sint allodialia, & iure
primæuo omnis persona, & omnis terra libera est,
nisi inquantum violentia illata est, §. ius autem gen-
tium. Inst. de iure natu. §. 1. Inst. de libert. Cùm igitur
in casu nostro non appareat, quòd de dictis bonis sta
bilibus facta sit alicui inuestitura per superiores, nec
de eis tanquam feudalibus facta fuerit recognitio,
concludendum videtur bona ipsa stabilia fuisse, &
esse allodialia & non feudalia: iuxta not. per Paris. in
37 con. 16. nu. 14. & 27 vol. 4. vbi dicit, †quòd si de castro
non apparet inuestitura, nec quòd de eo aliquis in su
periorem recognouerit, castrum non censetur feu-
dum, sed potius res allodialis, quod etiã subdit pro-
cedere, si tale castrum situatum esset intra regnum.

Non obstant modò quæ ex aduerso allegata fue-
runt, quia ipsis patet clara respõsio ex his, quæ suprà
dicta fuerunt, quæ amplius repetenda nõ existimo.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXXIII.

1 *Decedere cum duobus testamentis quis non potest.*
2 *Testes septem requiruntur in testamentis.*
3 *Qui secundum communem rogati esse debent.*
4 *Testamentum secundum non reuocat primum, vbi rẽtè & rectè factum non fuit.*
5 *Quod procedit, etiam si testator in dicto secundo testa-
mento inualido dixerit, cassans & irritans omne a-
liud, volens secundum omnibus præferri.*
6 *Locus celebrati contractus, vel testamenti circa solen-
nitatem attendi debet, etiam in actibus forensium.*
7 *Forma non seruata, testamentum redditur nullum.*
8 *Forma ad vnguem obseruari debet.*
9 *Forma in dubio videtur substantialis.*
10 *Formæ nihil potest minui.*
11 *Statutum quando vlterius procedit annullando actũ, videtur inducere formam.*
12 *Defectus famæ fortior est quàm defectus renuntiatio-
nis: & qui formam contemnit, & spernit seruare, di
citur recusare actum facere.*
13 *Locus ecclesia, & si sit exemptus, remanet tamen de territorio.*
14 *Subditus Episcopi delinquens in loco exempto, ligatur statuto episcopi.*
15 *Episcopus licèt non possit sedere extra suam diœcesim
sine licentia habentis iurisdictionem, tamen in loco
exempto intra diœcesim potest sedere sine licentia
habentis iurisdictionem in loco exempto.*
16 *Episcopus si facit constitutionem, quòd nullus accedat
ad monasterium monialium exemptum, & contra-
faciens sit excommunicatus, dicta constitutioni con
traueniens, ligatur ipsa lege.*
17 *Statutũ si prohibet notarium nõ collegiatum recipere*

instru-

instrumenta in ciuitate, si fuerint recepta in ecclesia per notarium non collegiatum, non valebunt.

18 *Testamentū primum tollitur per secundum: quia voluntas hominis ambulatoria est vsq; ad mortem.*

19 *Testator si fecit mille testamenta, omnia per vltimum reuocantur.*

20 *Testamentum vltimo condito præcedentia reuocata censentur, esto quòd de prioribus nihil sit dictum.*

21 *Testamentum posterius præfertur primo, etiamsi valeret tantùm de iure speciali.*

22 *Quod procedit, etiam si non apponatur in dicto testamento clausula, quæ communiter apponi solet, cassans & irritans omne aliud testamentum.*

23 *Paria sunt, locum esse extra territorium, vel in territorio, sed in loco exempto.*

24 *Committens delictum in loco diœcesis exempto, non punitur secundum statuta diœcesis.*

25 *Canonicus ecclesiæ exemptæ, si deliquerit in loco exempto, diœcesanus non poterit eum punire.*

26 *Exemptus æquiparatur extraneo.*

27 *Statutum episcopi sicut non ligat aliquem extra territorium, ita nec delinquentem in diœcesi, in loco tamen exempto.*

28 *Loca quæ sunt de prouincia vel diœcesi, habentia dominium separatum, non dicuntur esse de illo regno vel diœcesi.*

29 *Dispositio l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. etiam procedit in loco exempto existenti intra territorium.*

30 *Statuta Florentina in dubio nō extenduntur ad loca exempta existentia in territorio.*

31 *Gratia expectatiuæ ad beneficium vacaturum, in diœcesi Castellana, non cōprehendit beneficia, quæ sunt in illa diœcesi exempta ab episcopo, & subiecta Patriarchæ.*

32 *Statuto si caueatur, quòd quicunq; ludens ad azardum, sit excommunicatus, ludens in loco exempto intra territorium dicti statuentis, non incurrit in excommunicationem.*

33 *Locus non subditus iurisdictioni vniuersæ non ligatur statutis eiusdem.*

34 *Cautela ad euitandum sentētiam excommunicationis latam per statuta episcopi contra contrahentes matrimonia clandestina.*

35 *Episcopus quando habet parochiam sibi subditam in diœcesi alterius episcopi facientis statuta ipsa, non ligant subditos illius parochiæ, licèt sint intra limites suæ diœcesis: quia non subditi ipsius.*

36 *Quod ampliatur procedere, etiam si quò ad sacramenta responderet episcopo, in cuius diœcesi sita est parochia.*

37 *Ordinarij sicut nullam habent iurisdictionem in locis exemptis, nō possunt aliquid statuere, quod respiciat loca exempta.*

38 *Potestas statuendi regulatur à iurisdictione.*

39 *Statutum inducens formam, est iurisdictionis.*

40 *Statuto alterius, vt quis ligetur duo requiruntur, territorium videlicet, & quòd persona sit subdita.*

41 *Testes duo cum parochiano secundum communē sufficiunt in testamentis, quæ conficiuntur in terris ecclesiæ.*

42 *Testamētum conditum in terris ecclesiæ cum quatuor testibus sine parochiano valet.*

43 *Testimonium duorum virorum fortius videtur testimonio cuiuscunq; auctoritatis.*

44 *Locus exemptus, licèt sit de diœcesi, tamen dispositiones & mandata quæ fiunt in diœcesi, non includunt loca exempta, nisi fiant per habentem iurisdictionem in exemptos.*

45 *Locus exemptus in diœcesi, licèt dicatur de diœcesi, nō tamen de iurisdictione diœcesis.*

46 *Ordinarius minus potest contra non subditum, quàm contra exemptum.*

CONSILIVM XXXIII.

ILLVSTRIS quondam Rainatus Comes Chialant, duo condidit eulogia, vnum in quo primo loco instituerat Illustrissimam dominam Philibertam eius filiam primò genitam, & secūdò genitæ reliquit certam dotem. Demum aliud condidit testamentum, in quo instituit hæredem vniuersalem secundò genitam, & primò genitam exhæredauit, & casu quo exhæredatio non valuisset, eam instituit in vno scuto, & in pecunijs per eam ablatis, & si ad bonam vitam rediisset, eidem reliquit scuta 300. singulis annis. Verùm, quia

1 † quis non potest decedere cum duobus testamentis, glo. in §. posteriore. Inst. quib. mod. testa. infir. Paris. in consil. 10. in princip. volum. 3. quod sine dubio procedit, vbi inter ipsa duo instrumenta testamenti est aliqua diuersitas, aut circa institutionem, aut circa legata, vt per Roman. in consilio 235. in 6. dubio, quem sequitur Craue. in consi. 143. num. 4. Ideò operæpretium est videre, quodnam prędictorum testamentorum prævaleat, & obseruandum sit. Prima igitur facie dicendum videtur, quòd primum præ-

2 ualeat secundo, † cùm habeat numerum septem testium, qui requiritur in testamentis, l. hac consultissima. in fin. C. de testa. l. hæredes palàm. ff eodem tit. l. iubemus. C. eod. tit. l. fi. C. de fideicom. Alex. in cons. 47. in princ. volum. 2. Paris. in cons. 33. num. 24. vol. 2. & in cons. 34. num. 2. vol. eod. Affl. in decis. 14. num. 5. & 168. colum. 2. Crot. in l. nemo potest. num. 18. de lega. j. Zucard. in l. fi. num. 104. C. de edict. diui Adr. tol. Cacialup. in l. omnes populi, num. 53. ff. de iust. & iur. Curt. Iun. in l. bonorum. nume. 15. C. de bon. pos. se-

3 cund. tab. Cepha. in cons. 32. colum. j. in fin. † qui quidem fuerunt rogati. l. hac consultissima. § per nuncupationem. C. de testa. Iason ibi in §. si quis autem. versic. 2. limita. Affli. decis. 166. num. 2. Corn. in consil. 7. colum. 2. volum. 4. Paris. in consil. 46. num. 29. vol. 3. Alex. in cons. 14. nu. 7. ver. 6. vol. 6. consi. 70. nu. 19. vol. 2. & in cons. 47. col. j. in fi. vol. eo. Cur. Iun. vbi suprà.

* & Boër. in decis. 34. nu. 8. vbi est * communis. Et maximè, cùm habeat omnia alia, quæ requiruntur à iure, de quibus in toto titulo. C. de testa. Nec habet obstare, quòd de iure communi secundum testamentum reuocat primum. § posteriore. inst. quib. mod. testa. infir. vbi per Ang. & alios. Quia respondetur,

4 † quòd secundum testamentum non reuocat primum, vbi ritè & rectè factum non est, l. 2. ff. de iniust.

* rup. testa. Bart. in l. si iure. ff. de lega. 3. quem * communiter sequuntur scrib. vt latè per Paris. in consil. 46.

5 num. 27. vol. 3. & Ceph. in cons. 32. in fi. † quod etiam procedit, si in testamento inualido testator dixerit: cassans & irritans omne aliud, volens secundum omnibus præferri: quia secundo existente imperfecto, primum tenet, vt per Paris. vbi suprà.

Quòd autem dictum secundum testamentū fuerit & sit nullum, probatur: quia in eo non fuerunt seruatæ solennitates requisitę pro forma per statutū Mediolani, in qua ciuitate confectum reperitur ipsum testamentū, quę interuenire debebant, quamuis testator fuerit in ipsa ciuitate forensis: quoniam

6 clara & indubitata est docto. sententia, quòd † locus celebrati contractus vel testamenti attēdi debet circa solennitatem etiam in actibus forensium, Bart. in l. cunctos populos. col. 6. C. de summa trin. & fide ca-

* tho. quem * communiter ibi sequuntur scribentes, argumento l. si fundus. ff. de euic. Anch. in c. canonū statuta. colum. 49. versic. quid dices de obligatione personali, de constit. Bald. in consil. 386. volum. j. Soc. in consil. 14. num. 5. volum. 4. Alex. in consil. 44. col. fin. versic. postremo, volum. 5. in consil. 96. in princi. volum. eod. Soc. Iun. in consilio 99. num. 4. volum. 2.

vbi in testamentis seruanda est illa solẽnitas, quæ reperitur in loco vbi conduntur, & in consil. 148. num. 5. vol. 3. Brun. in tract. de for. & solen. char. 96. colum. 1. versi. insuper communem. Nam de solennitate statuti ciuitatis prædictæ est, quòd in testamento intersint quinque testes, & tres notarij, qui omnes videlicet testes & notarij, vel eorum maior pars cognoscat testatorem, cuius testamẽti imbreuiatura super qua rogabitur testamentũ, subscribatur saltem per duos ex testibus testatorem cognoscentibus, seu per duos protonotarios, aut vnũ ex testibus, & vnum ex protonotarijs eadem die, qua rogatũ fuit dictum testamentum, vt per ipsas subscriptiones teneatur notarius subscribere ipsam imbreuiaturam cum signo tabellionatus, attestando etiam, vidisse fieri præcedentes subscriptiones, & credatur subscriptioni ipsius notarij, quòd præcedentes subscriptiones factæ fuerunt: & quòd alias non valeat testamentum factum non seruatis dictis solennitatibus. Quæ quidem solennitates introductæ, vt suprà seruatæ non fuerunt in dicto secundo testamento, vt patet ex lectura ipsius: quia notarius in subscriptione imbreuiaturæ non est attestatus se vidisse fieri præcedentes subscriptiones, † qua forma nõ seruata testamentum redditur nullum, Paris. in cons. 61. num. 10. vol. 2. † cùm ad vnguem illa obseruari debuisset, vt tradit Bal. in l. cessante. C. quo. & quando iud. in c. ex literis, de constit. colum. fin. Paris. in cons. 19. num. 188. vol. 2. † Nam forma in dubio videtur substantialis, vt inquit Bal. in l. comparationes, colum. 2. C. de fi. instru. Dec. in consil. 449. colum. 2. & 612. † cui nihil addi potest vel minui, secundum Bal. in l. fin. col. 2. de fius & legit. Paris. in consil. 19. num. 188. vol. 2. Et quòd sit de forma, demonstratur, quoniam † tale statutum vlterius procedit annullando actum, Docto. in l. 1. ff. de lib. & posthu. in l. non dubium. ff. de ll. Feli. in c. cum dilecta, in 5. signo, de rescrip. † Defectus enim formæ fortior est, quàm defectus renunciationis, Bald. in l. cum hi. §. fi. secundum j. lect. ff. de transact. Qui enim contemnit & spernit seruare formam, dicitur recusare facere actum, vt in l. non vnquam. ff. de colla. bono. Paris. in cons. 19. num. 61. volum. 2. Nec obstare habet, quòd dicta solennitas requisita à statuto prædicto tanquam non necessaria non habet vitiare dictum testamentum, cùm conditum reperiatur in ciuitate prædicta, & in monasterio S. Hieronymi, & in eius sacristia, & sic in loco exempto. Quo casu cùm paria sint, quòd actus celebretur extra territorium, vel in ipso, sed in loco exempto, vt in c. animarum. §. statuto, & ibi Docto. de constit. in 6. sequitur, quòd sicut extra territorium illius ciuitatis esset confectum dictum testamentum cum solennitate iuris canonici, vel iuris ciuilis, valeret, ita etiam valere debeat præsens testamentum factum in loco exempto statuentibus, cùm Ecclesia dicatur esse extra territorium statuentium, vt in titu. de immu. eccle. † Quia respondetur, quòd & si locus dictę ecclesiæ S. Hieronymi sit exemptus, remanet tamen de territorio, si non exemptus ibi delinquat vel contrahat, l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. Et pro ista opinione facit quod notat Feder. de Sen. in consilio 2. vbi inquit, † quòd subditus episcopi delinquendo in loco exempto, ligatur statuto episcopi: quoniam licèt locus sit exemptus à iurisdictione episcopi, tamen dicit esse de diœcesi & in diœcesi, c. cum episcopus, de off. ord. in 6. Vnde non sequitur, locus exemptus nõ est subditus episcopo, ergo æquiparatur loco extra diœcesim. quod etiam demonstratur: † Nam episcopus nõ potest sedere extra suam diœcesim sine licentia habentis iurisdictionem, vt in clemen. 1. de for. compet. & tamen in loco exempto intra diœcesim potest sedere sine licentia habentis iurisdictionem in loco exempto. Ias. in consilio 83. in 2. dub. volum. 1. vbi etiam concludit post Lapum, Abbatem, & Gemi. ibi per eum relatos, † quòd si episcopus facit constitutionem, quòd nullus accedat ad monasterium monialium exemptum, & contrafaciens sit excommunicatus, quòd subditus contraueniens ligatur dicta constitutione, & idem in non subdito, si vadat per illam diœcesim, aliàs non, dummodò non ignoret probabiliter illam constitutionem. Et ideo dixit Ca-

gnol. in l. si librarius. numero 69. ff. de reg. iur. † quòd stante statuto prohibente notarium non collegiatum recipere instrumenta in ciuitate, quòd ea non erunt valida, si fuerint recepta in ecclesia per notarium non collegiatum: quoniam, & si locus ecclesiæ sit exemptus, remanet tamen de territorio, si non exemptus, ibi delinquat vel contrahat, d. l. si quis in hoc genus. sicuti ecclesia exempta remanet de diœcesi, vt per Ioan. Andr. in cap. si propter. de rescrip. in 6. Rursus in l. fin. num. 6. & 13. ff. de iurisd. omn. iud. vbi idem repetit, & subdit, quòd si dicta instrumenta valerent recepta per notarium nõ matriculatum in ecclesia, obstante dicto statuto, sequeretur absonum, quòd de facili posset elidi prædicta dispositio statuti, si in loco ciuitatis exempto permitteretur posse recipi instrumenta per notarios non collegiatos: quia in ecclesijs & locis exemptis, semper reciperentur instrumenta per tales notarios, & statutum ventosum & inane redderetur, quod lex in qualibet materia stomachatur, l. fi. ne quid in loco publico, l. si prætor. in princ. ff. de iud.

Sed medullitus considerando, contrarium in terminis nostris tenẽdum esse arbitror, videlicet, quòd testamentum celebratum in dicto monasterio, quia vltimum & posterius valeat, & primo sit præferendum. Quoniam tristissimum est in iure, † quòd testamentum primum tollitur per secundum, §. posteriore. Instit. quib. mod. testa. infir. l. si quis priore. ff. ad Trebel. illudq; obseruari debet, cùm ambulatoria sit hominis voluntas vsque ad mortem, l. 3. in fi. cum l. seq. ff. de adim. lega. † Et ideo, si testator fecisset mille testamenta, omnia erunt per vltimum reuocata, Paul. de Castro in cons. 84. colum. 3. versic. secundò ad idem, volum. 1. Paris. in cons. 10. colum. 1. volum. 3. consil. 24. in princ. volum. eod. Et † condito vltimo præcedentia reuocata censentur, esto quòd de prioribus nihil sit dictum, vt notatur in dicto §. posteriore, & in l. omnium. C. de testa. Paris. in allegato cons. 10. Ceph. in consil. 32. in princ. & in consil. 73. in princ. Et in tantum hoc est verum, † vt etiam habeat locum dictum testamentum posterius, si valeret tantum iure speciali, non autem iure communi, l. 2. ff. de iniust. rup. testa. Dec. in consilio 475. in princ. & in consilio 512. in princip. Ceph. in d. consilio 32. col. 1 & 73. col. 2. in princip. † Et etiamsi non apponatur in dicto testamento clausula, quæ communiter solet apponi, cassans & irritãs omne aliud testamentum, Ang. in d. §. posteriore. Ang. in cons. 258. Dec. in citato consil. 512. colum. 1. quamuis in casu nostro, in dicto testamento fuerit apposita dicta clausula satis latissima. Quo fundamento pro carrotio appositio, cui est inhærendum iuxta gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. quia tota difficultas consistere videtur in tollendo & remouendo allegata, & adducta in contrarium, ideo ad illorum responsionem me conuerto, & dico quòd licèt secundum testamentum non tollat primum, quando posterius non est ritè & rectè factũ, tamen quòd in terminis nostris cessat dictum argumentum, cùm testamentum factum per d. Illustriss. quondam Comitem Renatum in ciuitate Mediolani, & in dicto monasterio S. Hieronymi sit validum & legitimè conditum, vt constabit ex infrà dicendis, ergo seruandum.

Nec obstat, quòd in dicto vltimo testamento non fuerint seruatæ solennitates, de quibus suprà & pro forma introductæ: Quoniam aduertendum est, eam non fuisse necessariam, attento, quòd testamentum conditum reperitur in monasterio exempto à iurisdictione statuentis, quod idem est, ac si celebratum † fuisset extra territorium Mediolani, † cùm paria sint locum esse extra territorium, vel in territorio, sed in loco exempto, iuxta glo. in verb. aut earum parte, in clem. prima de for. compet. ca. luminoso. 18. q. 2. & ideo dixerũt Io. Andr. Gem. Franc. & alij in c. vt animarum. §. statuto. de constit. in 6. † quòd si quis commiserit delictum in loco diœcesis exempto, non poterit puniri secundum statutum episcopi illius diœcesis, cùm locus exemptus sit extra ipsius iurisdictionem, c. cùm episcopus, de off. ord. in 6. quia statuta in illis locis non ligant, sicut non ligant extra territorium, cùm locus exemptus, & locus extra territoriũ æqui-

æquiparentur. Cald. in disputatione incip. Quæritur an subditus Episcopi, & in consil. 13. in tit. de Iud. vbi
25 dicit, †quòd si canonicus Ecclesiæ exemptæ deliquerit in loco exempto, diœcesanus non poterit eum punire, cùm causa sibi non subiaceat, nisi quando delictum esset commissum in sua diœcesi, sed in loco nõ
26 exempto, vt in c. j. iuncta glo. de priuil. in 6. vbi † exemptus æquiparatur extraneo. Franc. in c. j. in fi. principij de stat. regu. in 6. Henric. Boyc. in c. cùm à nobis. in princ. num. 14. circa fin. versic. dico tamen. de sententia excommun. Ioan. Andr. in clem. j. in verb. aut earum parte, iuncta gloss. de for. compet. vbi infert,
27 †quòd sicut statutum Episcopi non ligat aliquem extra territoriũ, vt in d. §. statuto, ita nec delinquentem in diœcesi, loco tamen exempto. Ioan. And. post Hostien. in c. nimis. de iureiur. & ibi Abb. vbi per di-
28 ctam æquiparationem concludit, †quòd loca, quæ sunt de prouincia, vel diœcesi habentia dominium separatum, non dicuntur esse de illo regno, vel diœcesi. sequitur Card. in clem. 2. §. j. q. 4. de priuil. Et ideo firmant Pau. de Castr. Ang. Ias. Dec. Cur. Iun. & Marsi.
29 in l. fi. ff. de iurisd. om. iudic. † quòd dispositio d. l. etiam procedit in loco exempto existente intra territorium virtute dictæ æquiparationis. Soci. in cons. 271.
30 col. pen. in fin. versi. in simili dicimus, vbi ait, † quòd statuta Florentina in dubio non extenduntur ad loca exempta existentia in territorio, Anch. in repet. c. si propter. in 3. col. vers. & ista faciunt. de rescri. vbi di
31 cit, se consuluisse Venetijs, quòd †gratia expectatiuæ ad beneficium vacaturum in diœcesi Castellana nõ comprehendit beneficia, quæ sunt in illa diœcesi, sed exempta ab Episcopo, & subiecta Patriarchæ Gradensi per parificationem, de qua suprà, quam decisionem multum extollit Barb. in c. Abbatem. de rescript. Et Felin. in c. graue. col. 2. in princ. de off. ord. quam dicit non vidisse ab aliquo impugnatam, licèt more suo curiosissimè plura perquisiuerit. Alex. in consil. 151. col. 2. vol. 2. Barb. in consil. 4. in 2. dub. volu. j. Paul. de Castr. in consi. 187. col. penult. vers. secunda ratio. vol. 2. Anch. in repet. c. postulasti. in 4. par. for. de compet. Baptista Trouamal. in sum. Rosel. in verb.
32 excommunicatio. il 7. vbi dicit, † quòd si statuto episcopi caueatur, quòd quicunque ludens ad azardum sit excommunicatus, ludens in loco exempto intra territorium dicti statuentis, non incurrit excommunicationem, per dictam æquiparationem, per quam etiam subdit, quòd statutum disponens, ne quis accedat ad quæuis monasteria monialium sub pœna excõmunicationis, quòd accedens ad monasteria exempta non incidit in eam. Summa Tabie. in versic. excommunicatio. il 4. in 4. q. circa fin. Ang. de Clauas. in Summ. Ang. in verb. statutum. num. 2. Summ. Siluestr. in versic. excommunicatio. il 2. §. & hoc verũ. vers. circa prędicta. Mart. de Laud. in tract. de priui. & rescrip. num. 6. Riminal. in consil. 9. num.
33 23. vbi tradit, †quòd locus non subditus iurisdictioni vniuersę, non ligatur statutis eiusdem, Ang. in disputatione incip. Bononiensis. Ant. Rosel. in tract. de indulg. nume. 323. & 326. Petr. de Palud. in 4. sentent. distin. 18. in 2. q. versi. circa secundum. vbi dixit, quòd subditus episcopi infra eius diœcesim non ligatur sua sententia, si deliquit in loco exempto infra diœcesim: quia extra territorium iudicãti impunè non paretur, & multò minus non subditus. Et hanc opi-
* nionem * communem esse dixit Henric. Botter. in tract. de synodo Epis. in secundo artic. nu. 9. vbi sub-
34 dit, quòd ex hoc sumi potest † cautela ad euitandum sententiam excommunicationis latam per statuta episcopi contra contrahentes matrimonia clandestina. Nam ad eam euitandam oportet, vt volentes contrahere tale matrimonium, vadant ad aliquem locum exemptum à iurisdictione episcopi, & sic non erunt excommunicati, item in num. 43. versic. limi-
35 ta secundò, dicit, † quòd quando alius episcopus habet aliquam parochiam sibi subditam in diœcesi episcopi statuta facientis, quòd hoc casu statuta non ligarent subditos illius parochiæ, licèt sint intra limites suæ diœcesis: quia non sunt subditi ipsius. Allegat Anch. in c. j. in 12. q. principali, vers. subijcio quę-stionem. de const. Et mouetur, quia episcopi facientes statuta, non habent ibi iurisdictionem, nec ibi eam exercere possunt, nimirum si dicta statuta non extendunt effectum suum ad dict. parochiam. clem. pastoralis. §. rursus. de re iud. sequitur Feder. de Sen.
36 in cons. 99. vbi ampliat hoc etiam procedere, † si quò ad sacramenta responderet episcopo, in cuius diœcesi sita est parochia. Card. in ca. cum omnes. q. 12. de consti. & similiter hanc esse receptam docto. sententiam firmat Gomes. in d. ca. vt animarum. §. statuto. nume. 85. Quibus decisionibus stantibus quæ communi calculo receptæ sunt, sequitur, quòd sicut dictum statutum Mediolani non extenditur extra eius territoriũ, nec ad illas personas, quæ testamenta ibi condidissent secundum formam dispositam à iure, quòd etiam extendi non possit ad testamentum d. quondam Illustr. Comitis confectum in territorio Mediolani, sed in loco exempto virtute dictæ æquiparationis ex defectu potestatis & iurisdictionis, quæ in quacunque dispositione requiritur, c. cum su per. de offic. delega. l. cum te. C. de donat. ante nupt.
37 †nam sicut ordinarij nullam habẽt iurisdictionem in locis exemptis, vt per Docto. in dicto §. statuto. ita etiam non possunt aliquid statuere, quod respiciat loca exempta: quia statuta facere est iurisdictionis, Bal. & Salic. in l. fi. C. de iurisd. om. iud. Ias. in l. omnes populi. in 3. colum. ff. de iust & iur. Soc. Iun. in consil. 141. num. 8. vol. 3. Ceph in consil. 38. num. j. Gozad. in cons. 49. num. 9. Barb. in rubr. C. qui admit. num. 124.
38 vbi inquit, † quòd potestas statuendi regulatur à iurisdictione. Crot. in d. l. omnes populi. num. 247. vbi ait, quòd sicut iurisdictio iudicis non extenditur extra territorium, l. fin. ff. de iurisd. om. iud. ita nec statutum. Franc. in cap. vt animarum. in 2. notab. de constit. in 6. vbi inquit, potestatem statuendi esse iurisdictionis, ex quo statutum appellatur sententia. &
39 in specie † in statuto formam inducente, quòd sit iurisdictionis, firmat Bart. in d. l. cunctos populos. nu. 26. quem ibi sequitur Ias. in prima lect. colum. 9. vers. tertio arguit Bart. & in secunda lect. colum. antepen. in vers. nota perpetuò. Et eò magis hoc dicendum venit in terminis nostris, vbi dictus quondam Illustr. testator est extraneus & forensis Mediolani, quia si dicta parificatio prodest subditis aliquid gerentibus in territorio, sed in loco exempto, ergo multò fortiùs prodesse debet forensibus ibi aliquid facientibus, & sic prædicto Illustr. testatori, vt per Feder. de Sen. in dicto consil. 2. vbi in non subdito non discrepat ab alijs, vt in d. cons. in vers. præterea ad hoc. & in fin. in vers. ad quintam. Fel. in c. graue. col. 2. de offic. ord. Barb. in d. consil. 4. in 2. dub. & Cagno. in d. l. fin. num. 13. Ias. in consil. 83. colum. fin. dum respondet ad Geminia. in cap. vt animarum. de consti. in 6. dicens, quòd ibi loquitur in persona non subiecta Episcopo.
40 Ratio enim est, † quia duo requiruntur, vt quis ligetur statuto alterius, videlicet territorium, & quòd persona sit subdita, vt per Gem. & Franc. in d. §. statuto. Fel. in allega. c. graue. col. 2. vbi reprehẽdit Gem. quia non aduertit, quòd Feder. de Sen. in citato consil. 2. fatetur, quòd vbi delinquens non est subditus, nõ potest puniri per Episcopum: & in hoc capite non inuenio aliquem contradicentem. Cùm igitur dictum testamentum conditum per prædictum illust. Comitem Renatum, reperiatur celebratum in dicto loco exempto à statuto Mediolani, & extra illius ciuitatis iurisdictionem, similitérque habeat nedum numerum testium requisitum in testamentis, quæ
41 cõficiuntur in terris ecclesiæ: † qui est duorum cum parochiano, iuxta c. cum esses. vbi cõmuniter Doct.
* de testa. & secundum magis * communem, vt per Alex. in cons. 47. col. j. vol. 2. Paris. in cons. 51. col. j. vol. 3.
42 Ceph. in consi. 32. num. 18. & Boër. decis. 93. col. 2. † vel quatuor sine parochiano, vt inquit Specu. in titu. de instr. edit. in §. compendiosè. vers. item per ius canonicum. Io. Andr. Butr. & communiter alij in d. c. cum esses. Alex. in cons. 105. num. 16. vol. 4. in cons. 146. nu.
* 5. versi. quinimo. vol. 2. vbi attestatur de * communi. & in cons. 17. num. 9. vol. 3. vbi concludit valere testamentum conditum in ciuitate Rauẽnæ, & sic in terris ecclesiæ, coram quatuor testibus sine parochia-
43 no: † quia testimonium duorum virorum fortius videtur cuiuscunque auctoritatis sit, c. cum à nobis. ca. licèt ex quadam. de testib. Soc. Iun. in consilio 66.

col.j.volum.2.& in consil.178.num.32.vol.eod. Sed etiam numerus septem testium,qui requiritur de iure communi in testamentis faciendis in foro seculari iuxta l.hac consultissima.C.de testa. & in l.fin.C. de fideicom. & vltra, quia decem testes in eo rogati fuerunt, certè negari non potest,quin ipsum testamentum valeat,& per illud reuocatum sit primum, cùm vltima derogent prioribus, l. nouissima. C. de pac.cum alijs similibus.

Nec obstat: quòd & si monasterium S.Hieronymi sit exemptum à iurisdictione statuti Mediolani, tamen remanet de eius territorio. Quia respondetur, quòd & si sit in territorio,tamen istud nõ facit,quin dicta æquiparatio locum habere debeat, vt constat ex tot & tantis decisionibus suprà citatis, in quibus manifestissimè constat,quòd loca exempta erant de diœcesi vel de territorio,& tamen locus extra diœcesim vel in diœcesi, in loco tamen exempto parificatur. Nec est attendenda dicta qualitas territorij fine iurisdictione,quæ requiritur, vt statutum operetur effectum suum: quia* cõmuniter tenent scriben
44 tes in d.§.statuto,& in alijs locis suprà citatis,† quòd vt quis ligetur per viam statuti, requiritur,quòd statuens habeat iurisdictionem in loco vbi dirigitur virtus statuti, & quòd non sufficit territorium, nisi detur iurisdictio in personam, vt in c.ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. subiungens, quòd cùm locus exemptus sit à iurisdictione Episcopi exclusus, licèt sit in eius diœcesi,tamen delinquens ibi,non subijcitur eius statuto ex defectu iurisdictionis. Et ideò dicit Gem.in c.cum Episcopus.in 2.notab. de offic. ord.in 6. quòd licèt locus exemptus sit de diœcesi, tamen quòd dispositiones & mandata quæ fiunt in diœcesi, non includunt loca exempta, nisi fiat per habentem iurisdictionem in exemptos. Imol. in c.Abbatem. de
45 rescrip.& in clem.2.col.j.de priuil. † vbi locus exemptus in diœcesi dicitur de diœcesi,sed non de iurisdictione diœcesis.Petr.de Vbal. in tract.de Cano. episc. & paroch.in c.4.in 6.q.num. 11. vbi inquit,quòd monasterium exemptum licèt sit in diœcesi Episcopi, tamen illud æquiparamus monasterio, quod est extra diœcesim. Hinc etiam dicũt* communiter doct. in d.ca. j.de priuil.in 6. quòd ordinarij locorum non possunt se intromittere contra exemptos de contractibus,delictis,gestis, vel de rebus positis in loco exempto,etiamsi talis locus sit intra eorum diœcesim. Nec obstat si dicatur, quòd Doct. ibi loquuntur in exempto,& non in persona nõ subdita: quia respondetur, quòd glo. ibi & doct. æquiparant exemptum extraneo, vt etiam vult Cald.in d.cons.13. de iud.imò
46 plus dicitur, † ordinarium minus posse contra non subditum,quàm contra exemptum,qui in nonnullis casibus subijcitur exemptus iurisdictione ordinarij,vt per glo.in dicto ca. j.in verb.instituta, quod secus est in persona non subdita: quia si facit actum in loco exẽpto,nullo casu subijcitur iurisdictioni ordinarij,vt per doct.ibi,& in alijs locis suprà relatis. Sic igitur dicendũ est in casu nostro,& verè credere non possum,quòd si Cagnolus vidisset has decisiones suprà citatas quin aliter loquutus fuisset, quàm scriptum reperitur in d.l. fi librarius. & in l.fi. de iurisd. om.iud.Non obstant quoque notata per Feder.& sequaces in d.consil. 2. quia respondetur,communem sententiam Doct. contra eam militare, & quòd ipse in specie communiter reprobatur, vt per doct. in d. §.statuto.& Henric.Boë.in d.tract. de synodo Episcopi,in loco suprà citato. & Gomes. in citato §. statuto. num.86. Non obstat d. lex si quis in hoc genus. quia ad illam respondet Dec.in d.l.fi.proximè citata.Ang. in cons.233.col.j.in fi.& Gomes.in d.c.vt animarum. in §.statuto. nu.86. vers. non obstat text. ad quorum dicta me remitto. Non obstãt pariter scripta per Ias. in cons.83.in 2.dubio: quia duobus modis respondetur.Primò,quòd ideo subditus accedẽs ad monasteria exempta monialium, punitur statuto vel constitutione Episcopi,quia istud ire est delictũ,quod committitur in loco non exempto, licèt consumetur in loco exempto,sicuti dicitur per Gem.in c.j.de priuil. in 6.de illo,qui existens in loco exempto balistam interfecit existentem in loco non exempto. quæ ratio cessat in terminis nostris, vbi non potest tractari de aliquo cõmisso in loco nõ exempto. Verùm,quia ista ratio aliqualiter videtur morderi à Trouamal. in sum. Rosel. in loco de quo suprà,ideo transeo ad aliã responsionem solidam & approbatã, videlicet quòd dicta opinio procedit eò, quia per dictam constitutionem facientem specialem mentionem de monasterijs etiam exemptis monialium, quam facere potest Episcopus ex causa, vt per Trouamal. in loco de quo suprà in sequenti quæstione, apparet ordinarium voluisse ligare subditum delinquentem in loco sibi non subdito.quæ quidem constitutio fieri potuit, vt
* per doct.* communiter in l. cunctos populos. C.de sum.trin. & fid. catho. dum dicunt, quòd statutum ligat subditum extra territorium,quando ita disponitur.quæ ratio cessat quando statutum simpliciter disponit,quòd quis non accedat ad monasteria monialium: quia tunc subditus accedens ad monasteria exempta, non potest puniri per Episcopum vigore sui statuti per decisiones suprà citatas. & ita in terminis distinguunt Trouamal.in summa Tabie. vbi suprà post Doct.ibi per eos relatos, imò si bene cõtemplantur dicta eius,faciunt pro parte nostra,quia ipse velle videtur, quòd si non esset factamentio in constitutione de monasterijs exemptis, quòd subditus accedens ad alia monasteria monialium non exempta,non esset puniẽdus. Nec releuat,quòd per ipsum Cagno. dicitur, quòd si instrumenta confecta in loco exempto valerent cõtra formam statuti, de facili eius dispositio elidi posset: quia in ecclesijs & locis exemptis reciperentur instrumenta per notarios.

Quia duobus modis respondetur,& primò,quòd ista ratio non est attendenda, vt in simili dixit Henric.in dicto tract. de synodo Episcopi in 2. art. nu. 10. vbi data cautela de qua suprà,quòd volentes euitare sententiam excommunicationis latæ per statuta Episcopi contra contrahentes matrimonia clandestina,illa contrahant in aliquo loco exempto à iurisdictione Episcopali, quærit an dubitari possit de tali cautela, cùm videatur tẽdere in fraudem statuti? Et post nonnulla concludit in foro contentioso veram esse cautelam: igitur sic dicendũ videtur in casu nostro, vt non obstante dicta ratione, si fiat testamentum in loco exempto, illud seruandum veniat,cùm à iure ita cautum esse reperiatur.

Secundò respondetur,quòd in casu nostro non est habenda consideratio alicuius fraudis:quæ tantum haberi debuisset,si in territorio dicti quondam illustriss. testatoris fuisset statutum inducens solennitatem non existentẽ in ciuitate Mediolani, in qua conditum fuit dictum testamentum: quia tunc posset dici, quòd ille,qui data opera exiuit fines sui territorij, vt testetur animo fraudandi statutum, ligari debeat ipso statuto, vt per Crot. in l. cunctos populos. char.16.col.j. versi. quando verò. quem sequitur Paris.in consi.99.col.fi.vol.j. Sed nos sumus in casu differenti,cùm in territorio dicti Illustri.testatoris non adsit aliquod statutum inducens aliquam solennitatem vltra requisitam à iure communi. Vnde non possumus dicere, quòd ipse accesserit Mediolanum pro condendo fraudulenter dictum testamentum, cùm ignorauerit in dicta ciuitate, fuisse ex statuto dictas solẽnitates introductas. Vnde data dicta ignorantia,quæ considerabilis est, vt per Bartol. in l.cunctos populos.in 5.col. & ibi Ias. in j.lect. col 7. versic. circa secundum membrum,& in 2.lect.col. 16.ver.in contrarium.& in cons.13.per totum volu.j.sequitur quòd in d.Illustr. domino testatore cessat ratio cuiuscunque fraudis.

Vltimò,quòd dictum testamentum valeat,est decisio in terminis Angel.in consil.233.colum.j. versic. primò quia statutum.vbi inquit,quòd statutum sim pliciter loquens sub obseruantia solennitatis, quam exigit & requirit in actu testandi,vel inter viuos disponendi,locum non habet si fuerit conditum testamentum in loco exempto à manu & iurisdictione Senensium:quia confectum intra clausuram monasterij, quod est exemptum, cùm paria sint, simpliciter locum esse extra territorium vel intra fines, sed exemptum, per iura ibi per eum citata, & Angel. sequuntur Ias.in l.fi. col.j.versi. hinc consuluit Ang ff. de iurisd.omn. iudic.& Marsi. ibi num. 10. necnon &

Gomes.

Gomesin d.§.statuto.num.86.in versi.& istam regulam.vbi prædicti Doct.loquuntur in subdito, qui in monasterio exempto, intra tamen territorium statuentis suum condidit testamentum, quod multò fortius dicendum est in testamento cõdito per non subditum,vt per Feli.in d.c.graue.col.2.& 3.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXXIIII.

1 *Capitula in dubio debent admitti.*
2 *Iudex in dubio viam eligere debet,quæ partibus sit minus præiudicialis.*
3 *Appellatio si dubitetur an sit deserta vel ne, iudicari debet, quòd non sit deserta.*
4 *Iudex appellationi deferre debet, quando inter partes dubium est,an possit appellari vel non.*
5 *Practica generalis per totum orbem hodie inoleuit, quòd iudices in dubio admittunt capitula & positiones,cogendo illis respondere,saluo iure impertinentium.*
6 *Statutũ disponens,quòd capitula admittantur,et admissa intelligantur,reseruato iure vtriq;parti impertinentium,& non admittendorum,in conclusione causæ aliquid operatur vltra ius commune.*
7 *Capitulum quando facit ad causam directè, siue alio quoquo modo,tanquam pertinens debet admitti.*
8 *Positio non solùm pertinẽs dicitur, quæ directè etiam principaliter facit ad causam, sed etiam quæ qualitercunque adminiculatur, ex leui etiam præsumptione.*
9 *Capitula mille impertinentia melius est admittere, quàm vnum pertinens reijcere.*
10 *Consuetudo soluendi vectigal pro rebus,quæ causa vsus vehuntur,valet.*
11 *Consuetudo in vectigalibus attendi debet.*
12 *Consuetudo disponens,quòd scholares non teneantur soluere gabellam pro rebus, quæ ducuntur vsus sui causa,valet.*
13 *Capitula impertinentia admitti non debent.*
14 *Statuto si caueatur,quòd capitula admissa intelligantur saluo iure impertinentium, ea tamen admitti non debent si notoriè sunt impertinentia.*
15 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est solidissimum.*
16 *Scholares & officiales nihil soluere debent pro libris, quos secum portant.*
17 *Statutum si prohibet extrahi frumentum de Comitatu,non habet locum in eo, quòd quis extrahit sui vsus causa.*
18 *Pedagium exigentes de rebus quæ portantur pro vsu suo,puniri debent pœna corporali.*
19 *Consuetudo disponens, quòd gabella soluatur de rebus quæ deferuntur sui vsus causa, tanquam irrationabilis non valet.*
20 *Consuetudo irrationabilis dicitur, quæ est contra ius canonicum.*
21 *Item quæ contrariatur æquitati naturali.*
22 *Consuetudo praua, appellatur lex mortis, & ideo extirpanda est.*
23 *Consuetudines malæ ex longo tempore non confirmantur.*
24 *Consuetudo soluendi vectigal pro rebus quæ ducuntur causa sui vsus,si est præscripta spatio immemoriali, & rationabilis, quia introducta ob bonũ publicum, valet.*
25 *Pedagiorum exactiones sunt damnatæ de iure canonico & ciuili.*
26 *Pedagia non possunt imponi, nisi ab habentibus potestatem, & ex iusta causa respiciente publicam necessitatem.*
27 *Princeps imponens pedagia sine causa, mortaliter peccat, & sine dubio facit maximam iniustitiam, ac committit rapinam.*
28 *Bona auferre à trãseuntibus propter nouũ vectigal,est contra ius gentium,quod Princeps tollere no potest.*
29 *Forum conscientiæ est veritatis.*

CONSILIVM XXXIIII.

STante forma capitulorum productorum per dominum Angelum de Cepis, vti procuratorem magnifici domini Marci Antonij de Saluaticis, prima facie dicendum videtur, capitula ipsa per dominum iudicem causæ admittenda fore, quoniam familiaris doctorum
1 est conclusio, † quòd in dubio capitula admitti debent tanquã quid minus præiudiciale parti, vt probari videtur ex notatis per Paul. de Castro in l.j. ff.si quis caut. vbi inquit, notandam esse bonã regulam,
2 † quòd iudex in dubio debet semper viam illam eligere, quæ absolutè partibus est minus præiudicialis.
3 Et ideo si dubitetur, † an appellatio sit deserta vel ne, in dubio iudicandum est, quòd non sit deserta: quia ius alicuius non læditur. quod secus esset si pronun-
* tiaretur illam esse desertã, sequuntur doct. ibi *communiter. cui sentẽtiæ accedit quod scribit Spec. in tit.
4 de appella. §. nunc dicamus. vers. 1. vbi † quando dubium est inter partes, an possit appellari vel ne, iudex appellationi deferre debet. Ias. in d.l.j. col.2. Dec. in consil.28.colum.2.cons.49.colum. pen.vers.quartò suadetur,& in consil.83.colum.penult.in fin. & in terminis de amissione capitulorum ita voluerunt Hostien.Ioan.de Imol.in ca. per tuas. de testibus. Ias. in d.l.j.col.3.in fin.Alber. de Maner.in tract. de testib. in 3.par.num.38.Curt.Sen.in cons.70.colum.penult. vers.j.Dec.in cons.162.colum.2.& in consil.517. col.2. vers.& ex supradictis.& præsertim hoc dicendum venit ex his quæ dixit Curt. in l. 2.§. quod obseruari. in 9. breuiloquio. C. de iureiur. propter calum. vbi inquit, † quod hodie inoleuit practica generalis per to-
5 tum orbem, quòd iudices in dubio admittunt capitula & positiones, ac cogunt partem respondere omnibus positionibus, saluo iure impertinentium & non admittendorum, & quòd ita obseruãt boni assessores secundum Ang. in l. si quis libertatem. ff. de pet.hæred.Ias.in l.si duo.§.Iulianus. colum.5.circa fi. ff.de iureiur.Curt.Sen.in citato consil.70. col. pen.& eò maximè dicendum videtur,quòd admitti debent
6 capitula ipsa † stante statuto disponente, quòd ea omnia admittantur,& admissa ipso iure esse intelligantur,nulla exceptione obstante,saluo & reseruato vtrique parti iure impertinentium & non admittendorum capitulorum in conclusione causæ tempore disputationis. quod quidem statutum vltra dispositionem iuris communis valet, iuxta not. per Doct. in l.j.ff.ad l.fal.& Bal in l.2.C.de appell.Aret.in consi. 105. in fin. & Moder. in tract. de pign. in 8. parte,in j. membro.num.3.

Secundò, quòd admittenda veniant, probatur a-
* lio medio:nam*cõmunis est Doct.conclusio,† quòd
7 quando capitulum facit ad causam directè siue quoquo modo,quia pertinens debet admitti. Bald. in d. §.Iulianus. in fin. vers. vltimò not. in l. ad probationem la j.in 3.notabili in fin. C. de proba. & in c. quoniam,per illum tex.in verbo aliquid.de testibus, vbi
8 dicit, † quòd pertinens dicitur positio, non solùm quæ directè & principaliter facit ad causam, sed etiã quæ qualitercunq; adminiculatur etiam ex leui præsumptione.Corn.in cons.18.col.pen.vol.3.& in cons. 27.colum.5.vol.eod. Dec.in consil.84.col.fin. 162.col. 2.517.col.2. in c.dilecti.nu.4. de excep. in cap.nomine domini.col.pen. de testib.Cur. Sen. in cita.consil.70. colum.penul.versic. non sistendo, vbi post Alber. ibi
9 per eum citatum inquit, † melius esse mille capitu-

la impertinentia admittere, quàm vnum pertinens reijcere. sed quòd dicta capitula faciunt ad causam, patet, quia per il'a actor intendit velle probare consuetudinẽ extare, quòd de rebus, quæ vehuntur causa sui vsus, soluitur gabella, quamuis de iure cõmu-
10 ni de illis qui soluere non teneantur, † quæ quidem consuetudo si probetur, attendi debet, cùm in huiusmodi solutionibus illa obseruanda sit, l. si publicanus. §. fi. ff. de publica. Iul. Ferret. in tract. de gabel. num. 236. Nec obstat, quòd dicta consuetudo non valeat, quia irrationabilis, vt cõcludit Hostien. in summa in tit. de cens. & exactio. §. ex quibus causis, col. 2. versic. quid si quis fecit. vbi dicit illam non valere, quia irrationabilis, arg. c fin. de consuet. quia respon-
11 detur, † quòd illa obseruatur, vt per Imol. in clem. præsenti de cens. colu. 2. & in summa Rosella in ver. pedagium. nume. 6. vbi refert. Archiepiscopum Florentinum dicentem, consuetudinem ipsam obseruari in ciuitatibus Thusciæ, Florentiæ, & in alijs multis locis, imò secundum dictam summam potest dici per totam Italiam. Pro cuius confirmatione facit quod voluit Cyn. in authent. habita & ibi Bologn. numero 17. C. ne fil. pro patre. vbi dicunt, quòd
12 & si dicendum videretur, † quòd scholares nullum consequantur priuilegium vigore dictæ authen. habita, dum eis conceditur, quòd pro rebus suis, quæ ducuntur pro vsu suo, non teneantur soluere pedagia: quia istud iam dispositum erat de iure communi; tamen quòd hoc est falsum: quia aliàs quædam inoleuerat consuetudo in contrarium, quę per dictum priuilegium sublata fuit, & sic apparet, quòd dicta consuetudo valebat. Idem dixit Ruin. in consil. 112. num. 8. volu. 5. vbi tradit concessionem immunitatis de non soluendo gabellas & pedagia pro rebus suis valere, non obstante, quòd de iure communi quis ad earum solutionem non teneatur, per l. vniuersi. C. de vectig. & comm. quia dicta concessio saltem operabitur contra consuetudinẽ vel contra statutum præsens vel futurum, mouetur ex not. in d. authen. habita.

Sed præmissis non obstantibus, contraria sententia in casu, de quo agitur, tanquam verior est tenen-
13 da. Quoniam nemini dubium est, † quòd capitula impertinentia non debent admitti, vt not Doc. in d. §. Iulianus. & in alijs locis, de quibus suprà, & licèt nonnulli velle videantur, quòd iudex vti possit cautela, de qua suprà in admittendo capitula ipsa cum clausula saluo iure impertinentium & nõ admittendorum in fine litis, tamẽ melius faceret ea prius discutere & examinare, si admitti debent: quia hoc magis expedit partibus ne vexentur superfluis litibus & expensis. Et ideo talis cautela Romæ non seruatur, vt inquit Card. in c. cum contingit. de off. deleg. vbi etiam Barb. in gloss. pen. in fi. Dec. in consilio 162. colum. j. & in d. cap. in nomine domini. num. 15. ac in cap. dilecti. num. 4. de except. Paris. in cons. 67. num. 38. vol. 4. & præsertim ipsa admitti non debent, cùm
14 sint notoriè impertinentia, † quia etiam stante statuto, quòd ea censeantur admissa cum dicta clausula, saluo iure impertinentium, &c. adhuc admitti nõ debent. Imol. in l. 4. in §. prætor. ff. de dam. infect. vbi inquit, ita seruari in practica, Ias. in dicto §. Iulianus. col. 5. in fi. versi. idem adde, vbi ait, hoc bene notandum. Curt. Sen. in citato consil. 70. & in d. l. 2. §. quod obseruari, in nouo breuiloquio, vbi ait, notandum esse, & hoc dictum digito alligandum. Claud. Seysel. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. vt in pos. lega. no. caue. vbi etiã tradit ita seruari in pract. Barb. in consil. 36. num. 24. volum. 2. & Paris. in cons. 97. numero 136. volum. j. vbi concludit statutum Tridentinum, loquens modo quo suprà debere intelligi, vt locum habeat, quando notoriè non appareret, quòd essent notoriè impertinentia & non admittendo: quia isto casu debent reijci & non reseruari, cùm huiusmodi statutum secundum ius commune interpretari debeat, l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. fal. & recipiat interpretationem passiuam à iure communi, l. si serui vestri. C. de noxali. c. cùm dilectus. de consue. rursus in consil. 67. col. penul. volum. 4. Quòd autem sint notoriè
15 impertinentia, demonstratur † arguẽdo à sufficienti partium enumeratione, quod argumentum solidissimum est in iure, l. patre furioso. vbi not. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. obligationum. §. ferè. ff. de actio. & obliga. Soc. Iun. in consil. 14. nu. 2. vol. 3. Paris. in consil. 67. nu. 18 volum. 4. nam, aut vult dominus Marcus Antonius probare, quòd de iure communi pro dictis rebus dicitur solui pedagium, & ista probatio esset impertinens: quoniam ambigui iuris nõ est, quòd gabella solui non debet de rebus, quas quis defert causa sui vel suæ familiæ vsus, l. fi. §. diuus. ff. de publica. l. si publicanus. §. de rebus. vbi Barto. eod. tit. Rui. in cons. 112. num. 9. volum. 5. Bertach. in tract. de gabel. in 2. par. 8. q j. in prin. Iul. Fer. etiam in tract. de gabel num. 127. cum sequenti. Sal. in l. vniuersi. C. de vectigal. & comm. vbi inquit, quòd pro rebus quę portantur vsus sui causa, vel gratia iuris exercendi,
16 non dicitur vectigal solui. Et ideo subdit, † quòd iudices seu officiales nihil soluere debent pro libris, quos portant secum. Idem & scholares, quia iuris exercendi causa portant. Et idem tradit de frumento, quod portatur extra ciuitatem causa seminandi: quia nihil solui debet pro gabella. Bart. in l. cætera. §.
17 sed & si quis ad opus. ff. de lega. j. vbi si † statutũ prohibet extrahi frumentum de comitatu, non intelligitur de eo quod quis extrahit vsus sui causa, & in tantum hoc est verum, quod inquit legislator in d.
18 l. vniuersi, † quòd exigentes pedagia de his quæ deferuntur causa sui vsus, puniri debent pœna capitali, Bertach. vbi suprà. Card. in clem. præsenti. in 9. notabili de cens. Aut vult probare consuetudinem extare, quòd etiam de dictis rebus soluitur gabella, & pariter capitula ipsa admitti non debent: quia etiam si
19 ea probarentur, nõ releuarent capitulantem, † cùm consuetudo ipsa non valeat tanquam irrationabilis, vt voluerunt Hostien. in dicto tit. de cens. & exac. in §. ex quibus. columna 2. versic. quòd si quis fecit. idem Hostien. & Ber. in c. super quibusdam. de verb. significa. Albert. de Rosa. in dictionario suo in verb. pedagia. Henric. in c. in sinuamus. num. 4. de cens. Ioan. Fabr. in d. l. vniuersi. in fin. Bonif. Vital. in clem. præsenti. in princ. de cens. in j. notab. vbi dicit, quòd non valet dicta consuetudo, quia reprobatur vt corruptela. Ang. de Clauas. in summ. Ang. in verbo pedagium. num. 3. & in sum. Tabie. in verbo pedagia. nu. 3. quo casu cum dicta capitula etiam si probata fuissent, nihil releuarent capitulantem, meritò admittenda nõ sunt: quia frustra admittitur, quod admissum non releuat, l. neq; natales. l. matrem. C. de proba. l. non hoc, vbi notant omnes. C. vnde legit. Inno. in c. quia. in verb. verisimile. de præsum. in c. dilectos. de excess. præla. Bal. in Mar. sua in verb. admissus. in 2. in vers. 2. & in verb. probatio, vers. j. Paris. in cons. 67. num. 13. vol. 4.

Restat modò vt respondeatur ad contraria: non obstat igitur primum argumentum, quia illud procedit in casu dubio, non autem quando capitula sunt notoriè impertinentia, vt in casu nostro, ergo, &c.

Non obstat similiter, quòd obseruetur contrariũ, videlicet quòd soluitur pedagium de rebus quę vsus
* sui causa deferuntur, quoniam * communis opinio
20 est in contrarium, quòd non valeat vt constat ex decisionibus suprà relatis, † quoniam contra ius canonicum est, clem. præsenti, de censibus, & sic irrationabilis, c. fi. de consue. Item quia contraria iuri com-
21 muni. Aret. in cons. 44. col. 2. † plus, quia contrariatur æquitati naturali. Aret. cons. 32. col. 3. vers. confirmatur. Craue. in cons. 96. nu. 5. cùm igitur sit irrationa-
22 bilis, amittit nomen consuetudinis, † quoniam prava consuetudo appellatur mortis, quæ extirpanda est, Abb. in c. cũ venerabilis. col. 2 de excep. Pau. Oria. in l. j. num. 79. de off. eius cui mand. est iurisd. Io. Ci-
23 rier. in tract. de 1. genitura, in 2. lib. q. 15. num. 12. † nam malè adinuenta, & malæ consuetudines, nec ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmantur, text. est not. ab. in §. j. in prin. in auth. vt nulli iud. col. 9. per quem dicit ibi Ang. quòd mala consuetudo quantumcunq; longæua & ab omnibus obseruata, non debet obseruari, Mars. in cons. 33. nu. 20. & 22.

24 Secundò respondetur, † quòd data validitate alicuius obseruantiæ vel consuetudinis, illa posset tantùm locum habere, vbi esset præscripta spatio immemoriali,

moriali,& foretrationabilis: quia introducta ob bonum publicum,puta pro expensis faciendis pro defensione patriæ,vel ob aliquam aliam causam respicientẽ bonum publicum, & non aliter, vt declarant summa Rosel. in verb.pedagium.num.6.& Sylvestr. in verb.gabella.nume.3.versic. quintò, quòd & suadetur ratione. Nam clarum est,† quòd pedagiorum exactiones sunt damnatæ de iure canonico & ciuili, c.quanquam, de cens. in 6. † & non possunt imponi, nisi ab habentibus potestatem,vt in d. ca. super quibusdam. Affl.in tit.quæ sint rega.in verb. vectigalia. nu.3. & ex iusta causa videlicet ,ppter publicas necessitates, videlicet pro stipẽdijs, potibus, defensionib. stratæ publicæ,contra prædones in terra,vel piratas in mari, vel pro defensione fidei vel patriæ,contra paganos,† alias illa imponentes sine causa mortaliter peccant, & sine dubio maximâ faciunt iniustitiam,Innoc. in cap.innouamus, de censibus, & tenentur ad restitutionem secundum sanctum Thomam 2.2.q.63. Affict.vbi suprà, nam qui exigit sine causa, committit rapinã,quod patet,† quia auferre à transeuntibus propter nouum vectigal, est cõtra ius gentium, de quo iure sunt dominia, l. ex hoc iure.ff. de iniust.& iur.& princeps non potest auferre dominium eorum sine causa, l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ.Summ. Tabie.in verb.pedagia numero 4.& in summ. Caietana in verb. vectigalia iniqua. vbi inquit,quòd vectigalia iniqua nõ solùm sunt,quæ imponuntur à non habentibus potestatem, vtpotè à tyrannis,sed quæ ex forma,vel ex fine,aut ex abusu, aut ex materia constat esse iniqua. Ex forma, quia Gabellæ,quæ pro his quæ deferuntur, pro vsu proprio iniquæ sunt,vnde huiusmodi vectigalia homines soluere non tenentur. Ex fine, quando non pro publica vtilitate, sed pro bono proprio Principis imponuntur, nam non obligantur subditi ad soluendum huiusmodi vectigalia: quoniam tyrannica & non politica sunt huiusmodi vectigalia: sunt etiam violenta & iniqua ex abusu: vt vectigalia imposita ritè pro temporali necessitate, putà pro muris ciuitatis construendis, si post completa mœnia perseuerat illorum vectigalium exactio : quia Princeps sic vult violenter:namq; rapinæ sunt manifestæ. Ex materia quoque reputantur de iure ciuili iniqua, quando imponuntur super alijs,quàm super his,quę causa negotiationis vehuntur,l.omnium. C.de vectiga. & comm. Reliqua verò, quæ pro vsu suo & familiæ suæ deferuntur, exempta sunt à vectigalibus illicitis, vnde non ligant in foro conscientiæ huiusmodi illicita vectigalia ex materia,† nam forum conscientiæ est veritatis, Bald. in l. vnica. colum.3. C.de confes. si ergo tam à iure canonico, quàm ciuili prohibentur pedagia, & si permittuntur in his quæ causa negotiationis vehuntur,permittuntur,quãdo cum causa sunt imposita ab Imperatoribus, Regibus, Lateranensi Concilio, à ciuitatibus habẽtibus merum & mixtum Imperium non recognoscentibus superiorem aliquem in temporalibus, vel ex consuetudine immemoriali. Et à dicta exactione pedagiorũ, quamuis licita & ex iusta causa imposita, excluduntur bona,quæ conducuntur vsus sui causa, vtiq; inuitis dentibus fateri debemus,quòd ad hoc vt valeat dicta consuetudo soluendi vectigal seu pedagium pro his rebus, quæ vsus sui causa deferuntur, requiritur, quòd sit causa rationabilis & magis efficax, quàm in alijs casibus, in quibus permittuntur, & à quibus exceptuatur præsens casus noster,auth.multò magis. C.de sacrosanct.eccle.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXXV.

1 *Voluntas testatoris in conditionibus et dispositionibus primo loco attendi debet, declara vt in nu.20.*
2 *Lex sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem.*
3 *Voluntas testatoris pro lege habetur.*
4 *Voluntas testatoris operatur, quòd receditur à proprietate verborum.*
5 *Et quòd verba directa obliquantur, & econtrà.*
6 *Voluntas defuncti facit totum.*
7 *Testatores quando disponunt de rebus suis immediatè ecclesiæ acquirendis, possunt si volunt rebus ipsis apponere legem, & conditionem in præiudicium ipsius ecclesiæ & eius grauamen.*
8 *Arbiter & moderator quilibet est in re sua, etiam abutendo, declara vt in nu.20.in fin.& nu.21.*
9 *Fauor religionis non habet impedire voluntatem testatoris.*
10 *Inuitus nemo cogitur benefacere.*
11 *Monasterium non excludit substitutum, quando constat de voluntate expressa testatoris.*
12 *Substitutio facta per patrem filio decedenti sine liberis ex proprio corpore descendentibus, locum non habet ipso ingrediente monasterium.*
13 *Pater si legauit filiæ octo mille si nupserit, & si ingredietur monasterium mille, per ingressum ipsius monasterij non habebit filia nisi mille, sed contra secundum communem num.17. quod declara vt in numero 31.*
14 *Matrimonium carnale quando fit, maior dos requiritur, quàm quando ingreditur monasterium propter maximas expensas, quæ fiunt in nuptijs carnalibus.*
15 *Mutanda minimè sunt, quæ certam legem & consuetudinem habuerunt.*
16 *Aequitatem naturalem sufficit allegare.*
17 *Electio in dubio est legatarij in alternatiuis vltimatã voluntatum.*
18 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet.*
19 *Filius liberatur à patria potestate per matrimonium spirituale, secus per matrimonium carnale.*
20 *Statutum disponens aliquid contra cognoscentẽ mulierem naptam, locum etiam habebit in cognoscente monialem, quæ matrimonium cõtrahere dicitur cum ecclesia seu Christo.*
21 *Voluntas & potestas requiritur in quocunq; actu.*
22 *Legitima si prohibeatur per patrem filio, prohibitio non valet.*
23 *Pater secundum communem, non potest expressè prohibere detractionem trebellianicæ filio primi gradus.*
24 *Testator si dixit, instituo filium meum donec permanserit in seculo, & eo ingrediẽte monasterium, ipsum grauo ad restituendum hæreditatem Seio: fideicommissum nõ valet, sed tota hæreditas debetur filio ingredienti monasterium.*
25 *Conditio propter quam quis retrahitur à matrimonio carnali, sicut non valet à fortiori, valere non debet quando retrahitur à vita contemplatiua.*
26 *Statutum disponens, quòd ingrediens monasterium non succedat, secundum magis communem non valet.*
27 *Statuto si caueatur, quòd personæ ecclesiasticæ excludantur à beneficijs omnium statutorum, non valet.*
28 *Statutum disponẽs, quòd vir lucretur certam partem dotis vxore ingrediente religionem, non valet.*
29 *Concesso vno omnia videntur concessa, per quæ facilius ad illud peruenitri potest.*
30 *Consuetudo contra ius commune strictè intelligi debet, & non extra terminos suos.*
31 *Cautela datur patri volenti minus relinquere filiæ, si monasterium ingrediatur, quàm si mundo nupserit.*

CONSI-

CONSILIVM XXXV.

ILluſtriſsime & excellentiſſ. Princeps, recolo me aliàs ab altitudine tua interrogatum fuiſſe, quid ſentiebam ſuper dubio, an filia cui per patrem in teſtamento relicta fuerũt ſcuta octo millia ſi nupſerit, & mille ſi monaſterium ingredietur, habere debeat ſcuta tãtùm mille, ingrediente ipſa monaſteriũ, an verò ſcuta octo millia: & ex improuiſo ſuæ excellentiæ reſpondi, octo millia danda eſſe monaſterio, dicta conditione non obſtante, vti impeditiua vitæ contẽplatiuę. Sed poſteà diligentius perſcrutando iura & auctoritates ſcribentium, qui in hoc articulo inter ſe varia ſenſerũt, decreui articulũ ipſum, qui vtilis & quotidianus eſt, teſte laſ. in auth. ſi qua mulier. col. 2. C. de ſacroſanct. eccle. & Caſtr. in l. Titia ſi nõ nupſerit. de cond. & demon. lynceis oculis videre, & quia veritas magis examinata melius eluceſcit, ſicut aromata magis redolent, quantò magis conteruntur, vt concinam cum Paul. de Caſtr. in conſ. 23. vol. j. Ideo adducam fundamenta ſtringenda pro vtraq; parte, exinde reſpondebo obiectis, demonſtraboq; omnem iuſtitiam militare in fauorem monaſterij. Accedendo igitur ad rem, prima facie dicendum videtur, quòd monaſterio duntaxat debeãtur dicta mille. Quod primò probatur, nam † in conditionib. ſeu diſpoſitionibus hominum, & ſic teſtatorum primo loco debet attendi eius voluntas, l. in conditionibus. ff. de cond. & demon. l. cùm quæſtio. in fi. C de lega. l. cum virum. C. de fideicom. l. fi. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſti. vbi Bal. inquit, † quòd lex proſequitur voluntatem teſtatoris, ſicut venator leporem. Pariſ. in conſ. 19. num. 43. vol. 2. & in conſ. 44. num. 16. vol. 3. & ideo dicunt iura, † quòd voluntas eius pro lege habetur, & ſeruanda eſt, §. diſponat. in auth. de nup. col. 4. Soc. Iun. in conſ. 183. nu. 23. vol. 2. & in tantum vera eſt huiuſmodi concluſio, † quòd propter dictã eius voluntatem recedimus à proprietate verborum, l. non aliter. ff. de legat. 3. & diſiuncta reſoluitur in coniunctam, l. Lucius. ff. de hæred. inſt. † verbaq; directa obliquantur. l. Scæuola. ff. ad Trebellian. & econtrà, quod eſt fortius, obliqua efficiuntur directa. l. tractabatur. ff de teſta. mili. & ideo non immeritò dixit text. in l. ex facto, la grande, ff. de hæred. inſti. † quòd voluntas defuncti facit totum. Sed de voluntate dicti patris ſatis conſtat ex legato facto eius filiæ in ſuo teſtamento, in quo diſpoſuit & ordinauit, filiam ipſam non debere habere niſi ſcuta mille caſu quo ingrediatur monaſterium, ergo diſpoſitio ipſa ſeruãda videtur. Pariſ. in conſ. 26. num. 21. vol. 4.

Secundò facit, nam nemini dubium eſt, † quòd teſtatores, quando diſponunt de rebus, & in eccleſiæ immediatè acquirendis, poſſunt ſi volunt legem & conditionem apponere rebus prædictis in præiudicium eccleſiæ & eius grauamen, gloſſ. in c. verum. de cond. appoſ. gl. ſing. in c. 2. 10. q. j. ergo multò magis id dicendum venit, quando teſtator diſponit de rebus ſuis, quæ mediatè ad monaſterium peruẽturæ ſunt, † cùm in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter, l. in re mandata. C. mand. etiam abutendo, l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. † nec fauor religionis, vel monaſterium habet impedire ipſius teſtatoris voluntatem: quia ſic fauorabilibus perſonis, & cauſis debitores ſumus, dummodò aliꝭ iniuſtitia non fiat, cap. ex tenore. de for. compet. Vnde ex his dicendum venit, quòd filia ipſa ſeu monaſterium, habere non debeat, niſi ſcuta mille, aliàs ſi ſecus diceremus, ſequeretur vnum valde iniquum, quòd bona teſtatoris cõtra eius voluntatem monaſterio applicarentur: quod vtiq; admitti non debet: † quia nemo inuitus cogitur bene facere, c. ad fidem. 23. q. 5.

Tertiò pro iſta ſententia facit, quod voluit Paul. de Caſtro in authen. niſi rogati. C. ad trebel. vbi inquit, † quòd monaſterium non excludit ſubſtitutũ, quando conſtat de voluntate expreſſa teſtatoris, & ideo concludit, † quòd ſi teſtator fecerit ſubſtitutionem filio decedenti ſine liberis ex proprio corpore deſcendentibus, quòd licèt non excludatur monaſterium, quia teſtator cogitare potuit de excluſione aliorum, & ſic fauore religionis fit interpretatio, quòd de monaſterio non cogitauerit, ſecus quãdo cogitat de expreſſa voluntate, quòd voluerit excludere monaſterium: quia tali caſu voluntas teſtatoris eſt obſeruanda. Idem ibi tenuit Bal. & ambo rurſus in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. Alex. in conſ. 121. nu. 13. cum ſeq. volu. 2. Dec. in conſ. 419. col. 2. 426. colum. 2. 259. nu. 4. & in c. in præſentia. de proba. Pariſ. in conſ. 86. vol. 2.

Quartò & vltimò, in terminis noſtris ita tenuerunt Bal. in d. auth. niſi rogati. col. 8. verſ. hac ratione. vbi dicit, † quòd communis obſeruãtia & naturalis æquitas vult, quòd filia non debeat habere niſi ſcuta mille, & licèt ipſe non declaret in quo conſiſtat iſta æquitas naturalis, dic quòd ea eſt: quia quando filia vult nubere, requiritur magna impenſa ſi vult inuenire maritum ipſi mulieri conuenientẽ, ſecus quando ingreditur monaſterium: quia pro valde minori impenſa poterit ingredi monaſterium, & ideo nimirum ſi pater longè plus reliquit filiæ ſi vult nubere, quàm ſi ingrediatur ipſum monaſterium. Ita laſ. in auth. ſi qua mulier. col. 3. verſic. ſed aduerte. C. de ſacroſan. eccle. Idem Bal. in l. Deo nobis. col. 2. in princ. C. de epiſc. & cler. vbi ait, quòd ita ſeruat conſuetudo Paul. de Caſtr. in l. Titio centum. §. j. in fin. ff. de cond. & demon. vbi tradit, quòd ita videmus ſeruari per totum mundum. Iterum in d. l. Deo nobis. col. 2. vbi ait, quòd ita communiter ſeruatur. & aliàs ita dixit Imol. in l. Lucius. laij. col. fin. ff. de hæred. inſtit. vbi ſequendo Bal. in d. auth niſi rogati. ſubdit, quòd iſta opinio videtur ſibi magis æqua vt deſeruiat voluntati teſtantis, & etiam † quia quando fit matrimonium carnale, maior dos requiritur, quàm quando ingreditur monaſterium propter maximas expenſas, quæ fiunt in nuptijs carnalibus, vt docet experientia. Fulgo. in d. l. Deo nobis. vbi dicit, quòd *vidit* ita de facto ſeruari, & latius in conſil. 53. col. 2. vbi determinat, quòd iſti ſunt mores totius Italiæ, qui ſeruantur per omnes diligentiſsimos atque prudentiſſimos patresfamilias, vt filiabus, monaſterium aliquod ingredientibus, longè minorem quantitatem ex ſua ſubſtantia tribuant, quàm nubentibus in ſeculo, ex apertiſsima ratione: quia monaſterium ingredientibus, & paupertatem profitentibus, ſecundum laudabiles conſuetudines multò minus ſufficiunt, quàm in ſeculo nubentibus, ſequitur Iaſ. in conſ 44. col. 5. vol. 3. vbi tradit, quòd ſtante dicta conſuetudine, & communi obſeruantia totius mũdi, & naturali æquitate, iſta pars debet ſeruari, † quia minimè mutanda ſunt, quæ certam legem & conſuetudinem habuerunt, l. minimè. ff. de legib. præſertim, † cùm ſufficiat allegare naturalem æquitatem, l. ſcire oportet. §. ſufficit. & ibi Bal. ff. de excuſa. tuto. Ancha. in rep. regul. nemo poteſt. de reg. iur. in 6. vbi inquit ita communiter obſeruari. Io. Dilec. in tract. de arte teſtan. in tit. de lega. cautela 64. Iacob. à Beluiſ. in §. ſed hæc præſenti. in auth. de ſanct. epiſc. col. 9. Salic. & Corn. in d. auth. niſi rogati. Dec. in d. c. in præſentia. col. 3. conſil. 259. col. 2. Crot. in l. nemo poteſt. nu. 71. de lega. j. Didac. in tract. variar. reſolutio. c. 19. lib. j. Paul. de Caſtro in dicta auth. niſi rogati. col. 2. verſic. * & ideo ſi pater. vbi inquit, quòd ita * communiter tenetur, & quòd diſputando ita fuit determinatum, vt refert Bal. in d. l. Deo nobis. & quòd ita conſuluit Bononiæ, in l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de cond. & demon. Raphaël Comen. in l. ſi ita quis. §. is cui. de lega. 2. vbi aſſerit hanc eſſe communem. & Dec. in conſil. 419. colum. 2. vbi ſequitur hanc opinionem tãquam magis receptam à doctoribus, & pro hac opinione facit quod not. Bald. in d. authent. niſi rogati. colum. 2. verſi. quæro nunquid monaſterium. vbi dicit, quòd exequutores deputati ad virgines maritandas non debent dare illam dotem & quantitatem, quæ eſt ſolita dari virginibus intrantibus in monaſterium, & ſic vult, quòd maior dos debeat dari maritandis, quàm ingredientibus monaſterium. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd dicta conditio tanquam retrahens filiam à vita contemplatiua, debet haberi pro non ſcripta, per text. in §. ſed hoc præſenti. in d. authen. de ſanctiſſ. Epiſc. & per Bar. in l. 2. ff. de his qui pœnæ nomine: quia reſpondetur, non eſſe veriſimile, quòd perſona, quæ nutu Spiritus ſancti Deo ſe vult coniungere,

fungere, eligendo vitam cõtemplatiuam, retrahi se debeat ab illa sub occasione, quòd non debeat consequi nisi mille ex octo millibus relictis in casu quo velit se nubere.

Sed præmissis non obstantibus, quę verè non obstant in casu nostro, contrariam sententiam vti fulcitam meliorib. rationibus & auctoritatibus, sequendam esse arbitror, quòd dicta filia, quæ ingreditur monasterium, consequi debeat dicta octo millia vigore dicti relicti, & non mille: quia illa conditio, si ingrediatur monasterium, habetur pro non scripta: ita in terminis voluerunt Thomas de Thomaginis in q incip. Paterfamilias centum, quem refert & sequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de statu mõnacho. super rubr. circa medium. Richar. de Malumbr. quem refert & sequitur Alber. de Rosa. in d.l. Deo nobis. col. 2. & 3. tradens hanc quæst. publicè disputasse in studio Patauino: quia testator sic filię suæ relinquẽdo videtur filiæ electionem dedisse, vtrum octo millia, vel mille petere vellet, cùm & in eius arbitrio sit nubere, vel religionem intrare, argumen. l. si quis Sempronium. ff. de hæred. insti. & licèt conditiones de nubendo, vel religionem intrando remittantur à iure, tamen non tollitur optio tacita consequendi octo millia, vel mille: quia remissa conditione non tollitur conditionatum, l. quæ sub conditione. §. quotiens. de condi. institutio. & maximè cum hoc casu remissio conditionum facta fuerit in fauorem filiæ. Vnde in eius læsionem non debet retorquere, l. quod fauore. ff. de legibus. Quòd autem omnis conditio, & grauamen filię remissa intelligantur, probatur: quia d. delictũ succedit loco debiti bonorũ subsidij, l. quoniã in prioribus. C. de inof. testa.

17 Et † quia in vltimis voluntatib. alternatiuis in dubio est electio legatarij, l. Lucio. ff. de lega. 2. Item sic probatur: sicuti conditio, si non nupserit, quę est turpis, saltem hodie in virgine. auth. cui relictum, in fin. C. de indi. vid. tol. remittitur & debetur relictum, ita & ista conditio, si nupserit, adiecta mulieri volenti ingredi religionem remittitur, & relictum debetur, vt sic intelligitur, §. sed hæc de præsenti. in d. authen. de sanctiss. episc. Et sicut si mulieri relicta essent ducentum si non nupserit, & centum tantùm si nupserit, consequi potest etiam si nubat ex vi primi relicti, cuius conditio tanquam turpis, & reipublicæ contraria remittitur, nõ autem vtrunq; scilicet 200. & 100. l. Titiæ si nupserit. ff. de condi. & demonst. sic in casu nostro ex vi primi relicti, cuius conditio tanquam diuinæ religionis contraria remittitur, octo millia peti poterunt. Et ideo concludit, quòd parentes frustra minus relinquunt filiabus in casum religionis, quàm nuptiarum: quia quolibet casu quod plus est, & statim nulla mora vel conditione expectata, consequi possunt, cùm succedat loco bonorum subsidij, vt prædictum est. Rursus in 2. par. statutorum. quæst. 104. in j. dub. Abb. in c. præsentia. & ibi Bal. col. 4. versi. sed quid si testator dixit. de probat. & ibi Butr. col. 9. vers. ex hoc patet. Aret. col. 16. vers. & primò pondero. & Feli. col. 17. vers. ex istis remanet. de prob. Abb. in c. ecclesiæ S. Mariæ col. 3. de const. Bar. in l. 2. de his qui pœnæ nom. & ibi Alex. in addi. vbi inquit ita iudicatũ fuisse Bononiæ, & q; pro ista parte consuluit Io. de Ana. & alij doct. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 7. de verb. obli. Matthes. in sing. 53. Calcá. in cons. 59. col. pen. & fi. Aret. in §. fi. col. fi. de lega. Boër. in decisio. 3. nume. 14. Marsi. in sing. 215. Campeg. in tract. dot. q. 30. Emanuel Costa in comment. suis in rep. l. cum tale. §. si arbitratu. ff. de cond. & demon. Soc. in l. 2. col. 2. ff. de cond. & demon. vbi optimè loquitur, & hanc partem vti communem amplectitur Dec. sibi contrarius in consilio 674. vbi inquit, ab ea in iudicando non esse recedendum, Marsi. in rubr. de fideiusso. num. 127. & in rubr. C. de proba. num. 45. Paris. in consil. 65. colum. 4. volum. 2. vbi inquit, hanc partem veriorem & communem, pro qua adducit communem sententiam doctorum in l. fin. C. de pac. vbi volunt non valere statutum, quòd ingrediens monasterium non succedat. Rursus in d.c. in præsentia. num. 144. vbi etiam Bero. num. 494. Marsi. in rubr. de fideiusso. nume. 127. & in rubr. C. de proba. nume. 45. Thom. Ferra. in cautela 9, vbi similiter dixit ab hac opinione communi non esse recedendum in iudicando & consulendo, vt similiter dixit Gabr. Saray. in annotat. ad notab. 52. Matthes. Soc. Iun. in cons. 160. num. 69. volu. 2. Hanc etiam communem dixerunt, quamuis demum teneant contrariũ Didac. & Crot. in locis ex aduerso citatis, & istam partem tanquam * magis * receptam sequitur Soci. in consi. 269. col. 3. inquiens, ab ea in iudicando & consulendo nõ esse recedendum, secundum quam sæpè consuluit, rursus in consilio 241. colum. 4. versic. nec obstat si dicatur. Ias. in dicta authentic. si qua mulier. columna 3. in fin. versic. tertiò moueor. quia hæc pars firmata est pluribus & melioribus auctoritatibus præstantibus pondere, numero, & mensura, ergo in iudicãdo amplectenda.

18 Secundò pro hac conclusione facit: nam † valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, c. fi. de transla. Epi. Doc. in c. illud de præsum. Marsi. in sing. 215. & Paris. in cons. 37. num. 10. vol. 4. Bart. in l. si quis ita. §. is cui. in fi. de lega. 2. facit tex. in l. si vxorem. C. de cond. inser. iunctis no. in l. si ex causa. §. j. ff. de mi-
19 no. vbi probatur, † quòd per matrimoniũ spirituale filius liberatur à patria potestate, à qua non liberatur contrahendo matrimoniũ carnale, faciunt scripta per Soc. in c. qualiter & quando, il 2. quæst. vlt. ar-
20 tic. penul. de accusa. vbi dixit, † quòd statutum disponens aliquid contra cognoscentem mulierem nuptam, habebit etiam locum in cognoscente monialem, quæ dicitur matrimonium contrahere cum ecclesia, seu cum Christo, c. hi qui. 27. q. j. & ita dicit consuluisse D. Dionys. de Perus. in consil. incip. Et si doctrina. citat Crot. in l. filiusfam. §. diui. num. 62. de lega. j. Et aduertendum est, quòd isti patres loquuntur in materia pœnali, in qua stricta debet fieri interpretatio, c. odia. de reg. iur. in 6. ergo multò magis in materia fauorabili, vt est nostra, cùm odia sint restringenda & fauores ampliandi, l. cum quidam. ff. de liber. & posth. sed conditio, quæ est impeditiua matrimonij carnalis saltem per indirectum reijcitur ad effectum, vt purè consequatur omne id, quod fuit relictum non obstante voluntate testatoris, ergo eodem modo id dici debet de conditione, quę est impeditiua vitæ contemplatiuæ: ita Paris. in d.c. in præsentia. num. 137. & 143. vbi sicut in matrimonio carnali non attenditur voluntas testatoris, d.l. quotiens. de cond. & demon. pariter & à fortiori in matrimonio spirituali, vt per Aret. & Felin. ibi. & respondet Decio qui dixit ibi diuersam rationem esse in matrimonio carnali propter viduitatem, dicens, quòd ecclesia nõ considerat, quòd illa contrahat matrimonium, sed tantùm castitatẽ, præferendo eam matrimonio carnali, d. §. sed hoc præsenti. nam esto quòd matrimonium carnale sit bonum, tamen spirituale est melius, quò fit, vt dato cõcursu præferatur spirituale tanquam maius & fauorabilius, etiam ad inducendum viduitatem, vt in simili dicit text. in l. Titio fundus. vbi Bar. de cond. & demon. per d. §. sed & hoc præsenti. & eò maximè, quia in casu præsenti solũ debet attendi fauor religionis, & non voluntas testatoris.

Non obstant quæ ex aduerso adducta fuerunt, videlicèt quòd in conditionibus primò attendatur voluntas testatoris: quia respondetur, quòd illud procedit in conditionibus licitis, & non in illicitis: quia in eis non seruatur voluntas testatoris, sed reijciuntur. Ita Soci. in d.l. in conditionibus. in princ. vbi inquit, quòd ex illo textu cum gl. habemus, quòd turpis conditio reijcitur contra voluntatem testatoris. Sed in casu de quo agitur, dicta conditio est cõtra libertatem religionis, & contra salutem animæ, & pro qua quis remouetur à diuino obsequio, ergo turpis & non seruanda, vt per doct. in locis suprà citatis, & vt inferius etiam dicetur.

Secundò nõ obstat, quòd in re sua quilibet est moderator & arbiter: quia respondetur, præmissam conclusionem procedere, vbi etiam in disponente
21 adesset potestas, † quæ quidem voluntas & potestas, in quocunque actu requiritur, l. cum te. C. de dona. propter nuptias. capitulo cum super. de offic. deleg.
22 † Et ideo videmus, quòd si pater expressè prohibeat filio legitimam, quamuis vtatur magnis verbis prohibitiuis, tantò magis filio legitima debetur contra

patris

patris voluntatem: quia omne onus, conditio, seu dilatio, pro non scripta habetur, l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. Vlteriùs dicitur, quod etiam videmus in multis casibus, quòd dicta voluntas expressa testatoris non obseruatur ex defectu potestatis, vt patet, † quia si pater prohibet expresè filio primi gradus detractionem Trebellianicæ, illa non valet: & tamen constat de expressa voluntate testatoris, vt est * communis opinio scribentium, de qua abunde loquutus sum in consilio 12 nu. 6. Sed in casu præsenti negari non potest, quin sit defectus potestatis, etsi non voluntatis, cùm testator non potuerit aliquid disponere, quod tendat contra cultũ diuinum, & vitam contemplatiuam, vt per Bero. in ca. in præsentia, nu. 489. & 495. & Paris. ibi nu. 36. cum sequenti, ergo, &c.

Non obstat & tertiũ, quia respondetur, quòd contrarium tenet Bald. in d. c. in præsentia, colum. 4. in princ. vers. sed quid si testator. vbi vult, quòd si testator dixit, † instituo filium meum, donec permanserit in seculo, & si contigerit, quòd ingredietur monasterium, grauo ipsum, quòd restituat hæreditatẽ Seio: fideicommissum non valet: quia est contra libertatem religionis, contra salutem animæ, & quia turpis videtur conditio, per quam quis remouetur à diuino obsequio: ecce quod cõstabat ibi expresè de voluntate testatoris, & tamen non habet locum eius dispositio ex defectu potestatis.

Hanc quoque partem tenent ibi Abb. Butr. Aret. Feli. Paris. & Bero. vbi isti duo vltimi patres attestantur hanc esse communem opinionem. Idem voluit Dec. sibi contrarius in cons. 674. vbi concludit, quòd si pater in testamento reliquit filio victum & vestitum, & domus habitationem, si profiteretur religionẽ in qua est: & casu quo nollet esse religiosus, quod instituebat eum hæredẽ vniuersalem cum alijs suis hæredibus: quod nihilominus dictus filius erit hæres cum alijs, non obstante, quòd professionem fecerit in religione, & illud cõsequetur & habebit, quod non intrando religionem habere debebat: quia secundum doct. communiter attenta huiusmodi dispositione testatoris sequeretur, quòd deterioris esset conditionis filius, si religionem ingrederetur, & sic à religione retraheretur, quod absurdum reputatur. Item & si reijcitur † conditio, propter quam quis retrahitur à matrimonio carnali, d. l. quotiens, à fortiori debet reijci, quando à vita contemplatiua religionis retrahitur, vt per Feli. & Aret. in d. c. in præsentia. Accedit quoque quod decidit Paris. in cons. 65. in 2. dub. vol. 2. vbi vult, quòd si testator post institutionem hæredum voluit, & disposuit, quod si qua ex filiabus suis hæredib. institutis ingrederetur religionem, efficeretur monialis, & profiteretur religionem, quòd talis ingrediens non deberet habere de bonis suis, nisi libras mille, sed modia duodecim terræ, prohibẽs, quòd non posit vlteriùs petere, quòd talis conditio appositа in locum pœnæ ingredientis monasterium habetur pro non apposita, & reijci debet, taliter quòd ea non obstante secundum veriorem, & communem opinionẽ ingressa religionem, debet habere integrã portionem hæreditatis, in qua fuerat instituta, & quamuis expressa voluntas testantis sit in cõtrarium, quòd excludatur monasterium, tamen quòd illa attendi non debet, ex quo defectus est in potentia, & non in voluntate: non enim quæritur an testator voluerit, sed an potuerit, & dicitur, quòd non: quia non habet facultatem disponẽdi aduersus monasteriũ vel illius ingressum, in quo consideratur bonum publicum, & animæ.

Vltimò non obstat, non esse verisimile, quòd ingrediens monasterium retrahatur ab ingressu prætextu perditionis scutorum octo milliũ relictorum in casu nuptiarum: quia respondetur, quòd si vera esset ista ratio, destrueretur magis * recepta doctorũ sententia, quæ habet, † quòd statutum disponens, quòd ingrediens monasteriũ non succedat, non valet: quia si repelleretur à successione, de facili posset ab ingressu religionis distrahi: & sic esset impedimentum vitæ contemplatiuæ, vt dicunt Scriben. cõmuniter in l. fi. C. de pac. Ripa in l. ex facto. in §. si quis rogatus. il j. col. 4. ad trebel. Soc. in consi. 341. col. 2. versi. secunda est opinio: quoniã si verum esset, quòd zelo religionis non retraheretur ab ea propter quæcunque commoda, vtique dicendum esset, quòd valere deberet dictum statutum tanquam non impeditiuum vitæ contemplatiuę, & tamen videmus totum oppositum, quòd dicta ratio est illa, quæ impedit, ne dictum statutum valeat. Pariter dicẽdum est, † quòd statutum excludens personas ecclesiasticas à beneficijs omnium statutorum, deberet valere, si verum esset obiectum, & tamen hoc est falsum, vt per Soci. in d. cons. 241. col. 5. in princ. versi. sed posito. quia dictum statutum præbet impedimentum vitæ cõtemplatiuæ, quoniam laici videntes se excludi totum à tot beneficijs statutorum ingrediendo religionem, reuocarentur à dicto voto religionis. Et vltimò, † quòd statutũ disponens, quòd vir lucretur certam partem dotis vxore ingrediente religionem, deberet valere si militaret dictum obiectum, quod tamẽ ab omni iure est alienum, vt per Ancha. in consi. 268. quem sequitur Socin. in allega. cons. 241. col. 6. circa fi. vbi inquit, dictum statutum non valere ne retrahatur ab ingressu monasterij. Vlteriùs respondet Feli. in d. c. præsentia, quòd talis consideratio non debet attendi, cùm satis sit ita fuisse dispositum, & negari non potest, quin deferendo maiorem dotem secum alacriori animo non ingrediatur, & non deferendo dictam dotem octo millia scutorum aliqualiter intimidetur & refrenetur libertas ingrediendi, iuxta doctrinam Ioan. Andreæ in c. statutum. il j. de hæret. in 6. & Feli. sequitur Paris. in d. c. præsentia. num. 135. vbi etiam pro hac opinione adducit quæ scribuntur per modernos, in ca. præterea. de offic. deleg. & in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudi. vbi dicunt, † quòd concesso vno videntur concessa omnia, per quæ faciliùs ad illud potest perueniri, vt experientia, quæ est optima rerum magistra, cap. quamuis de elec. in 6. nos docet: nam ingredientes cum bonis de facili recipiuntur, honorantur, & reuerentur, quorum cõtrarium videmus, qui parum vel nihil afferũt.

Vltimo non obstat, quòd multi doctores, de quib. suprà tenuerunt contrarium: quia respondetur contra eorum sententiam esse magis communem scholam scribentium & consulentium, à qua (vt dictum fuit) nullatenus in iudicando & in consulẽdo est recedendum.

Vlteriùs dicitur, quòd quam plurimi ex dictis doctoribus se fundant in consuetudine & cõmuni obseruantia: vnde eorum dicta possunt procedere in locis, in quibus viget huiusmodi consuetudo vel communis obseruantia, secus in alijs locis, † quia cùm sit contra ius commune, strictè debet intelligi, & retrahenda non est extra terminos suos, l. j. §. Iulianus. ff. de itin. actuq; priua. in consil. 483. col. pen. Verum est, † quòd testatori cautela dari potest, si vult minus relinquere filiæ si monasterium ingrediatur, quàm si mundo nupserit, vt concipiat dispositionẽ hoc modo. Relinquo filiæ meæ centum, & qui ducit eam in vxorem relinquo mille, quia hoc modo licèt monasterium ingrediatur, tamen non poterit petere illa mille: quia non sunt legata mulieri, sed ei, qui ducet eam in vxorem: ita singulariter Bartol. in d. l. 2. de his qui pœnæ nom. consuluit tamen, vt addatur vnum, scilicèt vt illud quod relinquitur marito, sit pretiũ dotis, aliàs ipse sibi haberet. & cum Bar. conueniunt Soc. in d. l. 2. Feli. in c. in præsentia. col. 9. vers. & tenẽdo primam partẽ de proba. Iaſ. in d. auth. si qua mulier. col. 3. in prin. Gabr. Saray. in d. adnot. ad notabile 52. Mathæſ. Io. Dilec. in tract. de arte testan. in tit. de lega. cautela 64. vbi inquit, quòd cautela ipsa adiuuatur naturali æquitate: quia minùs sufficit profitentibus religionem, quàm in seculo manentibus, & satis est inniti æquitati naturali, l. scire oportet. §. sufficit. de excus. tut.

1 26 23 24 25 27 28 29 30 31

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ XXXVI.

1 *Aduocationis officium laudabile est, atque vitæ hominum necessarium.*

2 *Aduocati necessarij sunt ad salutem patriæ, & singulorum*

gulorum, sicut milites armatæ militiæ, imò magis quàm ipsi.

3 *Aduocati, & iudices rectè vtentes legibus prout debent, optimam vitam faciunt.*

4 *Aduocationis officium est apud Deum meritorium.*

5 *Aduocati officium exercuit Christus in hoc mundo, & continuè illud exercet in cœlo intercedendo pro nobis apud patrem.*

6 *Aduocati indocti officium aduocationis exercere non possunt.*

7 *Aduocatorum appellatione non veniunt indocti.*

8 *Illiteratus licèt possit postulare, tamen non poterit esse aduocatus.*

9 *Patroni causarum in iudicijs agere non possunt nisi per quinquennium studuerint.*

10 *Imperiti in iure possunt esse aduocati si consuetudine in iure scripto, vel non scripto sunt instructi, in matricula tamen poni non debent.*

11 *Fatuus est imperitus literarum, qui accedit ad patrocinandum in causis.*

12 *Culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti.*

13 *Aduocatum imperitum vbi videris, conferas secum de apicibus iuris, qui responsionis penuria cogetur declinare certamen.*

14 *Aduocationis officium debile, est multum difficile, & periculosum.*

15 *Aduocatorum nequitiæ nutriuntur pelago commentariorum, vt dum quisque scribentium nouare ex ingenio pergit ansam sæpenumero iuris premendi aduocatis præstat, qui fora venenant, iudices ludificantur, quietem turbant, rempublicam, collegia, statum, ordinem, instituta euertere contendunt, & dijs exosi sunt, ac hominibus.*

16 *Aduocati quibus causarum decisiones committuntur, in quibus non sunt aduocati, deuiant à iustitia contra ipsam scienter consulendo, vel pronuntiando, timore, amore, pretio vel precibus, quod est cæteris horribilius.*

17 *Exhortatio quæ fit aduocatis.*

18 *Aduocati pauperum causas gratis agere debent.*

19 *Iustus enim nouit causas pauperum, impius autem ipsam ignorat.*

20 *Aduocatus paciscens cum clientulo suo de quota litis, siue de certa quantitate, priuari debet officio aduocationis.*

21 *Incidit q3 in pœnam falsi.*

22 *Et concussionis.*

23 *Aduocatus reuelans parti aduersæ iura clientis sui, punitur pœna falsi.*

24 *Damnandúsque est in metallum, vel deportandus in insulam.*

25 *Aduocatus nimis verbosus de iure communi remoueri potest ab officio aduocationis.*

26 *Iudex potest imponere finem dictis aduocatorum quãdo sibi videtur.*

27 *Doctor debet concluſiuè loqui & pauca, sed vtilia effundere.*

28 *Allegatio bona (vt experientia docet) sæpè inficitur, & obnubilatur ob nimiam allegationem, sinistráque oritur suspicio contra allegantem.*

CONSILIVM XXXVI.

ILlustrissime Domine, quoniam præsens consultatio in paucis consistere videtur, ideò in ea non seruabo ordinem meum in arguendo ad vtrãque partem, sed succinctè procedã ad responsionem quæsitorum, quæ satis clara esse viden-

tur. Dico igitur, nemini dubiũ esse, † quòd laudabi-
1 le vitæq3 hominum necessarium est aduocationis officium, vt inquit legislator in l. laudabile. C. de aduo. diuer. iud. hi enim dirimunt ambigua facta causarum, suæq3 defensionis iuribus in reb. sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi quàm si prælijs ac vulnerib. patriã parentésque seruarent, glorioſáque voce laborantium spem, vitam & posteros defendunt. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iud. & ibi Bal. vbi dicit, † quòd sunt ita necessarij ad salutem patriæ
2 & singulorũ, sicut milites armatæ militiæ, imò plus inquit ibi Bar. quòd magis sunt necessarij rei publicæ quàm milites. glo. in c. cum ex eo, in verb. indigere, de elec. in 6. Vnde dixit Host. in princi. suæ summę
3 col. iiij. † quòd recti iudices & aduocati vtẽtes legib. prout debent, optimam vitam faciunt. quod etiam exclamat Albe. de Rosa. in l. C. de suffrag. in l. per diuersas. C. mandati in l. j. circa fin. & ibi Iason, colum. v. versic. in text. ibi, cuius meritò, de iust. & iure. Cacialup. in tract. de transa. q. 2. in princip. vbi etiam ait
4 post alios † quòd aduocationis officium est meritorium apud Deũ: nam † & multotiens istud officium
5 exercuit Christus in hoc mundo. fuit enim aduocatus Mariæ Magdalenæ in tribus causis, & continuè illud exercet in cœlo, intercedendo pro nobis apud patrem. Vnde Apostol. ad Hebræos. c. discipulos, de consecra. distinct. 5. introiuit Christus in cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis. Ad hoc etiam facit quod dicit Beda super illud Marci quod legitur primo sabbato quadragesimæ: Cum sero factum esset, vbi dicit, filius vt formam hominis impleret, obsecrandum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus ipse est. Aduocatum enim, dicit Apostolus, apud patrem habemus Christum. de quibus omnib. habemus per Alber. in d. l. j. colum. iij. C. de suffrag.
6 Quod sanè intelligendum venit † si aduocati ipsi fuerint literati, & non indocti: quia hoc vltimo casu officium prædictum exercere non possunt. l. j. §. postulare, vbi Barto. post glos. ff. de postul. nam cum examinari debeant à doctoribus. l. neminem. C. de aduoca. diuer. iud. apparet, quòd literati esse debent,
7 & ideò videmus † quòd aduocatorum appellatione non veniunt indocti. glos. in l. ij. C. de postul. & ibi
8 Bar. vbi ait, † quòd licet illiteratus possit postulare, tamen non poterit esse aduocatus. Ioan. Monach. in tract. defen. iur. in c. contra aduocatos. nume. 3. vbi nullus debet esse aduocatus nisi peritiã habeat literalem. l. nemini iubemus. C. de postul. Hinc dicitur
9 quod statutum est, † quòd ante quinquennium nemini prorsus liceat patronum causarum in iudicijs agere. l. petitiones, & ibi Bar. C. de aduoca. diuer. iud. Idem dicit Gul. de Rouil. in tract. de iust. vel iniust. in
10 titulo de aduoca. col ij. ver. quæro. vbi tradit, † quòd imperiti in iure bene possunt esse aduocati, si consuetudine in iure scripto, vel nõ scripto sunt instructi, per gl. in l. nec cæterorum, de postul. quod inquit communiter, & satis leuiter in partibus suis seruari, sed quòd in matricula poni non debent. Ioan. Oldendor. in tract. de vsucap. in tit. de dilatio. iud. & contrac. num. 14. vbi ait, quòd ad disciplinam iuris ciuilis quinquennium diffinit Iustinia. in præfatio. Pandec. §. & quod iam primi. Nec de cætero inquit quenquã anteq3 per statuta tempora legũ eruditioni noscatur inhæsisse supradicto consortio sociari. Sed vtinam hoc seculo nostri magistratus vellent hanc constitutionem mordicus obseruari ab omnibus causidicis. Spe. in tit. de aduoca. in prin. col. iij. ver. item quòd non habet. vbi dicit quòd excipitur contra aduocatum, quòd nõ habet peritiam literarum.
11 Et ideò † quòd fatuus est imperitus literarum, qui
12 accedit ad patrocinandum in causis, † quia culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti, l. culpa. ff. de reg. iur. vnde se non debet intromittere de eo officio, quod alijs sentit periculosum esse, vel damnosum. l. idem iuris est. ff. ad leg aquil. Vnde consuluit,
13 † quòd vbi videris aduocatũ imperitum, conferas secum de apicib. iuris, & sic responsionis penuria cogetur declinare certamen, c. in mandatis in fin. 43. distinct. imò imperitus Matheseos aduersus Mathematicos disputans risui patebit, ignorans eorum

dogmata.c.qui de mensa 37.distinctione,sed & si penitus illiteratus sit,consulo quòd iudici semper literaliter loquaris, vt sic ille te non intelligens confu-
14 sus recedat. Verùm,† quia officium præmissum exercere, multùm est difficile,secundùm Alber. in d.l. j.col penult.in princip.& periculosum.Bald.in l. fin.
15 per illum text. ff. de inoffic. testa. † quia nequitiæ ipsorum (loquor equidem de malis,& non de bonis) nutriuntur pelago commentariorum,vt dum quisque scribentium nouare ex ingenio pergit, ansam
16 sæpenumero iuris præsumendi aduocatis præstet, qui fora venenant,iudices ludificantur, quietè turbant,rempublicam, collegia, statum, ordinem, instituta euertere contendunt, dijs exosi, & hominibus,vt tradit Zas. in l.2.nume.45.ff. de orig.iur. † & quia cum causarũ decisiones ipsis sępenumero committantur, in quibus non sunt aduocati, deuiant à iustitia contra ipsam scienter consulendo, vel pronuntiando, timore, amore, pretio vel precib. quod est cæteris horribilius, vt per Alber.in d. l. j. col.pen.
17 versi.vltimum periculosum. † Suadeo igitur eis sequendo sententiam dicti Alber. ibi, vt quantum patitur humana fragilitas,eorum officia iustè & meritoriè studeant exercere,& quòd inter alia reipublicę fideliter consulant, & intendant bono communi: status enim & regimina ciuitatum,sicut experientia docet, multum dependet ab eis, vt probatur in proœmio instit.in fi. Ipsis quoque suadeo, vt cauillationibus, & protractionibus iniustis non vtantur in causis,nec instruant partes, vel testes falsa loqui, vel vera supprimere, vtanturque miseri iudices & aduocati modernis temporib.proh dolor, modico interdum salario, vel lucello facere non verentur, &
18 ex his ditari credentes,ad extremam tandem egestatem corporis & animæ deducuntur. † causas etiam
19 pauperũ agant gratis, & miserabilium personarum, † nouit enim iustus causam pauperum, impius autem ipsam ignorat. Plantentur itaque, ædificentur, & roborentur hæc in montibus aduocatorum, c.aduocauit, in fin. 24. q. 1. vt per hæc ipsorum honorata & ditata sint corpora,vt extra de præbend.c.in multa, in fin. ipsorúmque corpora membra reddantur iustitiæ seruitura. c. omnes. 47.distin. & sic eruditæ sint animæ, & adeò pictæ, indutæq; iustitia vt æternam beatitudinem mereantur, c. illa anima, de pœnit distin 2. vt per Alber.in proœmio C.in fin. quod nobis præstare dignetur,qui est benedictus in secula seculorum, Amen. Hæc quidem in præsenti consultatione præmittere volui, vt boni & optimi aduocati, qui bene viuũt,iustíq; sunt lætẽtur de suis bene gestis, & ad correctionẽ eorũ qui hucusq; malè vixerunt,vt corrigãtur,ne in fine seculi tremebundũ iudiciũ subire habeãt, à quo vnusquisq; cauere debet.

Veniendo igitur ad decisionem quæsitorum,quæ
20 in effectu sunt tria, dico quò ad primum, † quòd si
21 aduocatus pactus est cũ cliente de quota litis, quòd priuari debet officio aduocationis, † & tenetur pœna falsi.l.sumptus,& ibi glo.in verb.datum, vbi etiam Bar.ff.de pac. Et ratio quare improbatur dictum pactum de quota litis, est, quia inducit aduocatum ad delictum: nam cognoscens habituram partem eius quod consequetur, calumniosè aduocabit: & ideò inquit ibi Bar. quòd siue aduocatus, vel procurator faciat pactum de quota litis siue de certa quantitate,quia eadem est ratio, non valet, secus vbi promitteretur quantitas simpliciter, vel res nõ respectu eius,quod in litem deducitur, quia valebit pactum.
* l.j.cum seq.C.de suffrag.& Bar. ibi sequuntur *communiter doct.& vt inquit ibi Ias.tex.est in l.si qui,vbi etiam Bar. C. de postul. vbi tradit quòd ita communiter tenetur. Petr. de Vnzola in practica artis notariatus, in tit de diuisio. pacto.num. 7. vbi etiam nec de minima parte. Idem voluit Roma. in l. fi verò. §. de viro.nu.63. ff.sol.mat.vbi ait, quòd licèt nemo ab officio suo remouendus sit, l.si remunerandi.§.Maurus. ff. mand.tamen istud fallit, vt non extendatur ad aduocatum,qui iniquè suo officio vtitur, vt quia de quota litis paciscatur: quia tunc iudex si ei hoc innotescit,potest eum ex officio proprio repellere. Affl. in constit.regn.in constit.aduocatus.nu.14. Gul.vbi suprà col.3.ver.3.cum clientulo. Paris de Put. in trac. Synd.in tit.de excess.aduoca.vbi inquit,quòd tenentur l.Iulia de vi priuata, l. ex senatus. ff.eo tit.vbi se-
22 cundùm gl.tenentur falsi.& l.j.§.j.ff.de fal.† Et etiam crimine cõcussionis. l.2.ff.de concuss. & in 2.col. ver. excedunt etiam. Et sic ex istis remanet expeditum primum quæsitum.

23 Circa verò secundum † quam pœnam patiantur aduocati reuelantes parti aduersæ iura clientis sui, dic quòd pœna falsi. tex.est in l.j.§.is qui.ff.de fal.vbi inquit Bar.nota bonum casum contra notarium aduocatum, vel procuratorem, qui instrumẽta vnius partis ostendit alteri, vt teneatur pœna falsi. rursus in l.si quis aliquid.ff.de pœn.& in l.j.ff.de præuarica. vbi ponit casum de quodam aduocato Florentino, qui promiserat præstare patrocinium in quadã causa,& pro hoc accepit aliquam quantitatem pecuniæ, & vidit instrumenta omnia partis: demum habuit aliam partem,& omnia secreta primæ partis reuelauit alteri parti, & facto pacto de quota litis cum secundo, qui in veritate fouebat iniustam causam, & fuit cum eo palàm coram iudice, & corã eo petitionem dictauit, & produci fecit,& sententiã obtinuit: dubitatum fuit, vtrum iste aduocatus commiserit crimen falsi. dicebatur, quòd non, sed crimen præuaricationis. Cõsuluit Bar.contrariũ, dicens ipsum incidisse in crimen falsi: quia reuelauit secreta partis.Idem tenuit Angel.in tract.malef.in ver. falsario. versi 15.etiam cautus Bologn.in authent.habita.nu.
24 303. C. ne filius pro patre. vbi tradit, † aduocatum ostendentem iura mea parti aduersæ, damandũ esse in metallum, vel deportandum in insulam, & hanc
* esse *communem opinionem, quòd incidat in falsum,attestatur Bos.in tractatu suo crimin. in titu.de præuarica. col. 2. vbi inquit, hoc quoque placere Alcia.in l præuaricationes. ff. de verb. sign. qui tamen addit,quòd non incurret pœnam falsi, quãdo omni quæstioni in iure existenti dunt taxat aduocatus suscepisset iustiorem causam, restituto tamen honorario, quod habuisset à parte, quæ consideratio secundum Bos.etiamsi iuridica dici posset,tamen est periculosa.Et Spec in tit. de aduoc.in §.nunc tractemus,col.3.versi caueat etiã, vbi tradit, quòd cauere debet aduocatus, ne partem suam, quæ eius fidei se supposuit, vel secreta causæ suæ quocunque modo prodat vel reuelet.2.3.4. §. notandum,sed secundùm pactum inter eos initum, clientulum suum defendat.l quisquis. §. ante omnia. C. de postul. Paris de Put.in tract synd.in tit.de excess.aduoca.col.j. ver.ac etiam consultus, vbi inquit hoc locum habere in ciuili & criminali. l. ex senatus. ff. de vi priua. & quod not. in l.j.de præuar. vbi gl.in l.senatus. ff.de accusa. quòd etiam est concussio. l. j. ff. de concuss. rursus col. 2. in ver. excedit etiam aduocatus.

Venio ad tertiũ quęsitũ,in quo breuiter respon-
25 detur,† quòd aduocat⁹ nimis verbosus de iure communi,potest ab officio remoueri.glo.singularis.in l. ex ea parte.ff.de postul.Paris de Put. in trac.synd.in
26 verbo iudex in tribunali.nu.3.vbi † iudex etiam potest imponere finem dictis Aduocatorũ,quando sibi videtur.l proximè.ff.de his quæ in testa. delen. nam doctor debet concluſiuè loqui,& pauca,sed vtilia effundere.gl. in c.cum sit ars. de ætat.& qual.can.in proœm.decreta.Spec.in titu.de aduo in princ col.1 gl.in ver maluerit,in c.infames. 3. q.7.Roma.in sing. 780. vbi magni facit gl.in d l.ex ea parte Ias.in l.Gallus.in §.quidam rectè,col.2 de liber.& posthu.in ver.adde. quod inquit notandum cõtra aduocatos allegantes, qui dicunt,pauciſimis verbis agã,& tamen multam verbositatem exercent.secundùm gl in l.antiquitas, in fin.C. de vsufr.Rebuffus in l.j.num.106 C. de sent. quę pro eo quod interest profer.nam boni est aduocati breuiter & summatim loqui.Aret.in cons.120.& pauca idonea effundere,quàm multis inutilibus hominem prægrauare,& sæpe experientia compertum
27 est,† quòd bona allegatio inficitur & obnubilatur ob nimiam allegationẽ, & siniſtra oritur suspicio cõtra allegantẽ, vt per Abb.in proœm. decret. col. 2. versi. 2.facit,vbi addentes concurrunt etiam in hac nostra conclusione. Idem etiam tenuit Neuiza. in syl ua nuptiali num. 18.

LAVS DEO.

SVMMA.

SVMMARIVM CONsilij XXXVII.

1 *Assertio vulnerati constituti in articulo mortis facit indicium ad torturam, sed contrà nu. 9.10.& 20. vbi est communis, fallit vt in nume. 28.*
2 *Constitutus in articulo mortis nõ præsumitur mentiri.*
3 *Quilibet præsumitur memor salutis aternæ, maximè laborans in extremis.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ licèt opponi possit infra biennium, tamen id fallit in confessione de recepto facta per constitutum in articulo mortis.*
5 *Confessio sine causa licèt non valeat, tamen sustinetur si facta sit in articulo mortis, quod declara, vt in numero 28.*
6 *Declaratio ad tex. in l. si quis in graui. § si quis moriẽs. ff. ad Syllan. vt loquatur de plena probatione, non autem de indicijs: sed contra nu. 26.*
7 *Verba semper debent intelligi in potiori & dignori significatu.*
8 *Moriens omnis & si non sit S. Ioannes Euangelista, tamen maior pars morientium nititur mori sine onere conscientiæ.*
9 *Testis vnus vt faciat indicium ad torturam, debet esse omni exceptione maior.*
10 *Testi deponenti in articulo mortis, non est credendum.*
11 *Inimicus capitalis repellitur à testimonio.*
12 *Inimicus capitalis dicitur, qui alium verbis iniuriosis offendit.*
13 *Inimicus capitalis censetur, qui asserit se ab alio vulneratum.*
14 *Testis vnus omni exceptione maior de actu immediato deponens, quamuis faciat indicium ad torturam, tamen fallit si contra eum plura resistant.*
15 *Indicium ad torturam facit, quod in ciuilibus facit semiplenam probationem.*
16 *Assertio vulnerati constituti in articulo mortis probationem semiplenam non facit, sed vilem præsumptionem, quæ tantum habet effectum, quòd excusat accusantem ex necessitate, non ex voluntate à calumnia.*
17 *Præsumptio minus est quàm indicium.*
18 *Præsumptio est probatio probans non probata.*
19 *Indicium verò est probatio probata.*
20 *Assertio vulnerati laborantis in extremis secundùm aliquos facit indicium ad inquisitionem, secundùm verò alios secus.*
21 *Laboranti in extremis minus est credendum quàm alteri.*
22 *Existens in articulo mortis efficitur mutus.*
23 *Laborans in extremis non dicitur omninò viuus, nec mortuus.*
24 *Oppressus timore mortis, similis est mortuo.*
25 *Morti propinquus pro mortuo haberi debet.*
26 *Articulus mortis non est multùm in consideratione.*
27 *Remoto genere mouetur qualibet eius species.*
28 *Testis deponens de gestis à se deponit ad beneficium alterius & non suipsius, & ideò ad eius commodum non probat sine alijs adminiculis.*

CONSILIVM XXXVII.

1 PRima consideratione dicendum videtur in præsenti consultatione, † quòd assertio domini Francisci de Contis, qui in articulo mortis deposuit se fuisse vulneratum à Bartholomæo Salvieto faciat indicium ad torturam, vt voluit Ange. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Syllan. Iacob. de Belui. in practica sua iudiciali sub rubr. de quæstio. col. v. Marsil. in consil. 5. num. 14. & in practi. crim. in §. diligenter. num. 123. dummodò constitutus in articulo mortis non sit alienus à mente & intellectu, ac dictum eius per alios probari non possit, ne veritas pereat, & delicta remaneant impunita.
2 Ratio etenim est secundùm prædictos doctores, † quia cõstitutus in articulo mortis non præsumitur
3 mentiri. Bald. in consil. 25. col. ij. volum. j. † Et quilibet præsumitur memor salutis æternæ. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. & maximè, qui laborat in extremis, contra quem non potest cadere aliqua præsumptio, quòd mentiatur: quia si vnquam veritas habetur ab homine, habetur illo tempore, quo est recessurus ab hoc seculo, & quando anima debet statim à corpore
4 separari. Et ideo videmus, † quòd licèt exceptio non numeratæ pecuniæ possit opponi per eum qui confessus est mutuum infra biennium, tamen fallit in confessione de recepto facta per constitutum in articulo mortis: quia tunc nec ipse, nec eius hæres poterit opponere exceptionem prædictam iuxta gl. in l. j. in glos. fin. circa medium C. de fals. cau. adiect. quam multum ibi commendat Bald. colum. ij. in princip. quia qui in extremis confitetur, non videtur fateri spe futuræ numerationis: quia nequaquam expectat futuram numerationem. Bald. in c. literas, colum. penult. de præsump. Marsil. in rubr. de fideiuss. nume. 42. vers. & ad hoc. in cons. 109. nume. 34. & in cõsi. 113. nume. 12. Accedit quod tradit Butr. in c. si cautio, co-
5 lum iij. de fide instru. vbi ait, † quòd licèt confessio sine causa non valeat. l. ij. § circa ff. de doli excep. fallit tamen si sit facta in articulo mortis: quia tunc valebit, & non poterit reuocari. glos. in l. j. in fin. in vers. apud iudicem. ff. de interroga. actio. quam inquit singularem Barb. in rubrica de fide instru. col. iij. Marsil. in rubr. C. de probat. in cita. loco, & consi. 109. nume. 37. in rubr. de fideiuss. nu. 45. ver. & ideo ego. & Paris. in consi. 10. col. fin. volu. ij. vbi etiam sequitur Marsil. in d. §. diligenter.

Nec habet obstare quòd textus videatur in contrarium in dicta l. si quis in graui. §. si quis moriens, dum dicit non esse credendum domino vulnerato, si moriens dixerit se fuisse à seruis vulneratum: quia
6 respondetur, † quòd ille text. non loquitur de indi-
7 ciis, sed de plena probatione, quod patet, † nam verba semper debent intelligi in potiori significatu. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emph. peta. ergo illud verbum, credendum, loquitur quò ad indicium, Marsil. in d. §. diligenter. nu. 121. cum sequenti.
8 Similiter non obstat, † quòd non omnis moriens est sanctus Ioannes Euangelista, & quòd morientes non semper dicunt verũ: quia respondetur, quòd etiamsi non omnis moriens sit sanctus Ioannes, tamen maior pars morientium nititur mori sine onere cõscientiæ, vt docet experientia rerum magistra, & validum est argumentum à communiter contingentibus, & non à rarò accidentibus. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. peta. Item ille qui dicit constitutum in articulo mortis mentiri, non debet audiri, quia dicit non verisimile, & dicens non verisimile, non debet audiri. l. si ita quis, ver. quod vtique nemo sanus probabit. ff. de euict.

Quibus tamen non obstantibus sententia contraria est de iure verior, quòd dictum dom. Ioan. Francisci non facit aliquod indicium ad torturam. quod primò probatur per indubitatam iuris con-
9 clusionem, quæ habet, † quòd ad hoc vt dictũ vnius faciat indicium ad torturam, requiritur quòd illud sit inuulnerabile, & quòd testis sit omni exceptione maior. Bald. in con. 259. colum. j. in fin. vol. j. Alex. in con. 124. col. ij. vol. vj. Marsil. in consi. 65. nume. 34. in consil. 29. num. 19. Deci. in consi. 37. num. 8. & Craue. in consi. 9. nume. 11. Sed in casu de quo agitur dictum istius est vulnerabile, quia non facit semiplenam probationem, quæ ad torturam requiritur. Alex. in consil. 89. num. 9. vol. iij. Marsil. in §. diligenter col. ij.
10 quia deponit in causa propria, † dum asserit se vulneratum fuisse à dicto Bartholomæo, & sic de offensa sibi facta, ergo ei non credendum. l. nullus. ff. de testib. l. omnem. C. eo tit. Alex. in con. 99. col. j. vol. j.

& Craue. in consi. 99. num. 4. vbi dicunt, quòd testi deponenti se fuisse vulneratum ab aliquo, non creditur. Item ex tali assertione quamuis iurata facit se inimicum capitalẽ inquisiti dum de propria offensa sibi facta deponit, ergo depositioni suæ nulla fides
11 adhibenda venit. † nam inimicus capitalis repellitur
12 à testificando, c. repellantur c. meminimus, de accusa. † nam si inimicus capitalis ille dicitur, qui alium offendit verbis iniuriosis, Bald. in c. veniens, in fin.
13 per illum text. de iureiur. Marsi. in consil. 3. nume. 12. consil. 20. nume. 28. Gramma. in consil. 57. nume. 7. †. multò magis ille dicitur inimicus, qui dicit se ab aliquo vulneratum fuisse: quia plus est facto aliquem offendere quàm verbis authent. habita, in verb. corporalis, vbi docto. C. ne fil pro patr. nam inimico odioso non creditur etiam in mortis articulo constituto. Bald. in c. j. §. vasalli. de pac. Constan. Bos. in trac. crim. in titu. de iudicijs, num. 188. quod inquit mirabile Alex. in con. 14. col. j. in fin. vol. 3. Bert. in consil. 389. col. pen volum. j. vbi loquuntur in terminis nostris. cùm ergo depositio ipsius dom. Francisci facta reperiatur in causa propria, & ab inimico capitali, sequitur resoluta conclusio, quòd eius dictum non
14 facit indicium ad torturam: quia † licèt vnus testis deponens de actu immediato videatur facere indicium ad torturam. l. fi. ff. de quæstio. Bos. in titu. de indic. num. 5. quamuis multi sint qui teneant, quòd non faciat tale indicium ad torturam nisi concurrentibus alijs, Cy. in l. fi. C. de quæst. Alex. in consi 89. col. 2. vol. 2. Marsi. in consi. 101. num. 38. & in consil. 102. num. 10. & in practica. crim. §. diligenter. nu. 3. quod aliter pronunc non discutio, tamen id procedit in teste omni exceptione maiori, & cui macula aliqua impingi non potest. Alexand. in consil. 11. numer. 13. volum. j. Gramma. in consil. 53. nu. 6. in voto 3. num. 21. & 24. num. 21. Marsi. in d. consil 101. num. 30. secus in eo, contra quem plura resistunt, vt constat ex supradictis. Bald. in l. 2. C. quo. appel. non recip. Craue. in con. 9. num. 11.

15 Secunda est conclusio. † nam illud quod facit in ciuilibus semiplenam probationẽ, in criminalibus facit indicium ad torturam. Bartol. in l fin. ff de in lit. iuran. Marsi. in l. fin. colum. 2. ff. de quæstio. † lex. in
16 con. 89 col. 2. volum. 3. Sed † huiusmodi assertio non facit semiplenam probationem, vt dictum fuit, sed quandam vilem præsumptionem, secundùm gloss. in l. 2. vbi Bald. C. de calum. vbi notat quòd licèt aliquis in articulo mortis dicat, quòd quis fecit eum occidi, tale delictum non inducit præsumptionem, quæ sit species probationis, sed quandam suspicionem, quam glos. vocat vilem præsumptionem. Alexand. in d. consi. 14. colum 2 Soc in consi 54. num. 13. volum 3. Gramma. in consil. 42. nu. 7. vbi post Bald. in d. l. 2. dicit præsumptionem ipsam tunc tantum effectum habere, quòd excusabit à calumnia accusantem ex necessitate, non ex voluntate. Marsi. in d. §. diligenter. num. 120. in fin. quę leuis præsumptio non
17 sufficit ad torturam. l. maritus ff de quæstio. Alex. in allegato consil. 14. col. 2. † cum sit minus præsumptio quàm indicium. Ias. in l. §. colum. 2. ff. de eo per quem fac. erit. Bald. in l. i ff. de excusa. tuto. vbi dicit, quòd præsumptio indirectè tangit factum, sed indicium directè. subdens minus esse præsumptionem, quàm indicium: quoniam vt inquit Bal. in d. l. col. 1.
18 verfic. extra quæro. † præsumptio est probatio pro-
19 bans, non probatio probata, † vt indicium, quod est probatio probata Marsi. in dicto §. diligenter. nume. 114. Marc. Anto. Blanc. in trac. de indic. nume. 25. in fin. vbi dicit quòd illud quod inquit Ias. in d. l. i. de eo per quem fac. erit. est verum in terminis suis in indicio oriente ex dicto mortui vel vulnerati: quia illud est indicium vile, & de eo de quo loquitur glo. in d. l. 2. C. de calu. quia in eo minus est indicium quàm præsumptio: quia vile & tenue. Brun. in trac. de ind.
20 & tortu. in q. primæ par. nume. 26. ergo † dicta præsumptio nihil operatur ad torturam, sed solùm ad effectum de quo suprà, & ad inquisitionem formandam, si est verum quod dixerunt Brun. vbi suprà, & Aegid. Bos. in trac. suo crim. in tit. de iniquis nume. 47. cum sequenti in fin quamuis contrarium teneant Ang. in tract. malef. in verb. qui iudex ad probationem. Gramma. in d. consil. nume. 7. & Plot. in repertorio suo ad l. si quando C. vnde vi. in verb. indicium ad inquisitionem.

21 Tertiò dicitur, † quòd minus credendum est existenti in articulo mortis quàm alteri. l. hac consultissima. §. cum humana fragilitas. C. qui test. fac. pos. vbi Imperator dicit eo in actu memoriam & intellectum langueſcere, & ideo dixit gl. in c. 1. Episcopum
22 vel Abba. † quòd existens in articulo mortis efficitur mutus. Item † qui laborat in extremis, non dicitur viuus nec mortuus. l. qui duos. ff. de manumiss. testa. cũ igitur in teste memoria & sciẽtia esse debeat, l. quidam tabulatum. ff. de fur. nimirum si ei non
24 creditur. Bos. in d. trac. in tit. de ind. num. 189. † talis enim oppressus mortis timore similis est mortuo. l. iubemus post principium C. de testa. Paul. de Castro in consil. 366. colum. 2. Socin. in consil. 229. nume. 7. Item † pro mortuo haberi debet, qui est propinquus
25 morti. l. pen. ff de milit. testa. Marsi. in §. restat. num. 12. nam vt quotidie docet experientia, constituti in articulo mortis adeò cruciantur timore & dolore mortis, quòd sunt alieni abomni intellectu, & non sunt compotes mentis, & ideò nimirum si fides ei
26 præstanda non venit ad effectum quæstionis, † cùm hic articulus mortis non sit in multa cõsideratione secundùm Bos. in d. titu. de indicijs. num. 186.

Quartò in terminis nostris ita concludunt Roman. & Nicol. de Neapol. in dicto §. si quis moriens. Ange. sibi contrarius in dicta l. 2. C. de calum. Ias. in dicta l. j. ff. de eo, per quem fac. erit. in l. de die. in prin. in quarta colum. versi. ad istam regulam. ff. qui satisda. cogan. & in l. j. in fin. C. comm. de lega. Et ratio est, secundum Bal. in d. §. vasalli. in fine, quia non omnis, qui moritur est S. Ioannes, adeò quòd sibi credendum sit. Ang. in dicto trac. crimin. in verb. qui iudex ad probationem, colu. 2. & ibi Arim in add. Alexand. in cita. con. 14 colum 2. Bertr. in consi. 22. colum. 2. in princ. volum. j. & in consil. 189. col. j. volu. eod. Marsi. etiam sibi repugnans in consi. 16. num. 14. Gramma. in consil. 42. num. 7. in consil. 57. num. 14. & in consil. 70. nume 8. Brun. in tract. de ind. & tort. in 3. q. 1. par. num. 16. Petr. G. in sing. 57. Paris de Puteo in trac. synd. in verb. tortura, l' vltimo, in c officialis, colu. 3. Foller. in pract. sua crimin. in verb. ad defensam. num. 89. Marc. Ant Blanc. in tract. de ind. num. 393. Cassan. in consil. 58. num. 18. Gand in tract. suo crim. sub rubri. an pax facta, in versic. sed pone quòd quidam. Afflic. in const. regn. in const. terminum vitæ. num. 46. Bonif. Vital. in tracta. crim. in titu. de insultu, num. 17. Lancel. Corad. in praxi sua in 3. §. de officio præto. in causis crimin. num 29. versicul. decimò adde. Plot. in d verb. indicium ad inquisitionem. Grat. in consil. 42. nume. 2. volum. & Carer. in rep. lege secunda. §. 30. num. 124. & fol. 153. num. 357. C. quo appel non recip.

Non obstant quæ adducta fuerunt in contrarium: quia primò ad dictum Ang. & sequacium fundamentum fieri non potest, cum ipse sit sibi contrarius, vt suprà ostensum fuit, & melius loquutus fuerit in d. l. 2. quàm in dicto §. si quis moriens, vbi loquutus fuit sine lege & ratione secundùm Alexand. in cita. consi. 14. colum. 2. Gramma. vbi suprà, & con-
* tra Angel. ita distinctè loquentem * communem esse opinionem asserit Gram. in cita. con. 57 num. 14.

Secundo respondeti potest, quòd dictum Ange. saluari posset vbi cõcurrerent alia secundùm Parid. de Puteo. vbi suprà. Gram. in allega. consi. 58. num. 15. vt quia inquisitus esset inimicus percussi. Carer. in pract. sua crimin. in princ. num. 124. circa fi.

Secundò non obstat quod dictum fuit per Marsi. de confessionibus factis per constitutum in articulo mortis: quia respondetur, quòd confessiones de quibus suprà possunt ipsi confitenti præiudicare & eius heredi, non autem tertio, vt omnes concludunt in d. §. si quis moriens, vbi si iudex moriens dixit se talem tulisse sententiam falsam, vel testis dicat se falsum deposuisse, huiusmodi dicta non præiudicant
* tertijs. Alexand. in l. sciendum. col. 12. ff. de verb oblig. vbi asserit hanc esse * communem. quem sequitur Alcia. in tract. de præsump. in 3. reg. præsump. 4. Fel. in c literas, col. 4. in fin. præsump.

Pariter

Pariter non obstat, quòd text. in d. § si quis moriens, debeat intelligi quò ad plenam probationem, non autem quo ad indiciũ: quia respondetur, quòd Marsˑ malè loquitur: quia indicium est pars probationis, minus tamen semiplena. Ideò si ei non creditur, & si est remota probatio generaliter, similiter &
27 indicium, quod est species probationis, † cùm remoto genere, remoueatur & quælibet eius species. l. fundi. §. fin. ff. de fund. instruct. Brun. in d. tract. de ind. & tort. in q 3. j. part. num. 26.

Vltimò non obstat, quòd multa conceduntur vt delicta puniantur, & veritas habeatur: quia respondetur, quòd nunquam conceditur à iure quòd quis
28 posit deponere in facto proprio, & pro exequenda eius opinione, vt sibi aliqualiter credatur. † & testis deponens de gestis à se, deponit ad beneficium & vtilitatem alterius, & non sui ipsius, vt in casu nostro: nam falsum est quòd eius dictum plenè probet sine alijs adminiculis, iuxta Castren. in l. quicunque. C. de seru. fugit. Iasˑ in l. j. §. si absens. ff. si ex noxa. cau. aga. & Blanc. vt suprà numero 393.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXXVIII.

1 *Indulgentiæ concessæ per Legatum, secundùm communem finita eius legatione non expirant.*

2 *Præfectus vrbis, qui est temporalis, potest in perpetuum quem priuare officio aduocationis.*

3 *Licentia data per Episcopum clerico veniendi ad studium, & secum dispensauit per septennium, per mortem Episcopi non expirat.*

4 *Gratia non expirat per mortem concedentis.*

5 *Episcopus si dedit licentiam subdito suo à quocunque vellet Episcopo recipere ordinationem, per mortem Episcopi non expirat.*

6 *Sententia aliqua generaliter prolata sub conditione, nulla præcedente cognitione, secundùm communem per mortem proferentis expirat.*

7 *Sententia excommunicationis si iniecit vinculum tempore prolationis, & illud est momentaneum, durat vltra tempus proferentis.*

8 *Excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus post mortem ipsius.*

9 *Iudex quando condemnat aliquem aduocatum causa cognita ne possit aduocare & per sententiam diffinitiuam, in perpetuum non poterit aduocare, secus si condemnat per interlocutoriam: quia prohibitio non extenditur vltra tempus officij sui.*

10 *Interlocutoria quæ fertur summatim & extra ordinem, tanti non debet esse effectus, quanti est diffinitiua, quæ fertur cum magna solennitate.*

11 *Magistratus si interdicit alicui ne exerceat talem artem ob suum defectum, tollitur hoc interdictum seu prohibitio, si est successiua finito magistratu.*

12 *Episcopus concedens alicui licentiam eligendi confessorem, mortuo vel reuocato Episcopo extinguitur.*

13 *Prohibitio quando fit extra ordinem censetur temporalis, secus quando per viam iudicij & causa cognita quia perpetua.*

16 *Legatus de latere si ponit in aliqua ecclesia interdictũ nec exprimat pro quanto tempore, reuocata legatione, non durat interdictum.*

15 *Legatus ponens aliquem ad confinia non conditionaliter per viam diffinitiuæ sed ex mera sua voluntate, reuocata legatione, expirant confinia.*

16 *Iudex ponens aliquem ad confinia duratura arbitrio suo sine tamen cognitione, illa non durant vltra tempus officij sui.*

17 *Commissio facta per iudicem nuntio vel executori de mittendo aliquem in possessionẽ, expirat morte committentis, vel finito eius officio.*

18 *Beneficia latissimè debent interpretari.*

19 *Odia restringi debent.*

CONSILIVM XXXVIII.

COncessum fuit feudum Saliceti magnif. do. Aledramo Tauolæ pro vita sua tantùm, qui in dicto loco proclamata pœnalia publicari fecit: eóque mortuo Antonius Sabeouetus processatus fuit ex eo quòd contrauenit vni ex capitibus pœnalibus dictarum proclamationum: denuóque condemnatus fuit in pœna scutorum 50. ad formam dictæ proclamationis, à qua condemnatione appellauit. Modò dubitatur, an potuerit condemnari dictus appellans, attento quòd dominus Aledramus iam mortuus erat tempore, quo assertum delictum dicitur commissum. Prima facie dicendum videretur, quòd condemnari potuerit in dicta pœna, non obstante quòd mortuus fuerit dictus quondam dominus Aledramus. Et
1 primò ex decisione glossˑ in c. fin. de offi. lega. † vbi indulgentiæ per legatum concessæ, non expirant per finem ipsius legationis, & cum glossˑ ibi conuenit Abb. colu. pen. versic. nunc venio, vbi dicit illam
* glosˑ * communiter approbatam & multùm notandam ad probandum, quòd indulgentia vel priuilegium concessum à Prælato durat in perpetuum, dummodò habeat actum successiuum. & mouetur
2 glosˑ per text. in l. j. §. fin. de offi. præfec. vrb. vbi præfectus vrbis, † qui est temporalis, potest in perpetuum quem priuare officio aduocationis. Istud enim voluerunt Innocen. in c. quod translationem circa fin. de offi. lega. Abba. in c. penul. nume. 10. de cler. non resid. & Gondisˑ Villadic. in tract. de lega. q. 16. nume. 21. ergo idem dicere debemus in casu nostro, quòd dicta proclamata sint perpetua, quamuis mortuus fuerit dictus quondam dominus Aledramus.

Secundò confirmatur ista opinio per glossˑ in c.
3 cum ex eo, de elec. in 6. vbi si † Episcpus dedit licentiam clerico veniendi ad studium, & dispensauit secum per septennium, per mortem Episcopi non expirat licentia, nec eam sine causa reuocare potest. quam glossˑ sequitur Abba. in d. c. fin. colum. 2. de offi. lega. & in c. penul. nume. 10. de cler. non resid. Gondisˑ vbi suprà num. 21. Franc. in d. c. cum ex eo, colum. 2. in ver. in eadem glossˑ vbi post Arch. dicit quòd talis dispensatio non expirat per mortem concedentis, nec etiam successor Episcopi poterit illam reuocare, secundùm Io. Andr. & Geminia. ibi Oldr. in con. 203. in 3. q.

Tertiò accedit quod not. Franc. in c. licèt canon. §. is etiam. colum. j. in ver. 3. nota, de elec. in 6. vbi ait,
4 quòd dispensatio, † quæ dicitur gratia, non expirat per mortem concedentis, secundum Arch. & Ioan. Andr. hoc etiam tenuit Gem. ibi. in §. super residentia ver. quæro an si fiat.

5 Quartò probatur hæc sententia, nam si † Episcopus dedit licentiam subdito suo vt valeat à quocunque Episcopo recipere ordinationem, licentia hęc non expirat per mortem Episcopi: ita Gul. quem sequitur Imol. in cle fin. de elec. & Gondisˑ vbi supra nume. 25. vbi declarat Bald. in l. certarum. §. fin. ff. de mil testa. qui voluit quòd expirato officio expirat reseruatio.

Sed præmissis non obstantibus contraria sententia in casu præsenti est de iure verior. Et ad di-
* cendum moueor primò ex * communi opinione,
6 quæ habet, † quòd quotiens sententia aliqua generaliter profertur sub conditione, nulla præcedente cognitione, illa expirat per mortem proferentis, vt probatur per glossˑ in c. à nobis, il j. de sentent. ex-

commun. vbi si Episcopus tulit sententiam excommunicationis sub conditione, puta, quicunque futurum fecerit, sit excommunicatus, non durat hæc sententia vltra tempus proferentis, nisi successor eam confirmet, & illam gloss. ibi sequuntur Abb. &
7 Fel. dicentes, † quòd si sententia excommunicationis iniecit vinculum tempore proferentis, & vinculum est momentaneum, ea durat vltra tempus proferentis. exemplum in excommunicatione vel publicatione bonorum, vt in c. vnico, de maio. &
8 obed. in 6. vbi † excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus post mortem ipsius. c. pastoralis. §. j. de offi. ord. Aut habet causam successiuam, & tunc, aut cum causæ cognitione sententia fuit lata, & durat effectus sententiæ, vt in l. j. C. de postul. aut sine causæ cognitione, & tunc non durat vltra tempus proferentis, vt in l. fi. ff. de pœn. Sed huiusmodi proclamata emanata fuerunt sine causæ cognitione, & nulla præcedente sententia diffinitiua, sed est quædam interloquutoria dicta proclamatio, ergo non durauit per mortem d. dom. Aledrami. Idem voluit Abb. in c. fin. colum. penul. de off. lega. & in c. pen. de cler. non resid. nume. 10. Gundis. vbi supra nume. 22. quod tamen intellige quantum ad effectum producendum de futuro, si enim durante (inquit Gundis.) legatione aliquis incurrisset excommunicationem, non expiraret nec tolleretur illa excommunicatio per hoc, quòd expiraret postea iurisdictio legati, sed opus esset absolutione, vt etiam per add. ad Abb. in c. ex literis, in litera q. de constit. Spec. in tit. de lega. §. superest. colum. 11. versic. sed nunquam potest. Arch. in c. Salonitanæ. colu. fin. ver. in ea gloss. 03. distinct Inno. in c. quo ad translationem, circa fin. de offi. lega.

Secundò facit, quod voluit Bart. in l. j. C. de po-
9 stul. vbi dicit, quòd quando † iudex condemnat aliquem aduocatum causa cognita, ne possit aduocare, & per sententiam diffinitiuam, quòd perpetuò non poterit esse aduocatus. Aut condemnat per interlocutoriam, & tunc non extenditur prohibitio vltra tempus sui officij. Et ratio differentiæ inter vnum casum & alium ponit ibi Bald. colum. 1. quæ est, quia interlocutoria potius pertinet ad authoritatem interloquentis, & ad tuendam eius dignitatem, quàm pertineat ad ordinariam pœnam. arg. l. interlocutio. l. proclama. & l. fin. C. comm. vel
10 Episcopis: † quia cùm ista interlocutoria feratur summatim & extra ordinem, non debet esse tanti effectus seu tantæ efficaciæ, quantæ est diffinitiua, quæ fertur cum magna solennitate. & subdit quòd
* ista ratio * cõmuniter approbatur, & Bald. sequitur Fel. in c. ex literis, colum 8. ver. cæterum, de constit.

Tertiò confirmatur huiusmodi conclusio ex di-
11 ctis per Bartol. in l. fin. ff. de pœnis, vbi † si magistratus interdicit alicui ob suum defectum ne exerceat talem artem, tollitur hoc interdictum seu prohibitio ipso facto, finito magistratu, & hoc quando pœna est successiua. Abb. in c. penul. nu. 10. de cler. non resid. in c. ex literis, de constit. secundùm communem intellectum d. l. fin. & ibi Fel. in dicta col. 8.
* ver. cæterum. vbi ait * omnes ita tenere. Gundis. vbi suprà num. 23. Imol. in l. fundi. in fin. ff. de acqui. pos. Spec. in tit. de lega. §. superest. colum. 11. versi. sed nunquid potest.

Quartò accedit quod voluit Abb. in c. fin. colum. pen. in fin. cum principio sequentis, de off. lega. vbi
12 determinat, † quòd si Episcopus simpliciter mihi dedit licentiam eligendi confessorem, quòd ipsa extinguitur mortuo vel reuocato Episcopo. quia non potest Episcopus in perpetuum dare istam licentiam cum præiudicio ecclesiæ parochialis sine causæ cognitione & consilio sui capituli, cùm esset irrogare præiudicium ecclesiæ parochiali. & subdit quòd aliàs ita in facto respondit, & ita esse tenendum in alijs licentijs, quę nõ possunt cõcedi sine causę cognitione.

Quintò corroboratur hæc opinio ex dictis per Bald. in L. & puto. §. 1. ff. de postul. quem sequitur Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. in princ. de pœnis, vbi con-
13 cludit, † quòd quando prohibitio fit extra ordinem censetur temporalis, secus quando per viam iudicij & causa cognita: quia perpetua, quod tamen dicit intelligendum quãdo prohibitio esset propter malum seu propter crimen.

Sextò facit quod notant Bald. & Castren. in l. j. C.
14 de postul. vbi tradit, quòd † si Legatus de Latere ponit in aliqua ecclesia interdictum, nec exprimat tempus, quòd reuocata legatione non durat interdictum, cùm illud magis accedat interlocutorię quàm
15 diffinitiuæ, cùm sit reuocabile, † & quòd si legatus ponit aliquem ad confinia ex mera sua authoritate non cognitionaliter per viam diffinitiuæ quòd statim per eius reuocationem expirant confinia.

Septimò pro ista sententia facit quod voluit Bal.
16 in l. fin. in 6 quæst. C. de contr. emp. vbi ait, † quòd si iudex ponit aliquem ad confinia duratura arbitrio suo, nec dicit successorum suorum, quòd dicta confinia non durant vltra tempus istius iudicis, sine cognitione data fuerunt: quia interlocutoria malè lata est, & ideo non sequenda per suum successorem.

Vltimò accedit, quod scribunt Ang. Imol. & Alex.
17 in l. fundi. ff. de acquir. pos. vbi dicũt, † quòd si iudex commisit nũtio vel executori de capiendo aliquem aut demittendo in possessionem, quòd expirat officium nuntij morte cõmittentis, vel lapsu temporis præfinito, si commissio facta fuerit absq; causæ cognitione, vt aliquando fit in Tuscia: quia viso instrumento guarantigiæ iudex dat licentiam capiendi debitorem ex forma statuti, reseruatis defensionibus: quia tunc executor id facere non potest finito officio, quasi sit finita virtus interlocutoriæ. l. j. de postul. l. fi. ff. de pœnis, & subdit, quòd Perusi. practicatur, quòd semper petatur renouatio licentiæ. & sententiã Ang. etiã amplectitur Cacialup. in l. more. nu. 34. ff. de iurisd. om. iud. vbi dicit, quòd licẽtia data per diffinitiuã sententiam seu interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, & cum causæ cognitione, non indiget reuocatione, per d. l. j. C. de postul. & bonum text. in lucrum. §. ex facto vbi successori. ff. de mino. secus si per interlocutoriam sine causæ cognitione: quia tunc licentia nõ durat finito eius officio.

Non obstãt quæ ex aduerso allegata fuerunt: quia vnico verbo ad omnia respondetur, quòd illa pro-
18 cedunt in beneficijs † quæ latissimè interpretari debent. l. fin. de constit. princ. c. cùm olim, de verb. sign. & in fauorabilibus, quæ extendenda sunt, & non re-
19 stringenda, sed nos sumus in pœnalibus & odiosis, † quæ omnino restringi debent. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. Ita in terminis nostris respondent Inn. in c. quo ad translationem circa fin. de offi. lega. Abba. in cap. penult. de cler. non resid. & Gundis. vbi suprà nume. 22. & ideo nimirum, si virtus dictarum pœnarum expirat remoto vel mortuo iudice vel domino, qui dicta proclamata fecit.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XXXIX.

1 *Legitima patris in bonis filij est quarta eius pars quam habiturus esset ab intestato in bonis eius, contrà numer. 4.*

2 *Legitima filiorum in bonis patris si sunt quatuor, est triens: si plures sunt, dimidia.*

3 *Pater & filij correlatiua sunt.*

4 *Dispositum in vno ex correlatiuis censetur etiam dispositum in alio vbi in omnibus est eadem ratio.*

5 *Lex magis adaptatur ad ea quæ frequentiùs accidunt.*

6 *Rusticus si pactus est cum domino fundi detrahendo quartam partem fructuum vinearum, quas in fundo plantabit, tenetur etiam dare quartam partem fructuum de arboribus, quas plantabit.*

7 *Declaratio ad §. hoc obseruando, in auth. de trien. & semisse. coll. 3.*

8 *Pater grauatus fideicommisso cõditionali quartas duas detrahere potest, legitimam vide licèt & trebellianicam, secundùm vnam opinionem, sed contrà secundum alteram, quam sequitur author.*

9 Filius

9 *Filius grauatus onere fideicomm. paterni & conditionalis quartas duas detrahere potest.*

10 *Priuilegiũ concessum descendentibus, non extenditur ad ascendentes.*

11 *Sex centum sunt casus in quibus alia est causa filiorũ, & alia ascendentium.*

12 *Successio & legitima liberis in bonis ascendentiũ voto parentum & naturali iure debentur, sed ascendentibus in bonis liberorum miserationis gratia & ratione pietatis de iure ciuili.*

13 *Filio si est iniunctum fideicommissum post mortẽ, intelligitur secundum cõmunem sub conditione, si decesserit sine filijs, secus si parentibus à filijs sit iniunctum fideicommissum post mortem.*

14 *Legitima ascendentibus inuitis assignari potest in pecunia, secus in legitima descendentium.*

15 *Liberi transmittunt ad filios suos querelam non præparatam, secus in parentibus.*

16 *Ascendentes possunt testari inter liberos coram duob. testibus, sed non liberi.*

17 *Pater si alienat bona in fraudem filiorum, & is in quẽ facta est alienatio de fraude participet, reuocatio competit filio vsq; ad legitimam, secus si filius alienet in fraudem ascendentium.*

18 *Filius licèt hæreditatem paternam repudiatam reuocare possit infra triennium, hæreditarijs rebus non distractis, tamen secus est in parente, qui hæreditatem filij repudiatam reuocare non poterit.*

19 *Consuetudo Bulgari, quòd vsusfructus relictus vxori filijs institutis restringatur ad alimenta, non habet locum institutis ascendentibus.*

20 *Declaratio ad legem, nam etsi parentibus. ff. de inoffi. testa.*

21 *Fructus percepti per ascendentẽ grauatum secundum communem ei imputantur in trebellianicam.*

22 *Imò etiam in legitimam.*

23 *Fructus percepti per filios primi gradus secundũ communem non imputantur eis in trebellianicam.*

24 *Legitima non minuitur per legata facta ad pias causas.*

25 *Potentior est legitima legatis, cùm debeatur tãquam æs alienum.*

26 *Aes alienum omnia legata præcedit.*

27 *Legitima non sunt priuandi filij propter piam causam.*

28 *Instituere qui vult ecclesiam, et filium exhæredare, alium quærat pro consilio quàm Augustinum.*

29 *Legitimæ maior fauor debetur, quàm piæ causæ.*

CONSILIVM XXXIX.

QVatuor sunt in præsenti cõsultatione discutienda, quorum primum est, an legitima debita magnifico do. Marco Antonio Palanicino, in bonis quondam magnifici do. Aledrami eius filij, quæ est quota bonorum, & non hereditatis, vt per Bart. in l. ex facto in versic. iſtud displiceat. ff. de hæred. instit. Iaſ. in auth. nouissima. num. 3. C. de inof. testa. Alexan. in consil. 132. in fi. vol. 6. & Bereng. in l. in quartam. nu. 114. & 116. ff. ad l. fal. vbi citat * hanc esse * communem, † quòd sit hodie quarta pars vel triens: in quo prima facie dicendum videtur legitimam ipsam esse quartam partem, l. cùm quæritur. C. de inoff. testa. §. fi. vbi glo. instit. eo. tit. quia ea in patre immutata non videtur, licèt secus in filijs, † quia si sunt quatuor, eorũ legitima est triens, si plures dimidia, §. j. in auth. de trien. & semiſ col. 3. Barto. in l. quotiens. ff. de hære. instit. Affl. decis. 76. in prin. & hoc propter rationem argumenti positam in d. §. j. & per Rub. Alexan. in l. pater filium, num. 146. ff. de inoff. testa & hoc, ne plurium filiorum cõcursu pauperes efficiantur, qui idonei patre viuente vixerunt: quæ ratio nõ militat in parentibus, quorum numerus crescere non potest. Vnde, cùm in ipso parente cessare videatur ratio, de qua in d. §. j. meritò cessare debet ipsius dispositio, l. adigere §. quamuis. ff. de iure patro. c. cùm cessante. de appella. Alexan. in consil. 20. num. 6. vol. j. Nec habet obstare, quòd patri ita de- 3 betur triens sicut filijs: quia † pater & filij sunt correlatiua, Iaſ. in auth. nouissima. colum. 11. versic. & pro 4 ista. C. de inoff. testa. † in quibus dispositum in vno, censetur dispositum in altero, l. fi. C. de indic. iud. tol. Alexand. in consil. 131. num. 20. volum. 5. Quia respondetur, quòd regula prædicta locum sibi vendicat, vbi in omnibus esset eadem ratio, per quam semper ampliatur vel restringitur decisio, l. milites agrum. ff. de re milit. Aret. in l. si filius qui. in princ colum. 4. ver. 2. de vulg. & pup. Crot. in l. re coniuncti. colum. penult. de lega. 3. doct. in rubr. ff. de acquir poſſ. sed hìc non militat in omnibus eadem ratio, vt suprà dictum fuit, igitur. &c. Pariter nõ habet obstare tex. in §. j. versic. hoc obseruando. in d. authen. de trien. & semiſ. vbi id, quod disponitur in filijs, locum etiam habet in omnibus personis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est, quæ querela ita competebat patri contra filiorum testamenta, sicut filijs contra testamenta paterna, l. j. §. nã si parentibus ff. de inoff. test quia respondetur, quòd cùm dictus versiculus generaliter loquatur, coarctandus venit per rationem, de qua suprà, l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de legat. 2. ita in terminis nostris dixit Io. Coraſ. in l. filium quem habentem. nu. 183. C. fam. ercis.

Quibus non obstantibus, contraria sententia tan quam de iure verior, & quam ferè omnes interpretes amplectuntur, tenenda est: vt in primis voluit glo. in verb. omnibus. in d. §. j. in d. authen. de trien. & semiſ. glo. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & in §. igitur. in auth. de non eligen. secundo nub. col. 2. Bar. Bald. Angel & Cuma in l. si à milite. §. fin. de mil. testa. Gul. Odofr. Bald. Saly. & cęteri in d. auth. nouissima. Bald. in consil. 350. in fin. volum. 4. Bart. in l. nam & si parentib. quam legit. cum l. pater filium. ff. de inoffi. testa. Paul. de Caſtro in conſ. 253. col. 2. versic. in quarto casu. Alexand. in conſ. 197. num. 4. volum. 6. Fulg. in consilio 35. & 55. Angel. à Gambel. in tract. de testa. glo. 92. Crot. in l. re coniuncti. numero 130. de lega. 3. Alexand. in l. in ratione. §. quod vulgò. columna 8. ff. * ad l. fal. vbi asserit hanc * communem. Craue. in consilio 116. in vltim. dub. Barba. in l. cùm acutiſsimi, numero 57. C. de fideicommiſ. Rub. Alexand. in l. Titia cum testamento. §. Imperator. num. 26. ff. de lega. 2. & hanc esse receptam doct. sententiam fasi sunt Crot. in d. l. re coniuncti. numero 137. ver. vult ergo. Iaſ. in d. authentic. nouissima. colum. 10. ver. sum in tertia parte gloſſ. vbi etiam subdit, quòd temerarium esset ab hac sententia recedere. Barth. de Hucio. in tracta. quartarum. num. 3. Roland. in tracta. vltim. volunt. rubric. 19. numero 5. Rub. Alex. in l. pater filium. in vltim. not. ff. de inoff. testa. Politus in d. l. filium quem habentem. & Coraſ. ibi numero 33. Berengar. in l. in quartam. numero 33. ver. 4. 85. & 162. vbi dicit clariſſima & vna voce omnium ita decisum esse. & Alexand. in conſ. 146. in fin. volum. j. & in conſ. 168. num. 12. volum. 7. vbi ait, hanc esse magis receptam docto. sententiam.

Non obstat, quòd ratio argumenti, de qua in d. §. j. non militet in parentibus: quia primo respondetur, non esse incõueniens, quòd titulus de trien. & semiſ. 5 loquatur solùm de legitima filiorũ: quia † illud est ratione frequẽtię, quia magis occurrit frequenter tractari de legitima filiorum, quàm parentum, vel collateralium, arg. gloſ. in l. j. C. de rap. virg. vbi ille text. imponit pœnam viro rapienti mulierem, & gloſ. ibi dicit, idem in muliere rapiente virum: & refert ibi Ang. Florentiæ fuiſſe combustam quandam mulierem, quæ rapuerat quẽdam iuuenem, & ideo tex. ibi potiùs locutus fuit de viro, quia hoc erat magis frequentatum in viro quàm in fœmina. text. in cap. j. §. si quis rusticus. de pac. tenenda in vsibus feud. vbi punitur rusticus deferens arma, & de non rusticis

nihil disponitur expresse,& tamen docto. ibi dicunt idem de non rusticis,nec mirũ,si ille tex. potius prohibuit in rusticis, quàm in alijs: quia magis frequentatur in rusticis, facit elegans dictum Specu. in titu.
6 de loca. §. j. quasi in princ. vbi inquit, † Rusticus pactus est cum domino fundi, vt teneatur dare quartam partem fructuum vinearũ,quas in fundo plantabit ipsi domino, de arboribus verò quas plãtauit, nihil fuit expressum: decidit quòd nihilominus idẽ erit.& ideo de vineis fuit expressum:quia magis consueuerat plantare vineas. Rub. Alexand. in l. filium. numero 48.

7 Secundò respondetur,† quòd text.in d.§. hoc obseruãdo, loquitur de omnibus personis, & sic etiam de parentibus, vt ibi per glo.in verb. in omnib. & Alex. in d. l. in ratione. §. quod vulgò,col. 8. vbi dicit, quòd licèt secundum communem aucta sit legitima ascendentium,quod illud ideo est, quia text. hoc expresse induxit de iure nouissimo in d.auth.de trien. & semis.§.j.ver.hoc obseruando.id etiã tenuit Bertr. in cons.19.col.fin.volu.j.dicitur enim in d.ver. quòd illis quoque personis auctam legitimam intelligendum est,quibus veteri iure querela competebat. Sed nulli dubium est, quòd parentibus querela competebat,vt dictum fuit,igitur,&c.

Vlteriùs respondetur secundum Bering. in d. l. in quartam.nu.162.quòd licèt tibi fortè durum videatur aut difficile, quòd aliquis tot parentes relinquere possit,cùm natura vno patre & vna matre sit contenta, tamen quòd recedere non debes à sententia, de qua suprà, cùm quis possit habere duos auos ex patre,& duos ex matre,quæ legitimam habent patre & matre prædefunctis, & supereſſe possunt quatuor proaui ex linea paterna, & totidem ex linea materna,licèt rarissimè plures; quatuor ascendentes legitimam petere possint.

Non obstat, quòd ratio correlatiuorum non habet locum nisi vbi est omnimoda ratio:quia respondetur, omnimodam esse rationem, si bene considerentur verba,l.nam & si parentib.ff.de inoff.testa.vbi non minus piè parentibus quàm liberis relinqui debet, per dictum versiculum, hoc obseruando, vt per Fab.in d.auth.nouissima num.40.

Similiter nõ obstat,quòd dict⁹ versiculus,hoc obseruando restringi debet per rationem d. §. primi de trien.& semis.quia respondetur,quòd imò generaliter intelligi debet,vt per glo.ibi in verb.omnibus.ac doct.in locis suprà citatis.

Vlterius ista opinio probari videtur per text. in d. l.nam & si parentib.vbi sic formaliter loquitur legislator: nam & si parentibus non debeatur filiorum hæreditas propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis,non minùs parentibus quàm liberis piè relinqui debet, quæ verba non minus piè, nihil aliud significant, nisi quendam instinctum naturæ, l. matris pietas. C. qui pet.tuto.l.scripto. in fin.ff. vnde lib. dum dicit,miserationis gratia, quæ etiam est instinctus naturæ,l.fi. C.de custo. reo. Cùm igitur in l.ipsa dicatur, quòd non minus piè relinqui debet patri quàm filio, vt excludatur à querela, succedit, quòd isti duo casus æquiparantur à lege antiqua, lex enim noua disponens in vno casu, habet locum in altero, quæ regula de plano procedit, vt in casu de quo agitur, quia parificatio fit à lege antiqua in illis terminis præcisis, in quibus lex noua corrigens loquitur, quo casu illa regula defenditur à Matthæs.in suo tracta.extensio. col.2. quem sequitur Ias. in d. auth. nouissima.col.12.ver.tamen quia istud.

Circa secundum articulũ prima facie dicendum
8 videtur, † quòd dictus dominus Marcus Antonius grauatus onere fideicommissi conditionalis, à filio duas quartas detrahere possit, sicut potest fili⁹ secundum communem opinionẽ,de qua in l.quanquam, C.ad l.Fal.& in l.Papinianus.§.meminisse.ff. de inof. test.& de cuius articuli veritate latè aliàs dixi in con. meo 12.in j.volum. num.8. Quibus scriptis addo Picum in d.l.in quartam.num.284.& Rui.nu.31. Bertr. in consil.21.num.volum.j.consilio 139.nume.4. & in consil.201.colum.2.volu.eod. Laur.in l.in fideicommissaria.num.61.ad treb.Idem Bertr. in consilio 144.

* columna j.volum.3. & hanc* communem esse fassi sunt Polit. in l. filium quem habentem. numero 135. & Coras.num.71.Fabia.in dicta auth.nouissima.numero 242.Curt.Iun.in l.j.num.5 C.de pactis.Berenga.in d. l. in quartam. nu.325. vbi dicit ita tenendum esse in consulendo,iudicando,& in legendo: & quòd ita per vniuersum orbem seruatur, Gozad. in l. qui se patris.num.191.C.vnde lib. quam etiam vti magis communem amplectitur Bertr.consilio 129.numero 4.volu.2.si ergo filius potest hoc facere, vtique & pater,quoniam inter patrem & filium, qui sunt correlatiui:Ias.in d.auth.nouissima.colum 10.dispositum in vno,censetur dispositum in alio,l. fi.vbi Ias. C.de indic.iudi.tol.Et ideo nos videmus,quòd sicut filius habet legitimam in bonis patris, ita etiam pater in bonis filij,d.l.nam & si parentibus,l.scripto,in fin.ff. vnde lib.Item, quòd sicut legitima filiorum est aucta,ita & parentum,vt latè dictum fuit. Similiter videmus, quòd sicut in legitima filiorum nullũ onus apponi potest,l.quoniam in prioribus.C.de inof.testa. ita nec in legitima ascendentium. Bereng. in d. l. in quartam.nume.87.Pariter dicitur, quòd sicuti liberi agunt contra donationem inofficiosam,l.j.& 2. C.de inoffi.dona.eodem modo parentes contra immensam donationem liberorum agere possunt, per quam legitima minui possit, l.filius. C.de inoff.dona. vbi glo. & doct. Item sicuti in liberis suis hæredibus hæreditas iacens non reperitur,glo.in l.cùm hæreditas.C.de posth.si post mortẽ.ff. de lega.j.ita quando ascendentes succedunt liberis,qui erant sui. quia non poterit dari hæreditas iacens, l. si seruus communis meus.§.j. ff.de stipul.seruorum. vbi Ang. not. Videmus etiam dispositionem.§.aliud quoque capitulum. in auth. vt cùm de app.cog. colla.8. qua cauetur filijs legitimam titulo honorabiliori institutionis esse dandam,locum etiam habere in parentibus, quibus simili iure relinquenda est: quod non nisi,& quadam similitudine (licèt cautum non sit expressè) extenditur.Docto. in d.auth. nouissima.& ibi Ias. col.10.vbi inquit,hanc esse communem,prout & faciunt Rub.in d.l.pater filium. nume.50.Coras.in d.l. filium quem.num.193.licèt teneat contrarium Politus ibi num.170. Bereng. in dicta l. in quartam.num. 190.Ballio.de Nobil. in authen. ex causa. num. 64. C. de liber.præter.Barb.in l.cùm acutissimi. num. 51.& 59.C.de fideicommis.Laur. in d. l. in fideicommissaria.num.71.

Et ne illotis manib. in terminis nostris pertranseamus,ita dixerunt Ang.& Cuma.in l.si à milite.§ fi. ff.de milit.testa.Bereng in d. l.in quartam. num.333. Laur.in d.l.in fideicommissaria. num. 69. Crot. in l. qui Romæ.§.duo fratres. num.80. ff. de verb. oblig. Rub.Alexan.in l.Titia.§. Imperator.nu.26. de lega.2. in d.l.pater filium.nu.48.Barb.in c.Raynutius.char. pen. de testa. Politus in d. l. filium quem habentem. nume.170.Hier. Zan.in disputatione sua exordiente in sacro Pontificis & Cæsaris consistorio in 3.dub.de quo facit mentionem Bertr.in consi.suo 139. num.4. vol.j.& hanc esse communem dixit Crot.in l.re coniuncti. nume. 174.de lega.3. quem sequitur Craue.in cons.110.in j.colum.

Verùm præmissis non obstantib. altera sententia est de iure verior, quòd imò non nisi vnam detrahere possit,vt voluit Bal.in d.l. si à milite.§ fi. quem sequitur Alexan. in l.in ratione.§. quod vulgò, colum. 8.ver. potest dubitari. ff.ad l.Fal.quia tex. in ca. Ray-
9 naldus.& in c. Raynutius. in quibus disponitur,† filium grauatum sub cõditione posse detrahere duas quartas,videlicet legitimam,& trebellianicã, corrigunt ius ciuile,secundum communem, ergo nõ debent extendi ex identitate rationis, per ea quæ not. in auth.quas actiones.C de sacrosanct.eccles.item,&
10 quia † quæ in materia stricta seu in priuilegium conceduntur descẽdentibus,non extenduntur ad ascendentes.l.filiusfa.ff.ad l.fal.rursus Alexan.in addit.ad Barto.in l iubemus.C.ad trebel.& in l filiusfam.col. 2.ff.ad l.Fal.Ias.in authen. nouissima.numero 42. C. de inoff.testa.l.generaliter §.cùm authent.in 7.limitatione.C.de instit.& substit. in d. l. filium quem habentem.nu.9.Galiaul.in l.Centurio.nu.4.ff.de vulg. & pup.vbi inquit dictum Bal.singulare,Ioan.Garro.

in authen.

in auth.ex testamento.num.27.C.de secund.nupt. vbi refert aliàs ita consuluisse,vt in cons.54.Politus in d.l.filium quem habentem.num.141.Bertr.in consil. 19.colum.fi.volum.j. vbi inquit hanc partem veriorem.Rub.Alexan.in l.pater filium. num.48. ff. de inoff.test. Picus in l.Titia.§. Titia cum nuberet. nu. 56. versi.secundò facit.ff. de lega.2. & in d.l. in quartam. num.285.vbi ait,hoc dictum quotidianum, & de pane lucrando.Berenga.nu.95. vbi citat hanc esse* communem.Io.Coras.in dict. l.filium quem habentem. nu.77.per nota.Bald.in d.l.si à milite. §. fi. cui creberrimè reliqui adstipulantur.Goza.in d.l.qui se patris. num.191.

Non obstant modò quę in contrariũ allegata fuerunt: quoniã respondetur quòd licèt in multis conueniant pater & filius, tamen multæ & quàm plurimæ dantur differentiæ,ex quibus magis communiter apparet istã æquiparationem nõ veram.Ita Ias.in d.auth.nouissima.colum.11.ver.confirmo. & Coras. 11 in d.l.filium quem habentẽ.nu.183.vbi tradit,†quòd in sex centum casibus videmus aliam esse causam fi- 12 liorum,& aliam ascendentium.Hinc videmus† successionem & legitimam liberis in bonis ascendentium,voto parentum,& naturali iure deberi,d.l.scripto,in fi.l.cum ratio. ff. de bon.dam. Sed ascendentibus in bonis liberorum legitimam, & successionem deberi miserationis gratia,& pietatis ratione de iure ciuili,d.l.nam si parentibus.

13 Secundò differũt,†quoniam si filio iniunctum est fideicommissum post mortem, intelligitur cõditio si decesserit sine filijs,l. cùm auus. ff. de cond. & demon.l.cùm acutissimi.C.de fideicom.secus si parentibus à filijs sit iniunctum fideicõmissum post mortem:quia conditio ipsa non intelligitur, Bart.in d.l. * cum auus.quem *communiter ibi sequuntur Doct. Ang.Alber.Alex.& Ias.in l.generaliter. §. cùm autem. C.de instit.& substit.Bereng.in d.l.in quartam. nu.99. Imol.in l.ex facto.§.si quis rogatus,& ibi Ripa nu. 55. ff.ad treb.Gozad.in l.qui se patris num. 197. C.vnde lib.& hanc esse communem attestatur in duobus locis Socin.in d.l.cum auus. colum.3.ver.iudi.& col.4. ver.eandem partem.

14 Tertiò accedit alia differentia,† nã ascendentium legitima potest eis inuitis assignari in pecunia, secus in legitima descendentium.ita Bald.in c. si pater. vbi Franc. col.8.de testa.in 6.quia ascẽdentibus debetur de iure positiuo, & filijs iure naturæ, secundum Bal. in l.j.§.ius naturale. ff. de iust. & iur. sequitur R pa in l.in quartam.nu.127.& Bereng.nu.58.

15 Quarta est differentia,† quia liberi transmittunt ad liberos querelam non præparatã.l.si quis filium. l.scimus.§.fin.C.de inoff.testa. sed parentes aduersus filiorum testamenta non. Ang.in d.l.nam & si parentibus. quem sequuntur Ias.in d.l. si quis filium. Bereng.in d.l.in quartam nu.101. & Gozad.in d.l.qui se patris.num.194.

16 Quintò differunt,† nam ascendentes possunt testari inter liberos coram duobus testibus, l.hac consultissima. §.ex imperfecto. C. de testa. l.filij. l.quoticiens C.fam.ercis.secus est in liberis.Bald.& Sal.in l. fi.C.fam.ercis.Ias.in d.auth.nouissima.num. 43.Alexand.in d.§.ex imperfecto.Picus in l.Titia.§.Titia cũ nuberet.numero 57.versi.quartò facit.ff.de lega. 2.& * Gozad.vbi suprà num.196. vbi asserit hanc esse*communem.

17 Sextò etiam demonstratur,† quia si pater alienat bona in fraudem filiorum, & is, in quem facta est alienatio,de fraude participet, reuocatio competit filio vsq; ad legitimam, Annib. in l. post contractum. num.55. ff. de dona. secus si filius alienet in fraudem ascendentium. Bart.in l.j.§.non vsquam.ff. si quis à paren. fue. manu. Ias.in d.auth. nouissima. num.48. Bereng.in d.l. in quartam.num.96.Rub.in d.l. pater filium.nume.48.Picus in d.§.Titia cum nuberet.nu. 57.Gozad.vbi suprà.num.192.

Hinc etiam dixit Bald. & sic erit septima differentia in l.si emancipati.C de colla.quem sequitur Alex. & Gozad.vbi suprà.num.193. quòd quando filij succedunt ascẽdentibus,est locus collationi,secus econtrà,quando pater succedit descendentibus,quia lege non cauetur.

Accedit similiter quod voluit Bald.in l.fi. C. de re- 18 pud.hæred.vbi dicit,† quòd licèt filius hæreditatem paternam repudiatam reuocare possit hæreditarijs reb. non distractis infra triẽnium, d.l. fi.tamen non sic erit in parente, qui hæreditatem filij repudiatam reuocare non poterit. Sequitur Gozad. in d.l. qui se patris.nu.198.& ista erit 8.differentia.

Sequitur & nona, quam ponit Alexan. in consi.57. 19 colum.j.volum.3.vbi inquit,† quòd consuetudo Bulgari,quæ habet, quòd vsustructus relictus vxori filijs institutis restringitur ad alimenta, non habet locum institutis ascendentibus,ratio etenim secundũ patres prædictos est, quia nõ tãtùm debetur hæreditas filiorum patribus, quantum hæreditas parẽtum filijs, cùm parentum hæreditas sit debita liberis ex debito ordine naturæ, & ex voto eorum, hæreditas autem filiorum secus, cùm solùm miserationis gratia sit debita parentibus ordine turbato, d.l.scripto. Socin.in d.l.cùm auus.colum.3.vers.vidi articulum. Vnde cùm non sit par ratio inter vnum & alium, nimirum, si disposita in filijs, locum non habent in 20 parentibus.Nec obstat † d.l.nam & si parentibus.vbi lex parificat patrem & filium in vicissitudinarijs successionibus, sed filijs grauatis sub conditione dãtur duæ quartæ,ergo & idem in parentibus:quia respondetur,quòd parificatio ipsa procedit, vt vtrisque debeantur non minùs piè relinqui, sed non vt procedat quantum ad titulum, & modum relinquendi & succedẽdi:aliàs si ita simpliciter intelligeretur,sequeretur, quòd mortuo filio, superstite patre & filio, quòd pariter pater admitteretur cũ nepote filio defuncti, quod est falsum: quia auus excluditur à nepote filio defuncti, & nunquam is admittitur, nisi exclusò nepote,l pater filium.l filio.§.j.ff.de inoff.testa. Prima enim causa successionis est de descendentib. exclusis ascendentibus,§.j.instit.de hæred.quæ ab intesta.& sic non est eadem ratio.ita Gozad.in d.l. qui se patris.num.189.

Ad tertium articulum condescendo,in quo omissis filateralibus,& stãte dicta communi opinione,de qua 21 in præcedenti articulo,breuiter concludo,† fructus perceptos per d. dom. Marcum Antonium ei imputandos esse, & imputari debere in dictam quartam, l.filius fa.vbi Bart.& alij.ff. ad l. fal.l.in fideicommissaria.vbi Bartol.in j.colum. ff. ad trebel. Alexand.ibi colum.4.versi.addit etiam Bartol.vbi dicit hanc esse **communem,& Ripa num.31.versi.4.intellige. Matthæus in d.l.filium quem habentem. num.72. Alexan. in l.cohæredi.§.cum filiæ.colum. 3.ff.de vulg.& pup. in d.l.ratione.§.quòd vulgò.colum.8.Berenga. in d.l. in quartam.numero 98 Picus ibi num.285. vbi dicit, fructus prædictos non tantùm imputandos esse parentibus primi gradus in falcidiam vel trebellianicam, 22 sed etiam legitimam,vt voluit Bal.in c. si pater. de testa.in 6.sequitur Alexand. in d.l.filius fa. col.2.& in d.l.in quartam.num.285. quia ascendentibus non debetur nisi vna quarta tantùm, & tamen fructus computantur in illam, Ripa in d.l.in fideicommissaria.nu.43. Et ex ista conclusione etiam resultat alia differentia inter patrẽ & filium,quæ confert articu- 23 lo præcedenti:† quòd licèt in liberis primi gradus nõ imputentur fructus in quartam aliquam, l.quod de bonis.§.si auus.vbi doc.communiter.ff. ad l.fal. & de cuius veritate aliàs dixi in cons.30.in j.vol.tamen secus in parentibus.

Deuenio ad quartum,in quo non cõterendo tem- 24 pus,vbi non expedit,concludendum arbitror,† legitimam quoquo modo per legata facta ad pias causas non esse minuendam, l.quoniam, § sancimus. C. de inoff.testa.l. fin.§. & si præfatam.C.de iure delib.vbi dicitur, quòd prius detrahenda est legitima, quàm quòd legata præstentur,cum loco æris alieni habeatur,Alexan.in cons.175.col.j volu.6.Bereng in d.l.in quart.nu.118.vbi dicit, quòd ante legatorũ fideicommissorum solutionem legitima filiorũ debet detrahi,computabunturq; omnia legata, & fideicommissa ex reb. paternis relicta in cumulo patrimonij patris ad metiendã legit. mã: quoniã aliter daretur modus facilimus,quòd filij in legitima grauarẽtur contra l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. Fab.in auth.nouissima.nu.8.C.de inof. test. vbi legitima est

remota

remota ab omni onere legatorum, & per cõsequens à pœna, l.j.§.item si ita.& in l.Seius & Augerius. ff.ad
25 l.fal.† potior enim & potentior est legitima legatis, cùm debeatur tanquam æs alienum, Bal.in authent.
26 hoc amplius.in vltima oppo.C.de fideicom.† quod quidem æs alienum omnia legata præcedit, l.subsignatum.§.bona.ff.de verb.sign.Et in specie, quòd legitima non minuatur per legata ad pias causas facta, est tex.in c.quocunq; vult.15.quæst.vltim.gl.in verb. simili.in l.si quis ad declinandam. C.de epis. & cle.Alexan.in cons.45.col.pen.ver.quò ad quartam, vol.j. in consil.18.in princ.volu.4.Corn.in consil.148.col.j. volum.4.vbi de legitima reijcitur onus legatorum
27 factorum ad pias causas,† quia propter piam causam non sunt priuandi filij legitima, iuxta illud dictum
28 Augustini: † Qui vult instituere ecclesiam,& filium exhæredare, alium quærat pro consilio quàm Aug. 27.quæst.4.c.fi.nam in legitima magis fauetur filio, quàm ecclesiæ, per tex.in auth.si qua mulier.in versi. legitima nulli diminuta.& ibi Bald.& Salic. C.de sacrosan.eccl. Iason.in l.licèt.col.j. C.de pac.in tale pactũ. §.fi.col.3.ff.de pac.in l.si vnus.col.3.ver.tu considera. C.de testa.Fabia.in d.auth.nouissima.num.174 Bar. & Bal.in l. Papinianus. §.Imperator.ff. de inoff.testa. cùm legitima detrahatur vt æs alienum, Bald. in l.2. ad fi.C.de lib.præter.Bertr.cons.76. col.2. vol.j.cons. 120.num.2.vol.eod.cons.173. nu.34.vol.3.& in cons. 83.num.5.vol.eo.Rui.in cons.58.num.13.volu.2.& in cons.140.col.fin. vol.5.Ferd.Loaz.in l.filiusfa.§. diui. num.24. de lega.j. Bereng. in d.l.in quartam. nu.118.
29 & 167.vbi dicit, † quòd favor legitimæ maior est, quàm favor piæ causæ,& vltimæ voluntatis. Dec.in cons.81.in princ.in cons.218. col.2. cons.269.col.pen. & in multis alijs consilijs, quæ non transcribo. Soci. in consil.j.col.2 vol.4. si ergo in legitima debita filijs ea prius detrahi debet, quàm legata, ergo idem dicendum de legitima debita patri in bonis filij, cùm contrarium cautum esse nõ reperiatur. Vnde ex his omnibus concludendum esse arbitror, legitimam d.do.Marci fore trientem, ipsumq; tanquam grauatum onere fideicommissi conditionalis non posse deducere duas quartas, sed vnã tantùm, in qua computandi erunt fructus per eũ percepti, legitimamq; ipsius minui nõ posse per legata facta ad pias causas.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XL.

1 *Vasallus mortuo domino tenetur infra annũ & diem recognoscere successorem, et ei offerre iuramentũ fidelitatis, & similiter idem facere tenetur vasallus agnatus per mortem vasalli vltimo loco defuncti.*

2 *Vasallus ingratus erga dominum suum, feudum amittere debet.*

3 *Inuestituræ renouationem petere, est quidam quasi census deuotionis, & cognitionis, qui debet præstari domino: & qui si omittatur, facit rem incidere in commissum.*

4 *Feudum applicatur domino etiam in præiudicium agnatorum, si vasallus infra annum & diem inuestituram non petijt à domino directo, sed contrà num. 15.cum sequentib.*

5 *Tempus anni & diei statutum vasallo ad petendum renouationem inuestituræ, non currit nisi à die scientiæ.*

6 *Scientiam & non ignorantiam vult lex obligari.*

7 *Culpam vbi notat lex, non currit nisi à die scientiæ.*

8 *Annus & dies statutus ad petendum renouationem inuestituræ, à principio est vtilis, & post scientiam continuus.*

9 *Lex vel statutum quando præfigit tempus, & dubitatur an currat ignoranti, attendi debet, an requiratur factum hominis & mora, & tunc non currit ignoranti.*

10 *Alleganti, hæredes vasalli præmortui fore priuatos feudo propter renouationem non petitam intra tempus legale, incumbit onus probandi, quòd terminus anni & diei est lapsus post tempus aditæ hæreditatis, sed contrà num.sequenti.*

11 *Tempus petendæ recognitionis inuestituræ non currit vasallo, si dominus mortuus non habet hæredem.*

12 *Minori 25 annis, quamuis maiori 14, licèt currat annus & dies ad petendam inuestituram, tamẽ datur restitutio in integrum secundum communem aduersus lapsum dicti temporis.*

13 *Restitutio in integrum non conceditur minori 25 annis aduersus terminum anni & diei, si habet curatorem, contra quem agere possit, & sit soluendo: sed contrà, vt in sequentibus.*

14 *Instãtia si perijt culpa tutoris vel curatoris, primò debet haberi recursus per minorem cõtra tutorem vel curatorem, & si non est soluendo, tunc restituitur aduersus lapsum dictæ instantiæ.*

15 *Vasallus qui non petijt inuestituram infra annum & diem, excusatur, si fecit diligentiam in recuperãdo feudum à tertio possessore.*

16 *Vasallus vt priuetur feudo, requiritur dolus.*

17 *Fraus nulla inter dominum & vasallum interuenire debet.*

18 *Caducitas, quæ causatur per lapsum temporis anni et diei, censetur iniqua atq; odiosa.*

19 *Qui nititur ex tempore, dicitur etiam niti ex circunuentione temporis.*

20 *Feudum in regno Siciliæ non perditur, quamuis vasallus ex ignorantia fortè iuris non petierit inuestituram infra annum & diem, secus si ex contemptu Principis.*

21 *Rex est munificus & liberalis.*

CONSILIVM XL.

1 VIgaris est decisio, † quòd mortuo domino directo, tenetur vasallus infra annum & diem, à morte d.dom. renouationem inuestituræ petere ab eius successore, & debitum iuramentum fidelitatis ei exhibere, aliàs priuatur feudo. Idemq; si domino superstite vasallus moriatur, tenetur filius vèl agnatus intra dictum tempus idem facere, aliàs cadit à feudo, text. est apertus, vbi not.omnes in ca.j.in princ.quæ sit prima cau. benef. amit.doct. in c.j.quo tempore miles.Alexan.in cons.
* 79.num.24.volum.j.& istam esse * communem conclusionem firmant Curt.Iun. in tract.feud.in 4.par. in 23.causa amissionis feudi,& Clar. in §.feudum.q. 49.Et ratio est, quia deficiente vasallo ab huiusmodi petitione & exhibitione redditur ingratus erga do-
2 minum suum, † & ideò ex causa dictæ ingratitudinis feudum amittit, d.c.j.in princ. quæ sit prima cau.benef. amit. Itẽ & alia ratio est, quia petere renouatio-
3 nem inuestituræ, est quidam quasi census deuotionis & recognitionis, qui debet præstari domino: qui si omittatur, facit incidere rem in commissum, ita Bal.singulariter in l.j.in 4.quæst.ff.de rer.diuis.Iason. in consil.64.colum.4.in princ.volu.3. & in cons.117.col. penult.in princip.vol. 4.Cur.& Clar. vbi suprà. Et in tantum à scribentibus hoc recipitur, quòd purgatio moræ non admittitur, teste Bal.in d.c.j.col.2.in prin. quo tempore miles.vbi Laud.dicit hoc bene notandum.Alexan.in consil. 40.col.j. volum. 6.Iacob.de S. Georgio in inuest.feud.in verb.qui quidem inuesti-ti,col.9.in fin.versic.nunc est videndum. & Clar.vbi suprà, quod sanè intelligendum venit domino volente, iuxta glo.in l.fi.in fin.C.de iur. emph. Iacob. in loco suprà citato.Alexan. in allega.cons.79. num.24. versi.non dico.Ruin.cons.2. num.5. volum.j. Soci.in cons.66.colum.antepen.versic tertiò dico, volum. 3. Dec. in consil.144.colum.pen. Iason.in consi.64.colum.

3.in

3.in fin.volum.3.& in consi.117.num.4.volu.4. Quibus
4 stantibus videtur dicendum, † quòd magnificus dominus Anselmus de Rubein hæres & agnatus quondam magnifici domini Hieronymi Rubei, qui renouationem inuestiturę non petijt, nec iuramentum fidelitatis exhibuit domino directo ipsius feudi pro bonis feudalibus Castri veteris, bona ipsa amiserit, iuxta text.& not.per docto.in d.c.j. quo tempore miles, & in alijs locis suprà citatis, ipsaq; reuersa fuerint ad d.dominum directum, nedum in præiudicium ipsius domini Anselmi, verùm etiam & aliorum agnatorũ, vt per Odofr.in summa, sub rub. ad quos feu.reuer.quando amit.quem sequitur Bal. in c.j. colum.2. si vasal. feu. priue.vers.& potest poni. Alexan.in consi.30.colum.5.vers.non obstat, volum. j.consil.10.colum.2.in fin.volum.3.& in cons.2.num. 11.volum.5. Paul.de Castr.in l.adoptiuum. §. patronum, col.2.de in ius vocan. Iacob.de S.Georg. in inuest.feudal.in verb. Qui quidem inuestiti, col.2.cum seq. versi.rursus quæro, vbi inquit, secundum hanc opinionem fuisse iudicatum in sacris audientijs, in ciuitate Taurino iam longissimo tempore fluxo, ipso consulente in causa ardua. Pract. Papiens. in for. libel.quo agitur ad reuoca. feud. in ver. nec superstitib.col.9 vers.tertio casu Dec.in consi.144.numero 5.
* Cur.Sen.in cons.47.colum.pen.in fin.& hanc *communem esse dixit Ana.in consil 32.in 2.dub.quam & ibi in addit.suis sequitur Bologn. quoniam quando culpa, propter quam vasallus priuatur feudo, respicit offensam domini, vt in casu nostro, feudum reuertitur ad dominum,& non ad agnatos.

Sed præmissis non obstantibus, contrarium est de iure verius, quòd dominus Anselmus per dominum directum admittẽdus venit ad huiusmodi recognitionem, & iuramentum fidelitatis per eũ pollicitum & oblatum: quoniam in iure certissimum
5 est, † quòd tempus anni & diei, statutum vasallo ad petendam dictam recognitionẽ à domino, & ad sibi præstandum iuramentum fidelitatis, ei non currit,
* nisi à die scientiæ, vt est glo.* communiter approbata in c.j.in verb.annum.quo tempore miles. quia lex
6 dicit, † quòd vult sciẽtiam, & non ignorantiam obligari, l.obligari.C de decurio.lib.10.c.2.de constit.in
7 6.Item † vbi lex notat culpam, annus non currit nisi à die scientiæ, Ioan. Andr.in c. de seruorum, de seru. non ordi. Alexan.in consi.79.colum.fi.vol.j.in consi. 4.colum.2.vol.6 Bal.in cons.361. vol.3.Ias.in consilio 74.col.4.vol.3.Clar.in §.feudum q.49. vers.scies etiam.† quoniam iste annus & dies est vtilis à principio, & post scientiam continuus, teste Præpos.in c.j.
8 col.3.quo tempore miles. vbi asserit hanc esse *communem.Moder.in consuet.Parisien.feu.ca.j.gl.7.nu. 4.Iacob.de S.Georg.in inuest.feud.in verb.Qui quidem inuestiti, colum.11.versic.vnum tamen notetis. vbi inquit, quòd si quis ignoraret, rem esse feudalem, & non peteret inuestituram infra annum & diem, non debet priuari feudo: quia æquitas consuetudinis feudorum hoc casu non conseruat eum illæsum à pœna priuationis, vt per Bal.in l.fin. C. si pen. appel. mors interue. sequitur Rui. in cons.11. num.5. volu.j.& Præpos.in c.j.in fin.principij, quæ sit prima cau.benef.amit.vers.quæro quid sit vasallus. probatur etiam per Alexan.in d.cons.40.colum.2.numero 6.vbi ait, quòd dictum tempus non currit ignoran-
9 ti: quia quando † lex vel statutum prefigit tempus,& dubitatur,an currat ignoranti, quòd inter cętera attendi debet,an requiratur factũ hominis & mora,& tunc non currit ignoranti, Bal.in d.l.quamdiu. Imo
10 plus voluit Bald.in c.j.de capitul.Conra.† quòd allegãs hæredes vasalli præmortui, fore priuatos feudo propter lapsum dicti temporis, habet necesse demonstrare, quòd termin⁹ anni & diei est lapsus post tempus aditæ hæreditatis, per l. primam. C. si vt se absti. ab hære.& similiter, quòd lapsum sit dictum tempus à die scientiæ: quia ignorantia præsumitur, l.verius. ff de proba. sequitur Alexand. in consilio 79. colum. fin.in princ.volum.4.Ias.in allegato consil.64.col.4. in fin.& Moder.vbi suprà Præpos.etiam vbi suprà in versi.quæro quæ dicunt.& Ruin.in citat.consil.j. nu. 5.sed istud vltimum pro nunc non affirmo, cùm reperiam Bal.sibijpsi aduersari, vt in consilio 361. volu. 3.vbi inquit, quòd non requiritur aditio hæreditatis: quia agnatus succedit in feudo etiã repudiata hęreditate vniuersali: quia satis est, quòd sit hæres in rẽ certa, id est, hæres feudalis, nam si requireretur aditio ipsa hæreditatis, sequeretur, quòd vasallus nõ teneretur ad fidelitatem nisi esset hæres. quod tamen
11 est falsum. † Et ideo concludit, quòd tempus istud statutum à lege currit à die scientiæ & potentiæ, si dominus habet hæredem, aliàs interim non currit, argumen.l.Labeo.ff.de naut.fœno. quia nõ est, cui offeratur iuramentũ, & à quo petatur inuestitura. idem tenuit Clar. sed non memor Baldi in d. consil. suprà citato. Cùm igitur in terminis nostris d. dom. Anselmus non habuerit scientiam, quòd bona castri veteris, pro quibus nunc petit recognitionem inuestituræ, & pollicetur iuramentum fidelitatis si essent feudalia, prout in dubio præsumitur, sequitur quòd in casu nostro, vbi requiritur factum hominis, id est, petitio inuestituræ & mora, quòd alio non probato in contrariũ per dominum directum ipse dominus Anselmus non ceciderit à beneficio dictorum bonorum, sed omnino per ipsum dominum admittẽdus sit ad ipsam recognitionem, & præstationem iuramenti dictæ fidelitatis, iuxta formam capituli primi de noua forma fidelitatis, & alteri⁹ capituli primi de veteri forma fidelitatis. Fortiùs voluit Alex. in dicto consil.79. quòd non currit dictum tempus, nisi à die scientiæ, scilicet, postquam sciuerit naturam concessionis feudalis, iuxta not.in c.j. de capit. Conra.

Secundò dicitur, quòd etiã dato (sed non permisso) quod lapsum fuisset tẽpus dicti anni, & diei præfixi a lege feudali dicto domino Anselmo, & ipse sciuisset bona esse feudalia, † quòd saltem venit restituendus
12 in integrum aduersus dictum tempus ex capite, quia minor 25 annis, quamuis maior 14 iuxta not.per glo. Iacob.de Beluis Iser.Alua.præpos.& Moder. in capitulo primo. §. præterea si quis, per illum tex.de prohi.feud. alie. per Feder. vbi dicunt Bald.& Alua. quòd vsque ad vigesimum nonum annum potest peti huiusmodi restitutio, licèt quis regulariter teneatur recognitionem petere infra annũ & diem, Doct.in d c.j.quo tempore miles. Affl.in c.j.in princ. num.14.quæ sit prima causa benef.amit. Et ratio est secundum scribẽtes, quia eo ipso, quòd vasallus minor viginti quinque annis non petijt inuestituram infra dictum tempus, est læsus, ergo restituendus l. interdum de mino. Iacob.de S. Georg. in inuest. sua, in verb. Qui quidem inuestiti, colum.11.vers. sed ponamus, quòd minor. Zas.in tract.feud.in 7.part.nu. 8.Cur.in tract feud.in 4.par.in 23.causa priuationis,
* & hanc esse *communem dixit Alexan. in consil.79. col.pen.volum.j Bru.in consil.100.& Clar. vbi suprà qu. 49.vers.sed quæro pone & Ruin. in d.consilio 1.num.6.

13 Nec habet obstare, quòd restitutio ipsi concedenda non veniat d.dom.Anselmo, ex eo, quòd habebat curatorem, qui passus est labi tempus dicti anni & diei, & contra quem agere potest, cùm sit soluendo,
14 iuxta not.in l.properandum. §. fin. C. de iud. † vbi interpit instantia culpa tutoris vel curatoris, primò debet haberi recursus contra tutorem vel curatorem, & si non est soluẽdo, restituitur aduersus lapsum dictæ instantiæ: quia respondetur, quòd imò restitui debet, etiamsi læsus sit facto tutoris vel curatoris, absque quòd prius agat contra eos, l.etiam qui. §.j. de mino.glo.& Bal.in l.fin. C. si tutor vel curator interuen. Affl.in constitutio.Regn.in constitu.minorum, numero 19. Nec obstat tex. in d. §. fi. quia respondent Bald.& Affl. vbi suprà, quòd speciale est in illo casu, vt prius agatur contra tutorem vel curatorem, antequam agatur ad restitutionem in integrum aduersus lapsum instantiæ, & in terminis nostris dixerunt Iser. Præpos. & Affl.in d. §. præterea si quis, quòd minor ipso iure seruabitur illæsus per l. si curatorem. C. de in integr. restit.

Tertiò dicitur, quòd respectu massaritij ad villetum & alterius ad colonum, nulli dubium est, quòd nullum currit tempus ipsi domino Anselmo prò dicta renouatione & præstatione iuramenti fidelitatis, nisi à quatuor mẽsibus citra, in quib. illa auocauit à tertio possessore, mediante ministerio sui curatoris,

quia

quia in eo non potest dari aliquis dolus, minusq; ascribi aliqua culpa, quæ sibi possit imputari, vt per Paul.de Castro in consil.158.col.2.in princ. ver. sed in contrarium, secundum antiquam impressionem. Ancha.in cons.6.Præpos.in cap.j.col.2.ver.sed quid si hæres.quo tempore miles. Alexand. in cons.11.in fin. volum.5.Paris.in consil.23.num.226.volum.j dixi in consil.18.num.8.vol j. Felin. in c.ex transmissa.col.j. de præscrip.Zucard.in l.j.nu.47.C.de pact.vbi†vasallus, qui non petijt inuestituram infra annũ & diem excusatur, si non petijt renouationem in tempore à lege præfixo,si tamẽ fecit diligentiam in recuperando feudum à tertio possessore.† quia in eo nõ est dolus,qui tamen requiritur ad amissionem feudi propter nõ petitam inuestituram in tempore,vt est textus in c.j.§ fi.vbi Bald. de prohi.feud. alie. per Lotharium.& Ias.in cons.64.colum.4. verfic. primo requiritur.volum.3.Et ratio ista secundum text.in d.c. fin. quia†inter dominum & vasallum nulla fraus, nec quoduis malum ingenium debet interuenire. Vnde ex prædictis clarè resultare videtur, quòd dictus dominus Anselmus admittendus veniat ad dictam recognitionem & præstationem iuramenti fidelitatis ratione ignorantiæ præallegatæ, quæ eum excusare videtur,iuxta superius dicta. Vel saltem, quòd tanquam læsus veniat restituendus in integrum aduersus huiusmodi lapsum, & tantò magis id dicendum venit,cùm†caducitas ipsa, quæ per lapsum dicti temporis causatur,odiosa atq; iniqua censeatur, eò quia, †qui nititur ex tempore, dicitur niti ex circunuentione temporis,& sic ex remedio rigoroso & odioso, vt est text.in §.volumus.in auth.de his qui ingred.de appel.col.5.Et ideo dicunt Iser.Laud.& Præpos.in c.j. quo tempore miles.Ias.in consil.64.colum 4.volu.3. & in cons.117. col.pen. vol 4.†quòd in regno Siciliæ non perditur feudum, quamuis vasallus non petierit inuestituram infra annum& diem,ex ignorantia fortè iuris, secus si faceret ex contemptu Principis, qui Rex est munificus & liberalis,l. Imperialis C. de nup.Et ratio istius munificẽtiæ esse potest illa de qua suprà,quia ille,qui nititur ex tempore,dicitur niti ex quadam circunuentione.

Non obstant modò quæ in contrarium allegata fuerunt: quia breuiter respondetur, quòd ea procedere possent, vbi parte domini directi probatũ fuisset,dominum Anselmum habuisse scientiam, quòd inter bona quę successerũt magnifico quondam do. Hieronymo,& de quib.nũc agitur,fuissent feudalia: quia tunc verum est, quod propter non petitam inuestituram infra annum & diem, priuandus esset dictis bonis feudalibus, si fuisset maior 25.annis, per ea,quæ suprà scripta fuerunt.Item & quòd ea locum habere non possunt stante minoritate ipsius domini Anselmi,propter quam veniret restituendus aduersus lapsum dicti temporis,vt per Alexan.in cons. 79. col.pen.vol.j.& alios suprà citatos.

Vlterius dicitur: quòd præsuppositio, quod d. dominus Anselmus propter lapsum dicti temporis priuandus esset dictis bonis feudalibus,tamen quòd illa non venirent.applicanda dicto domino directo, sed agnatis, qui cõparuerunt corã domino directo, & abeo petierunt se inuestiri de dictis bonis feudalibus quatenus eis priuãdus esset prædictus dominus Anselmus ob lapsum dicti temporis legalis,vt voluerunt Iser.in d.§. prætereà si quis.in verb. redderet. & ibi Laud.in fin.Alua.col.j.in ver. redeat. Lau. in c.j.§. fi.col.fi. ver.existentibus.quæ sit prima cau. benef. amit.vbi etiam Præpos.col.4.in prin. vers.solutio tex. nostri.vbi ambo dicũt, hoc esse bene notandũ. Alua. etiã ibi in conclusione 20.Iser.col.fi.& Affl.col. 2.Iser. in c.j.in princ.quo tempore miles.Alua.ibi col.fi.ver. quid si.& Præpos. col.pen. ver.quæro ad quem. Cur. sen.in consi.49. col.71.versi. sentiẽtes aduersarij, dixi aliàs & latè in consil.64.num.30.cum seq.vol.2.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XLI.

1 *Actore non probante reus debet absolui.*

2 *Agens temerè in expensis, debet condemnari.*

3 *Verba ex iustis titulis, apposita in libello, denotãt proprietatem.*

4 *Probatio antiquioris possessionis sufficit in remedio c. reintegrandæ.*

5 *Conclusio libelli, in qua requiritur reos conuentos condemnari ad restitutionem rerũ respicit petitorium, secus si ad restitutionem possessionis rei.*

6 *Aliud enim est res, & aliud possessio.*

7 *Possessorium nõ intentatur ratione fructuum, sed petitorium.*

8 *Possessorium et petitorium censetur intentatum, si libellans in fine addidit illam clausulam generalem, quæ in libellis communiter apponi solet, petens sibi ius & iustitiam ministrari.*

9 *Vsufructuarium si quis in libello se narret, & in ipsius conclusione fundi dominum se asserat, petendo sibi ius & iustitiam ministrari, obtinere debet, licèt non probet se dominum, sed vsufructuarium.*

10 *Conclusio licèt aliàs attendi debeat, & non narratio, tamen virtute clausulæ, petens sibi ius & iustitiam ministrari, narrata attendi debent, et super his probatio fieri.*

11 *Interdictum possessorium reintegrandæ non competit ei, qui cecidit à possessione ex aliqua iusta causa vel culpa sua.*

12 *Interdictũ reintegrandæ non datur contra titulo possidentem, nisi agẽs allegauerit & capitulauerit aduersarios possidere clàm vel precariò respectu sua antiquioris possessionis.*

13 *Possessio iunior præsumitur vitiosa & clandestina.*

14 *Actor præsumitur sine iusta causa à possessione cecidisse, nisi contrarium probetur.*

15 *Narratio & conclusio, quæ sufficiat in remedio reintegrandæ.*

16 *Limitata causa limitatum producere debet effectum.*

17 *Proprietas & si in narratione libelli deducta sit, ea tamen non vitiat libellum in possessorio, nec ampliat vires eius, vt proprietas deducta videatur: quia attendi debet medium concludendi.*

18 *Præcedentia declarant sequentia.*

19 *Narratio spolij si facta fuit in libello, & conclusio ad rem, possessorium intentatum esse videtur.*

20 *Verbum rem restitui, vt saluetur libellus, intelligitur, quòd ad possessionem.*

21 *Verba impropriantur pro saluatione libellorum.*

22 *Petitorium merum tunc dicitur intentatum, quando narrata respiciunt solum petitorium, & conclusio sit rem restitui: secus si narrata respiciant tam petitorium quàm possessorium, & conclusio esset rem restitui: quia tunc dicitur esse intentatum possessorium.*

23 *Conclusio supplicationis & rescripti delegatorij, si contineat, quòd iudex habeat declarare, ad monasterium pertinere petias terræ, quas reperiret fuisse monasterij, & per Abbatem, monachos & conuentum dicti monasterij possessas, verbum pertinere, verificabitur etiam in solo possessorio, seu iure pertinente ratione possessionis.*

24 *Prosequuta attendi debent.*

25 *Possessorium licèt intentauerint actores, si tamẽ postea prosequuti fuerint petitorium, sentẽtia (non obstante petitione) ferenda erit super prosequutis & probatis.*

26 *Clausula, petens ius & iustitiam administrari, adaptatur ad omne remedium, quod ex facto narrato elici potest.*

27 *Libellus*

27 *Libellus generalis declarari potest per positiones postea factas.*

28 *Clausula, non se astringens, operatur vt sufficiat probare illam partem narratorum, quæ sufficiat ad causam.*

29 *Clausula petens sibi ius & iustitiam ministrari, operatur, vt actor obtinere debeat omni meliori modo & via, quæ quocunq; modo ex narratis & deductis colligi potest.*

30 *Pupillus non potest contrahere.*

31 *Titulus nullus habetur pro non titulo.*

32 *Paria sunt non facere, vel facere, sed nulliter.*

33 *Venditio facta à pupillo vel minore contra dispositionẽ iuris communis vel municipalis in tantum est nulla, quòd in ea locum nõ habet statutum admittens consanguineum ad retractum oblato pretio.*

34 *Contractus gestus à minore, tutore authore de rebus immobilibus, non seruata solennitate iuris communis, est nullus.*

35 *Remedium reintegrandæ, datur cõtra ementem à minore vigintiquinque annis, habente curatorem ob non seruatam solennitatem requisitam à statuto.*

36 *Fructus pertinent, ad quem dominium pertinet.*

CONSILIVM XLI.

HAbita cõgrua & matura deliberatione super omnibus, quæ in præsenti processu continentur, videtur prima fronte dicendum, No. Michaẽlẽ Dagnam non debere obtinere in hoc iudicio possessorio per eum intentato aduersus fratres de Rolleto: quoniã ex ipsius lectura apparet, ipsum intentasse petitorium contra dictos conuentus pro consecutione ædificiorũ & prædiorum, de quibus in actis, non autem possessorium reintegrandæ, & tamen non constat eum probasse necessaria pro victoria ipsius causæ, quo casu militare
1 videtur † regula, l. qui accusare. C. de eden. & l. actor
2 quod asseuerat. C. de prob. l. ei qui. ff. eo. † quòd actore non probante, reus debet absolui. h.t similiter alia, l. cum quem temerè. ff. de iudi. quòd temerè agens, debet in expensis condemnari. Quòd autem petitorium intẽtatum fuerit, satis probari videtur ex narratione libelli, in quo dixit q. Io. eius patrem tempore eius vitæ, & ipsum post eius mortẽ tenuisse, & pos-
3 sedisse dicta bona ex iustis titulis, † quæ verba, ex iustis titulis, designant proprietatem, nam titulus non requiritur de substantia in remedio c. reintegrãdæ.
4 j. quæst. j. † sed tantùm probatio antiquioris possessionis, quæ posteà ad aduersarium peruenit, Alex. in
5 cons. 6. col. 2. in fin. vol. 3. Item † ex conclusione eiusdem libelli, dum requisiuit reos conuentos condẽmnari ad relaxationem & restitutionem dictarum rerum, quæ verba concernunt & respiciunt petitorium, teste Spec. in tit. de restit. spol. §. j. vers. & nota. ac Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de actio. & petitione. §. sequitur. vers. sed certè, in add. incip. dicunt simplices, vbi aiunt, quòd quando quis petit restitutionem possessionis rei, tunc agitur possessorio. Alex. in cons. 117. col. j. vol. 2. in cons. 159. col. j. vol. 5. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. pen. ff. de acqui. pos. Rui. in cons. 164. col. 3. in fi. vol. 5. Dec. in cons. 62. col. j. cum sequen. Iterum Alexand. in cons. 96. col. j. in fin.
6 † Nam aliud est res, & aliud possessio, l. si duo. §. fi. vti
7 pos. l. qui restituere. l. qui officiũ. ff. de rei vendi. Item & alio modo, dum petit reos condemnari ad restitutionem fructuum, † nam possessorium non intentatur ratione fructuum, sed petitorium, vt tradit Rui. in cita. cons. 164. colum. 3. ver. alia ratione. vbi inquit, quòd quando actor petit reos condemnari ad restitutionem fructuum, per hoc apparet, quòd fructus vendicantur: & sic pro illis intentatur petitorium: quia si ageretur possessorio, peteretur restitutio possessionis fructuum, & nõ restitutio fructuum: quia aliud est res, id est, fructꝰ, & aliud possessio rei & fructuum. Item dicitur, quòd si actor in libello narrauit respicientia petitorium, vt in casu nostro, & conclusionem fecerit in possessorio, licèt aliàs cõclusio ipsa attẽdi debeat. But. & Abba. in c. ex parte. de for. comp. Dec. in cons. 57. col. j. in cons. 62. col. j. & in cons. 188. in
8 princ. † tamen si libellans addidit in fine illam clausulam generalem, quæ in libellis communiter apponi solet, petens ius & iustitiam sibi ministrari, iuxta tex. in c. cum dilectus. de ord. cogn. circa principium, ibi, de quibus institiam sibi fieri postulabat, quòd vtrunq; possessorium & petitorium censetur intentatum: ita Cald. in d. c. cum dilectus. post Inno. vbi refert ita de facto cõsuluisse, quam decisionem notandam ibi dicit Abb. Ias. in d. §. nihil commune. col. fi. & ibi Bering. nu. 93. Accedit quod voluit ibi Rub. Alex.
9 nu. 119. ver. quartus & vltimus casus. vbi dicit, † quòd vbi quis in libello narrat se vsufructuarium, & in ipsius libelli conclusione se dominum fundi asserit, requirens super præmissis omnibus ius & iustitiam sibi ministrari: quòd licèt non probet se dominum,
10 sed vsufructuarium, obtinere debet: † quia licèt aliàs conclusio attendi debeat, l. certi conditio. vbi Ias. in prin. si cer. pet. & non narratio, tamen virtute dictæ clausulæ, etiã narrata attẽdi debent, & super his probatio fieri, Dec. in c. j. in j. notab. de off. delega.

Secundò dicitur, quòd etiam dato, quòd fuerit intentatum possessorium reintegrandæ per d. No. Michaẽlem, quòd in eo non potest obtinere: quoniam
* communi* calculo admitti, † cadẽti à possessione ex
11 aliqua iusta causa vel culpa sua, nõ competere remedium possessorium reintegrandæ. Inno. & alij in c. sæpe. de resti. spol. Soci. in l. rem quæ nobis de acqui. pos. Alexan. in cons. 90. col. 2. vol. 5. 103. col. 2 vol. 2. sed dictus actor cecidit à possessione dictorũ bonorum ex causa venditionis, ergo non debet audiri agendo dicto possessorio, & veniendo contra contractũ venditionis per eum celebratum.

12 Item ex alio capite succumbere debet, † quoniam dictum remedium fuit per actorem intentatũ contra dictos fratres cum titulo possidentes, absq; quòd allegauerit & capitulauerit eosdem possidere clàm vel precario respectu suæ antiquioris possessionis, quod equidem capitulandum & probandum erat iuxta not. per Bar. in l. si de eo. §. fi. ff. de acq. pos. Alex. in cons. 18. col. j. vol. 2. in cons. 89 col 2. in fi. vol. 5. Soc. in l. rem quæ nobis. in sexta quæst. in ver. notabis. ff. de acq. pos. vbi formaliter sic inquit: Notabis tamen, quòd quando intentabis hoc remedium cõtra titulo possidentem, vt semper alleges, & capitula facias, quòd aduersarius possidet à te clàm seu precariò respectu tuæ possessionis, iuxta not. per Bar. in d. §. fin. Ias. in cons. 21. col. j. vol. 3. Dec. in cons. 57. col. fin. Cur. Iun. in cons. 17. col. fi. ver. duodecimum. Rui. in cons. 56. nu. 3. vol. 4. in cons. 106. in fi. vol. 5. Neuiza. con. 79. nu. 12. & 68. nu. 16. Natta in con. 386. circa finem. Iacob. Menoc. in tract. de recuperan. poss. fo. 278. nu. 402.

Quibus tamen non obstantibus, contraria sententia est de iure verior, videlicet, quòd cùm tantum in casu præsenti fuerit intentatum remedium reintegrandę per actorem, quòd in eo obtinere debet: cùm probauerit per plures testes fide dignos & omni exceptione maiores, quòd ipse possedit bona, de quibus in causa, & similiter quondam eius pater, antequam possessio peruenerit ad dictos reos, quod sufficere videtur, vt quis obtineat in hoc remedio, Bal. in l. j. colum. pen. C. si à non comp. iud. Alex. in consil. 6. num. 4. vol. 3. & in consi. 103. in princ. volu. 7. Bru. in consil. 83. colum. j. in fin. Rui. in consi. 48. in princ. volu. 4. & in consil. sequen. in princ. vbi inquit, quòd eo ipso, quòd de antiquiori possessione actoris constat, & quòd alius de præsenti inueniatur possidere,
13 intentio actoris est fundata, † quoniam iunior possessio præsumitur vitiosa & clandestina, c. licèt causam. de probat. † & præsumitur actor sine iusta causa à possessione cecidisse, si contrarium non probetur, vt per Innoc. & alios communiter in ca. post electionem, de concess. præben. idem Ruin. in consil. 44. col.
* j. volu. eo. vbi asserit hanc esse * communem, quam secutus sum in consi. 6. num. 36. volum. 2. consilio 50. num. 4. & in consil. 72. in prin. volu. eo. Quòd autem possessorium reintegrandę fuit intentatum, constat

tam ex narratione libelli, quàm ex eius conclusione: ex narratione, quia dictũ fuit, quòd ipse No. Michaël tenebat, & possidebat non vi, nec clàm, nec precariò bona, de quibus suprà, quæ etiam eius parens tenuerat, tenuitq; & possedit, à quorum possessione sine vllo eius facto & culpa, & per nullas & iniustas causas cecidit, & illa occupant dicti de Rolletto. † nã hæc
15 narratio propriè conuenit volẽti gaudere remedio d.c. reintegrandæ. vt per doct. in locis de quibus suprà. Item & conclusione, vbi petit se restitui & reintegrari in & ad possessionem dictorum bonorum, restitutumq; tueri, quę conclusio secundum Alex. in cons. 117. vol. 2. & in cons. 169. col j. vol. 5. & Dec. in cita. cons. 62. col. j. conuenit propriè d. Michaëli possessorio reintegrandæ.

Non obstat, quę ex aduerso allegata fuerunt, nam primo argumento respondetur, negando in præsenti iudicio fuisse intẽtatum petitorium, imò merum possessorium reintegrandæ, cùm in libello dixerit, quòd tenuit & possedit bona, de quibus agitur, non vi, non clàm, nec precariò, & licet subiunxerit ex iustis titulis, tamen per hoc non dicitur deduxisse petitorium, sed dicta verba tantùm posita fuerunt ad hunc effectum, quòd possedit legitimè, & non ad a-
16 lium finem. Vnde † cùm limitatè appolita fuerint, non dicunt parere nisi limitatum effectum, & vltra non progredi, vt in simili dixit Alex. in consil. 96. nu. 5. volum. 5.

17 Secundò respondetur, † quòd & si in narratione libelli deducta esset proprietas, ea tamen non vitiat libellum in possessorio, nec ampliat vires libelli, vt proprietas deducta videatur: quia attendi debet medium concludẽdi, quod tendit ad possessoriũ. Butr. in c. fin. in 5. notab. de iudi. Alex. in cons. 117. col. j. ver. & licèt, vol. 2.

Nec obstat, quòd in conclusione libelli petijt actor reos cogi & condemnari ad restitutionem & relaxationem rerũ: quia aduertẽdum est, quod principaliter in dicta cõclusione petijt se restitui & reintegrari in & ad possessionem dictarum rerum, restitutumque tueri, & licèt in libello subdat, nominatosq; reos occupatores cõdemnari, & cogi ad relaxationem & restitutionem dictarum rerum, tamen ipsa verba
18 debent intelligi, † vt respondeant verbis præcedentibus, quæ declarant sequentia, l. quoties. C. fam. ercis. ad relaxationem & restitutionem ipsarũ rerum, quò ad possessionem, vt probatur ex nota. per Corn. in cons. 8. col. pen. in fi. ver. nec obstat. vol. j. vbi dicit, quod licèt conclusio libelli videatur tendere ad petitorium & possessorium, tamen responderi potest, quòd imò etiam specifica conclusio libelli potest adaptari ad possessorium, cùm petat actor cogi reum ad restituendum, & licèt subdat rem, & nõ dicat possessionem, tamen sustentatur: quia restituendo possessionem, venit & relaxatio ac restitutio rei, vt probatur in c. sedem. de restitu. spol. Accedit quod inquit
19 Affl. in decis. 77. nu. 7. † vbi dicit, in sacro Cons. dubitatum fuisse, si in libello narratur spolium, & posteà concludatur ad rem, an per hoc dicatur deductũ petitorium & possessorium, & refert, quòd licèt multi ex dominis dixerint, quòd est deductum petitorium & possessorium: quia in iudicio possessorio petitur solùm restitui possessio, vt in toto tit. de vi & vi arma. & aliud est restitutio rei, aliud possessionis, tamẽ quòd conclusum fuit, quòd si narretur spoliatio, & concludatur ad restituendũ rẽ, quòd videtur solùm possessorium fuisse intentatum, vt per Feder. de Senis in cons. 283. & Anto. de Butr. in c. sæpe. de rest. spol. vbi expressè hoc firmat, & ibi dicit Io. Andr. quòd rectiùs fuisset dictum, quòd petit possessionẽ restitui, quàm petere rem restitui, tamen secundum eũ salva
20 tur libellus, † quia intelligitur rem restitui, s. quo ad possessionem, & inquit ad hoc bene facere, quod notat Barto. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de
21 iureiur. vbi dicit, † quòd verba impropriantur pro saluatione libellorum, vt in c. auditis. & in c. cùm veniſſent, iuncta gl. de resti. spol. quod ait maximè esse verum, si pars declarat, quòd solum possessoriũ vult prosequi, prout factũ fuit in casu nostro. Facit quod scribit Alex. in cõs. 42. in prin. vol. 4. vbi inquit, quòd licèt in conclusione libelli dicatur, quòd petit syndicus condemnari Franciscum ad restituendã dictam petiam terræ, tamẽ sustinetur: quia libellus importat non solùm petitorium, sed etiam possessorium, allegat Feder. de Sen. vt suprà. Ias. in consil. 170. col. 6. ver. nõ obstat primò, vol. 2. Accedit quod nouissimè scribit Iac. Menoch. in trac. de recuperan. pos. in prę-
22 lud. nu. 12. † vbi inquit, merum petitorium tunc dici intentatum, cùm narrata respiciant solum petitorium, & cõclusio sit rem restitui, secus, si narrata respicerent tam petitorium, quàm possessorium, & conclusio esset rem restitui, tunc dici potest esse intentatum & possessorium per multa ibi citata per eum.

23 Confirmatur hæc respõsio ex not. per Alex. in cons. 98. col. j. vol. 5. vbi dicit, † quòd si in conclusione supplicationis & rescripti delegatorij cõcludatur, quòd iudex habeat declarare pertinere ad monasterium petias terræ, quas reperiret fuisse dicti monasterij: & terras possessas per ipsius monasterij Abbatem, Monachos & cõuentum, quòd illud verbum pertinere, verificatur etiam in solo possessorio, seu in re pertinente ratione possessionis, vt probatur in ca. querelam. & ibi gl. antepen. de elect. quem text. valdè notabilem reputat ibi Butr. in 3. col. & per eundem Butr. in ca. cùm ad sedem. in 3. col. de rest. spol. vbi quando petitur restitutio fundi, vel declaratur fundum ad actorem pertinere, talia verba sunt apta ad possessorium, verùm quia nonnulli sentire videntur cõtrarium, vt suprà dixi, tamen eorum opinio posset intelligi, quando in conclusione libelli tãtùm petitum fuisset reum condemnari ad relaxationem rei, secus quando primò dictum fuisset & requisitum se restitui & reintegrari in & ad possessionem ipsarum rerum, licèt posteà subiunxerit, & reos cogi ad relaxationem & restitutionem ipsarum rerum: quia tũc verba præcedentia declarant intentionem libellantis fuisse agere possessorio, & non petitorio, & dicta verba ipsarum rerum intelligenda sunt quò ad possessionem, & eò magis hoc dicendum venit, cùm tantùm prosecutum fuerit ipsum possessorium reintegrandæ, si videantur positiones, capitula, & alia acta, in quibus actor declarat se velle tantum prosequi, & insistere in possessorio, per not. per Affli. in d.
24 decis. 77. nume. 8. * quia prosequuta attendi debent secundum Paris. in consilio 113. in princ. volum. j. vbi
25 tradit, † quòd licèt actores intentauerint possessorium, si tamẽ posteà fuerit prosequutum petitorium, quòd sententia erit ferenda super ipsis prosequutis & probatis, nõ obstante petitione, l. de rebus. vbi docto. de arbitr. doc. in l. sub prætextu, la 2. colum. pen. in fin. C. de transact. ergo à contrario dicendum venit, quòd si fuisset intentatum petitorium, & prosequutum possessorium, quòd prosecutio ipsa attendi debet. Pract. Papien. in forma senten. diffinitiua in verb. pertinere. Riminal. in consil. 98. num. 38. quem sequitur Iacob. Menoch. vbi suprà. Paris. in consilio 45. in fin. 76. colum. 2. in princ. & in cons. 112. num. 55.
* volum. j. vbi asserit hanc esse * communem. Et tan-
26 tò fortius hoc dicẽdum est, stante generali † clausula posita in fine dicti libelli, petens ius & iustitiã ministrari, quæ clausula adaptatur ad omne remedium, quod ex facto narrato elici potest, prout dicunt docto. in c. cùm dilectus, de ord. cogn. maximè Cald. vbi dicit propter hoc obtinuisse de facto, quòd si ex narratis poterat elici possessorium & petitorium, & fuerit posteà probatum dominium, debebit ferri sententia pro actore super petitorio virtute dictæ clausulæ generalis, petens ius & iustitiam ministrari, & pari ratione, si conclusio specialis respiciat petitorium, & probationes ac positiones super posses-
27 sorio, poterit ferri sententia super possessorio, Bald. in margari. sua super verb. libellus. vbi ait, † quòd libellus generalis declarari potest per positiones posteà factas, quod & volunt doctores in dicto capitulo cùm dilectus. sed in casu nostro per positiones deducitur possessorium merum, ergo, &c. Et suadetur etiam dictum petitorium non fuisse intentatum, sed possessorium prosequutum virtute alte-
28 rius † clausulæ, non se astringens, quæ operatur vt sufficiat probare illam partem narratorum, quæ sufficiat ad causam, secundum Barrol. in l. diuus. ff. de re iud. Et ideo dicit Pract. Papien. in for. lib. actio,

rea-

rea.in ver.non se astringens, quòd ista clausula solet frequẽter apponi in positionibus,& libello: quia valdè vtilis est in libellis.Et ratio est,quia quando plura proponũtur in libellò,tendentia ad probandũ illud, quod principaliter petitur, videtur in dubio actor se astringere ad probãdum omnia simul cõiunctim, & non diuisim: quibus non probatis debet succumbere,c.licèt causam,de proba. nisi de cõtraria voluntate agentis appareat,de qua dicitur constare per talem protestationem.Corn.in con.18.col.2.ver.nec videtur.volu.j.Maran.in tract. de ord. iud in 6. part.in ver.tertium membrum. nu.11. vbi dicta clausula operatur,quòd actor nõ tenetur probare qualitatem deductam in libello.Alexan.in cons.6.col.3.vol.3. vbi per d.clausulam sufficit probare quantum est necessarium pro victoria causæ,in cons.42.nu.12. vol.3. & Rui.in cons.54.num.8.vol.4.

29 Non obstat denique,†quòd per clausulam,ius & iustitiam ministrari,censetur intentatum nedum possessorium,sed etiam petitorium: quia respondetur, id verum esse, prout actori melius & vtilius erit, & sic actore volente,non autem eo inuito:quia cùm illa posita fuerint in fauorem libellantis,non debet in eius odium & damnum retorqueri, imò per dictam clausulam videtur esse intentatum illud remedium, quòd in fine iudicij magis est fauorabile agẽti, Alex. in cons.137.col.j.in fi.vol.6.Rui.in cons.9.col.fi.vol.5. Dec.in cons.187.col.j.vbi inquit, quòd si actor petat sibi ius & iustitiam ministrari, quòd virtute dictæ clausulæ actor debet obtinere ex omni meliori modo & via, quæ colligi potest quocunque modo ex narratis & deductis in cons.221. nu.4. & in cons.445. col. 4.circa finem. Alex. in cons.43.col.2. volu. 4. Corn.in cons.26.col.2.vol.3.Ias.in d.§.nihil commune.col.fin. & Bereng.nu.93.ver.petens.

Vlterius posito(sed non concesso) quòd vtrunque cumulatum fuisset,& quòd cumulari potest,cùm ad inuicem non habeant repugnantiam,l.cùm fundũ. §.fi.ff.de vi & vi arma. si tamen cõstat de possessorio, vt in casu nostro,potest super eo iudicari, omisso petitorio non probato, Cyn. in l. incerti. C. de interd. Bar.in d.§.nihil commune.in q.pen.Alex.in cons.117. col.j.vers.quinimo.vol.2.

Non obstat,quòd actor debet succũbere,quia non allegauit nec capitulauit aduersarios, qui habent titulum venditionis eis factæ ab ipso actore possidere vi,clàm, vel precariò, respectu possessionis anterioris ipsius agentis,per doctrinã Bar. in d.l. si de eo.§.fi. quia respondetur,quòd prædicta conclusio procedit vbi posset constare de titulo reorũ valido,& non de nullo,vt est in casu præsenti:quia factus per d.Michaẽlem,tunc pupillum vt cantat instrumentum dictæ
30 Clarum est enim,† quòd pupillus non potest cõtrahere,l.in causæ.la 2.in prin.ff.de mino.Doc.in §.item admonendi.insti.quibus alie.non licet.Goza.in con.
31 33.nu.11.Paris.in cons.98.nu.55.vol.j.Vnde†cùm d.titulus habeatur pro non titu.l.nec vllã.ff.de petit. hæred.Affl.in decis.228.271.nu.13.in c.j.§. præterea, quæ sit prima cau.benef.amit.perinde est,ac si non fuisset
32 factus:† quia paria sunt,nõ facere vel facere,sed nulliter,l.quotiens,vbi latè per Ias.satisd.cogan.quo casu cùm non valeat, sequitur quod satis fuit probare de antiquiori possessione, quæ ad alium posteà peruenit per authoritates suprà citatas.Facit quod consuluit Paul.de Cast.in cons.77.col.2.ver. & idem.vol.
33 2.vbi dicit,†quòd si vẽditio est nulla,quia facta à pupillo vel minore cõtra dispositionem iuris communis vel municipalis pro nõ facta habetur,adeò quòd in ea non habebit locum statutum admittens consanguineum ad retractum oblato pretio, cùm appellatione venditionis veniat tantùm valida: latè per Tiraquel.in tract.de retract.in gl.*a vendu.* gl.2. num. 5.cum sequentib.

Nec obstat,quòd dictus contractus gestus fuit authore tutore:quia dicitur primò non constare de ali-
34 qua tutela, secundò respondetur, quòd etiam dato (sed non concesso)quòd de ea constaret, tamen quòd dictus contractus est nullus,quia factus de rebus immobilibus non seruata solẽnitate iuris communis, de qua in l.magis puto. §. ne passim. ff. de reb.eo.Paris.in cons.98.99.100. in j.vol. dixit aliàs in cons. 33. in 2.vol.& in cons.99.ergo,&c.facit quod voluit Alex.in
35 cons.92.col.2.vol.5. vbi concludit, † remedium reintegrandæ,dari contra illum, qui emit à minore 25. annis habente curatorem:quia contractus fuit nullus ob non seruatam solennitatem requisitam à statuto,ergo multò magis debet competere contra illũ qui emit à pupillo cum authoritate tutoris, Goza.in d.cons.33.nu.11.Rui.in cons.56. col.2. vol.4. per l. possessionem pupillus.ff.de acqui.pos.Crot. in l.j.§.si vir vxori.num.20.de acqui.pos.Paris.in cons.98.num.58. vol.j. vbi tradit contractum factum à tutore vel curatore sine solennitate requisita à iure cõmuni nullũ esse,sicut si ipse minor solus contraxisset, vel cum authoritate tutoris vel curatoris non interueniente solennitate requisita.

Non obstat,quòd petitorium intentatum esse videatur, ex eo qui in conclusione petiti fuerunt fru-
36 ctus,† qui pertinent ad quos dominium pertinet,l. fructus.ff.rei vendi.quia respondetur, quòd dictum Rui.posset procedere vbi fructus simpliciter & principaliter peterentur,secus quando petuntur in consequentiam reintegrationis possessionis, à qua quis cecidit sine facto & culpa sui: quia tunc cùm consecutio fructus sit effectus possessionis, Bart.in l.2. C. de acqui.pos.Dec.in cons.400.nu.3.nõ est verum, quòd ex fructuum petitione in necessariã antecedentiam petitorium intentatum esse cẽseatur, vt in simili dicit Ceph.in consil.63. per totum. & hoc velle videtur Alex.in cons.92.colum.fin.ver.item tenebitur.volu. 5.vbi dicit, quòd in tali remedio veniũt fructus percepti post litem contestatam, etiam si non petiti essent,ergo præsupponit, quòd etiam si petiti essent, quòd deberentur. Socin. in l. rem quæ nobis.in 11. quæst.ff.de acqui.poss. vbi dicit,quòd conuentus remedio,c.reintegrãdæ, tenetur ad fructus perceptos, & sic non dicit ad possessionem fructuum. Vnde ex his co ncludendum esse arbitror omninò pronuntiandũ fore ipsum actorem reintegrandum esse,& reintegrari debere in possessionem bonorum petitorum,reosque ipsos allegata eorum mala fide,quę causata fuit ex eo,quia emerũt bona à pupillo,nulla seruata solennitate iuris, vt per Bar.post gl. in ver.mala fide.in l. j. C. de fide instru. & de iure hastæ fisca.lib. 10.vbi etiam Lucas de Pen.in fi. Fel. in ca. si diligenti. colum.4. in princ. de præscrip. Balb.in tract.de præscrip.in 3.part.prin.in §.venio nunc.colum.2. versic. & qui mercatur. Craue.in tract. de antiq. temp.in 4. par.in §.materia.nu.5.& in cons.142. nu.12. Tiraquel. in tract.de retract.fo.mihi.769. num.42. Roman. in cons.54.Ias.in §.item si quis in fraudem. num.45.Insti.de actio.Ceph.in consil. 115.num.12.cum sequenti, condemnandos esse ad relaxationem & restitutionẽ possessionis ipsorum bonorum, vnà cum fructibus nedum perceptis, sed etiam qui percipi potuerunt, iuxta not.per Io.de Plat.in l.j.C.de fide instru. & iure hastæ fisca.in ver.tertio no. vbi inquit,quòd ille, qui emit illicitè & non solenniter à fisco tenetur domino rei de fructibus perceptis & percipiẽdis tanquam mala fide emerit, quę mala fides præsumitur eo ipso, quòd probatur debitas solennitates non interuenisse,& licèt titulus aliàs excuset à percipiendis,vt in l.si fundum. de rei vendi. tamen secus est, quando titulus acquisitus fuit contra prohibitionem legis. quia habetur pro non titulo,l.nonnullam. §.omnibus.de pet. hæred. & perdit pretium. l. j. C. de præd.decur. lib.10.Pract.Papien.in for.lib.actio. rea.in ver. simul cum fructibus.colum.j.in fin.dixi in consil. 18. num. 85.volum.2.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XLII.

1 *Pedagium non soluens de mercibus, quas ducit, facit eas cadere in commissum, adeò quòd dominium earum transit ipso iure in dominum pedagij: declara tamen vt in nu. 5. 14. & 17.*

2 *Quod ampliatur procedere etiam si transiens cũ mer-*

cibus interpellatus non fuerit ab exactore gabellarum ad illius solutionem.

3 *Culpa est non explorare, si in loco, pro quo transitur, soluatur pedagium.*

4 *Actum gerens contra generalem consuetudinem, non excusatur.*

5 *Dominium rei, quæ cecidit in commissum, licèt ipso iure transeat in gabellarium, non tamen possessio, nisi sequuto facto hominis, id est, expulsione possessoris.*

6 *Statutum disponens, quòd dominiũ perdatur ipso iure, non extenditur ad possessionem.*

7 *Gabellarijs competit rei vendicatio pro rebus, quæ ceciderunt in commissum.*

8 *Professio mercium vbi est facta, sed omissa solutio secundum communem, merces non cadunt in commissum, sed duplicatur pedagium, secus vbi omissa fuit professio & solutio, quia tunc merces perduntur.*

9 *Consequens non datur sine antecedenti.*

10 *Animum fraudandi gabellam nõ habet, qui transit in loco gabellæ, & non reperit gabellarium, sed ponit pecuniam in fenestra domus vel sub lapide, vt eam publicanus reuersus inueniat.*

11 *Fraus est causa potissima commissi.*

12 *Pedagium auctum, dicitur nouum.*

13 *Omittens professionem per errorem, non perdit rem, sed duplicatur pedagium.*

14 *Fraudandi animum licèt præsumantur habere, non soluentes gabellam ad portam ciuitatis, tamen id locum non habet, si gabella esset incognita vel insolita, quia tunc excusantur à præsumptione doli, & eis aliquid non est imputandum, quia diuinare non potuerunt.*

15 *Dolus requiritur in causa fraudati pedagij.*

16 *Interpretatio illa in dubio sumenda est, quæ excludit fraudem.*

17 *Pedagium non soluens, ex probabili causa excusatur à pœna: si autem causa sit minus probabilis, non punitur, vt res cadat in commissum, sed duplicatur pedagium.*

18 *Ignoranti dolus imputari non potest.*

19 *Pedagium non publicatum, non ligat ignorantem, etiam si in alio loco fuerit publicatum pedagium.*

20 *Pedagium publicatum, si non constat de mandato publicantis, non ligat post publicationem.*

21 *Paria sunt aliquid non esse, vel esse, sed non legitimè.*

22 *Gabellarum exactio est de iure communi prohibita.*

23 *Seruitus est, si non possum transire per tuum pontem sine gabella.*

24 *Sal conducere per territorium ciuitatis sine solutione gabellæ, non est de genere prohibitorum.*

25 *Pedagia & guidagia sunt legibus plurimum odiosa & reprobata, nisi ex speciali priuilegio, vel antiqua consuetudine exigantur.*

26 *Forensis vbi aliquid committit, quod non est prohibitum de iure communi, sed tantùm ex forma statuti, habens ignorantiam ipsius statuti, excusatur.*

27 *Ignorantia in dubio præsumitur in forense, qui in loco statuti magnam moram non traxit.*

28 *Statutum indistinctè, disponens de soluendo pro equis et iumentis, nõ intelligitur de his, quæ ducuntur pro vsu personarum ad equitandum, sed de his quæ negotiationis causa conducuntur.*

29 *Consuetudo soluendi pro his, quæ vsus sui causa ducuntur tanquam contra ius publicum, non valet.*

30 *Domino mercium competit restitutio in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. aduersus omissam solutionem factam gabellario per mutiones, si ipsi soluendo non reperiuntur.*

CONSILIVM XLII.

QVòd merces de quibus in processu ipso iure ceciderint in commissum, adeò quòd earum dominium transierit in loãnem Pedagiariũ satis probari videtur in l. commissa, vbi Barto. & alij ff. de publica. Sali. in l. neque C. de vectigalibus, & com. Boidus. in l. noua vectigalia. nu. 5. C. noua vectiga. inst. non posse. Bertach. in trac.
1 de gabell. in 9. par. q. 4. vbi is † qui cum mercibus transit, & pedagium non soluit, ipso iure cadere facit merces in commissum, & dominium transit in pedagiarium. Abba. in cons. 68. in prin. vol. 1. & Iul. Ferre. in tract. de gabel. num. 143. † quod procedit etiam
2 si à pedagiario conductores mercium transeuntes interpellati non fuerint ad soluendum ipsum pedagium. l. ff. 5. diui. ff. de publica. vbi Barto. dicit hoc notandum. Bertach. in dicto tracta. in 9. par. nume 3. & quæstio. 15. Boidus, vbi suprà. numero 68. qui scire debuerunt se teneri ad dictam solutionem, vel explorare si in loco per quod transitur soluatur peda-
3 gium, † quia non explorare est culpa. Bald. in l. ij. C. de naut. fœno. Bertach. vbi suprà quæstio. 28. & in 7. par. princ. nu. 6. nec excusari possunt prætextu ignoran-
4 tiæ, † cum fecerint contra generalem consuetudinem, vt per Bald. vbi suprà. Iul. Ferre. in dicto trac. numer. 247.

Sed præmissis non obstantibus contraria sententia
* est de iure verior: quoniam * frequentiori cala-
5 mo receptum est, † quòd licèt merces ob non solutionem pedagij incidant in commissum, & dominiũ transeat in pedagiarium, vt suprà dictum est, tamen nõ transit possessio earum nisi interuenerit factum hominis, id est sententia iudicis competentis, vt auferatur possessio. Bald in l. si quis in tantam, colum. penul. versi. nota quòd delictum. C. vnde vi, vbi inquit, quòd portantes salmas contra deuetum, vel non soluentes vectigal, quamuis priuentur ipso iure, non tamen priuantur possessione propria: quoniam oportet quòd interueniat factum hominis, scilicet quòd expellãtur à possessione, Bar. in d. l. commissa. in princ. ff de publica vbi inquit, quòd & si ob omissam professionem, & solutionem vectigalis, res incidat ipso iure in commissum, & sic dominus perdat dominium, non tamen transit possessio, vt ibi per glo. quod subdit menti tenendum ob multas le-
6 ges † & statuta, quæ inducunt rem ipsam perdi ipso iure, vt hoc non porrigatur ad possessionem, Berta. vbi suprà in 4. quæstio. principali, in quæstio. 16. vbi
7 quærit, † quo iure agant gabellarij ad res, quæ inciderunt in commissum: & inquit, quòd eis competit rei vendicatio: nam ipso iure translatum fuit dominium ad eos, sed requiritur factum hominis, id est, quòd auferatur possessio secũdum Bal. in d. l. si quis in tantã. quod intellige de facto iudicis, scilicet, quòd feratur sententia declaratoria ad rei restitutionem, aliàs frustra daretur rei vendicatio, si posset propria authoritate res intercipere, nisi aliud statuto caueretur, & in 9. parte in 3. q. in fin. in 4. versicu. quod autem. vbi ait, hoc menti tenẽdum, & in 5. quæstio. Iul. Ferre. vbi suprà num. 193. & 240. Cùm igitur dictus pedagiarius, qui prætendit dictas merces ob non solutionem pedagij ratione dominij fore suas, non egerit rei vendicatione contra conductores, vt auferatur ab eis possessio, probando se pedagiarium & fraudem commissam, sequitur quòd dictæ merces eis non potuerũt auferri propria authoritate: & præsertim, cùm nullum statutum adsit in loco per quod aliter statuatur.

Secundò dicitur, quòd merces ipsæ non potuerũt
* cadere in commissum, ex alia * communi conclusi-
8 one, quæ habet, † quòd vbi est facta professio mercium, sed non solutio, res non incidit in commissum, sed tantùm quis liberatur soluendo duplum eius, quod aliàs consuetum solui erat, l. fin. 5. diui. il 2. ff. de

ff. de publica. Bartol. in l. commissa. vbi etiam alij eodem titulo. Sali. in dicta l. neque. vbi quærit, quomodo res incidat in commissum, & inter alia in sua distinctione dicit, quòd aut est omissa professio & solutio, & tota res perditur, vt ibi: aut professio non est omissa, sed solutio, & tunc octaua, quæ solui debuit duplicatur, vt in d. §. diui. Abba. in citato cons. 68. in princ. volum. j. Cuma. in cons. 5. in 2. col. Boidus in allegata l. noua vectigalia. num. 92. Bertach. in supradicto suo tracta. in vltima parte. nume. 6. & Iul. Ferre. etiam in tract. suo, num. 193. & 238. Sed in casu præsenti per conductores mercium facta fuit professio, & ea interuenit, ergo cessat commissum, vt not. in d. l. commissa. glo. & docto. in l. fin. §. si quis professus, & in l. cum professione. ff. de publica. Ratio est in promptu, quia huiusmodi pœna ratione fraudati pedagij imponitur, l. fraudati. eod. titul. quæ quidem pœna cessat cùm quis profitetur non fugiendo, vt per Cuma. in citato cons. 5. col. 2. Quòd autem professio interuenerit, patet: quia conductores mercium nõ existente pedagiario ad locum pedagij, & vbi posita est pedagiaria pro septem somatis mercium posuerunt in dicta pedagiaria quartos septem prout aliàs consuetum erat solui, ergo constat de professione,
9 †quia non potest dari solutio, & sic consequens, nisi etiam dato antecedenti, quod est professio, l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procura. & multò magis dicendum est, eas in commissum non incidisse, cùm interuenerit solutio consueti, quod equidem demonstrat ipsos non habuisse animum fraudandi pedagium, vt in simili dixit Berta. vt suprà in vltima
10 part. in quæstio. 15. in prin. vbi dicit, † quòd quis non dicitur animum habuisse fraudandi vectigal, qui transit in loco gabellæ, & non reperit gabellarium, sed ponit pecuniam in fenestra domus vel sub lapide, vt eam publicanus reuersus inueniat. Iul. Ferre. in dicto suo tracta. nume. 247. ergo idem dicendum venit in terminis nostris, quòd per dictam pecuniã (quæ consueta erat solui) posita in dicta pedagiaria satis constat conductores non habuisse animũ fraudandi pedagium, †quę quidem fraus est causa potis-
11 sima commissi, d. l. fraudati. Nec obstat, quòd non soluerunt integrum pedagium à certo tempore citra actum, quoniam respondetur, quòd si sola professio sine solutione operatur vt merces non incidãt in commissum, sed quòd tantùm dupliciter vectigal, vt per Salic. in d. l. neq;, & per doct. in locis suprà citatis, ergo multò magis, si est facta professio & solutio eius, quod consuetum erat solui, auth. multò magis. C. de sacrosan. eccle.

Vlteriùs dicitur, quòd per errorem omiserunt sol
12 uere † pedagium auctum, quod dicitur nouum, l. vectigalia. in princ. ff. de publica. Sali. in l. vectigalia. in princip. C. noua vectiga. Bertach. vt suprà in prælud. num. 16. in fi. Iul. Ferre. etiam vbi suprà nu. 84. & Boidus in d. l. vectigalia. nume. 9. quo casu, sicut quando
13 † omittens professionem ex errore eligitur media via, vt non confiscetur res, sed quia ignorantia fuit supina, cui in toto non parcitur, duplicatur vectigal, vt per Imol. in d. l. commissa. in fin. & in l. fi. §. diuus. de publica. Cuma. in citato cons. 5. colum. 2. Idem dicendum venit vt dicti conductores, qui omiserunt integram solutionem pedagij actui, & sic noui ex errore, quia ignorauerunt pedagiũ auctum, quòd merces non inciderint in commissum, sed tantummodò sufficiat, vt solutio duplicetur, cùm nõ appareat eos habuisse animum fraudandi pedagium. Nam qualitas dicti pedagij noui facit vt recedamus ab ordinatis in iure. Et ideo dixit Bal. in l. leges sacratissimæ. in
14 fin. C. de legib. † quòd licèt non soluentes gabellam ad portam ciuitatis, in dubio præsumuntur habere animum fraudandi: quia intelligunt facere contra generalem consuetudinem, tamen id fallit, si gabella esset incognita & insolita, quia tunc excusantur à præsumptione doli: quia aliud non est imputãdum eis qui diuinare non potuerunt, l. si fideiussor. §. primo. ff. manda. Io. Andr. in addi. ad Specu. in titul. de constitut. vbi ait, quòd & si forensis ligetur statuto prohibente extractionem gratiæ: tamẽ illud locum non habet quãdo gabella esset noua & insolita: quia tunc pœna diminuenda est: cùm itaq; pedagium nouum ex errore solutum non fuerit per conductores, vtique negari non potest, quin merces extra casum
15 commissi sit, † cùm cesset dolus, qui requiritur, vt vectigal vel pedagium dicatur fraudatũ, vt per Ab-
16 ba. in citato consil. 68. † Et ista interpretatio sumenda est: quoniam, vt inquit ibi Abbas, vbicunq; ad aliquod factũ potest qs moueri ex causa dolosa & fraudulenta, & ex causa licita & honesta, vel saltem non odiosa, nunquam debemus in dubio præsumere causam fraudulentam, l. meritò. ff. pro socio.

17 Tertiò dicitur, † quòd non tenentur dicti conductores ad duplicationem pedagij, sed tantùm ad solutionem pedagij antiqui propter probabilẽ ignorantiam, quam de dicto augmento habuerunt ipsi conductores, vt in terminis decidit Cuma. in dicto consilio 5. col. 2. versic. secundo quia. vbi dicit, quòd licèt ratione omissæ, & recusatæ solutionis res incidat in commissum si interuenit dolus, & animus decipiendi, secus si ignorãtia probabilis ei defuit: quia excusatur, si autem minus probabilis, non punitur, vt res cadat in commissum, sed vt vectigal duplice-
18 tur, d. §. diui. † nam ignoranti dolus imputari nõ potest, l. genera. ff. de infa. Craue. in consilio 8. numero 10. qui tamen in causa fraudati pedagij requiritur, vt per Abba. in citato consi. 68. colum. j. circa fin. & Cuma. vbi suprà.

Quòd autem probabilem ignorãtiam habuerint, probatur multis modis. Et primò, quia dictum pedagium est nouum, à cuius pedagij solutione liberatur ignorans respectu commissi, si illud non soluit, Iul. Ferre. vt suprà num. 246.

19 Secundò, † quia dictum pedagium non fuit publicatum in loco vbi exigitur, quo casu non ligat aliquem ignorantem, etiamsi in alio loco fuerit publicata impositio ipsius pedagij, vt in auth. vt fac. nouæ constitu. in prin. ibi, in prouincijs autem, ex quo discretè per metropolitanas palàm factæ sunt, & circa medium, ibi, ex quo directa & palàm facta est in vna quaque metropoli, & melius in fin. dum dicitur, omnibus faciat manifesta, & qui in hac maxima ciuitate, & qui foris inhabitant. Et istud ea ratione inductum est, ne ignorantes ligent, vt per Alexan. in cons. 73. col. fi. vol. 6. duplicato. in cons. 181. volu. eod. Paris.
20 in cons. 171. col. j. vol. 4. imò plus dicitur, † quòd si dicta impositio fuisset publicata, & non constaret de mandato speciali publicantis, quòd non ligaret post
21 publicationem, † quia paria sunt non esse vel esse, sed non legitimè, l. quotiens. ff. qui satisda. cogan. Ita singulariter dixit Bal. in c. 2. col. j. in fin. de constit. quem sequitur Rebuf. in l. vnica. nume. 194. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. & eò magis hoc dicendum est in terminis nostris, vbi isti conductores non erãt subditi domino loci, nec moram ibi trahebant, nec conuersationem, quòd vt ratione ignorantiæ dictæ impositionis mereantur excusationem, vt in c. secundo de constit. in 6. quod maximè procedit in his, quæ sunt facti, vt in casu nostro, vt quia facta sint statuta, prouisiones seu proclamata & similia, vt per Paris. vbi suprà. Et præcipuè hoc aduertendum venit, cùm ista impositio sit deuia à iure communi, secundum
22 † quod prohibita est exactio gabellarum, l. j. vt per totum. C. noua vectiga. & omnis locus sit liber, nisi is, cui pedagium sit iniunctum ex priuilegio, Bal. in l. si plures. in 3. col. versi. item seruitus est. C. de cond. in-
23 fer. vbi dicit, † quòd seruitus est, si per pontem tuum non possum transire sine gabella mercium, quam ex vsu cuius non extat memoria, vel ex Principis priuilegio non habes. Bertach. vt suprà in prima parte principali, in 10. quæst. Alexan. in consil. 86. princ. vol.
24 4. vbi dicit † de iure cõmuni non esse de genere prohibitorum conducere sal per territorium ciuitatis, non solutis aliquibus gabellis, per l. vectigal. ff. de pu-
25 blica. Anchar. in consil. 264. in princip. vbi ait, † quòd pedagia & guidagia, sunt legibus plurimùm odiosa & reprobata, nisi ex speciali priuilegio vel antiqua consuetudine exigantur, c. quãquam de censib. quo
* stante, videtur succedere * communis conclusio do-
26 ctorum, quæ est, † quòd vbi forensis aliquid committit, quod non est prohibitũ de iure communi, sed tantùm ex forma statuti forensis, habens ignorantiam dicti statuti, excusatur: ita Bartolus & commu-

niter alij in l.cunctos populos.C.de summ.Trinit.& fide catholica.Alexan.in cons.86.colum.3.versic. fortificatur,volum.4 vbi inquit, † ignorantiam in dubio præsumi, si forensis in loco statuti nō traxit magnam moram,per text.in d.capit. j. de constitu.in 6. & not.per Bald.in l.ius ciuile.in fin.ff.de iustit.& iur. Accedit quod scribit Ancha.in consil.264. vbi consulit,† quòd si statuto indistinctè caueatur,quòd soluatur pedagium de equis & iumentis, intelligitur de his,quę negotiationis causà conducuntur,non vsus sui causa.Et ideo infert,† quòd si extaret consuetudo in ciuitate soluendi vectigal de his, quæ deferuntur vsus sui causa, quòd excusatur non soluens vectigal de talibus rebus: quia probabiliter ignorātiam prætendere poterant de tali consuetudine, cùm sit contra ius commune & praua. & mouetur per text. in l. generali. de tab. ibi, consensu enim non ignorantia volumus obligari,& Alexan.& Ancha.sequitur Craue.in cons.15.nume 4. Facit quod† voluit Iul.Ferre. vbi suprà 412.vbi ait, quòd si inter commune ciuitatis,& publicanos conuentum fuit,quod nullus possit bibere vinum, quòd non sit daciatum sub pœna decem librarum, quòd forēses qui biberunt vinum non daciatum ignorantes talem conuentionem,nō incidunt in pœnam dictæ conuentionis.quia ea non ligat ignorantes,rursus in num.246. Crot. in ca.vt animarum.in gloss.in verbo ignorantes.de constit.in 6. vbi ponit exemplum, quando statutum disponit quòd nullus possit vendere frumentum extra territorium: quia hoc non est prohibitum de iure cōmuni, l.nec emere. C.de iure delib. & in l. dudum. C.de contrah.empt.

Non obstant quæ ex aduerso adducta fuerunt, quia non negatur,quin vera sit conclusio,quòd non faciens professionem nec soluens pedagium, ipso iure merces amittat, & dominium earum transeat in pedagiarium,sed nihil ad rhombum: quia ea procedit vbi verè res incidit in commissum, nam tunc dominium transit ipso iure, dicta l. commissa. vbi Bart. & alij. secus vbi negatur & ostenditur rem non incidisse in commissum: quia tunc pendente dicta cognitione & decisione, non transit dictum dominium in publicanum, & isto casu non procedunt notata per Doct.in d.l.commissa, sed in casu nostro clarè constat merces ipsas in commissum non cecidisse, ergo,&c.

Vlteriùs dicitur, quòd etiam posito (sed non permisso) quòd dicti conductores non soluerint & omiserint professionem, quod tamen ab omni iure alienum est, quod inficiari non potest,quin domini mercium attestata paupertate dictorum conductorum, qui non sunt soluendo, † restituendi veniant in integrum aduersus dictam impositionem soluendo pedagium ex clausula generali, si qua mihi iusta causa,&c. vt per Imol. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publica. vbi inquit, quòd si statuto caueatur, quòd si portetur aliquid,& nō soluatur gabella,confiscetur,& etiam animal, quòd tale statutum non habebit locum in confiscatione animalis, si domino ignorante id sit factum,nisi expressè aliud sit actum: nam tunc poterit habere regressum ignorans aduersus illum, ex cuius facto est damnificatus, per id quod habetur in l.fi.ff.de pigno.actio.si autem ille nō esset soluendo, quòd debet domino concedi restitutio in integrum aduersus dictum statutum, saltem ex clausula generali,de qua in l.j. ff. ex quib.caus.maio. per id quod singulariter notat Innocen. in rubr. de consuetud. idem voluit Roma. & Alexand. in addit.ad Bartol. hanc quoq; partem consulendo tenuit Cum.in cons.5.circa fi.in ver.& dato. quem sequitur Beneuen. in tract. de naut. nauibus, & nauiga. in 3. parte,nu.9.in fi.nu.22.sed melius 5.in parte.Idem dixit Iul. Ferre. in d. suo tract. de gabel.nu.57. Vnde ex his quæ suprà dicta sunt, concludendū esse arbitror, & ita tenendum esse ex decisionibus suprà citatis, quæ frequentiori calamo receptæ sunt, dictas merces nullo modo cecidisse in commissum, sed illas omninò restituendas esse dictis conductoribus mediante solutione pedagij,de qua suprà.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XLIII.

1 *Donatio facta cum iuramento,non seruata solennitate statuti probatoria,non valet.*

2 *Solennitas introducta ob publicam vtilitatem, pacto & iuramento priuatorum tolli non potest.*

3 *Statutum disponens, quòd nullum instrumentum sufficienter probet, nisi rogati fuerint duo notarij, si producatur instrumentum de quo non sit rogatus nisi vnus notarius,instrumentum non facit fidem.*

4 *Iuramentum vt firmet actum, debet prius cōstare esse iuratum.*

5 *Testamentum carens minori numero testium requisito à iure,iuramento non probatur.*

6 *Ratio Bart.in l.si quis pro eo. in vers.septimo prohibetur.ff.de fideius.non admittitur,dum dicit,solennitatem probatoriā,de qua ibi,inductam fuisse ob publicam vtilitatem.*

7 *Solennitas introducta in fauorem priuatorum, & si iuramento confirmari possit,tamen hoc fallit,vbi agitur de solennitate probatoria.*

8 *Ius ciuile vel municipale,licèt nullam habeat potestatem disponendi circa actum spiritualē,id tamen intelligi debet, quando principaliter disponeret super iuramento,secus si per indirectum.*

9 *Papa licèt sine causa non possit tollere obligationē naturalem,tamen secus si accessoriè.*

10 *Testes duo sufficiunt ad probandum donationem inter viuos.*

11 *Instrumentum aliud est à contractu.*

12 *Aliud est continens,& aliud contentum.*

13 *Instrumentū est scriptura notarij de conuentione partium,contractus verò est ipsa conuentio.*

14 *Falsitas instrumenti non arguit falsitatem cōtractus.*

15 *Instrumentum non est de substantia contractus,sed ad eius probationem fit ipsum instrumentum.*

16 *Renuntians instrumento, non videtur renuntiare debito contento in eo,sed tantùm probationi ipsius instrumenti.*

17 *Statutum annullans instrumentum, nō habet locum in contractu.*

18 *Illatio non fit ex diuersis.*

19 *Iurans seruare id,quod in statuto continetur, non liberatur iureiurando, etiamsi statutum reuocetur, secus verò si iurasset seruare statutum.*

20 *Statuto si caueatur,quòd instrumento fides non adhibeatur,nisi sit subscriptum per secūdum notarium, tamen contenta in eo poterunt probari per testes.*

21 *Notarius secundum communem connumeratur in numero testium vbi agitur de probatione actus, secus de probando actum per instrumentum.*

CONSILIVM XLIII.

VT satisfaciam voto Illustr. dominæ Catharinæ Spinulæ, viso instrumento donationis inter viuos iurato per Illustr. dom. Antonium de Lupis sibi facto vnà cum lege municipali, qua cauetur, quòd instrumentum donationis inter viuos, nō valeat, nisi in eo rogati fuerint quinque testes: omittendo non necessaria, concludendum videtur, sequendo* receptissimam doctorum sententiam,† dictum instrumentum quamuis iuratum,ratione omissæ solennitatis probatorię dictorum quinq; testium non valere, ex nota.per Bart. in l.quis pro eo.col.fi.vers. septimò prohibetur. ff. de fideiuss.vbi dicit, contractum carentem solennitate probatoria requisita ex statuto, iuramento non firmari:

2 mari: † cùm dicta solennitas probatoria fuerit introducta ob publicam vtilitatem, quæ pacto, vel iuramento priuatorum tolli non potest. l. ius publicum. ff. de pac. l. nemo potest. de lega. 1. Abb. in c. cum contingat, column. penult. versi. ad vnum tamen, de
3 iureiur. vbi inquit † quòd si statutum disponit quòd nullum instrumentũ probet sufficienter nisi rogati fuerint duo notarij, & producatur instrumentum iuratum de quo fuit rogatus vnus duntaxat, quòd instrumentum non facit fidem: quia sicut non probat contractum, ita nec iuramentum, argument. l. fin. C. de non numer. pecu. quem sequitur Socin. in consi. 97. in vlti. difficultate, vol. primo, vbi
4 ait † quòd ad hoc vt iuramentum firmet actum, debet prius constare esse iuratum, gloss. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. si ergo disputatur de probatione & fide instrumenti antequàm de iuramento cõstet, non possumus dicere quòd iuramentũ habeat hanc virtutem. Ruin. in consilio 201. colum. fin. vol. j. & in
5 consi. 9. num. 12. volum. 4. vbi tradit, † quòd ratione iuramenti non potest probari testamentum carens minori numero testium requisito à iure, per doctrinam Bar. de qua suprà. Et similiter si in contractu requiritur maior numerus testium ex forma statuti quàm disponitur de iure communi, non probaretur contractus iuramento firmatus si àdsit minor numerus testiũ. Butr. in d. c. cum contingat, in septimo casu dicens, quòd quando statutum est fundatum in publica vtilitate, iuramentum non tollit solennitatem probatoriam, cùm huiusmodi statutum fuerit factum, vt obuietur fraudibus, & falsitatibus. Bald. etiam ibi in 7. conclusi. negatiua, vbi firmat quòd cum isto casu deficiat fides contractus & probatio, per consequens, & probatio iuramenti deficit. Alex. in consil. 95. in fin. vol. j. Gozad in consil. 16. nume. 14. Boer. in decis. 37. nume. 5. Mars. in sing. 700. Corn. in consil. 64. in subscriptione, in versic. hinc est, volu. 3. Brun. in tract. de for. & solen. fo. 62. col. 4. ver. & consequenter. Humber. de Bouenco in authentica sacramenta puberum. num. 98. C si aduers. vend. & hanc
* esse * receptam doct. sententiam firmant Alcia. in d. c. cum contingat, num. 93. & Didac. in c. quamuis. in §. 6. in 6. in duobus locis, videlicèt in 2. colum. in prin.
6 & colum. 3. † Et licèt Bart. in d. l. si quis pro eo, in d. versic. septimò, dicat istud procedere eò quia huiusmodi solennitas respicit publicam vtilitatem, quæ pacto priuatorum vel iuramento tolli non potest. Tamen idem dicas si dicta solennitas respiceret nedum publicam, sed etiam priuatam vtilitatem, secundùm Abb. in d. c. cum contingat, vbi suprà. vbi dicit non esse distinguendum, an in fauorem publicum an priuatum prouideat statutum: quia idem iuris est, ex quo non potest fieri probatio sufficiens de iuramento. rursus in disput. incip. Statuto Senensi, in vlt. char. Et ideò dixit Bald. in d. c. cum contingat, quod Bart. vbi suprà malè concepit verba sua: quia contractus ipso iure non prohibetur, sed probatio solùm, & quòd iuramentum est inefficax non ex se, sed propter defectum probationis. Alcia. in d. c.
7 cùm contingat. num. 94. versic. nec obstat vbi dicit, † quòd illud quod dicitur solennitatem introductam in fauorem priuatum iuramento confirmare, non procedere in solennitate probatoria: quia iuramentum non confirmat probationes contractus, sed ipsum contractũ. quod enim aliquid possit probari, vel non possit probari, est quid differens ab eo, quod in iuramento deductum est, arg. l. fin. de reb. eo. Didac. vbi supra. vbi reprehendit etiam Imol. & Butr. aliter tenentes in d. c. cum contingat, dum censent dictum Bar. procedere in solennitate probatoria introducta ob publicam vtilitatem, non in ea quę priuatæ vtilitatis causa statuta sunt: quia hæc interpretatio commodè defendi non potest, cum iuramentum nihil pertineat ad supplendas probationes, cum assertorium non sit, sed promissorium. Ruin. in cita. con. 9. nu. 12. Nec habet obstare quod tenuit Imol. in dicto c. cum contingat, dum voluit quòd ratione iuramenti potest probari testamentum per minorem numerum testium, qui aliàs sit necessarius: quia respondet Ruin. in citato consil. 9. quòd si opinio Imol. esset vera, sequeretur, quòd statutum, vel ius commune requirens maiorem numerum testium, ad actum de facili redderetur elusorium, videlicèt per delationem vel præstationem iuramenti contra not. in c. quanquàm de vsur. in 6.

8 Similiter non obstat † quòd ius ciuile vel municipale nullam habet potestatem disponendi circa actum spiritualem sicut est iuramentum: quia respondetur, quòd id posset procedere si principaliter de iuramento disponeret, non si per indirectum. vnde, cum in casu de quo agitur, statutum principaliter non disponat de ipso actu, sed de modo probandi, debet statutum òbseruari, vt declarat Paul. de Castro in consil. 61. secundùm antiquam impressionem. sequitur Alcia. in cita. cum contingat. num. 94. idem dixit Ruin. in allegato consil. 9. num. 13. in fin. vbi dicit quòd imò ius ciuile, & municipale super facultate probandi generaliter habet potestatẽ arctandi modũ probandi, & ideò quòd licèt in consequentiam arctetur etiam probatio iuramenti, istud non
9 venit in consideratione. Sicut etiã videmus, † quòd licèt sine causa Papa nõ possit tollere obligationem naturalem, iuxta not. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. si tamen veniat accessoriè ad actum spiritualem, super quo Papa habet plenitudinem potestatis, tollitur sine causa sublato principali. c. 2. de voto, secundùm vnum intellectum. Vnde ex præmissis conclusio clarissima resultat, quòd d. Illustriss. dom. Catherina nullum validum fundamentũ facere potest in d. instrumento donationis, ratione dictæ solennitatis probatoriæ omissæ, & requisitæ ex forma prædicti statuti.

Sed vt succurratur prædictæ Illustrissi. dom. Catherinæ, cui omnibus modis consulendum est ob singulares virtutes eius, dico quòd contenta in dicta donatione consequi poterit, probando ipsam dona-
10 tionem inter viuos, † per duos testes, qui sufficiunt ad validitatem ipsius, vt suprà dictum fuit, quod
* probatur: nam * frequentissima est doctorum con-
11 clusio, † quòd aliud est instrumentum, & aliud est
12 contractus: sicut † aliud est continens, & aliud contentum, l. rerum mixtura. & l. eum qui ædes. ff. de v-
13 sucap. Est enim † instrumentum scriptura notarij de conuentione partium, contractus verò est ipsa conuentio, vt per Bar. in l. si quis legatum, col. 2. versi. aduerte, appello. ff. ad l. Corn. de falsi. vbi inquit, aduertendum esse, quòd ipse appellat instrumentum ipsam chartam cõtinentem id quod partes faciunt, contractum verò id quod partes faciunt, vt emptionem, venditionem, & locationem. Alexand. in consi. 122. col. 2. in prin. vol. 2. Bertach. in tract. de gabel. in 6. par. nu. 6. vbi ait, quòd differt contractus ab instrumento: quia contractus est partium, sed instrumentum est notarij, id est, contractus est ipsa conuentio partium, instrumentũ verò est ipsa scriptura, quam notarius facit continens conuentionem partium, &
14 sunt adeò diuersa † quòd falsitas instrumenti non arguit falsitatem contractus. quia potest esse instrumentum falsum, & contractus verus. Soc. in consi. 2.
15 in prin. vol. 3. & in con. 32. col. 2. vol. eod. † sit enim instrumentum ad cõtractum contentum in instrumento probandum. l. contrahitur. ff. de pigno. non ad substantiã contractus. Paul. de Castro in cons. 101. in prin. secundùm antiquam impressionem, & ideò ex his dicit Bald. in l. Labeo §. j. versic. quid si quis ff.
16 de pac. † quòd qui renuntiat instrumento, non videtur renuntiare debito, sed tantũ probationi ipsius instrumenti, per text. in l. 3. C. de fid. instrumen. Sequitur Dec. in c. cum venerabilis num. 17. de excep.
17 in consil. 17. col. fin. & in consil. 169. vbi etiam dicit †, quòd si statutum annullat instrumẽtum, non habet
18 locum in contractu: quia diuersa sunt, † & ex diuersis nõ fit illatio. l. Papinianus exuli, ff. de mino. Imol. Cuma. Castren. & alij in l. seruum filijs. §. eum qui chirographum. ff. de lega. j. Alexand. in consil. 170. col. 2. in princi. vol. 7. Soci in consil. 92. vol. 6. versic. primum probatur, volum. 3. Felin. in c. capitulum, colum. 15. in prin. de rescrip. Et ideò etiam videmus
19 † quòd si quis iurauerit seruare id quod in instrumento continetur, non liberatur iure iurando, etiam si statutum reuocetur: aliud verò si iurasset seruare statutum. Bald. in prælud. feud. colum. 5. versic.

item nos dicimus. Et licèt Iaſ. in d. l. Labeo, videatur mordere Bald. & ſimiliter Craue. in conſi. 290. num. 6. tamen opinio Baldi videtur verior, vt conſtat ex ſcriptis per Crotum in l. ſciendum. nume. 46. ff. de verb. oblig. Cùm igitur aliud ſit contractus donationis, & aliud ipſum inſtrumentum donationis, ſequitur, quòd licèt dictum inſtrumentum ratione omiſſæ ſolennitatis probatoriæ non valeat, quamuis iuramento firmatum: tamen quòd donatio ipſa inter viuos probata per duos teſtes, qui tantùm de iure communi ſufficiunt ad validitatem ipſius l. vbi numerus. ff. de teſtib. Corn. in conſil. 126. colum. 2. volum. j. Socin. Iun. in conſil. 21. nume. 12. volum. 2. Brun. in tract. de forma in §. de potentia, & effectibus formæ, colum. 5. dixi in conſi. 40. in prin. volum. j. ſuſtinebitur ac ſi inſtrumentum ipſius donationis validum fuiſſet, vt voluit Paul. de Caſtro loquens in donatione in d. conſil. 101. colum. 2. & Ripa in reſpon. 9 colum. 2. in ver. vnum non omitto, in 3. par. vbi ſimiliter loquitur in donatione. Alexan. in conſi. 170. colum. 2. in princip. volum. 7. & in conſil. 184.
20 colum. 1. volu. eod. vbi dicit, quòd † ſi ſtatutum diſponat, quòd inſtrumento non adhibeatur fides niſi ſit ſubſcriptio ſecundi notarij, tamen quòd poterunt probari contenta in eo per teſtes. Dec. in conſil. 17. colum. fin. & 169. col. 2. verſ. & ideò tale mandatum. Bertach. vbi ſuprà. Crot. in d. l. ſciendum nu. 46. Alcia. in cita. c. cum contingat. num. 95. verſi. 3. vbi dicit, quòd & ſi quãdo lex improbat contractũ ratione ſolennitatis probatoriæ, iuramentum non ſuppleat illum defectum, tamen fallit quando aliter per legitimum modum probaretur de iuramento præſtito. poteſt enim veritas rei, quæ ex inſtrumento non probatur, quia deficit in ſolennitate, probari per teſtes inſtrumentarios, vel etiam alios examinatos in iudicio, vt ibi per Abb. inter quos teſtes poterit etiam examinari notarius, qui de inſtrumento ipſius donationis rogatus fuit, vt per Caſtren. in iam ſæpius allega. conſ. 191. colum. 2. quem ſequitur Dec. in d. con. 17. in fin. colum. Alexan. in citato con. 184. pro quo facit quod voluit Alex. in conſi. 153. col. fin. verſi.
21 * nec obſtat, volum. 2. vbi † tradit * communiter teneri, quòd vbi agitur de probando actum per teſtes, & non per inſtrumentum, quòd tabellio computatur in numero teſtium. l. Domitius. vbi Bar. expreſsè. ff. de milita. teſt. ſecus vbi agitur de probando actum per inſtrumentum: quia tunc non computatur in numero teſtium. l. hac conſultiſsima, vbi gl. & Doc. C. de teſta. iterum Alexand. in conſil. 146. col. 2. in fin. verſic. nec ad hoc. volum. eod. Homod. in conſil. 66. col. 3. circa. fin. verſic. præterea. Pariſ. in conſil. 34. nume. 44. volu. 2. & in conſil. 51. colum. 2. volum. 3. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem doctorum. Exiſtis igitur ſimul collectis concludendum eſt, quòd licèt dictum inſtrumentum non valeat, tamen quòd remedium ſalubre & cautela datur d. Illuſtiſsi. dom. Catherinæ, quòd probari faciat d. donationem per duos teſtes, quibus probatis tantum conſequi poterit ex dicta donatione modo quo ſuprà probata, quantum conſequi potuiſſet, ſi dictum inſtrumẽtum donationis fuiſſet factum cum omni ſolennitate probatoria requiſita à dicto ſtatuto.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ XLIIII.

1 *Feudum hæreditarium dicitur, quando eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus.*

2 *Feudi hæreditarij natura eſt, vt in eo quis non admittatur niſi ſit hæres.*

3 *Hæres cum beneficio inuentarij in feudo hæreditario non tenetur ſatisfacere creditoribus defuncti ſecundùm communem, ſed contra ſecundùm magis communem, vt in num. 7. & 8.*

4 *Vaſallus ſi repudiauit feudum antiquum, & filius adiuit eius hæreditatem, factum patris ſibi præiudicat niſi ſolenniter confecerit inuentarium; quia tunc non debet ei nocere aditio hæreditatis.*

5 *Feudum hæreditarium confecto inuentario, dicitur eſſe in hæreditate ſeparabiliter, ſed contra num. 9.*

6 *Beneficium inuentarij conſeruat hæredi omnia iura perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet.*

7 *Feudum conceſſum pro ſe & liberis, dicitur ex pacto & prouidentia.*

8 *Feudum quando eſt hæreditarium ſi contingat alienari, non poterit filius hæres alienantis cum beneficio inuentarij contrauenire facto defuncti.*

8 *Hæres in re hæreditaria non poteſt plus quàm defunctus ſi viueret, qui contra factum ſuum proprium venire non poſſet.*

10 *Filius qui hæreditatem patris adiuit, & feudum ex pacto & prouidentia retinuit, ſecundùm Paul. de Caſtro in ſubſidium tenetur ſatisfacere creditoribus hæreditarijs. ſed contrà ſecundùm communem.*

CONSILIVM XLIIII.

PRęſuppoſita * communi opinione pro
* vera, † quòd feudum dicatur hæredi-
1 tarium, quando conceſſum reperitur pro ſe & hæredibus, vt per Iſern in c. 1. §. hoc quoque, colum. 2. de ſucceſ. feud. Alexand. in conſ. 10. col. 3. vol. 3. Dec. in con. 185. col. 2. conſil. 194. nu. 4. & in conſ. 390. col. 4. Pariſ. in con. 2. nu. 17. vol. 1. in con. 5. & ſeq. volu. eod. Soc. Iun. in con. 110. nu. 19. vol. 2. feudiſtæ communiter in prælud. feud. & ita aliàs dixi in conſil. 2. nu. 39. vol 1. con. 3. 76. & in con. 23. num. 40. vol. eod. Prima fronte dicendum videtur, ſtante forma conceſsionis feudalis Caſtiglioni facta q. magnifico domino Sigiſmundo Vianzino pro ſe, & hæredibus, † & ad
2 quod admitti non potuerunt magnifici dom. Aluiſius, & Carolus, niſi tanquam eius hæredes, vt notant omnes in c. 1. an agna. vel fil. & vt aliàs dixi in con. 2. nu. 39. vol. j. & in con. 97. nu. 39. vol. eo. Alcia. in
3 con. 160. & in conſi. 179. in prin. quòd † ipſi vti hæredes patrui defuncti cum beneficio legis & inuentarij legitimè confecti, non teneãtur ſoluere ſcuta mille, de quibus in cauſa, domino Albertino eius creditori, ex notatis per Bald. in l. qui ſe patris, colum. 6. ver.
4 Item quæritur, C. vnde libe. vbi inquit, † quòd ſi vaſallus repudiauit feudum antiquum, & filius adiuit hæreditatem renuntiantis, tunc factum patris ei præiudicat. l. quæ à matre. C. de teſta. mil. niſi ſolenniter confeciſſet inuentarium, quia tunc non debet nocere aditio hæreditatis. l. fin. §. in computatione, vbi doc. C. de iure delib. Ratio etenim eſt, quia con-
5 fecto inuentario feudum dicitur eſſe in hæreditate paterna ſeparabiliter. & Bald. ſequuntur Alexand. in conſi. 26. colum. 3. volum. 5. Dec. in conſi. 185. col. 4. in prin. verſ. ad abundantem, in conſil. 445. nu. 55. & in conſil. 468. col. fin. in prin. Pariſ. in con. 10. col. j. in fin. vol. j. in conſil. 33. col. fin. vol. 3. & in con. 65. num. 47.
6 vol. eo. † Beneficium enim inuentarij conſeruat hęredi omnia iura, perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet. docto. in dicto §. in computatione. Gozad. in conſil. 46. colum. 3. in prin. & in conſil. 94. nume. 19. Iaſ. in conſil. 56. colum. 2. verſ. pro iſta parte, & col. 6. in fin. verſic. 4. quia. vol. 4. Quia confectio inuentarij facit cenſeri hæreditatem iacentem, ſecundùm Bald. in d. §. in computatione in j. oppoſit. & in l. debitori, col. j. C. de pac. Iacob. de S. Geor. in inueſtit. ſua feud. in verb. Et cùm pacto de non alienando, colum. 10. verſ. aduertite. Ruin. in conſ. 1. nume. 16. volum. j. & in conſi. 38. nume. 21. volum. eo. Alex. in con. 74. nu. 7. Idem dixerunt Mart. de Laude in c. j. §. Titius, col. 5. in prin. ver. nam ſi filius, ſi de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Præpoſ. in c. j. col. 7. ver. item addas, an agna. vel fil. Grammat. in deciſ. 93. nume. 10. Hippol. Riminal. in addit. ad conſilium Ioan. Mart. Riminal. nume. 306. Affl. in c. nume. 36. de vaſal. qui contr.
* conſtit. Lotha. & hanc partem vti * communem ſequuti ſunt Cur. Iun. in tra. feudali, in 3. par. ver. tertia igitur eſt regula, in fi. Clarus in §. feudum in q. 42. Zaſ. in tract. de ſucceſ. feud. in 9. par. nu. 28. & vti magis

gis cõmunem Soc. Iun. in con. 112. nu. 12. in fin. vol. 2.

Nec obstat si dicatur, quòd decisio Bald. in d. l. qui se patris, tantummodò procedat † in feudo ex pacto
7 & prouidentia, vt quãdo susceptum est feudum pro se & liberis, non autem pro se & hæredibus, vt per Dec. in consil. 208. col. 3 post Alexan. in con. 19. col. 4. ver. nec obstat, vol. 5. quia respondetur, quòd dictum Baldi simpliciter loquentis debet intelligi tam in feudo hæreditario quàm ex pacto & prouidentia, vt per Dec. sibi aduersantem in consil. 185. col. penult. in princ. versi. ad abundantem. & in con. 468. col. fin. in prin. Goza. in con. 46. col. 3. in princip. Rub. Alexan. in cita. eod. 74. nu. 7. & Iaso. in consil. 56. col. pen. vol. 3. Et accedendo magis ad terminos quæstionis nostræ, quòd stante forma ipsius cõcessionis feudalis, quòd aditio hereditatis cum beneficio inuentarij profit d. dominis hæredibus vt non teneantur creditoribus hæreditarijs satisfacere, est decis. Alex. in con. 124. col. 3. vol. 4. vbi ait, quòd licèt in feudo hæreditario non admittatur qui non sit hęres, tamen vt is non teneatur creditoribus vasalli, remedium est, vt si velit se exonerare, quòd se immisceat hæreditati cum beneficio inuentarij: quia eo confecto nullus contractus gestus à patre potest præiudicare filijs in feudo paterno hæreditario concesso auo. Iacob. de S. Georg. in d. inuest. in verb. ita quòd ipsi inuestiti, colum. 2. in princ. vers. 7. vbi post Isern. in c. j. an agna. vel fil. dicit quòd filius potest acceptare feudum paternum, & hæreditatem patris cum beneficio inuentarij quod quidem magnæ est vtilitatis: quia liberabit bona feudalia ab oneribus hæreditarijs, & solùm tenebitur filius creditoribus hæreditarijs iuxta facultates hæreditatis paternæ. quod inquit valde notandum Cuma. in consil. 166. in 3. dub. Alipran. in consil. 13. in 2. par. nume. 100. inter consilia status Montisferrati. Præpos. post Aluaro. in c. j. colum. penult. versi. post Aluarotum de eo qui sibi & hæred. mascu. vbi tradit, quòd quando feudum est hæreditarium, non succedit nisi qui est hæres, qui tenetur ad onera nisi faciat inuentarium. Alcia. in consil. 10. nu. 55. inter d. consilia Montisferrati, vbi dicit quòd si descendens adeat hęreditatem cum beneficio inuentarij poterit habere feudum, & non sustinere onera hæreditaria.

Quibus non obstantibus contrariam sententiam
* veriorem esse arbitror, & magis * communiter receptam, vt in terminis decidit Isern. in c. j. an agna. vel fil. col. 2. vbi dicit, quòd quando feudum est hæreditarium, quia cõcessum pro se & hęredibus, venit in petitione hæreditatis. gl. in l. non tantum. §. videamus. ff. de petit. hęred. in tantùm quòd si filius adiuit hæreditatem patris cum beneficio inuentarij, tenetur creditoribus hæreditarijs de commoditatibus feudi respondere, secus quando feudum est ex pacto & prouidentia: quia acquisitum pro se & liberis: quia tunc ex beneficio ipsius inuentarij non tenebitur creditoribus. Et ratio est quia primo casu feudũ est effectum vnum corpus inseparabile cum bonis adeuntis per aditionem hæreditatis, quod secus est in secundo casu: quia tunc confecto inuentario solum tenebitur satisfacere creditoribus quatenus vires hæreditatis suppetunt. & Isern. sententiam sequuntur Alex. in con. 19. col. 2. & 4. vol. 5. Cur. Iun. in consil. 1. col. 4. ver. confirmo. Ruin. in consil. 17. col. 2. vol. j. & in con. 176. col. penul. vol. eod. Pract. Papien. in for. lib. quo. agitur ad reuocationem feudi, in verbo nec superstitibus, col. 2. ver. ad huius. Campeg. in consil. 2. col. 4. in fin. inter consilia Brun. Alex. in con.
8 28. col. 5. vol. 5. vbi ait, † quòd quando feudum est hęreditariũ, quia concessum pro se, & hæredibus, non autem ex pacto & prouidentia concedentis, si contingat tale feudum quamuis patronũ alienari, non poterit filius hæres alienantis cum beneficio inuentarij venire contra alienationem factam à defuncto
9 de feudo hæreditario: † quia in re hæreditaria non potest plus hæres quàm defunctus potuisset si viueret, qui contra factum suum proprium venire non posset. l. si ab eo. C. de liber. cau. l. quæ à matre. C. de restit. min. licèt aliud esset si feudum fuisset ex pacto & prouidentia concedentis: quoniam eo casu posset filius hęres cum beneficio inuentarij dictam alienationem infringere, d. §. in computatione. Iser. in c. j. in fin. qui succes. tenean. in c. j. §. hoc quoque. col. 2. d[e] succes. feud. in c. j. col. 2. in princip. de alie. feud. pater[a] Iun. in consil. 138 col ante penul. in fin & in consi. 155. colu. penult. Dec. in consil. 208. col. 2. & in consil. 395. colum. 2 & fi. Affl. in decis. 112. col. 2. & in decis. 240. col. fin. in c. j. in princ. num. 33. si de prohib. feud. alie. per Feder. in c. j. col. 2. & 3. an agna. vel fil. c. j. § si Titius. nu. 13. si de feu fue. contro. inter dom. & agna. in c. j num. 8. de alie. feu. pater. Gozad. in consil. 4. num. 10. & in consil. 8. num. 36. Tiraquel. in tract. de retrac. in glo. *ou lignagier*. num. in fin. Colleg. Bonon in consil 15. nu. 60. inter consilia Montisferrati. Bos. in tract. suo crimina. in tit. de Principe, nume. 310. Grat. in consil. 55. nu. 34. vol. j. Isern in c. Imperialem, in prin. in 2. aditione. de prohib. feud. alie. per Feder. Iaso. in consi. 7. colum. 9. ver. 3. principaliter, vol. 3. Craue. in consil 256. col. 3. in princip. Iul. Ferre. in tract. de bellicis signis, num. 33. Freccia. in tract. de subfeuda. baro. lib. 3. versic. 2. in feudo. Alba in consi 76. num. 6. dum dicit quod possunt hæredes venire contra factum defuncti si sint hęredes cum beneficio inuentarij, & feudum sit antiquum, & ex pacto & prouidentia: ergo sentit in oppositum, si feudum est hæreditarium. Riminal. in consil 305. num. 19. Lofr. in con. 46. nu. 7. versic. & tamen ipse. & in con. 52. nume. 55. Rub Alexand. in consil. 18. Alcia. in consil. 160. num. 15. dixi in consil. 2. nume. 41. volum. j. & hanc esse communem
** dixerunt Grat. in consil. 4. num. 50. vol. j. Didac. in lib. 2. varia. resolut. c. 18. versic. 8. in fertur. Affl. in c. j. §. hoc quoque. num. 74. de succes. feud. Beneuenta. in c. imperialem. §. præterea ducatus, colum. 14. de prohi. feud. alien. per Feder. & magis receptam doct. sententiam Grat. in consil. 9. num. 18. vol. j. Arius Pinel. in l. j. C. de bon. mater. num. 93. & Ioseph Cumia. in prælud. feudo. num. 85. 197. & 303. & in c. si aliquem.
10 in verb. masculis. num. 55. de succes. feud. † Imò plus voluit Paul. de Castro. in l. pro hærede. §. si quid tamen, colum. 2. ff. de acqui. hæred. quòd si filius hæreditatem patris non adiuit, & feudum retinuit, prout facere potuit quando fuit receptum pro se & filijs, quòd etiam tunc creditores in subsidium videlicet quando alia bona patris non sufficiunt, debebunt mitti in possessionem commoditatis feudi per nota. ibi per gl. & idem dicit quando filius hęreditatem patris adiuisset cum beneficio inuentarij. cum qua decisione pertranseunt Alex. in cons. 19. in fi. vol. 5. & Rui. in con. 176. nu. 17. vol. j. verùm, quia huiusmodi decisio redditur multùm dubia, & malle o subsistere non potest: quia contrarium in d. §. si quid tamen. tenuerunt Roma. Alex. Aret. & Iaso. col. fin. ac Rub. Alex. in cons. 164. col. 5. in fin. ideò in ea non facio vim.

Non obstat dictum Bald. in d. l. qui se patris, quia respondetur, illud procedere in feudo ex pacto & prouidentia, & non in hæreditario, vt expresè tradit Alex. sibi contrarius in consil. 19. ver. nec obstat si contra. vol. 5. vbi ait, Bald. in d. l. qui se patris, non dicere quòd feudum fuerit receptum pro se & hæredibus, sed quòd illud locum habet in feudo ex pacto & prouidentia: quia eo casu fatetur, quòd cum filius non sit habiturus feudum vt hæres seu hæreditario iure, tunc si adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, potest venire cõtra factum defuncti patris, & consequi feudum antiquum: quia per aditionem factam à filio adeunte hęreditatem ascendentis, non fuit feudum effectum vnum corpus inseparabile cum bonis adeuntis: quia ille, qui adiuit, non est consequutus feudum vt hæres, & sic non habet locum ratio posita in l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupil. secus si feudum est receptum pro se & hęredibus: quia tunc militat ratio d. §. si filio. & cum Alexand. transeunt Dec. in cita. consi. 208. col. 2. & in con. 395. col. fin. Cur. Iun. in con. 138. col. penult. & in consi. 155. col. 2. iterum Alex. in consil. 13. num. 8. ver. posset fortasse. volum. 5. & in consil. 12. num. 12. vol. eod. Idem dixerunt Iul. Ferre. & Arius Pinel. in locis suprà citatis, & hanc esse veriorem dixit Alcia. in d. consil. 160. nume. 15. vbi inquit dictum Baldi ita intelligi ab omnibus modernis, excepto Decio in citato consil. 185. qui reprobatur: subdens quoque quòd sic suadet ratio, quam Bald. adducit allegando notata in d. §. in computatione. vbi confecto inuentario

non

non periclitatur hæres de ſuo. dicitur autem ſuum quod aliunde habet quàm titulo hæreditatio, & ſic feudum ſtipulatum filio remanet illi ſaluum, & ita per d. §. in computatione, tanquã loquentem in his, quæ filijs competere poterat alio iure quàm hæreditario, firmat Alex. in citato conſ.10. num.11. in fin.in con.13.col.1.& 3.& in con.26.col.4.ver.& per hoc.vol. eo. Ioſeph. Cumia. in d. prælud.feud.nu.306.verſic. non obſtat quartò. Et ideò nimirum ſi in feudo hæreditario inuentarium non profit,quia qualitas hæreditaria taliter ſubſtantiatur in feudũ, vt amplius ſine ſubiecti corruptione abeſſe non poſsit: ita Camera in c. imperialẽ.§. prętereà ducatus, col. 14. ver. quarta ſpecies erit, quem ſequitur Cumia.vbi ſuprà num. 303.

Non obſtat,quòd cõmunis opinio ſit in contrariũ: quia dicitur, quòd & ſi aliqui affirment ita eſſe, tamẽ quòd ex denumeratione doctorũ cõſtat de contrario, videlicèt vltimã partem magis cõmunem, à qua in iudicãdo & conſulendo non eſt recedendum.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONſilij XLV.

1 *Caſus fortuitus poſt perfectam venditionem ſpectat ad emptorem.*
2 *Dominium & poſſeſsio transfertur per conſtitutum.*
3 *Factum ſuperioris iniuſtum reputatur caſus fortuitus.*
4 *Inhibitio ſuperioris facta emptori de non obſeruando contractum cenſetur caſus fortuitus, cui per hominis conſilium prouideri non poteſt.*
5 *Obligari quis non poteſt cum iuramento ad caſum fortuitum ex facto Principis prouenientem.*
6 *Princeps tradendo alicui inſolutum graphariatum, ſi poſteà faciat nouã conſtitutionem diminuens commodum dicti graphariatus, diminutio ipſa dicitur caſus fortuitus.*
7 *Princeps ſi non ſernat pacta & conuenta, dicitur caſus fortuitus & inſolitus.*
8 *Princeps tenetur ſeruare conuenta.*
9 *Deus licèt ſubiecerit leges Imperatori, & Papæ canones, non tamen obligationes & contractus.*
10 *Princeps licèt ſit ſolutus legibus,non tamen dictamine rationis naturalis, nec à lege naturæ: quia eſt animal rationale.*
11 *Princeps quicquid facit,videtur facere vt Deus.*
12 *Deus eſt veritas,qui non fallit,nec fallitur.*
13 *Princeps tenetur obſeruare facta prædeceſſorum ſuorũ.*
14 *Princeps in contractibus cenſetur vt priuatus.*
15 *Princeps de plenitudine poteſtatis contractum alterare non poteſt.*
16 *Venditor ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum, non videtur in ſe ſuſcipere caſum fortuitum inſolitum, & omninò non veriſimilem: quia talis caſus videtur exceptus.*
17 *Suſcipiens in ſe caſum fortuitum non ſuſcipit caſum extraordinarium.*
18 *Quod amplia procedere ſecundùm communem etiam ſi iuramentum interueniſſet.*
19 *Venditor non tenetur releuare emptorem quando citra iudicialem cognitionem res ei aufertur de facto.*
20 *Promittens defendere de iure & de facto, non intelligitur de violentia.*
21 *Venditor promittens emptorem defendere de iure & de facto, etiam ſi per iniuriam iudicis,res euinceretur, hoc intelligitur quando per ignorantiam iuris vel facti iudicis res euinceretur,qui tamen proceſſit ordine iuris ſeruato, ſecus ſi omiſſo iuris ordine res fuerit euicta.*
22 *Iudex ſi procedit ordine iuris non ſeruato, talis caſus dicitur inſolitus & inopinatus.*

CONSILIVM XLV.

STante inſtrumento venditionis vnius equi taxarum equorum & ſeu iurium reditus & prouentus, qui percipiuntur annuatim ex dicto iure factæ per quondam Bergaminum Maſcarellum dom. Thomeno de Pernigotis, omiſſa diſputatione ab vtraque parte, cùm præſens conſultatio ſit clariſsima, & ſine aliqua probabili dubitatione: dico dominus Paſquinum & Vbertinum fratres de Maſcarellis ac filios & hæredes d. quondã Bergamini minimè teneri ad releuationem requiſitam parte dicti dom. Thomeni occaſione diminutionis reditus ipſius equi factæ per agentes pro camera Ducali Mediolani, quæ idem operatur, ac ſi per Illuſtr. Ducem facta fuiſſet,iuxta nota.per Alica. in conſil.117. nu.15. Quoniam clara eſt iuris diſpoſi-
1 tio,† quòd caſus fortuitus poſt perfectam venditionem ſpectat ad emptorem. l. j. C. de pericul. & commod.rei vend.l.neceſſario.ff.eo. tit. Corn. in con. 23. in princip.volum.2.ſed in caſu de quo agitur, perfecta fuit dicta venditio: quia de re & pretio fuit con-
2 uentum,& illud ſolutum.† Item & per conſtitutum tranſlatum dominium & poſſeſsio ciuilis & naturalis. l. quod meo. ff. de acquir. poſſ. ac ſecuta actualis traditio. Ancha. in conſil. 151. Cùm ergo in caſu noſtro dicta diminutio facta fuerit per ſuperiorem ſine culpa venditoris, & caſu fortuito, talis diminutio credere debet damno emptoris & non venditoris. Quòd autem diminutio ipſa ſit caſus fortuitus,
3 probatur. † nam factum ſuperioris iniuſtum reputatur caſus fortuitus. l. Lucius, vbi bonus text. ff. de euictio.Alexand. in conſil. 57. nume.9.volum.j.Affl. deciſ.54.Iaſ. in conſil. 26. col. penult.volum.3.Soc.in l.quidam relegatus,in 3.notab.ff.de reb.dub. Craue.
4 in conſil.95.volum.j.& 233. colum.j.vbi dicit † inhibitionem ſuperioris factam emptori de non obſeruando contractum,videri caſum fortuitum, cui per hominis conſilium prouideri non poteſt, iuxt. l. 2. §.ſi eo tempore. ff. de admi.rer. ad ciuit. perti. l. quæ fortuitis.C.de Pigno. actio. Paul.de Caſtr. in conſil. 200.colum. 2. volum. j. Natta in conſil. 281. colum.2. Boſ.in ſuo tract.in tit. de remiſ. merced. nu. 70. imò
5 † fortius dixit Bald.in conſil. 395. volum 2.non poſſe quem ſe obligare ad talem caſum ex facto Principis prouenientem, etiam cum iuramento: quia talis obligatio continet peccatum, & daret materiam delinquendi: ſequitur Craue. vbi ſuprà. Et quòd dicta ordinatio Principis ſit etiam caſus for-
6 tuitus, tenuit Craue. in cita. conſil. 95. vbi tradit, † quòd Princeps tradendo inſolutum graphariatum aliquibus mercatoribus, ſi poſteà faciat nouam conſtitutionem diminuentem commoda dicti graphariatus, quòd iſte caſus nouarum conſtitutionum dicitur caſus fortuitus. & eò magis hoc dicendum venit in terminis iſtis vbi dictus caſus nedum eſt
7 fortuitus,ſed etiam inſolitus.quod patet † quia quãdo Princeps non ſeruat pacta & conuenta, dicitur caſus fortuitus, & inſolitus. l.fiſtulas.§.fin.ff.de con-
8 trah. emp. † Nam Princeps tenetur ſeruare conuenta.c.j. de probat. vbi not. omnes doct. & maximè ex cauſa oneroſa.Soc.Iun.in conſil.78. num.3. volum.j.
* Iaſ.in conſil. j. col.j.vol.j.vbi tradit hanc eſſe * communem concluſionem tam legiſtarum, quam ca-
9 noniſtarum. Bald. in c. j. de nat. feudi, vbi inquit,† quòd licèt Deus ſubiecerit Imperatori leges,& Papæ canones, non tamen ſibi ſubiecit obligationes & contractus.quia tenetur ex ſuo contractu.Iaſ.in con. 99.in fin. volum.j.Barb in conſi.20.colum.8.vol.2.&
10 alibi dixit Bald in l. 2. C. de ſeruit. & aqua, † quòd licèt Princeps ſit ſolutus legibus, non tamen dictamine rationis naturalis, nec à lege naturæ: quia eſt animal rationale. Iaſ. in conſil. 1. colu.2.vol.j.Rurſus tradit Bald. in l. Princeps. ff. de ll. quòd ſi Princeps non obligaretur ex ſuo contractu, ſequeretur quòd

non

non posset contrahere: quia natura contractus est vt
fit obligatoria hinc inde. l. Labeo. ff. de reg. iur. quod
esset absurdum: quia cum Princeps sit omnium præ-
sul, esset omnium exul: quia non posset contrahere,
& esset deterioris conditionis quàm homo priua-
tus, quod esse non debet. Iaſ. in cita. con. 1. colum. 2.
Socin. Iun. in consi. 94. colum. 2. vol. 2. Et ideo inquit
11 Bald. in c. j. de no. for. fidel. † quòd quicquid Prin-
ceps facit, videtur facere vt Deus, allegat gloſſ. in au-
12 thentic. de hæred. & fal. † Sed Deus est veritas, qui
13 non fallit, nec fallitur. † nam si tenetur obseruare
contractum prædeceſſorum, & obseruare eorum
conuenta. c. j. in verb. prædeceſſores ſuos, vbi etiam
omnes Canoniſtæ de proba. Bal. & alij in l. digna vox.
C. de ll. vbi inquit, quòd si Princeps fecit contra-
ctum, quòd eius ſucceſſor ligabitur ex tali contra-
ctu, & ideò ſubdit ibi Bald. quòd capitula facta per
Imperatorem cum ſubditis non debent infringi per
ſucceſſorem, niſi ex parte ſubditorum interueniſſet
dolus vel fraus, per gloſ. in §. nulla, in authen. de de-
fenſ. ciuita. coll. 3. Ceph. conſi. 23. num. 50. Iaſ. in conſi.
10. colum. 2. volum. 2. Socin. in conſ. 113. num. 11. vol.
2. & in conſil. 60. nume. 18. volum. 3. ergo multò ma-
gis ſuum. authentic. multò magis. C. de ſacroſan. ec-
cle. Cùm igitur Princeps à contractu deuiat & à con-
14 uentione † in cuius celebratione habetur vt priua-
tus, vt probatur in c. j. de proba. Cy. & alij in d. l. di-
gna vox, l. j. vbi Bald. in princip. ff. de pac. Soc. Iun. in
15 conſil. 94. num. 2. vol. 2. † & quem contractum etiam
de plenitudine poteſtatis alterare non poteſt. Felin.
Dec. & cæteri in d. c. j. de proba. Paul. de Caſtro in d. l.
digna vox. & Alcia. in conſil. 362. nume. 4. & Ceph. in
conſil. 58. numer. 78 & ſimiliter deuiauerit ab eo
quod est iuris, & ab eo quod honeſtum & æquum,
ſequitur quòd dictus caſus dicitur fortuitus: & non
ſimpliciter fortuitus, ſed inſolitus & inauditus: ita
Barb. in d. conſil. 202. colum. 8. in verſic. præterea.
volum. 2. vbi dicit propriè, quòd ſi Princeps venit
contra pactum & conuentionem, dicitur caſus for-
tuitus & inſolitus, & inauditum eſſe & inſolitum,
quòd veniat contra eam, & non ſeruet pactum. Ale-
xand. in conſi. 97. colum. 2. volum. 3. Boſ. in tract. ſuo
16 in tit. de remiſ. merced. nume. 76. Et adeò vera est
huiuſmodi ſententia, † quòd etiamſi venditor in ſe
ſuſcepiſſet periculum caſus fortuiti, tamen non in-
telligeretur ſuſcepiſſe caſum fortuitum inſolitum
& non omninò veriſimilem: quia talis caſus videtur
exceptus. Bar. & cæteri in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum.
ff. ſi quis caut. per text. notabil. in l. fiſtulas. §. frumē-
ta. ff. de contrah. emp. Alexand. in conſil. 28. in 2. dub.
volu. j. vbi ſuſcipiens periculum caſus fortuiti non
intelligitur ſuſcipere caſum fortuitum non conſue-
tum euenire nec veriſimilem. Bal. in l. falſus, colum.
17 penult. C. de tut. vbi inquit, † quòd ſuſcipiens in ſe
caſum fortuitum, non cenſetur ſuſcipere caſum ex-
traordinarium, per d. l. fiſtulas, & inquit Alexan. vbi
18 ſuprà † iſtud etiam procedere, dato quòd iuramen-
tum interueniſſet, quia non trahitur ad caſum val-
de extraordinarium, & incogitatum. ſubdens hanc
* eſſe * communem opinionem. Ripa in tract. de peſte
in tit. de priuil. contrac. cauſa peſt. is. num. 97. cum ſe-
quentibus. Boſ. vbi ſuprà. qui etiam de communi.
Alex. in con. 107. nume. 18. vol. 3. Soc. in conſil. 123. in
fi. vol. 4. Barb. in c. j. col. penult. & in cita. con. 20. col. 6.
in fi. Rub. Alexan. in con. 153. in fin. Craue. in conſi. 95.
num. 20. Natta in conſi. 23. num. 20. Barb. in c. fin. co-
lum. penul. de emp. & vend. & Alcia. in con. 157. num.
3. vbi aſſerit hanc eſſe magis communem doc. ſen-
tentiam, etiam ſi interueniſſet iuramentum.

Nec obſtat quòd d. dom. venditor promiſit de e-
uictione, & quòd ſi quo tempore lis, vel quæſtio, aut
moleſtia aliqua de iure vel de facto litis vel extra ab
aliquo vel aliquibus ei moueretur, promiſit eidem
emptori & hæredibus quotieſcunque fuerit denun-
tiatum tam ad inſtantiam & ſeu intereſſe d. Cæſareæ
& Ducalis cameræ, quàm alterius perſonæ in ſe ſuſ-
cipere defenſionem ipſius rei venditæ & dicti em-
ptoris & hæredum & ſucceſſorum ſuorum: quia re-
ſpondetur, quòd per dictam promiſsionem, & ob-
ligationem venditor non tenetur ad requiſita em-
19 ptoris, † quia non tenetur venditor releuare empto-
rem quando citra iudicialem cognitionem res ei au-
fertur de facto. l. fin. C. de actio. emp. Ang. in l. ſi filio
familias. §. ſi vir col. ſi. ff. ſolut. matr. vbi dicit, quòd
Florentini quibus vendita fuerunt certa loca, & ſ.
modicum poſt ablata per Piſanos contra vēditorem
nullum de iure habent regreſſum, quia venditor
vendēdo, & tradendo transfert omnem caſum for-
tuitum & violentum in ipſum emptorem. ſequitur
Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. col. pen. in fi. ff. de verb. oblig.
Natta in con. 281 col. j. Accedit quod voluit Goza. in
20 con. 94. nu. 42. vbi inquit, † quòd licèt quis promiſe-
rit defendere aliquem, non tenetur de vi & violen-
tia. per d. l. fi. C. de actio. emp. ſed in caſu noſtro con-
ſtitutio & ordinatio diminutionis reditus dicti equi
fuit iniuſtè, & abruptè facta per d. cameram Cæſ. &
Ducalem, ac de facto, ergo ad dictum caſum tanquā
fortuitum & non ſolitum euenire, non tenetur ven-
ditor. Nec iuuat quòd promiſit eum defendere de
iure & de facto: quia reſpondet Bart. in l. ſtipulatio
* iſta, in fin. ff. de verb. ob. quem ibi ſequuntur * com-
21 muniter docto. † quod dicta verba intelliguntur ſi
mota fuerit lis in iudicio de iure & de facto, ſcilicet
in lite, non autem reſpectu violentiæ & caſus fortui-
ti: quia nullo modo tenetur, quia cùm natura em-
ptionis, & venditionis ſit talis, quòd in eo nō veniat
caſus fortuitus, & per talem promiſsionem gene-
lem venditor non tenetur. Alexand. in con. 91. in fin.
vol. 6. Bald. in l. non ſolum. §. ſi ſtatus. circa fi. ff. de
procur. vbi ait quòd ſi promitto te defendere de iu-
re & de facto, intelligitur de modo licito, & iuxta
poſſe, non tamen de vi maiori: quia caſus fortuiti
non debentur niſi quatenus ſpecificantur. Dec. in
con. 74. colum. pen. Pract. Papien in for. lib. in cauſa
venditionis, in ver. & legitima defenſione. Gozad. in
cita. con. 94. nu. 42. Marſ. in ſing. 354. Bald. in l. fin. col.
2. ver. quęrunt Doc. & in ver. quæro quid operabun-
tur. C. de actio. emp. Ang in §. in actionē, col. 11. verſi.
quæro quid important verba. & in verſi. quid ergo
operabuntur, inſtit. de actio. Barb. in c. fin. col. pen. de
emp. & vendi. Bal. in l. j. col. 2. de euict. Abb. in d. c. fin.
nu. 7. vbi dicit, quòd dicta verba debēt intelligi, ſi lis
moueatur de facto, & non de iure, non autem debēt
intelligi de violentia extraiudiciali: quia illa non ve-
nit ſecundùm naturam contractus. Idem vult Imo.
ibi Rom. in rub. de arbit. num. 15. imò fortius voluit
Ang. in con. 176 quòd quando in inſtrumento ven-
ditor promittit emptorem defendere de iure & de
facto, & plus obliget ſe etiam ſi per iniuriam iudicis
res euinceretur, quòd hoc pactum intelligi debet
quando per ignorantiam iuris vel facti iudicis res
euinceretur, qui tamen proceſsit ordine iuris ſeruato:
ſecus ſi omiſſo dicto iuris ordine proceſsit, & res
22 fuit euicta: quia venditor non tenetur. & ratio eſt, †
quia quando proceditur nullo iuris ordine ſeruato,
talis caſus dicitur inſolitus & inopinatus, de quo
non tenetur. l. fin. ff. de pigno. actio. quæ verba Ang.
ſingularia dixit Alex. in d. l. ſtipulatio colum. fin. &
d. conſilium elegans dicit Barb. in c. fi. col. pen. ver. tu
adde, de emp. & vend. Dec. in cita. con. 79. colum. pen.
Gozad. in allega. con. 94. num. 42. & Barb. vbi ſupra.
& Natta in conſil. 181. col. 2. Ex iſtis igitur concluden-
dum videtur, quòd nullo modo d. Paſquinus & V-
bertinus ad præmiſſam releuationem requiſitam
per d. Thomenum teneantur.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CON- ſilij XLVI.

1 *Fideicommiſſum cum ſit facti, non præſumitur niſi pro-*
betur.

2 *Fideicommiſſum dicitur onus, quod non præſumitur,*
ſed euitandum eſt.

3 *Fideicommiſſum non ſubeſſe in dubio pronuntiandum*
eſt, cum hoc ſit fauorab. lius.

4 *Fideicommiſſarius ſecundùm communem ante agni-*
tum fideicommiſſum bona fideicommiſſo ſubiecta
tranſmittit ad filios.

Fidei-

5 Fideicommissum conditionale secundùm communem non transmittitur ad filios hæredes.
6 Fideicommissum purificatum etiam ante aditam hæreditatem transmittitur.
7 Fideicommissarius probare tenetur, quòd bona quæ petit, essent de hæreditate fideicommittentis tempore mortis suæ.
8 Fideicommissum ad bona testatoris restringitur.
9 Actore non probante, reus debet absolui.
10 Fideicommissario agenti contra hæredem grauati sufficit probare bona fuisse reperta in hæreditate fideicommittentis tempore mortis suæ, secus si agit contra tertios possessores: quia tunc de dominio fideicommittentis debet probari.
11 Substitutus extraneum conuenire non potest pro rebus subiectis fideicommisso, nisi probet quòd defunctus fuerit dominus vel quasi, quod non probatur ex sola possessione.
12 Actio ex testamento non datur contra extraneum possessorem.
13 Officium iudicis non detur contra extraneum possessorem titulatum.
14 Argumentum à sufficienti partium enumeratione est solidum in iure.
15 Paria non sunt rem esse in bonis, & rem esse in dominio vel quasi.
16 Quilibet præsumitur ditari & acquirere.
17 Testes deponentes de possessione fideicommittentis non probant dominium.
18 Testes deponentes fideicõmittentem tenuisse rem tanquam suam & pro sua, non probant dominium, sed tantum quòd quis possidebat nomine suo proprio & non alieno.
19 Testes deponentes dominum Galeotum fuisse dominum rei, quia viderunt, non probãt dominium: quia debebant deponere se vidisse ea per quæ transfertur dominium.
20 Testes deponentes Titium possedisse rem, & quòd dum vixit publicè & notoriè fuit habitus pro domino ipsius rei, non probant dominium.
21 Dominium vt probetur, requiritur quòd constet de dominio sui actoris, aliàs quis non potest obtinere.
22 Dominium infeudantis quò ad bona, quæ in locis infeudatis reperiuntur secundum veram & communem conclusionem nullo modo probatur per instrumenta inuestiturarum feudalium, & num. 51.
23 Dominium quando venit probandum debet, firmiter probari & de præsenti.
24 Instrumentum emptionis non probat dominium, sed probari debet vendentem fuisse dominum.
25 Instrumentũ gestum inter duos non probat dominium ipsorum contra extraneos possessores.
26 Possidere quis dicitur ex titulo præambulo.
27 Identitas bonorum in dubio non præsumitur nisi probetur.
28 Illatio non bene infertur ex separatis.
29 Probatio dubia & obscura nihil valet.
30 Demonstrationes duæ veræ requiruntur ad probandum identitatem.
31 Res debet liquidò declarari per circumstantias & demonstrationes in probationibus, aliàs non potest sequi declaratoria.
32 Bona existentia in territorio si sunt feudalia in totum vel pro maiori parte, omnia alia bona præsumuntur feudalia nisi contrarium probetur.
33 Bona quæ à priuatis nõ reperiuntur occupata, in dubio præsumuntur esse illius vniuersitatis vel domini, in cuius territorio reperiuntur.
34 Iurisdictionem territorij habens, non censetur habere dominium rerum particularium existentium in territorio, secus si habet dominium territorij cum iurisdictione, & num. 65.
35 Quicquid est intra fines alicuius castri comitatus seu principatus, dicitur esse illius, contra numero 50. & 57. & seq.
36 Domini terrarum habent intentionem fundatam quò ad res sitas intra fines suæ terræ, nisi aliud in contrarium doceatur.
37 Ecclesia quæ est intra fines diœcesis, præsumitur esse sub iurisdictione Episcopi diœcesani.
38 Bona sita in territorio infeudati si reperiuntur ab illo possessa, præsumuntur feudalia si non constat quòd alio modò acquisierit.
39 Bona in dubio præsumuntur allodialia, & non feudalia.
40 Res feudalis dicitur quandam habere seruitutem.
41 Res omnis præsumitur libera sicut erat de iure primæuo.
42 Feudum est quædam seruitus præter naturam rerum, quæ aliquando fuerunt liberæ & nunc præsumuntur.
43 Feudalem rem qui allegat, illam probare tenetur.
44 Possidere vnusquisque magis præsumitur vt dominus, & sic nomine proprio quàm alieno.
45 Vasallus emphyteota & similes possident nomine alieno.
46 Possessio ciuilis præsumitur ex naturali possessione & fructuum perceptione.
47 Præsumptio iuris transfert onus probandi in contrarium.
48 Status vel qualitas quando inest vel est apta inse ab origine rei, illa transfert onus probandi in eum, qui contradicit.
49 Bona & si ita sint in territorio Romanæ ecclesiæ, si tamen pro illis nunquam præstitum fuit iuramentum fidelitatis vel homagium, non præsumuntur feudalia, sed allodialia.
50 Quicquid est intra fines, præsumitur esse domini quò ad iurisdictionem, non quò ad dominium.
51 Territorium habere non denotat quòd dominium rerum particularium sitarum in eo spectat ad illum, qui habet ius territorij.
52 Maioris authoritatis non debet esse vasallus respectu feudi sibi concessi quàm Princeps vel rex respectu Principatus vel regni sui.
53 Princeps & si sit inuestitus à supremo domino de Principatu cum omnibus iuribus & pertinentijs, tamen non habet omnia, quæ sunt intra fines Principatus.
54 Principis esse omnia dixit Martinus, sed illud dixit ob timorem Imperatoris vel eius amorem.
55 Bona tanta per clericos in terra Regis vel Baronis pro quibus non præstant iuramentum fidelitatis, non præsumuntur feudalia.
56 Consuetudini, cuius vilis non est authoritas, standũ est.
57 Dominus prætendens quòd quicquid est intra fines territorij sui, sit feudale, debet nedum articulare confines feudi, sed etiam, quòd pro maiori parte vltra medietatem possessionis conuicinæ in dicto loco essent possessiones feudales.
58 Item quòd essent de illo feudo.
59 Inconueniens non est quòd vnum feudum habeat territorium & terras in alio feudo separato.
60 Asserenti bona fuisse concedentis incumbit onus probandi.

61 *Inuestitus si quis fuerit de pluribus castris & oppidis Planorsij, Codignani cum villis & pertinentijs suis, & villæ essent iuxta castrum Planorsij, non per hoc intelliguntur esse de pertinentijs illius nisi alio modo doceatur.*

62 *Princeps si concedat albergamentum alicui, ex illo bene probatur titulus, sed non ius albergandi.*

63 *Fundans ius suum in inuestitura alterius, debet probare de iure inuestientis.*

64 *Inuestitus à Principe de castro cum furnis & molendinis, non potest cogere subditos ad molendum vel ad coquendum nisi aliter de iure concedentis appareat.*

65 *Princeps si inuestiat aliquem de castro cum terris, pratis & gerbis, aliter non specificatis ipsis prædijs, quæ essent, non præsumuntur feudalia, nisi constet quòd concedens ius habuisset in eis, vel nisi appareret pro ipsis rebus præstitum fuisset seruitium domino.*

66 *Donatio facta per Cæsarem monasterio de curia, non operatur, quòd aliquid quæsitum sit ecclesiæ, nisi ostendatur, quòd curia ipsa spectabat ad donantem.*

67 *Comes si concesserit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali re, talis concessio redditur inutilis, & nihil operatur nisi de iure concedentis appareat.*

68 *Concessio facta per Cæsarem domino Deyphebo de Marchionatu Soraneæ, & eius curte, non comprehendit bona particularia existentia in territorio dicti Marchionatus, etiam si sint possessa per ipsum, nisi appareat, quòd fuerint Principis concedentis.*

CONSILIVM XLVI.

IN præsenti consultatione prima consideratione dicendum videretur ex quo per dominos Hippolytum & Ludoicum de Nigris facta fuit fides legitima de fideicommisso q. magnifici dom. Galeoti eorum aui paterni, & † de quo prius constare debuit, cum illud sit facti, & † præsertim res onerosa, quæ non præsumitur, sed euitanda est. l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. Soc. Iun. in consil. 1. nume. 4. volum. 3. & in terminis per Cepha. in consil. 67. num. 27. † Et pro quo in dubio pronuntiandum est non subesse, cum hoc fauorabilius sit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Alcia. in consil. 525. num. 12. & in consil. sequenti. num. 6. quod vigore transmissionis dicti fideicommissi in eos factæ per mortem quondam dom. Anselmi eius patris, cui bona d. dom. Galeoti testatoris & fideicommittentis spectabant & pertinebant per mortem quondam dom. Franciſci, qui decesit sine liberis, quòd ipsi agere potuerunt ad consecutionem bonorum, de quibus in pede libelli tanquam subiectorum fideicommisso contra dom. Achillem Falzonum, Robertum de Galarate, & Ioan. de Merlis possessores dictorum bonorum. quoniam recepta est doctorum sententia, † quòd fideicōmissarius ante agnitum fideicommissum & aditam hæreditatem bona ipsius fideicommissi transmittit ad filios. Bar. in l. cum filio, colum. fin. versic. quæro pone, de lega. 1. quem ibi * communiter sequuntur Doc. Dec. in consil. 478. colum. 2. & in consil. 490. col. fin. Capi. in decis. 89. in 2. dub. & Natta in consil. 471. num. 14. vbi omnes attestantur de communi. & quamuis Barto. & sequaces loquantur in fideicommisso puro & non conditionali, † quòd pendente conditione non transmittitur etiam ad filios hæredes, vt est glo. * communiter approbata in l. j. C. de his qui ante aper. tab. Castr. in d. l. cum filio. col. pen. Alexand. in 2. prę̃misso. Iaſ. in 4. notab. Ripa. num. 11. Bald. in con. 115. volum. 5. dup. in con. 146. vol. eod. & in con. 254. volum. 1. Soc. in consi. 74. colum. 1. vol. 4. Dec. in consil. 465. colum. 3. 515. in princip. & in con. 574. in prin. Rui. in con. 181. in princip. vol. 2. in consil. 183. num. 3. vol. eod. & in consil. 122. num. 3. vol. 3. consi. 136. num. 55. & in con. 152. num. 3. volum. eod. Pariſ. in con. 3. num. 37. volum. 1. consil. 70. num. 7. volum. 2. consil. 75. num. 21. & 77. num. 1. vol. eod. Ceph. in con. 32. num. 3. vbi reprobata glo. in l. is cui. ff. de actio. & obliga. concludunt hanc esse communem: quia respondetur † prę̃missam sententiam procedere in fideicommisso conditionali nondum purificato, secus vbi fuit purificatū, vt in casu præsenti: quia puri & purificati idem est iudicium. l. sed & si de sua, in fin. ff. de acqui. hæred. Iaſ. in l. si pecuniam. colu. 2. ff. si cer. pet. & ita in terminis nostris decidit Soc. in consil. vlti. col. 2. in fin. volum. 4. * vbi inquit hanc esse * communem quòd ante acceptationem fideicommissum transmittitur, dummodo fideicommissum sit purum vel purificatum. Ceph. in cita. con. 132. nu. 8. vbi non fuit memor Soc. vbi supra, & tantò magis id dicendum venit, cum per testes probauerint bona de quibus in fine petitionis eorum fuisse in bonis & hæreditate d. quon. do. Galeoti tempore mortis suę. quod equidem probandum erat per eos, vt per Alexand. in con. 82. col. pen. vol. 2. publicato in consil. 40. vol. 3. & in consil. 51. vol. 6. vbi inquit, quòd licèt hæres vniuersalis teneatur rationem reddere fideicommissario rerum, quæ erant in hæreditate, & teneatur de administratione & dilapidatione, l. cùm tale. §. Titius, vbi gl. & docto. de cond. & demonst. tamen, † quòd fideicommissarius, qui dicit quòd pecunia erat reperta in hæreditate tempore mortis testatoris, habet hoc probare, cum sit fundamentum intentionis suæ. l. ei qui. ff. de probatio. l. exceptionibus, in prin. eo. titu. & in consi. 139. col. 3. versic. capio aliam dubitationem. volum. 6. Bald. in consil. 84. vol. 1. Aret. in consi. 109 colum. 5. in princip. Alba. in consil. 6. num. 3. Alcia. in consil. 778. num. 4. † quia fideicommissum ad bona ipsius testatoris restringitur. d. §. cùm filiæ, ibi, nec fideicommisso propriæ facultates filij tenebuntur.

Sed præmissis non obstantibus in contrarium est veritas, quòd dicti agentes nullo modo consequi debent bona de quibus in pede dicti libelli, sed omnino succumbere debent ex regula triuiali, quæ habet, † quòd actore non probante reus debet absolui, etiam si nihil præstiterit. l. qui accusare. C. de eden. quoniam apud doct. hoc pro trito habetur, † quòd vbi fideicommissarius agit cōtra hęredem grauati, sufficit probare bona fuisse reperta in hæreditate tempore mortis suæ, vt per Bald. in d. consil. 84. & alios suprà citatos: secus autem vbi agitur contra tertios possessores: quia tunc debet probari de dominio fideicommittentis. ita Bald. in consi. 4. vol. 4. vbi dicit, † quòd nescit videre quomodo extraneus possit conueniri à substituto pro rebus subiectis fideicommisso, nisi probet quòd defunctus fuerit dominus, vel quasi, quod non probatur ex sola possessione. l. cum res. C. de probatio. quia si vult agere rei vendicatione, & sola probata possessio ei non sufficit. l. nulla. C. de rei vend. † Aut ex testamento, & illa non datur contra extraneum possessorem. l. j. §. si hæredi. ff. ad Treb. Aut ex dicto diui Adriani, & non potest. Aut conditione ex l. si coloni, † vel officio iudicis, & similiter non potest, cùm possessor habeat titulum, vt per doct. in l. 2. C. de fur. & in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos. Idem tenet Paul. de Cast. in consil. 10. secundùm antiquam impressionem in colu. fin. quod est in consil. 94. in 2. vol. Craue. in consil. 61. col. penul. Sed melius in consil. 316. col. fin. Ioach. Minsynger. in tract. de obseruat. in patrocinio 18. num. 11. & Natta in consil. 400. colum. fin. vbi dicit quòd si fideicommissarius agit contra extraneum, qui possidet rem hæreditariam cum titulo, & tunc quia fideicommissaria hæreditatis petitio non competit contra possidentem cum titulo, opus est rem vendicare à possessore. l. 2. l. hęreditas. C. de pet. hæred. necesse habet probare de dominio, vel quasi defuncti, aliàs obtinere non potest. Sed in terminis nostris minimè probatum extitit de dominio fideicommittentis in bonis pro quibus nunc agitur, ergo &c. Quòd autem de dicto dominio non fuerit probatum, demonstratur † arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod argumentum est solidum in iure. l. patre furioso, vbi doc. ff. de his qui sunt sui vel alie.

iur. cum alijs vulgaribus. Nam aut ipsi actores se fundare volunt, quod per eos fuit deductum, & probatum dominium in hoc iudicio, & hoc est falsum: quia si bene videantur positiones per eos productæ, & demum reductæ ad capitula, & maximè positio decimatertia solùm demonstratur & in ea dicitur, quòd d. dominus Galeotus reliquit in eius bonis & hæreditate massaritium de quo agitur, quæ positio non fuit probata. Sed esto etiam, quòd probata, & confessata fuisset; nihil tamen faceret ad rombum:
15 quia † paria non sunt rem esse in bonis, & rem esse in dominio, vel quasi, vt inst. bonorum appellatio. §. in bonis. ff. de verb. sig. l. rem in nobis. ff. de acqui. rer. dom. vbi in bonis nostris esse dicitur non solùm quòd est in dominio nostro, sed etiam id quod tantum possidemus. Alex. in cons. 171. col. 2. versic. denique, vol. 7. vbi dicit quòd etiam dato, quòd probatum esset vel confessatum quòd tanepis fuisset in bonis ser Petri tempore sui testamenti, vt dicunt positiones, quòd hoc non sufficeret ad probationem dominij, sed requiritur probari quòd esset in dominio vel quasi ser Petri propter d. regulam: quia paria non sunt rem esse in bonis, & rem esse in dominio vel quasi. allegat iura suprà allegata. sequitur Alba. in cita. cons. 6. nu. 8. Natta in cons. 400. nu. 9. Vlteriùs dicitur quod etiam per testes ad eorum instantiâ examinatos minimè probatum comperitur d. dominium, quoniâ primus testis & tertius nihil deponunt, nec de dominio nec possessione d. quondam dom. Galeoti, sed tantum de possessione quondam domini Dominici eius filij: quo casu nihil probant. Nam alio non edocto magis dicendum videtur, quod fuerit acquisitum massaritium à d. domino Dominico
16 † cum quilibet præsumatur ditari & acquirere. l. si defunctus. C. arbitr. tutel. Bar. in l. ex diuerso. §. fin. ff. solut. matr. Vnde cum hæc probatio non sit concludens, nihil facit ad propositum c. in præsentia, de proba. & non probat hoc esse, &c. l. non hoc, vbi docto. C. vnde legit. Ita in simili dixit Alcia. in cons. 778. nu. 5. Item quartus & quintus dicunt se audiuisse ab eorum parentibus, quòd dictum massaritium erat quondam domini Galeoti, quo casu testes ipsi non probant dominiũ, vt constat ex his quæ scribit Alex.
17 in cons. 94. nu. 10. vol. 2. vbi inquit. † q; vbi tractatur de probatione alicuius rei, in qua requiritur verus actus hominis, & in quo non sufficiunt verba tantũ, vt est ad probandum dominium, in quo requiritur vt probetur verus titulus aptus ad acquisitionem dominij, & traditio possessionis seu illius apprehensio. l. traditionibus. C. de pac. nunquam sufficit testimonium de auditu. allegat. Iac. de Are. & Cyn. in l. testium, per illum tex. C. de testib. rursus in consil. 24. num. 8. vol. 7. Minúsque probant septimus, decimus,
18 & duodecimus, † quoniam deponunt quondam dominum Galeotum tenuisse massaritium prędictum tanquã suum, & pro suo, ex quib. depositionib. non probatur dominium. Inno. in c. illud, de pręsump. in fin. Bart. & Ang. in l. j. ff. quòd suo. Alex. in consil. 98. colum. penul. in fi. versic. nec prædictis. vol. 2. vbi inquit, quòd talis probatio non arguit dominium vel quasi sed tantum, quòd quis possidebat nomine suo proprio, & non alieno, & ideò vt probetur de dominio, semper requiritur, vt probetur de causa & titulo habili ad acquisitionem dominij, vel quasi, & non capitulare, & probare quòd tenuit, & possedit pro sua & tanquam suam quemadmodum veri domini tenent & possident res suas. Rursus in consilio 24. num. 13. vol. 7. & in cons. 182. colum. 2. volum. eodem. Ripa in l. rem quæ nobis, colum. penult. ff. de acqui. possess. Pariter octauus & nonus nihil etiam probãt,
19 † quia dicunt quondam d. Galeotum fuisse dominũ dicti massaritij eò quia viderunt, quę ratio est inepta & non concludens ad probationem dominij. quia debebant dicere se vidisse ea per quæ transfertur dominium: vt quia fuerunt præsentes emptioni, & illud traditum fuisse seu possediſſe cum tali iusto titulo, longo tempore: ita Spec. in tit. de teste. §. nunc tractandum, versic. quid ergo si quis petit. Sequitur Alex. in consil. suprà citato 24. num. 7. vbi dicit hoc fuisse etiam de mente Inno. & aliorum in c. cum causam quæ. de testib. & communiter legistarum in l. solam. C. de testib. Nec etiam quicquam probant vn-
20 decimus, & tertius decimus, dum dicunt, † quòd dictus dominus Galeotus possedit dictum massaritium, & quòd dum vixit publicè & notoriè fuit habitus pro domino dicti massaritij, vt in terminis dicunt domini de Rota in conclusione 325. incip. Item si Alex. in dicto consil. 24. colum. 2. in fin. & Soc. in consil. 112. col. fin. vol. 4.

Aut volunt facere fundamentũ, quòd dominium ipsum sit probatum ex instrumento diuisionis celebrato inter quondam dominum Galeotũ & q. dom. Georgium eius fratrem, & ex illo nullo modo probatur dominium dicti massaritij, † quoniã vt illud
21 probetur, requiritur quòd constet de dominio sui auctoris, aliàs quis nõ potest obtinere, vt dixit Alex. in cons. 98. col. pen. ver. restat. vol. 2. in consil. 12. col. j.
* vol. 4. vbi inquit * communem esse quòd per instrumentum locationis non probatur dominium loca-
22 toris. Curt. Iun. in consil. 158. num. 6. vbi † per instrumenta inuestiturarum feudalium nullo modo pro-
* batur secundùm veram & * communem conclusionem dominium infeudantis quò ad bona quę in locis infeudatis reperiuntur Paris. in consil. 27. nu. 128.
23 vol 1. vbi dicit quod cõmuniter concluditur, † quòd quando agitur de dominio probando, debet formiter probari, & de pręsenti: quia non sufficit probatio
24 de præterito † prout etiã fortius non sufficit si producitur instrumentum emptionis, sed est necesse
25 quòd doceatur vendentẽ fuisse dominũ. Et † tantò magis hoc dicendum venit respectu tertij, vt diuisio ipsa non probet contra ipsos extraneos possessores, vt latè per Curt. Iun. in con. 158. nu. 22. & 31. vbi asserit
* hanc esse * communem. Rui. in con. 26. in prin. vol 1.

Plus dicitur quòd etiam dato (sed non concesso) quòd ex dicto instrumento probaretur dominium bonorum descriptorum in diuisione, tamen adhuc non possunt obtinere in casu nostro, † quoniam bo-
26 na posita in fine libelli & quæ petũtur tanquàm subiecta fideicommisso, nullo modo conueniunt cum bonis quæ scripta sunt in instrumento diuisionis. nam in eo dicitur de tota possessione ad Roletum cum pratis, & vitibus, & omnibus alijs, quæ tenent filij Ambrosij, nullis specificatis confinibus, & in fine libelli describitur massaritium ad Roletũ cum ędificijs, de quibus nulla est facta mentio in diuisione, &
27 sub suis confinibus, quo casu † cum non probetur identitas dictorum bonorũ quæ in dubio non præsumitur, nisi probetur. Io. And. & alij in c. auditis, de
28 descrip. Rui. in consil. 1. 1. nu. 4. vol. 5. sequitur † quòd ex separatis non bene infertur. l. Papinianus exuli, de mino. & quòd † dicta probatio tanquam dubia, &
29 obscura ipsis dominis agentibus non habet prodesse. c. in præsentia, de probatio. † nam ad probandum
30 identitatem requiruntur duæ demonstrationes veræ, vt per Bar. & alios in l. demonstratio falsa, in prin. in 7. q. ff. de cond. & demonst. Alex. in consil. 133. col. 4. vol. 1. cons. 73. col. pen. vol. 3. 39. col. 2. vol. 5. con. 50. col. pen. vol. eod. in con. 107. in fin. vol. 6. 8[illegible] col. fi. & 183.
31 col. pen. in fin. vol. eod. vbi inquit, † quòd in probationib. res debet liquidò declarari per circunstantias, & demonstrationes, aliàs nõ potest sequi declaratoria. Paris. in cons. 67. nu. 11. vol. 1. Et ex his absolutum remanet primũ caput prędictę consultationis.

Deuenio ad secundum caput, in quo prædicti domini agentes dicunt prędicta bona ex alio capite sibi deberi tanquã de territorio sui castri, de quo nedum ipsi, sed & antecessores sui fuerunt inuestiti cum mero, mixto imperio, omnimoda iurisdictione ac territorio. in quorum fauorem infrascripta deducuntur. † quotiens bona existentia in territorio sunt
32 feudalia in totum, vel pro maiori parte, omnia alia bona præsumuntur feudalia, nisi contrarium probetur. c. j. de contr. inter mas. & fœm. vbi hoc voluerunt Iac. de Beluis. Iser. & Alua. Cur. Iun. in consil. 41. nu. 1. 140. col. 2. nu. 10. & in fine consilij 158. nu. 2. & 84. nu. 5. Natta in cons. 460. nu. 6. Hinc dixit Bal. in c. j. §. cum autem, de contro. inuest. quòd si de latitudine prædiorum dubitatur, tota præsumitur feudalis, nisi contrarium probetur. arg. l. vxori. ff. de lega. 3. Curt. iun. in cons. 111. nu. 14. versic. ex præmissis. & in con. pen. col. 2. Sed in casu de quo agitur, demõstran-

tur

tur dicta bona fore feudalia pro maiori parte ex inuestituris factis per ipsos dominos multis & diuersis personis eiusdē loci: ergo præsumuntur feudalia.

Secundò pro ista sententia facit quod notat Rui. in consil. 26. nu. 7. vol. j. vbi inquit q; si tempore concessionis castri Cuniolij factæ per Illustrissi. dominum Marchionem Montisferrati nobilib. eiusdē loci non constabat, q; bona particularia de quib. contenditur, fuerint ab aliquib. priuatis occupata, in dubio præsumuntur fuisse ipsius domini Marchionis in cuius territorio reperiebantur posita, per doctrinam Paul. de Cast. in l. j. ff. de acqui. pos. quem ibi sequitur Soc.

33 vbi dicit † quòd si aliqua sint bona immobilia, quæ non reperiatur à priuatis occupata quòd præsumuntur esse illius vniuersitatis, vel domini in cuius territorio reperiuntur. Rui. in consil. 40. nu. 14. vol. eod. & in con. 108. nu. 24. vol. 2. Curt. Iun. in cons. 41. num. 4. vbi ait hoc esse valde vtile ad confirmandum intentionem communitatis, vel Principis. in con. 140. nu. 10. in fi. in consil. 158. nu. 24. & in consil. pen. nu. 8. Natta in consil. 506. nu. 30. Sed in casu de quo agitur, non constat quòd bona quæ nunc possidentur per conuentos, essent ab illis occupata tempore dictæ concessionis, ergo præsumuntur feudalia.

34 Tertiò accedit quod scribit Soc. in d l. j. in distinct. sua, vbi dicit, quòd aliquādo quis habet iurisdictionem territorij, & tunc non valet argumentū, quòd habeat dominium rerum particularium existētium in territorio. & dicit ita procedere tex. in c. j. §. Item si quis, in 2. respon. quib. mo. feud. amit. Aliquando & secundò quis habet dominium territorij cum iurisdictione, & nunc præsumitur habere dominium vniuersitatis agrorum existentium in territorio, vt probat text. in c. cum Bertold. in verfic. cum ab vniuersitate, de re iud. Ex quibus secundùm eum infertur quòd fundata est intentio habentis dominium totius territorij, vt etiam dicatur habere dominium rerum particularium. Et ideò si quis velit hanc intentionē excludere, debet probare, vel dominium, vel possessionē illius rei, quam vult ab ista vniuersitate excludere, vt probat tex. in l. ęde sacra. §. j. de contrah. emp. quam decisionē Soc. sequuntur Cur. Iun. in d. consilijs 41. nu. 9. 158. col. 6. & pen. consi. pen. nu. 8. Rui. in consil. 26. num. 7. vol. 1. Sed in terminis nostris prędicti actores reperiūtur inuestiti, & eorū antecessores de dominio territorij cū iurisdictione, ergo omnia bona particularia posita ibi cēsentur feudalia.

Quartò pro ista parte facit regula triuialis, quæ

35 habet, † quòd quicquid est intra fines alicuius castri, comitatus, seu principatus, dicitur esse illius. l. æde sacra. §. j. ff. de contrah. emp. l. Insulæ Italiæ, vbi Bal. ff. de iud. & ideò dicebat Hostien. in c. si diligenti, de

36 præscri. per illum tex. quòd † domini terrarum habent intentionem fundatam quò ad res sitas intra fines suæ terræ, nisi aliud in contrarium doceatur. Soc. Iun. in consil. 65. num. 68. vol. 1. Soc. in consil. 166. col. 2. vol. 1. Accedit quod vult tex. in c. omnes basili-

37 cæ. 16. q. 7. vbi dicitur, † quòd ecclesia quæ est intra fines diœcesis præsumitur esse sub iurisdictione episcopi diœcesani, c. cum episcopus, de off. ord. in 6. ergo idem dicendum venit in casu nostro, quòd ista bona censeantur feudalia.

Quintò & vltimò facit nam memini dubium est,

38 quòd † si bona quæ sita sunt in territorio infeudati reperiuntur ab illo possessa, quòd illa præsumuntur feudalia, si non demonstretur quòd alio modo acquisiuerit: quia repertas possidere præsumitur possidere ex titulo præambulo. l. quædam, vbi gl. & Bar. ff. de rei vend. Cur. Iun. in consil. pen. num. 8. Rui. in consil. 108. num. 24. vol. 2. Natta in cons. 460. num. 22. 506. num. 31. si ergo hoc statuitur in inuestito, vtique idem dicendum venit in alio, qui causam habuit ab inuestitis, vt per Rui. in citato consil. 108. num. 24.

Quibus tamen non obstantibus sententiam contrariam omninò tenendā esse arbitror. s. quòd prædicta bona censeantur, & sint allodialia, & non feu-

* dalia. quod primò probatur ex * communi conclu-

39 sione quæ habet, † quòd bona in dubio præsumuntur allodialia, & non feudalia. Hostien. & Io. Andr. in c. fin. in verb. respondere, de iud. in c. nimis, de iureiur. Alex. in consil. 129. in princ. vol. j. Dec. in consil. 32. colum. 2. in fin. 85. col. j. 269. in princ. 468. colum. 2. 498. colum. j. 588. colum. 2. & 413. colum. 2. Soc. Iun. in consil. 102. colum. 4. in princ. volum. 2. Curt. Iun. in

40 consil. 41. nu. 7. † quia res feudalis quandam dicitur habere seruitutem. gloss. in l. si cuius. §. si vsusfructus

41 in verbo oportet. ff. de vsufruct. † Et omnis res præsumitur libera sicut erat de iure primæuo, nisi de seruitute probetur. l. altius. C. de seruit. & aqua. Paul. de Castro in consil. 163. in prin. secundùm antiquam impressionem. Bald in consi. 351. colum. 2. versic. tertia, volum. j. duplicato in consi. 310. volum. 3. vbi ait,

42 † quòd feudum est quædam seruitus præter naturam rerum quæ aliquando fuerunt liberæ, & nunc præsumūtur, vt notatur in l. si prius. ff. de nou. oper. nunt. Afflic. in c. j. num. 28. ex quib. cau. feud. amit.

43 † vbi qui allegat rem feudalem, tenetur illam proba-

44 re. Quod etiam alio modo demonstratur, † quia vnusquisque magis præsumitur possidere vt dominus, & sic nomine proprio, quàm alio. l. filiusfa. §. diui, verfic. Idem Principes. ff. de lega. j. vbi illum tex.

45 ad hoc ibi notat Angel. ergo † non vt vasallus, emphyteota, & similes, qui possident nomine alieno. l. malè agere. vbi gloss. & Bart. C. de præscrip 30. ann. Doc. in l. 3. § ex contrario. ff. de acqui. pos. Alexand in consil. 136. col. 2. vol. j. Accedit quod notat Bald. in l. j.

46 colum. fin. C. de ser. fugit. vbi ait, † quòd ex naturali possessione & fructuum perceptione præsumitur ciuilis possessio, per l. Titia. ff. solut. matri. Vnde si quilibet præsumitur ciuiliter possidere, ergo non vt vasallus, emphyteota, vel vsufructuarius, qui possident naturaliter tantùm. Boer. decis. 28. ciuilis autem est penes directum dominum. l. naturaliter in princ. de acqui pos. Insignis Natta in consil. 514. num. 26. &

47 in consi. 634. colum. fin. Vnde, † cùm ista sit præsumptio iuris transfert onus probandi in contrarium, quòd sint feudalia, prout facit quælibet alia iuris præsumptio. l. generaliter. §. si petitū. ff. de fideicom. liber. pro qua sententia etiam facit quod scribit Bartol. in l. si prius, in quinta oppositione tertiæ par.

48 princ. ff. de nou. oper. nunt. vbi tradit † quòd quando status, vel qualitas inest vel est apta inesse ab origine rei, illa transfert onus probandi in eum, qui contradicit. l. liberis, circa fin. ff. de lib. cau. Bald. in consil. 351. colum. j. volum. j. Curt. Sen. in consil. 75. col. 2. verfic. & bene. vbi dicit, quòd omnis res præsumitur libera habito respectu ad habitum originalem propter naturalem statum rerum, nisi probetur aliqua alia qualitas opposita seruitutis. & ista præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium. cum igitur in casu nostro præsumptio ista libertatis sit in fauorem conuentorum, & contra actores, ipsis incumbit onus probandi, quòd bona sint feudalia, & non allodialia.

Secundò pro hac parte facit quod not. Hostien. in c. nimis, de iureiur. vbi dicit, quòd res non præsumuntur feudales ex quo sunt intra fines castri feudalis nisi probetur: quia multa allodialia ibi sunt sita, & à iure primæuo omnis terra libera est nisi in quantum violentia est illata. §. ius autem gentium, insti. de iure nat. gen. & ciuil. sequitur Paul. de Castro in consil. 163. col. j. secundùm antiquam impressionem, Affli. in c. j. nume. 18. in fin. de contro. inter mas. & fœm. Paris. in consil. 16. num. 18. volum. 4.

Tertiò accedit quod voluit Paul. de Castro in d. consil. 163. colum. j. secundùm antiquam impressio-

49 nem, vbi vult, † quòd licèt bona sita sint in territorio Romanæ ecclesiæ, si tamen pro illis nunquàm præstitum fuit iuramentum fidelitatis vel homagium, non præsumūtur feudalia, sed allodialia. sequitur Paris. in cita. con. 16. nu. 19. vbi etiā ipse concludit, quòd si apparet facta aliqua inuestitura communitatibus ibi nominatis de castro Montisbelli, quòd castrū prędictū non reputatur feudale, sed allodiale.

Quartò probatur, quòd sunt allodialia: quia per instrumentū inuestiturarum feudalium nullo modo secundùm communem probatur dominium infeudantis quantum ad proprietatem & bona, quæ

* in locis infeudatis reperiuntur. Bart. & * communiter scribentes in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. Alexand. in consil. 12. colum. j. volum. 4. Curt. Iun. in consil. 158. num. 5. vbi tradit hanc esse veram, & com-

munem conclusionem. & in cons.41.versi.quinimo. Abb. Felin. & alij in c.si diligenti, de præscrip.vbi firmat quòd dominus territorij non præsumitur dominus respectu proprietatis rerum sitarum in eius territorio. quod & voluit Paris. vbi suprà. Bos. in tract crim. in tit. de Principe nu. 242. vbi propriè sic inquit, scias autem quòd licèt fundus sit intra territorium meũ, tamen non præsumitur feudalis etiam si ego nesciam ostendere, vnde habuerim. & hoc ex doctrina doct. & maximè Imol. in d.c.nimis, vbi vo-
50 lunt illud † quod est intra fines præsumi quò ad iurisdictionẽ finium domini, non quò ad dominium, aliàs in dubio omnia præsumerentur Principis quò ad dominium contra regulam, quòd res prę̃sumuntur allodiales.

Quintò confirmatur hęc sententia ex scriptis per Alex. in consil. 76. nu. 6. vol. 2. vbi dicit, quòd non sequitur, bona sunt sita in territorio Lugi, ergo particulare dominium ipsorum spectat ad cõmune Lugi,
51 † quia habere territorium non denotat, quòd dominium rerum particularium spectat ad illum, qui habet ius territorij, sed denotat in quo quis habet iurisdictionis exercitium. l. pupillus. §. territorium, de verb. sign & ita exponit glo. in l. quicunque. C. de fund. limit. lib. 11.

52 Sextò facit, † nam non debet esse maioris auctoritatis vasallus respectu feudi sibi cõcessi, quàm princeps, vel Rex, respectu principatus eidem concessi:
53 sed nos videmus † quòd & si Princeps sit inuestitus à supremo Principe de principatu cum omnibus iuribus & pertinentijs, tamen non habet omnia, quæ sunt intra fines principatus, vt per Affl. in c. j. num. 19. versic. secundò pro ista parte, de contro. inuest. inter masc. & fœm. vbi ponit exemplũ de rege Neapoli, & inquit, quòd ita videmus de facto quòd omnia quæ sunt intra fines Regni, non præsumuntur esse de dominio Regis ratione proprietatis, vt notat glo.
54 reprobata opinione Martini, † qui dixit omnia esse Principis in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. & ideò dixit Andr. de Isern. in constit. si dubitatio, quòd Martinus illud dixit ob timorem Imperatoris, vel eius amorem. & hoc expresse ponit in constitutione, & officialibus, vbi dicit, quòd illa constitutio est contra procuratores, & aduocatos, qui dicunt quòd omnia quæ sunt in regno sunt Regis, quod est falsum, ergo idem dicendum venit in terminis nostris, vt quicquid est intra fines castri non sit feudale, ne maiorem prę̃rogatiuam habeat particulare feudum quàm feudũ vniuersale, id est principatus. & ad hoc adducit Affl. quod not. Iser. in c. j. in fi. qual. vas. iur.
55 deb. fidel. dom. vbi † clerici tenent domos, & vineas in terra Regis, vel Baronis liberè, & sic sunt burgensatica bona, pro quibus non iurant fidelitatem domino terræ tanquã subditi, & sic non prę̃sumuntur, quòd quicquid est intra fines feudi quod sit de feudo nisi probetur. Idem Affli. in constitutionib. regni quæst. 17. & in decis. 267. col. 2. Vlterius etiã videmus generalem consuetudinem esse in dicto principatu vbi reperiuntur in omnib. feudis bona ecclesiarum, quæ non sunt feudalia sed libera. Item & alia bona allodialia aliorum, & sic ratione dictæ generalis consuetudinis sublata videtur illa præsumptio, quòd quicquid est intra fines feudi, præsumitur de feudo,
56 † quia standum est dictæ consuetudini, quæ non est vilis auctoritatis. c. j. de feud. cogn. ita in simili dixit in c. j. de contro. inter mas. & fœm. nu. 23. versi. quintò & vltimò, vbi dixit generaliter in omnib. Baronis regni sunt bona ecclesiarum, quę non sunt feudalia, sed libera. Item, & aliorum allodialia. Item bona feudalia non de illo feudo vbi bona sunt sita sed de alio.

Restat tantum vt respondeatur ad allegata in contrarium, & deueniendo ad primum fundamentum, negatur quòd bona de quibus in territorio ipsius castri sint pro maiori parte feudalia, ergo assumptũ
57 falsum: nam † dominus prętẽdebat, quòd quicquid est intra fines dicti territorij, sit feudale, debebat nedum articulare confines feudi, sed etiam pro maiori parte vltra medietatem possessionis conuicinæ in dicto loco esse possessiones feudales, ita Affl. in d. c. j. de contro. inter masc. & fœm. nume. 12. vbi inquit, quod ista est practica, quæ sumitur ex illo textu. Imò fortius dicitur, quòd bona sita in dicto territorio pro maiori parte sunt priuatarum personarum & ecclesiarum, vt constat ex libris registrorum, & pro quibus tam per priuatas personas soluta fuerunt onera ordinaria & extraordinaria, & etiam per ecclesias onera ordinaria. Sed vltra dicitur quòd etiam dato quòd esset probatum dictum territorium feudale, quòd tamẽ ab omni veritate est alienum, quòd
58 hoc non sufficeret nisi fuisset probatũ, † quòd esset de illo feudo, ex quo poterat esse feudale de alio feu-
59 do, † quia (vt dictũ fuit) non incõuenit, quòd vnum feudum habeat territorium, & terras in alio feudo separato, ita dicit Affl. in decis. 267. col. 2. versi. & plus dicebat, vt est videre secũdum eũ exemplũ in feudo Loriani, quod habet territoria in feudo Accerarum.

Non obstat secundum quia respondetur, quòd licèt vera sit conclusio, quòd quãdo non constat quod tempore concessionis bona immobilia essent ab alio occupata. prę̃sumũtur domini, tamen nihil facit ad propositum dominorum agentium, quoniam in concessione facta antecessoribus suis de dicto castro non fit aliqua penitus mentio de bonis immobilib. nec in genere nec in specie, sed tantùm de mero mixto imperio & territorio d. castri, quo casu non militat argumentum prædictum in fauorem ipsorum.

Nec obstat, quòd fuerint inuestiti de territorio: quia hoc non sufficit secundùm Soc. in d. l. j. ff. de acqui. pos. sed opus fuisset quòd dominus eis concessisset dominium territorij cum iurisdictione, quod nihil aliud significat quàm habere dominium vniuersitatis agrorum sitorum in territorio, vt probatur in c. cum Bertoldus, in versic. cum vniuersitate, de re iud. Soc. vbi suprà. Cur. in cons. 41. nume. 9. 158. num. 15. & in consil. penult. num. 8. Rui. in consil. 26. num. 7. vol. j. & in consil. 40. num. 13. vol. eod.

Secundò respondetur, q̃ præmissa conclusio locum habet vbicunq; clarũ est, quòd non fuissent ab alio occupata, secus quando per tertium possidentem res refricatur in dubium: quia † tunc asserenti
60 bona fuisse concedentis incumbit onus probandi. quod primò probatur, ex not. per Alex. in consil. 55. nu. 21. vol. 4. vbi inquit quòd si castrum fuit concessum antecessoribus Titij, & intra territorium, & districtum d. castri, Titius & eius antecessores per tantum spacium temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium possederint plura bona stabilia & annuas pensiones, & aliquorũ ex dictis bonis non appareant speciales tituli siue instrumẽta acquisitionis iure allodij vetustiora ad vetustiorem recognitionem d. castri, quæ appareant, & aliqua posteriora, quòd solùm intelliguntur illa esse feudalia, quæ per dominum feudi probentur fuisse de iuribus, & pertinentijs castri concessi in feudum, vel aliter probetur per dominum feudi fuisse tenta per vasallum iure feudi: quia alia prę̃sumuntur allodialia: quia res in dubio præsumitur allodialis libera & nõ feudalis.

Secundò allegatur aliud cõsilium Alex. in cons. 43.
61 in princ. vol. j. vbi inquit, † quòd si quis fuerit inuestit9 de plurib. castris & oppidis Planorsij, Cadignani & cum villis, locis & territorijs, iurib. & pertinentijs suis, & villæ de quib. vertitur controuersia essent iuxta castrum Planorsij, non per hoc intelliguntur esse de pertinẽtijs Planorsij nisi alio modo doceatur.

Secundò facit quod voluit Craue. in consil. 124.
62 num. 11. vbi inquit † quòd si Princeps concessit albergamentum, quod ex illo bene probatur titulus albergamenti, sed non probatur titulo albergamenti, q̃ haberet ius ita albergandi. allegat Paul. de Cast. in cons. 133. Iste Martinus. vol. 2. vbi † fundans ius suum
63 in inuestitura alterius, debet probare de iure inuestientis: nam successor tenetur probare de iure sui auctoris: quia non sequitur, talis vendidit vel donauit mihi rem, ergo erat dominus illius rei, vel in ea ius habebat. l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. Idem Craue. in trac. de antiqui. tempo. in §. circa prę̃missa, vbi inquit, quòd licèt. Ias. in consil. 161. colu. 3.
64 vol. j. velit, † quòd inuestitus à Principe de castro cum furnis & molendinis possit cogere subditos ad molendum, vel ad coquendum, tamen quòd malè loquitur: quia illa verba cum furnis & molendinis solùm important concessionem iurium, quæ concedens

dens habebat in furnis & molendinis: sed non sequitur, ergo concedens habebat ius cogendi subditos ad molendum, vel coquendum, nisi aliter de tali iure appareat, iuxta no. in l. locus. ff. de acqui. pos. & in l. si sic, de lega. 1. Accedunt quoque scripta per Brun. in
65 cons. 1. col. 3. vbi inquit, † quòd si in inuestitura contineatur, quòd Princeps aliquem inuestit de aliquo loco cum terris, pratis & gerbis, non specificatis aliter ipsis prædijs, quæ essent, adhuc non præsumerentur feudalia prædia possessa per dominum seu dominos castri nisi constaret, quòd concedens ius habuisset in ipsis prædijs, quæ tenentur, vel nisi constaret pro ipsis rebus præstitum fuisse seruitium, vel illas fuisse recognitas iure feudi. Natta in consil. 313. col. 3. vbi inquit, quod licèt in inuestitura Cerreti sit facta mentio de pascuis, pratis, gerbis, & nemoribus. tamen pro hoc dici non potest, quòd prædia ipsa sint feudalia: quia inuestitura facta esse intelligitur respectu prædiorum non quantum ad dominium & proprietatem ipsarum, sed quantum spectat ad iurisdictionem, quæ erat domini inuestientis. & ita secundùm eum verificantur illa verba, cum pratis, &c. Aegid. Bos. in tract. suo crim. in tit. de Princ. nu. 253. circa fi. vbi inquit aliàs ita iudicatū fuisse in senatu Mediolani. Cur. Iun. in cons. 158. col. fi. Bello. in con. 10. Alcia. in consil. 160. nu. 30. & de hoc aliàs latè scripsi in cons. 8. num. 82. cum plurib. sequentib. vol. 2. Et quamuis prima facie aliàs contrarium scripsisse videatur in cons. 470. nu. 21. tamen rectè intelligenti sibi ipsi non oppugnatur: quia ibi considerat, quòd de intentione contrahentium apparebat, quòd prædia possessa per dominos Guidonem, Bartholomæum, & deniceps successiuè per eorum descendentes fuerunt inclusa in inuestitura. Item ibi multa concurrebant, quæ videri possunt, ex quibus colligitur, quòd bona ipsa erant feudalia, & similiter in consi. 506. num. 29. versic. quia verò, quia ibi præsupponit quòd bona sita in territorio Raconisij à tempore inuestiturę vsque in præsentem diem fuerunt semper tenta, & possessa per primogenitos pro feudalibus. faciunt etiam
66 notata per Rui. in consil. 13. num. 7. volum. 4. quòd † per donationem Caroli factam monasterio sancti Michaelis de curia, quæ dicitur Zena, nihil quæritur dictæ ecclesiæ, nisi ostendatur, quòd dicta curia spectabat, & pertinebat ad donantem. allegat Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versic. 58. vbi concludit, quòd si ecclesia habet chartam in qua continetur, quòd talis donauit talem rem ecclesiæ, quòd non sufficit nisi ecclesia se possidere probet. l. eum qui. §. fi. ff. de publicia. ad hoc etiam allegat not. per Bartol.
67 & scrib. in l. si sic. de lega. 1. † vbi si Comes concesit ecclesiæ, quicquid iuris habet in tali loco, talis concessio redditur inutilis, & nihil operatur, nisi de iure concedentis appareat, & ideò tradit quòd tantum est dicere, Imperator donauit curiam Zenæ, perinde ac si donasset quicquid iuris habebat in illa. allegat etiam Aret. in l. j. de acquiren. possess. in l. rem quæ nobis, de acquiren. possess. & in consil. 15. vbi vult quod si Imperator donat curiam, vel curtem ecclsię, quòd ex tali donatione non sit fundata intentio ecclesiæ contra possidentes bona existentia particularia in illa curte, vel curia, & idem tenet Soci. in d. l. j. quando bona possiderentur ab alio, vt in casu nostro.

Ad tertium respondetur, quòd primum membrum Socin. & sequacium in dicta l. j. de acquir. possess. facit pro nobis: quia in casu nostro per Principem fuit tantum concessa iurisdictio territorij antecessoribus agentium, & non dominium territorij cum iurisdictione, vt suprà dictum fuit, ergo, &c.

Pariter non obstat quartum, quia respondetur pro eius resolutione, quod aliquando, & primò designantur fines in rebus seu prædijs priuatorum, & tunc de natura finium est includere quicquid est intra fines, & ita loquitur Bald. in rubr. de contrah. empt. Aliquando & secundò res sunt intra fines territorij alicuius domini, vel castri, nec possidentur per aliquem nec apparent cuius sint, & tunc dominus, vel communitas habet fundatam intentionem suam, & ita loquitur Paul. de Cast. in l. j. & alij de acquir. possess. Aliquando & tertiò res sunt sitæ intra fines alicuius territorij, & tunc præsumuntur esse illius cuius sunt fines quò ad iurisdictionem, non autem quò ad dominium rerū particularium, & ita loquitur Host. in d. c. si diligenti, de præscrip. quem ita ibi declarat Abb. Aliquādo & vltimò prædia sunt sita intra fines alicuius communitatis, vel domini, sunt tamen possessa per particulares personas etiam non subditas & non habitantes in castro seu ciuitate domini, vel communitatis, & tunc cōmunitas, vel dominus non habet fundatam intentionem quò ad dominium rerū particularium possessarū per alios, vt per Abb. in d. c. si diligenti, vbi declarando illud dictum Hostiensis dicit, quòd procedit respectu iurisdictionis, non autē respectu proprietatis rerum, & bonorum infrà limites existentium, ita declarat Soc. in cons. 127. col. 2. quod est repetitum in cons. 181. Iac. de S. Georg. in inuest. sua in verb. dictiq; vasalli, colu. 3. in fin. versic. subsequenter quæro. & in verb. Qui quidem inuestiti, col. 2. versic. est & alia species. Item dicta opinio procedit si constat de dominio eius ab Imperatore concesso, aliàs non, vt per Ant. de Butr. in c. nimis, de iureiur. col. 2. quem sequitur Nicol Boer. in consuetud. Biturigum in §. 24. versic. *est fondé de droit*. Natta in consil. 313. colum. pen. circa fi. sed nos sumus in tertio capite, & vltimo prædictæ declarationis, ergo, &c. Nec obstat tex. in d. c. omnes basilicæ, quia respondet Hostien. in d. c. nimis, quem sequuntur Castren. in citato consil. 163. colum. 1. & Affl. in d. c. j. de contro. inter masc. & fœm. num. 18. in fi. quòd illud est, quia eo ipso, quòd constat aliquam ecclesiam esse in diœcesi apparet ipsam esse subiectam episcopo de iure communi, cuius contrarium est in casu præsenti, in quo de iure communi omnia sunt libera, nisi appareant in feudum data, vt per
* Host. vbi suprà, quem * communiter secundùm Affl. sequuntur ibi omnes.

Ad quintum & vltimum patet responsum, quòd argumentum posset procedere quando conuenti causam habuissent ab inuestito, secus si à tertio, vt in casu nostro: quia tunc non militat argumentum prędictum, vt per Rui. in consil. 108. num. 24. vol. 2. & per alios suprà citatos.

Præterea dicitur, quòd dictum argumentum non videtur tutum: quia eo attento sequeretur, q̄ inuestitus de castro cum terris, pratis, ac gerbidis, si reperiretur habere aliqua prædia in territorio castri præsumerētur esse feudalia, cum possidere diceretur ex titulo præambulo, non constito de alio, & tamen hoc non admittitur à Bru. in d. consil. 1. colum. 1. &
68 Rui. in cons. 39. nu. 14. vol. 1. vbi dicit † quòd in concessione facta per Imperatorem do. Deiphebo de Marchionatu Soranеæ & eius curte ac mero & mixto imperio, non veniunt bona particularia existentia in territorio dicti marchionatus, etiam si possessa sint per ipsum, nisi appareat quòd fuerint Principis concedentis, quod & vult Alex. in cons. 55. col. 9. vers. circa aliud dubium, vol. 4.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XLVII.

1 *Confessus solet condemnato comparari.*
2 *Quis non potest venire contra propriam confessionem, declara tamen vt in num. 29.*
3 *Error probabilis non cadit in facto proprio.*
4 *Probatio non admittitur contra confessionem super facto proprio.*
5 *Probatio sicuti non admittitur contra propriam confessionem, ita nec contra fictam.*
6 *Confessus, & conuictus sicut non appellat, ita nec habitus pro confesso.*
7 *Procurator nec alius ad defensam admittitur in crimine publici iudicij.*
8 *Iudicia non debent reddi elusoria.*
9 *Iudex de iure communi debet omni via, studio, & diligentia perquirere, & inuestigare veritatem rei & eius innocentiam.*

10 *Iudex dicitur minister Dei in terris.*
11 *Veritas mater est iustitiæ.*
12 *Iudex veritatem colere debet.*
13 *Iustitia super omnia amanda est.*
14 *Tertius admitti debet pro defensione rei.*
15 *Probationes factæ super innocentia probãda per quemcunque, prosunt inquisito vel accusato, etiam absenti & ignoranti ad absolutionem.*
16 *Iudex vbicunque potest ex officio suo supplere, & ita tertium, cuius non interest, admittere potest.*
17 *Procurator licèt non possit interuenire in casibus in quibus absens possit damnari, tamen alius admitti debet ad iudicium, qui vult ostendere innocentiam vocati non comparentis.*
18 *Quilibet potest secundùm communem instruere iudicem pro innocentia accusati etiam absentis.*
19 *Statuto Mediolani & si caueatur, quòd accusatus vel inquisitus contumax habeatur pro confesso & conuicto, tamen admittitur quilibet etiam penitus extraneus ad eum excusandum & ad ostendendum de sua innocentia, non obstante quòd statutum seu decretum disponat quòd reus debeat personaliter se in carceribus constituere.*
20 *Statutum & si extet in ciuitate Senarum, quòd in causa criminali testes non possint produci nisi per reum principalem, tamen eo non obstante admittitur instructor vel excusator ad probandã innocentiam rei absentis.*
21 *Declaratio ad Bar. in l. seruũ. §. publicè. ff. de procurat.*
22 *Melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.*
23 *Defensor non admittitur pro absente si venit ad plenam defensionem inquisiti, secus si ad instruendum iudicem.*
24 *Iudex ante oculos æquitatem habere debet.*
25 *Mulier licèt non admittatur ad accusandum, tamen admittitur ad iudicem informandum de delicto.*
26 *Instructor licèt non possit producere capitula, nec facere examinari testes, quia hoc reo nocere posset, tamen testes potest nominare iudici, & eum requirere vt ad cognoscendam innocentiam vocati debeat eos examinare.*
27 *Iudex non admittens defensionem rei absentis facit litem suam, & tenetur in syndicatu, necnon ad omnia damna & interesse inquisiti.*
28 *Quis non admittitur ad probandum, quod probatum non releuat.*
29 *Probatio contra fictam confessionem, secundùm communem admittitur.*
30 *Contumax qui habetur pro confesso & conuicto, admittitur ad appellandum.*
31 *Dominus in causa serui, Abbas in causa monachi, pater in causa filij legitimi, ciuitas in causa ciuis, Episcopus pro clerico secundùm communem admittitur pro suo interesse ad defensionem ipsorum.*
32 *Pater potest filium vendicare.*
33 *Pater admittitur pro interesse ad defensionem filij, non obstante quòd statutum prohibeat aliquem admitti vel audiri pro inculpato.*

CONSILIVM XLVII.

IN præsenti causa inquisitionali videtur dicendum stante statuto, per quod disponitur, quòd quilibet contumax habeatur pro confesso si legitimè citatus personaliter non comparuerit, quòd domini Ioan. Antonius Lancea, Ioañes de Preuide, Antonius de Gilardis, & Michael à Porta, qui legitimè citati fuerunt, & non cõparuerunt & sic effecti fuerunt contumaces, & demum habiti pro confessis ratione homicidij eis impicti. & ex qua pronunciatione censentur delictum confiteri, quòd teneantur stare propriæ confessioni, & alij
1 defensores pro eis admitti non debeant, † quoniam confessi solent condemnatis cõparari. l. j. ff. de con-
2 fes. l. vnica. C. eod. tit. Nam † quis contra propriam confessionem venire non potest. l. generaliter. C. de reb. cred. c. per tuas, de proba. l. confessionibus. ff. de
3 interroga. actio. Craue. in cons. 171. nu. 4. præsertim, † cum sit facta super facto proprio, in quo non cadit probabilis error. l. quanquam ad Velleia. Et ideò vi-
4 demus, † quòd contra confessionem super facto proprio non admittitur probatio. Bart. in l. non fatetur.
5 ff. de confes. † Et sicut non admittitur contra propriam confessionem, ita nec contra fictam: prout firmat Ancha. in c. si post præstitum, de confes. in 6. & eadem probatio requiritur & admittitur contra fictam confessionem, quæ contra veram, & non alia. Butr. in c. fi. de confes. & ideò dicit Bald. post Petr. de
6 Bellaper. & Cyn. in l. j. C. quo. appel. non recip. † quòd sicut confessus & conuictus non appellat, ita nec habitus pro confesso auditur appellans. quod & voluerunt idem Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Aret. in c. inquisitionis, col. 2. de accusatio. Augu. de Arim. in addit. ad Ang. in trac. malef. in verb. præsente d. Gaio. num. 13.

Secundò facit, nam crimen homicidij est crimen
7 publici iudicij, † in quo non admittitur procurator nec alius etiam ad defensam. l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iud. l. seruum. §. publice. ff. de procura. c.
8 veniens, de accusa. † & hoc ne iudicia reddantur illusoria. l. si prætor. ff. de iud.

Tertiò accedit, quia ex forma statuti quis tenetur per seipsum personaliter comparere, aliàs habetur pro contumace & confesso. sed nemini dubium est, quòd quis non dicitur cõparere personaliter, quamuis alius eum defendat, ergo videtur quòd acta gesta per dominum Philippum ad excusationem ipsius inquisiti vt non habeatur pro contumace & confesso iuxta formam statuti, nulliter gesta fuerint.

Sed his non obstantibus sententiã contrariam in terminis nostris omninò amplectendam fore arbi-
* tror ex rationibus & causis infrascriptis. Et primò, quia * cõmuni calculo doctorũ receptum est, † quòd
9 iudex de iure communi debet omni via, studio, & diligentia perquirere & inuestigare veritatem rei & eius innocentiam. authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex, ibi, perquisita veritate pronuntiet. l. 2. C. de eden. ibi, ad inuestigandã veritatis fidem, & ibi doct. l. si non defendatur. ff. de pœn. l. fin. in verb. veritati semper locum fore. C. de probatio. Alex. in consil. 4. nu. 3. vol. 6. Ang. in cons. 190. vbi inquit quòd bonus iudex toto suo posse in maleficijs inquirere debet veritatẽ potissimè ad defensam. Dec. in consil.
10 429. col. 2. Marc. in cons. 17. nu. 2. 30. col. 3. & 4. vbi † iudex tanquam minister Dei in terris, teste Castren. in cons. 392. debet omni via & diligentia habere veritatem, vt posset iudicium suum cum veritate conformare, & ipsam summopere adiuuare & ad lucẽ perducere, per d. l. fi. Et ratio est, † quia veritas est mater
11 iustitiæ, vt inquit Bald. in l. libertini. ff. de stat. hom. Cæpol. in consil. 46. 47. & 48. Et ideò laudatus fuit Vascomius Saxa, qui confessum de se crimen distulit exequendum pro veritate cõsequenda & inquirenda, vt habetur in l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. licèt in confessum nullæ essent partes iudicis nisi in exequendo. l. j. ff. de confes. Similiter & illum admisit Iurisconsultus, qui pro festinante ad mortem prouocauit, volens omnem prouocantem humanitatis ratione etiam absque mandato, imò potius contra ipsius voluntatem, etiam si sanguinis ratione non moueatur, potius audiri quàm ad mortẽ properantem immaturo supplicio punire. & hoc sub consi-
12 deratione veritatis indagandæ. si ergo iustitia sic suadente † iudex, qui veritatem colere debet, vt colligit Imperator in l. j. C. de Lati. liber. tollen. & in §. fin. in auth. vt in priuat. domi. sacra. minist. non fiant. coll.
13 5. † quæ super omnia amanda est. l. cum ita legatum.
14 ff. de cond. & demon. ex officio hoc facere debet, † ergo alium comparentem pro defensione rei admittere

mittere debet, Bart. in l. seruum quoq; §. publicè. per illum tex. col. 2. ff. de procura. & in l pen. §. ad crimen. col. 3. in fi. vers. aduerte. ff. de publ. iud. Paul. de Castro
15 in cons. 207. col. fin. ver. super quinto, vbi ait, † quòd probationes factæ super innocentia probanda per quemcunq; prosunt inquisito vel accusato, etiã absenti & ignorãti ad absolutionem: quia etiamsi nullus faceret, iudex ipse ex eiꝰ officio quærere debet de innocentia, & ea reperta inquisitum absoluere, d. l. si non defendatur, ergo fortius inquit Castr. quilibet debet admitti ad probationẽ ipsius innocentiæ. sequitur Dec. in citato cons. 429. col. 2. vbi dicit hoc modo arguere iurisconsultum in l. seruus bonorum. ff. de bono. pos. Marc. in pract. sua in §. sequitur. nu. 44.
16 †Nam vbicunq; iudex potest ex officio suo supplere, ita etiam tertium cuius non interest, admittere potest. Imol. in c cum parati. per illum text. in 2. notab. de appellat. Bos. in tract. suo crim. in tit. an in crim. iud. quis pos. pro absen. interuen. vbi in 5. conclusio-
17 ne ait, † quòd licèt quando sumus in casibus, in quibus absens possit damnari, vt in casu nostro, nõ possit interuenire procurator, tamen alius admitti debet ad iudicium, qui vult ostendere innocentiam vocati non comparentis, quemadmodum ipse iudex quærit & quærere debet à seipso de innocentia rei, licèt ipse non se defendat, iuxta not. per Bart. in locis
18 suprà relatis, quia † dubium non est, quemlibet posse instruere iudicem pro innocentia accusati etiam absentis Idem voluit Veronen. in cons. 41. col. 2. versic. non constat, vbi sic ait: nam constat, quòd in omnibus casibus, vbi de iure communi contra absentem potest perueniri ad sententiam, qui notantur in l. absentem. ff. de pœn. & in l. absentem. C. de accusa. admittitur quilibet veniens etiam sine mãdato ad defendendum, nõ tanquam procurator, sed tanquam defensor, quoniam licèt lex aggrauet in illis casibus specialibus absentem vt possit damnari contra regulam, quæ habet, quòd contra contumacem non potest procedi nisi ad annotationem bonorum, & non vltrà, d. l. absentem. tamen in hoc releuatur absens, vt pro eo audiatur quicunq; non solùm volens allegare causas absentiæ, sed etiam causas causæ: quia melius est illum absentem audire, quàm nullo fortè defendente innocentem condemnare, per not. per Bart. in d. §. publicè. Rursus in cons. 47. colum. 2. vers.
* item quia. 49. per totum & 51. vbi dicit hanc esse* communem sententiam. Rursus in consil. 50. & Michaël de Marosticha in subscriptione ipsius consilij. Corn. in consil. 194. colum. 2. vers. non ergo. volum. 3. vbi citat doct. communiter conuenire in hoc, quòd quilibet defensor admittatur, & fortius in consil. 204. in princ. eod. volum. vbi ait, quòd defensor admittendus est in casibus, in quibus debet quis per se causam dicere, & sic personaliter comparere, aliàs sit contumax, dummodò tamen tanquam absens possit condemnari, subdens quòd ita pluries consuluit, & veritatem dicit: quia idem consuluit in consil. 194. suprà citato, & in consil. 17. colum. 3. volum. 3. vbi dicit, hoc etiam procedere stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso, vt in 3. & 4. colum. Rub. Alex. in l. pen. §. ad crimen. de publ. iud. num. 211. vbi dicit, hoc esse secundum communem intellectum d. §. publicè. Ruin. in cons. 9 per totum. volum. 5. & in consil. 18. num. 4. vol. eod. vbi asserit hanc esse opinionem omnium, prout similiter facit Alex. in cons. 4. col. 3. vol. 6. Aret. in cons. 146. colum. 3. Foller. in tract. crim. in verb. audiuntur excusatores. num. 9. Iac. Nouel. in tract. suo defension. num. 10. in fin. Marc. in d. §. sequitur. num. 43. vbi inquit, quòd instructor secundum communem opinionem admittendus est ad respondendum & docendum de innocentia inquisitorum, non obstante statuto prohibẽte procuratorem comparere in causa criminali, imò fortiùs voluit Ias. in
19 l. 2. in 3. colum. C. qui testa. fac. poss. † quòd licèt ex forma statuti ciuitatis Mediolani & totius illius dominij si accusatus vel inquisitus sit, contumax habeatur pro confesso & conuicto, quòd tamen in tali casu poterit interuenire quilibet etiam penitus extraneus ad eum excusandum & ostendendum suam innocentiam, non obstante, quòd statutũ seu decretum Mediolani dicat, quòd reus debeat personaliter se ponere in carceribus, quod subdit esse summè notandum pro adiuuando amico, qui non audet personaliter comparere, & asserit hanc esse magis communem, quod sequitur Marc. in loco de quo suprà. Facit quod etiam firmat Maria. Soc. in cons. suo incip. prædictam dubitationem, de quo facit mentionẽ Marc.
20 vbi suprà, vbi etiam inquit, † quòd & si extet statutũ in ciuitate Senarum, quòd in causa criminali testes non possint produci, nisi per reum principalem, tamẽ obtinuit per quatuor vices, quòd instructor vel excusator admitteretur ad probandã innocentiam rei absentis. Rursus tenuit idem Marc. in cons. 39. nu. 29. vbi etiam attestatur de communi, & in con 75. nu. 30. cum sequentib.
21 Nec obstat si dicatur, † quòd Bar. in d. §. publicè, voluerit, quòd si iudex putauerit se posse melius veritatẽ criminis habere ex præsentia rei, possit semper dicere, nolo te admittere, sed volo vt principalis cõpareat, vt videam qua fronte, & qua trepidatione loquatur, per text. in l. minorem. in §. tormenta. ff. de quæstio. & in l. fin. C. de iniur. quia respondet Veron. in cons. 41. col. 3. in prin. quòd si Bar. loquitur in casu, in quo cõparet defensor, malè sentit: quia illud tantùm procedit in casibus, in quibus quis potest comparere per procuratorem, in quo substantiatur iudicium: quia tunc potest iudex quandoque reum principalem requirere, vt repellat procuratorem ad defensionem, & etiam si informet de veritate, secus vbi lex admittit defensorẽ non vt suscipiat iudicium, sed ea iusta ratione ne damnetur absens & fortè innocens, & subdit, quòd sibi semper fuit visum iniustissimum & contra omnem rationem d. §. publicè, dicere, quòd sit in potestate iudicis, repellere seu nõ admittere defensorem. Rursus in con. 47. col. 2. vers. item quia. cons. 49. per totum, & in cons. 51. vbi dicit hanc esse communem sententiam, & quòd in isto casu non procedit cõmunis practica, quòd iudex possit velle, quòd absens citatus personaliter cõpareat, & si non comparuerit, quòd non teneatur admittere excusationes illius, sed possit procedere ad sententiam diffinitiuam, tanquam, quòd de crimine sibi constet per tacitam confessionem & fictam absen-
22 tis: quia si hoc esset verum, † contingeret sæpe, quòd innocens condemnaretur, qui citatus timore torturæ fortè non compareret, nec propter hoc, quòd recipiantur excusationes pro absente, iudicium redderetur elusorium: quia si defensiones propositæ non probabuntur, poterit absens cõdemnari pœna banni, quæ statim habebit executionem, & pœna etiam corporali illius criminis, quæ executionem habebit sine nouo processu si bannitus postea fuerit deprehensus, iuxta not. per Bar. in l. diuus. ff. de custo. reor. Bos. in tract. suo crim. in tit. in criminalibus iudicijs. nu. 7. Corn. in cons. 17. litera f, vol. 3.

Cùm igitur in casu nostro dictus iudex maleficiorum non admiserit defensores d. Ioannis Antonij Lancei & Ioãnis de Præuide, malè egit, & pœnam subire tenetur, vt infrà dicetur. Et eò magis hoc dicendum est, cùm veniant ad defensionem innocentiæ inquisitorum, vt iudicium in se suscipiant, sed tantùm ad informandum animum iudicis de innocentia ipsorum, qui iudex debuit eos audire: ita Veron. in cons. 48. col. 4. vers. Item non obstat, vbi in-
23 quit, † quòd quando defensor vult allegare & excusare innocentiam rei, si venit ad plenã defensionem rei, & ad suscipiendum in se onus iudicij, tunc non debet admitti in causa capitali, & ita loquitur §. ad crimen in princip. si verò nõ vult onus iudiciarium in se suscipere, sed solùm super innocentia rei iudicem instruere, vt ex illa instructione veritatem perquirat, & debet admitti ad allegandum causas innocentiæ: quia si nemo defenderet, iudex ex officio suo pro absente innocentiam perquirere debet, d. l si non defendatur, & etiam pro præsente, qui esset confessus crimen & condemnatus, l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. ibi, vt ad certiorem ipsius de se confessionem peruenires, quantò ergo magis debet iudex ipse qui tenetur pro veritate inquirere, l.
24 2. C. de eden. † & æquitatem ante oculos habere, l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco. volentem ipsum instruere & ad semitam veritatis inducere

& audire, vt in simili dicitur in l. fin. ff. ad l. Iul. de an-
25 no. †vbi licèt mulier non admittatur ad accusandũ, tamen admittitur ad iudicem informandum de delicto. Iterum in consil. 49. Ruin. in consil. 9. colum. 2. vol. 5. Bos. vbi suprà num. 8. vbi dicit sequendo Corn. in cons. 17. colum. 3. versic. nec prædictis. volu. 3. quòd
26 †licèt instructor non possit producere capitula, nec facere examinari testes: quia hoc modo posset nocere reo, tamen potest testes nominare iudici, & requirere vt ad cognoscendum innocentiam vocati, debeat eos examinare, & subdit, quòd bene dicit, & si casus sibi contingeret, audiret talem loquentem, nõ obstantibus quibuscunque ordinibus, statutis & obseruationibus status Mediolani. Dec. in regul. in eo. §. nemo. de regul. iur. Io. de Imol. in ca. veniens. extra de accusa. vbi inquit, aliàs se feciſſe porrigi capitula curiæ & iudici maleficiorum, super quibus poterat patere defensio absentis, & fecit nominare testes in scriptis, qui super capitulis poterant informare iudicem & deponere, & fecit potestati curiæ & iudici, quòd super prædictis velint inquirere veritatem: quia ad hoc tenentur etiam nemine petente, & si hoc non facerent, poterit eis imputari in syndicatu, & per hoc dicit Io. de Imol. se vnum euasisse à sententia banni, sequitur ibi Ana. & Alex. in consil. 4. colum. j. volu. 6. vbi dicit ita vidisse Bononiæ seruari, & quòd ipse ibi & alibi quàm pluries ita seruari fecit, & sic cõmuniter practicari & seruari vidit Mars. in cons. 39. num. 33. & in consil. 73. nume. 42. Ex his igitur patet, quòd si iudex noluit admittere defensiones horum inquisitorum propositas per instructores & defensores suos, quòd retractanda sunt & annullanda omnia gesta per eum, & quòd fecit litem suã. Veron. in consilio 55. colum. 3. versic. dixi quartò. vbi dicit,
27 †quòd si iudex non admittit defensiones, facit litem suam, & tenetur in syndicatu, vt dicit Io. de Imol. in d. §. ad crimen. Imol. in d. cap. veniens. & ibi Anan. ac Mars. & Bos. vbi suprà colum. fin. imò plus voluit Veronen. in dicto consilio 55. colum. penult. versic. dixi, quòd iudex tenetur ad damna & interesse, si poneret illicitè aliquem in banno, iuxta nota. per Bald. in l. de pœna iudicis qui malè iud. Idem etiam voluit Corn. in consilio 17. columna fin. versic. circa id, volum. 3.

Non obstant modò quæ ex aduerso allegata fuerunt: quia ad primum respondetur, quòd licèt contra veram confessionẽ in facto proprio non admittatur regulariter probatio, illud procedit in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, per not. per Bart. in l. j. circa fi. de custo. reor. vbi dicit, quòd confessio in criminalibus transfert onus probandi in confitentem, & tamen criminalia intentantur in facto proprio accusati vel inquisiti: quia pœnæ tenent suos auctores, l. sancimus. C. de pœn. Vnde confessio delicti quasi semper versatur circa factũ proprium, ideo sicut admittitur probatio contra veram confessionem, ita etiam contra fictam, argum. l. qui ad certum. ff. locati. ita respondet Corn. in cons. 194. col. penul. versic. Secundò respondetur, vol. j. vbi in terminis proprijs dictæ confessionis refert ita tenere Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de deposito. §. 9. vers. verum. Butr. in c. fi. circa fi. de confes. Imol. in l. creditor. in §. iussus. de appella. & Ancha. in c. si post præstitum. de confes. in 6. subdit hoc fuisse de mente Dyn. & Bart. qui in d. §. ad crimen. & in d. §. publicè trahũt regulam d. §. publicè. ad statuta, quæ sunt communiter per Italiam, quòd absens cõtumax posit damnari, attento, quod ipsa statuta communiter dictant, quòd contumax habeatur pro confesso, & ideo condemnetur vt in casu nostro, quæ etenim statuta & contenta in eis verisimiliter non erant eis incognita. Vnde, cùm ipsi concludant, quòd in terminis dictorum statutorum admittatur defensor, & probata per eum innocentia inquisitorum, absentes sint absoluendi, satis apertè colligitur, quòd & si esset lex statutaria disponens, quòd absentes contumaces habeantur pro confessis, & condemnentur, nihilominus posit defensor admitti ad probandam innocen
28 tiam, & ea probata absens absoluatur: †quia non admitteretur quis ad probandum, quod probatũ non releuaret, l. ad probationem. C. de probatio. & refert Corn. in terminis dicti statuti specificè loquentis, quòd contumax habeatur pro cõfesso, idem tenuisse Dy. & Imol. Idem Corn. in consil. 201. in litera o, &
29 p, vol. 4. & in d. cons. 17. litera c. Et †quòd admittatur
* probatio contra fictam confessionem, est *communis Theorica legistarum & canonistarum, vt asserit Ias. in l. 2. col. 3. vers. ex isto tex. C. qui testa. fac. pos. vbi inquit, quòd non solùm principalis est admittendus ad probandum eius innocentiam, sed etiam extraneus, non obstante decreto Ducali Mediolani, secundum quòd reus primò debet se personaliter in carceribus ponere. Mars. in sing. 72.

Non obstat dictum Bal. in l. j. quorum oppositiones non recipiuntur: quia respondetur, quòd cõtrarium tenuit idem Bal. in l. ita demum. in fi. C. de pro-
30 cura. vbi †cõtumax, qui habetur pro confesso & conuicto, potest appellare, sequitur Corn. in consil. 194. col. fin. vol. j. cons. 17. col. 3. vol. 3. & 281. col. 6. vol. 4. Perusi. in ca. cum speciali. §. porrò. col. 3. & 4. de appellatio. Ang. Aret. in tract. malef. nu. 21. Aret. in consi. 146. colum. 3.

Nec obstat secundum fundamentum, quia respondetur, quòd communis sententia est in contrarium, vt per Corn. in consilijs suprà citatis, & Ias. in d. l. 2. C. qui testa. fac. poss. & Mars. in d. §. sequitur. num. 46.

Similiter non obstat vltimum: quia respondetur, quòd licèt istud crimen sit publici iudicij, in quo nõ admittatur procurator, tamen admittitur alius ad instruendum iudicem de veritate, vt est communis opinio, de qua suprà.

Vlteriùs dicitur, quòd si iudex peccauit in nõ admittendo dictos defensores pro defensione Io. Antonij Lancei & Ioannis de Preuide, multò magis peccauit in non admittendo dominum Antonium & Franciscum patres Antonij de Gilardis, & Michaelem à Porta: quoniam indubitata est iuris conclu-
31 sio, † quòd dominus in causa serui, Abbas in causa monachi, & pater in causa filij legitimi pro suo interesse admittuntur ad defensionem eorum. Ang. & Imol. in d. §. ad crimen. per l. sciendum. l. seruus. ff. de publ. iud. & l. Lucius. de appellatio. dominus enim defendit seruum pro suo interesse, ne perdat dominium serui, & à paritate rationis doctores extẽdunt
32 hoc ad patrem, † qui etiam ratione patriæ potestatis potest filium vendicare, l. j. §. per hanc. l. nisi fortè. ff. de rei vendic. igitur ex hac causa ne perdat ius, quod habet in filium & suam rei vendicationem, vel actionem in factum, quæ sibi competit pro persona filij, vt in tit. de liber. exhiben. re. conceditur patri comparere in causa criminali: ita Corn. in consil. citato 194. litera m, vbi refert docto. communiter ita tenere, vt refert Imol. in d. §. ad crimen. vbi subdit pari ratione idem dicendum esse in ciuitate quæ comparere potest pro interesse ciuitatis ad defensionem ciuis, Bos. vbi suprà num. 17. vbi ait post Maria. Socin.
* in cap. veniens. char. 12. colum. 3. & 4. de accusa. *communem esse opinionem, quòd dominus pro seruo, pater pro filio, Abbas pro monacho, Episcopus pro clero, ciuitas pro ciue, pro interesse proprio ad iudicium venire potest & defendere. Iac. Nouel. in tract. defensio. in §. varij. snume. 12. vbi dicit, quòd si pater fatetur delictum filij, sed vult ostendere filium hominem occidisse ad tutelã sui corporis & ad sui defensionem cum qualitatibus à lege requisitis, vt in l. j. C. vnde vi. quòd iudex securè debet eum admittere & audire. Veron. in consil. 46 colum. penul. in fin. vbi dicit ita obseruatum fuisse Veronę in personam No. Federici de Vallusmera, qui admissus fuit pro filio suo, & quod idem seruatum fuit in alijs. rursus in consil. 47. columna 2. versic. sed prædictis non obstantibus. & in cons. 49. per totum, vbi ait, quòd hoc casu pater non admittitur pro alio, quando comparet pro filio, sed dicitur admitti pro se, cùm censeantur vna & eadem persona, l. fi. de impub. & alijs substit. & pro suo interesse ac pro vtilitate propria & honore proprio. Idẽ firmat Michaël de Marost. in subscrip. consilij 51. dicti Veronen. iterum Veron. in consilio 54. & 56. in princip. Bonif. Vitalinus in tract. malef. in rubrica de procura. & excusa. Iacob. Nouel. vbi suprà nume. 12. vbi citat ita vidisse obseruari Tarui-

sij,

fij, Veronæ, Paduæ & Cremæ, Ioan. Blanc. in pract. crim. in §. visis indicijs num. 31. Ruin. in cons. 9. col. 2.
13 volu. 5. vbi dicit, † quòd si procedatur contra filium, pater pro suo interesse, vel dominus pro seruo debet admitti, etiam si statutum prohibet aliquem admitti vel audiri pro inculpato: quia illud debet restringi vt non extendatur ad patrem, qui non intelligitur prohibitus nomine proprio comparere, & pro suo interesse. Et in tãtum hoc est verum, quòd etiam admittitur ad plenam probationem, vt per Ang. de Perus. in l. reos. colum. 3. in fi. C. de accusã. Bald. in l. seruum. in dicto §. publicè, in fin. 3. colum. Salic. in dict. §. ad crimen, in repetitione sua, & ibi Angel. in quarta fallentia principali, quos refert & sequitur Bos. vbi suprà numero 17. & Ruin. in consilio 118. colum. 2. volum. 5.

Vnde ex omnibus suprà dictis satis clara & inconcussa remanet conclusio, quòd prædictus iudex multum sinistrè se habuit in non perquirendo veritatem rei, & in non admittendo instructores, & patres volentes demonstrare ipsorum innocentiam, & comparentes pro interesse proprio, & ideo quod omisit, nunc facere debet in futurum, aliàs faciet litem suam, & vt dictum fuit, poterit hoc ei imputari in syndicatu, & similiter tenebitur ad omnia dãna & interesse ipsorum.

Discant igitur ipse & alij innocentiam inquisitorum ex officio perquirere, ac defensores & patres admittere modo quo suprà, & non facere prout faciunt nonnulli, qui sitiunt sanguinem humanum credentes propter asperitatem & crudelitatẽ ad magna aspirare, non timentes in aliquo tremendum Dei iudicium, sed væ illis, quia condemnabuntur ad stygias infernales, & pœnam quam meruere, ferẽt. Cauete igitur ab his, & semper Deum Opt. Max. ante oculos habeatis, ac iustitiam & æquitatem omnibus subministrate: quia si sic facietis, animabus vestris consuletis, & omnia vobis prosperabuntur.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XLVIII.

1 *Iudicium si agitatur coram ordinario in concernentibus modum procedendi secundum communem, attenditur statutum loci vbi causa tractatur, secus in decisorijs.*

2 *Consuetudo quæ est in loco vbi iudicium agitatur, in iudicij ordinatione atq; progressu seruanda est.*

3 *Quod amplia procedere, siue sit quæstio inter duos laicos eiusdem fori, siue diuersi, siue inter clericum & laicum.*

4 *Instantia si perimitur in foro ciuili, vel in eo teneatur actor dare fideiussorem, clerici tractãtes causam coram eodem foro, debent recipere peremptionem instantiæ & fideiussionem præstare, cum hæc ordinationem litis concernant.*

5 *Idemq; est de libelli ordinatione.*

6 *Statuto si caueatur, quòd instrumentũ habeat executionem paratam, si est factum instrumẽtum in alia ciuitate, in qua statutum huiusmodi non vigeat, si producitur tale instrumentum in ciuitate Bononiæ, illud habebit executionem paratam.*

7 *Quod limita non procedere, si statutum disponeret, quòd instrumenta haberent executionem paratam sine aliquo libello, vel quòd nulla exceptio peremptoria opponi posit.*

8 *Florentinus si contraxit Senis, & in Florentia conueniatur vigore instrumenti publici, quod Senis ex forma statuti habet executionem paratam, non seruabitur dictum statutum in ciuitate Florẽtiæ, sed consuetudo loci iudicij.*

9 *Ordo iudicij quia stat in officio mercenario, ideo secundum legem suam iudex impartietur officium suum.*

10 *Delegatus in ordine procedendi debet seruare statutum vel consuetudinem loci delegantis, & num. 12. sed contrà secundum communem nume. 14. & numero 17.*

11 *Delegatus debet cognoscere causam eo modo & forma quo fuisset cognita, si facta non fuisset delegatio.*

12 *Statuta loci non ligant non subditum. declara vt in num. 20.*

13 *Quæstio si est corã iudice appellationis de processu, seruabitur consuetudo primi fori.*

14 *Delegatus Papæ tenetur seruare leges municipales, nisi contradicant iuri canonico.*

15 *Delegatus à Principe, debet cogere partes ad compromissum iuxta formam statuti fori delegati de compromissu fiendo.*

16 *Iudex causæ appellationis quò ad decisoria, seruare debet consuetudinem loci contractus vel delicti, secus quò ad præparatoria vel ordinatoria iudicium futura, quia attenditur locus causæ appellationis.*

17 *Delegatus fungitur vice delegantis, quòad potestatem pronuntiandi.*

18 *Delegatus tenetur seruare consuetudines & statuta loci vbi de causa cognoscit, quò ad præparatoria & ordinatoria iudicij.*

19 *Forensis, quia in iudicio quasi contrahitur, efficitur subditus loci iudicij.*

20 *Clericus, qui non est subiectus statutis laicorum, si agit coram iudice seculari, debet seruare statutum et consuetudinem curiæ secularis, quò ad ordinem procedendi.*

21 *Statuta concernentia modum procedendi, non concernunt personam, sed causam, quæ subijcitur foro iudicis, vbi causa agitatur.*

22 *Clericus litigans in foro seculari, ligatur statuto disponente super exhibitione mandati.*

23 *Clericus litigans coram seculari, non potest appellare ante sententiam, nisi in casibus à iure ciuili permissis, secus in laico litigante coram iudice ecclesiastico.*

CONSILIVM XLVIII.

IN præsenti causa & lite pendente coram Illustriss. delegato Cæsareo inter magnificos dominos Ludouicũ de Arcellis, & Augustinum de eodem cognomine, partes diuersas, dubium suboriri videtur, an in modo procedendi delegatus ipse seruare debeat statuta vel consuetudinem loci vbi causa agitatur, an verò statutũ
1 vel consuetudinem delegantis. † Si enim essemus in causa vertente coram ordinario, nulli dubium est, quòd attenderetur statutum loci, vbi iudicium agitatur in concernentibus modum procedendi, secus in decisorijs, vt est glo. ordinaria in c. quòd clericis. de for. compe. vbi dicit Ioan. Andr. quòd glo. ipsa ordinariè allegatur ad hoc per aduocatos ciuilis fori. Bart. in l. 3. §. testes. per illum text. ff. de testib. quod inquit esse notandum, & in l. cunctos populos. col. 4. vers. nunc veniamus. C. de summ. Trin. & fid. catho. Oldr. in l. j. de iud. Cuma. in consil. 71. col. fin. Aegid. Bellamer. conclu. 78. Guid. Pap. q. 262. Ancha. in cons. 18. Bald. in rubr. de constit. colum. pen. versic. quæro si quis est. Roma. in cons. 367. colum. 3. vbi tradit, no-
2 tissimi iuris esse, † quòd in iudicij ordinatione atque progressu solam esse seruandam consuetudinẽ, quæ est in loco vbi iudicium agitatur, Alex. Socin. Dec. & Curt. Iun. in l. solent. ff. de iurisd. omn. iud. Abba. * in d. cap. quod clericis. nume. 10. vbi * communis est

omnium

omnium ſententia, quòd quando agitur de lite ordinanda, quòd ſeruantur conſuetudines & leges fo-
3 ri, vbi agitatur cauſa † ſiue ſit quæſtio inter duos laicos eiuſdē fori, ſiue diuerſi, ſiue inter clericum & laicum: quia hæc ſtatuta non concernunt perſonam, ſed cauſam, quæ ſubijcitur, vt etiam voluit Calderinus in quæſt. ſua, quę incip. ſtatuto cauetur, vbi con-
4 cludit, † quòd ſi in foro ciuili perimitur inſtātia certo tempore, vel tenetur dare actor fideiuſſorē, cùm hæc concernant ordinationem litis, etiam clerici eam recipient peremptionem inſtantiæ, & ad fideiuſ-
5 ſionem tenentur. † Idemq; dicit de libelli ordinatione & alijs ſimilibus concernentibus ordinationem litis. Dec. in ca. eccleſia S. Mariæ. num. 11. de conſtitut. Iaſ. in d. l. cunctos populos. colum. 13. in princip. verſ. ſecundum membrum. Bart. vbi ex ipſo dicto infert,
6 † quòd ſtante ſtatuto in ciuitate Bononiæ, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam, quæ de iure communi non habent, l. minor 25 annis, cui fideicommiſſum. ff. de minoribus. ſi eſt factum inſtrumentum in alia ciuitate, in qua ſtatutum huiuſmodi non vigeat, ſi ego produco tale inſtrumētum contra te in ciuitate Bononiæ, illud habebit executionem paratam: quia in his, quæ reſpiciunt ordinem iudiciorum, inſpicimus ſtatutum loci in quo iudicium agitatur, etiam quò ad forenſes. ita Bald. in l. j. in 4. colum. C. ne fil. pro patr. & in l. vnica. ad finem. C. de confeſ. Paul. de Caſtro in l. 2. C. quemad. teſta. appel. Nec obſtat ſi diceretur, quòd dictum ſtatutum reſpicere videatur executionem, non autem ordi-
7 nem. quia reſpondet Iaſ. quòd † ſi ſtatutum diſponeret, quòd inſtrumenta haberent executionem paratam ſine aliquo libello, & quòd nulla exceptio peremptoria opponi poſſit, tunc iſtud ſtatutum reſpiceret executionem, ſecus autem quando diſponit, vt ſuprà. ſequitur Marſ. in l. fin. num. 60. de iuriſd. omn. iud. Petr. de Bellaper. in d. l. cunctos populos. num. 14.
8 Cacialup. num. 107. vbi determinat, † quòd ſi Florentinus contraxit Senis, & in Florentia conueniatur, putà vigore inſtrumenti publici, quòd Senis ex forma ſtatuti paratam habebit executionem, non ſeruabitur dictum ſtatutum, ſed conſuetudo & ſtatutum Florētinum vbi agitatur iudicium, quia ſi Florentiæ opus eſt agi ordinariè, non poterit procedi executiuè vigore ſtatuti Senenſis: quia in iudicio quaſi contrahitur, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. & ille quaſi contractus cauſatus Florentiæ in iudicio agitato naſcitur Florentiæ, ergo ſtatutum & conſuetudo fori Florentini reſpiciens ordinem eſt ſeruandum: quia iſta in iſto iudicio ſumunt eſſe. Quod pa-
9 tet in eo, † quia ordo iudicij ſtat in officio mercenario, ergo ſecundum legem ſuam iudex impartietur officium ſuum. Item quia accedunt proceſſui, ergo ſecundum locum proceſſus, ſecundum Bal. ibi in repetitione colum. 25. verſ. ex hoc infero. Multas etiam quæſtiones ibi infert Cacialup. quę videri poterunt. Facit quod voluit Inno. in c. fin. de feriis, vbi inquit, quòd ſi in feriis obſeruandis ipſæ reperiuntur diuer
* ſæ in foro actoris, iudicis & rei, quod * communis concluſio eſt, quòd debet attendi locus iudicis, cùm agatur de ordinatione iudicij, quod & voluit ipſe Abba. in d. c. quod clericis, & author incertus in repetitione l. de quibus, nu. 92. de legib. & hanc eſſe communem doct. ſententiam firmant Albert. de Roſa. in 2. part. ſtatut. quæſt. 8. Abb. in d. c. quod clericis. num. 10. Alex. in conſil. 164. colum. j. volu. 6. Vanti. in tract. de nullita. proceſ. in rubr. ex defec. proceſ. nume. 56. Verùm quia difficultas non militat in cauſis, quæ agitantur coram ordinarijs, ſed quando cauſa agitatur coram delegato, ideo videndum ſupereſt, an id, quod diſponitur quando cauſa vertitur coram ordinario, locum etiam habeat, ſi agitetur coram de-
10 legato. Et prima facie dicendum eſſet, † quòd delegatus in procedendo debeat ſeruare ſtatutum vel conſuetudinem loci delegantis, & non ipſius delegati, cùm fungatur iure delegantis, l. j. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. & ſi prætor, eo. titul. & generaliter pro vero admittit Abb. in cap. ſignificaſti. numero 25. circa medium de for. comp. quòd in omnibus hoc iure vti debet. pro qua ſententia facit quod voluit Abb. in c. cum in veteri. num. 3. de elec. vbi di-
11 xit, † quòd delegatus debet cognoſcere cauſam eo modo & forma quo fuiſſet cognita, ſi facta non fuiſſet delegatio, ſed apud delegātem retenta, ſed cui dubium, quòd ſi cauſa eſſet retenta coram delegante, non ſeruaretur alia forma in procedendo, quàm fori ipſius delegantis, ergo, &c.

12 Secundò, † quia ſtatuta loci non ligant non ſubditum, l. j. in fi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Doct. in d. l. cunctos populos. & in l. fi. de iuriſd. om. iud.

Tertio facit quod not. Bald. in c. licèt in corrigendis, in fin. de off. ord. vbi dicit, illud capitulum eſſe valde vtile pro literis, quas Reges & domini quotidie ſcribunt ſuis officialibus & magiſtratibus. nam ſi ſunt delegati, non tenentur ad formam ſtatutorum diſponentium circa iuriſdictionem, ſi autem ſunt ordinarij, tenentur ſeruare ſtatuta locorum, in quibus præſunt. ſequitur ibi Fel. col. 3. in princ. verſi. & adde.

Quartò idem tenuerunt Ang. & Iaſ. in l. j. ff. de iuſt. & irr. in l. & ſi prætor. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. vbi dicunt, quòd quando proceditur vt delegatus non tenetur in modo procedendi ſeruare ſtatuta, quæ ſunt in loco delegati, ſed quæ ſunt in loco delegantis. Brun. conſ. 20 col. 2.

Secundò hæc opinio probatur per text. iunctis ibi notatis per Bal. in tit. de pac. Conſtan. §. in cauſis. vbi
13 in 3. notabili tradit, quòd ſi coram iudice appellationis eſt quæſtio de proceſſu, ſeruabitur conſuetudo primi fori, ſi autem eſt quęſtio de re vel cauſa per iudices appellationis, ſeruabitur illud ius, quod primus iudex ſeruare debebat: quia id quod debebat primus iudex ſecundum iuſtitiam cauſę & fori facere, debet etiam facere iudex appellationis, qui ei ſuccedit vt confirmator ſeu reformator.

Vltimò hoc probatur in authent. cùm de appellatione cognoſ. in princ. col. 5. vbi dicitur, quòd iudex appellationis debet ſeruare leges, quas ſeruare debuit iudex cauſæ principalis.

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, & frequentiori calamo recepta, quòd in concernentibus ordinem, & modum procedendi coram quocunque iudice ſiue ordinario, ſiue delegato locus iudicij attendi debeat, & ſi in deciſorijs locus contractus attendatur: vt primò probatur ex notatis per Bal. in c. de cauſis. col. 2. verſ. quæro vtrū iudex delegatus. de for. comp. vbi inquit, † quòd
14 delegatus Papæ, tenetur ſeruare leges municipales ſecundū Hoſtien. niſi canonibus contradicāt, quod inquit menti tenendum. & ideo ibi in Apoſtil. dicit dominus Franciſcus de Parona docto. Papien. quòd
15 præteritis diebus obtinuit in facto, † quòd delegatus à Principe debet cogere partes ad cōpromiſſum iuxta formam ſtatuti de compromiſsis fiendis, quamuis multi aduocati dicerent contrarium, & inter alia allegauit hoc dictum Bal.

Secundò accedit quod voluit Ioan. Andr. in rubr.
16 de conſue. quærit enim ibi, † an iudex cauſæ appellationis debeat ſequi conſuetudinem loci, vbi iudex principalis cauſæ tulit ſententiam, an verò conſuetudinem loci litigantium, an propriam loci, vbi de appellatione cognoſcitur? & concludit, quòd aut quæritur quò ad deciſoria, & ſeruari debet cōſuetudo loci contractus vel delicti, l. ſi fundus. ff. de euic. Aut quæritur quò ad prę paratoria, vel ordinatoria iudiciorum, putà an debeat produci libellus in ſcriptis, an debeat produci ſummarie, & tunc ſi iudex appellationis habet iudicare ex actis præteritis, de quibus quæritur, & tunc debet ſequi conſuetudinem loci principalis cauſæ, vt not. gl. in c. licèt canon. in verb. de cætero, de elect. in ſexto. Sed ſi agitur de actis futuris in loco vbi agitatur cauſa appellationis, tunc quò ad illam inſpicietur cōſuetudo, & ſtatutum loci cauſæ appellationis, dicta l. 3. ff. de teſtib. ſequitur Alex. in conſ. 164. vol. 6. vbi concludit, quòd ſi appellatum eſt ad reuerendiſsimum Legatū Bononiæ à ſententia lata in caſtro Bologneſio, appellatioq; ipſa per Legatum ſit commiſſa cognoſcenda, & terminanda vni ex iudicibus appellationum in ciuitate Bononiæ, quòd debet procedi ſecundum ritum ſtatutorum ipſius ciuitatis, & non ſecundū ritum terræ caſtri Bologneſij, vbi lata fuit prima ſententia, qua mu-

uis

* uis litigantes non sint suppositi statutis ciuitatis Bononiæ: quia * communis glossarum & doctorũ conclusio est, quòd in spectantibus & concernentibus ordinem iudicij, & modum procedendi, semper locus iudicij attendendus est, etiã si diuersus esset mos patriæ, vel fori litigantis, licèt secus in decisorijs. Cacialup. in d.l. cunctos populos nu. 184.

Tertiò comprobatur hæc sententia ex not. per Ioan. Andr. in d. rubr. de consuetu. colum. penul. versic. quid de delegato. vbi determinat post Compostel. non esse differentiam inter ordinarium & delegatum: quia in decisorijs seruabitur locus contractus, & in præparatorijs vel ordinatorijs locus iudicij, per tex. in c. cùm venissent, de eo qui mit. in pos. causa rei seruand.

Vltimò hanc partem tenuerunt Alexand. in l. solet. colum. j. Dec. num 10. Socin. colum. j. & Cur. Iun. num. 4. de iurisdictio. omnium iudic. Iac. Niger in l. etsi prætor. colum. j. & Curt. Iun. colum. j. versic. quòd ad secundum effectum, de off. eius cui mand. est iurisd. But. Imol. & Barb. in rubr. de consuet. Roch. de Curt. in cap. fin. in 16. quæstio. versi. tertiò amplia, de consuet. Ruin. in consilio 83. nume. 3. volum. 5. vbi dicit, quòd ad hoc astrictus esse videtur delegatus, non quidem immediate per statutum conditum ab inferiore, sed quia delegans, qui est superior, intelligitur tacitè ei commisisse, quòd procedat secundum statuta illius loci, in quo cognoscet de causa appellationis, háncque esse receptam docto. sententiam firmant Alex. in citato consilio 164. colum. j. & Vanti. in tracta. nullitatis in rubr. ex defectu processus. numero 56.

Non obstant allegata in contrarium: quia ad primum respondetur per Compost. & Butr. in d. rubrica de consue. & Alex. in citato consi. 164. num. 2. & Iac.
17 Niger in d.l. etsi prætor. colum. j. † quòd illud procedit quòd ad potestatem pronuntiandi, sed quod non fungitur omnino vice delegantis. Vel melius secundum Imol. in d. rubr. de consuet. quem sequitur Alex. vbi suprà, est verum quod in omnibus delega-
18 tus fungitur vice delegãtis, † qui etiam delegans tenetur seruare cõsuetudines & statuta loci, vbi de causa cognoscit quòd ad præparatoria & ordinatoria iudicij, l. j. C. de mancip. liber.

Ad secundum respondetur, quòd & si statuta loci non ligant non subditum, tamen illud est verũ, quò
19 ad decisoria, secus quò ad ordinatoria iudicij: † nam cum iudicio quasi contrahatur, l. 3. §. Idem scribit. ff. de pecul. Ideo ratione talis quasi contractus efficitur subditus ille, qui aliàs non erat, l. hęres absens. §. proinde. ff. de iud. ita Alexand. in d. consil. 164. colum. fin. versic. ad allegata. Cacialup. in d.l. cunctos populos.
20 nu. 107. Et ideò videmus, † quòd si clericus, qui non est subiectus statutis laicorum, agit coram iudice seculari, debebit seruare statutum & consuetudo curię secularis quò ad ordinem procedendi, quamuis clericus illi curiæ nõ sit subiectus, vt probatur in l. cum clericis. in fine, secundum Cyn. ibi. C. de episc. & cler. Alex. in citato consil. 164. colum. j. Dec. in cap. ecclesia S. Mariæ. nume. 11. de constit. Abb. in dicto cap. quòd
21 clericis. num. 10. quia † statuta concernentia modum procedendi non concernunt personam sed causam, quæ subijcitur illi foro. Ad not. per Bald. in cap. licet in corrigendis, in fine. respondetur, quòd illud habet locum in decisorijs, non in præparatorijs, vt vult idem Bal. in d.c. de causis. col. 2. versic. quæro vtrum.
22 Hinc dixit Lap. in allegat. 81. † quòd clericus litigans in foro seculari arctatur statuto disponẽte super exhibitione mandati. sequitur Felin. in c. ecclesia S. Mariæ. in 8. quæst. versic. tertius casus. de constit. vbi etiam allegat Anch. in c. non ita. 7. q. 6. vbi dicit, † quòd
23 clericus litigans coram iudice seculari, non potest appellare ante sententiam, nisi in casib. à iure ciuili permissis: secus in laico litigante coram ecclesiastico.

Tertiò respondetur ad Ang. & Ias. in locis suprà citatis, quòd si ipsi intelligũt eorum dicta, quò ad modum procedendi, aberrant, vt per Docto. suprà citatos, secus si quò ad decisoria prout eos intelligit Niger in d. l. si prætor. & similiter respõdetur ad consilium Brun. 20. quòd malè loquitur secundum communem.

Quartò non obstat tex. cum ibi not. per Bald. in d. §. in causis. quia respondet Alexand. in iam sæpius allegato consi. 164. col. fin. quod potius facit pro, quàm contra: quia verba illius literæ sunt hęc, in causis appellationum si quantitas 25. librarum Imperialium excesserit appellatio, ad nos fiat saluo iure, & moribus Brixiensis ecclesię, in appellationibus, ita tamen vt non cogantur in Alemaniam ire, sed nos habebimus proprium nuntium in ciuitate, vel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat & iuret, quòd bona fide causas examinabit & definiet secundum mores & leges illius ciuitatis infrà duos menses à contestatione litis, vel à tempore appellationis receptæ, nisi iusto impedimento, vel consensu vtriusque partis remanserit, & sic text. ibi vult, quòd expediantur causæ appellationis secundum mores illius ciuitatis Lombardiæ, in qua contingebat exerceri causam appellationis coram iudice appellationum, à principe deputato.

Vlterius tex. ipse loquitur, quando in eadem ciuitate, in qua lata fuit sententia super causa principali exercebatur causa appellationis, & si extra terminos quęstionis nostrę. Minus obstant verba Bal. ibi, dum dicit, quòd si coram iudice appellationis est quæstio de processu, seruabitur consuetudo primi fori: quia dictum Bald. debet intelligi, quotiens coram iudice appellationis est quæstio de rititudine processus agitati coram iudice causę principalis: quia tũc attendi debet consuetudo primi fori, vt omnes tenent doctores in d. rubr. de consuet. quia tunc attenditur locus agitati iudicij, quò ad ordinẽ procedendi, & ideò si tractatur de ordine processus facti corã iudice appellationis, attenditur consuetudo fori appellationis siue iure ordinario siue delegato cognoscatur.

Vltimò non obstat tex. in d. authent. vt cùm de appel. cogno. in princ. quia ille text. loquitur, quò ad leges superuenientes, & nouiter conditas pendente appellatione: quia illæ non debent seruari in causa appellationis, sed debent seruari leges antiquæ vt ibi, & per glo. in d.c. licèt canon. & per doctores in l. leges & constitutiones. C. de legib. sed nos loquimur de legibus & statutis conditis ante inchoatã causam principalem, ergo, &c.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XLIX.

1 *Actor constituitur periculo tutoris.*
2 *Actoris constitutio debet fieri cum decreto iudicis.*
3 *Actoria descendit à tutela vel cura.*
4 *Actoriam debet præcedere tutela, aliàs non potest constitui actor.*
5 *Decretum interpositum super actoria, non præcedente tutela, est nullum ipso iure.*
6 *Exceptio quæ infringit tutelam, destruit actoriam.*
7 *Actoriæ instrumentum non sufficit producere in iudicio, nisi & producatur instrumentum tutelæ.*
8 *Instrumentum constitutionis actoris, & si fuerit in iudicio productum, tamen illud non sufficit nisi & constet tutricem, quæ cum constituit, satisdedisse, renuntiasse Velleianę & omni alio auxilio, confecisse inuentarium, et res pupillares cum decreto iudicis accepisse.*
9 *Tutor qui prius administrauit, quàm inuentariũ confecerit, dolosè præsumitur administrasse, atque ideo remoueri debet vt suspectus & priuari tutela.*
10 *Tutor non potest conueniri nec experiri in iudicio vel extra, inuentario nondum incepto & perfecto.*
11 *Tutori potest remitti confectio inuentarij si vltra dictam remissionem testator ipsam vetuerit, sed contra num. 17. cum sequentibus. secundum magis communem.*
12 *Dictio, nisi, importat exceptionem.*

13 *Exceptio*

13 *Exceptio declarat regulam in casu non excepto.*
14 *Dictio, nisi, habet vim conditionis.*
15 *Conditio importat formam.*
16 *Forma non potest adimpleri per æquiualens.*
17 *Testator potest secundum communē tutori testamentario remittere confectionem inuentarij.*
18 *Tutor cui remittitur confectio inuentarij, appellatur analogista.*
19 *Tutori nedum testamentario, sed etiam datiuo & legitimo potest remitti confectio inuentarij.*
20 *Administratio tutelæ non datur, nisi cum decreto iudicis.*
21 *Quod amplia procedere in quolibet genere tutorum.*
22 *Testator potest decernere administrationem tutelæ sine decreto.*
23 *Paria sunt, dicere, remitto inuentarium, vel veto fieri.*
24 *Verbum, vetare, idem significat quod non consentire.*
25 *Aequipollens dicitur illud, quod non est idem nomine, & significatu, sed solùm in effectu.*

CONSILIVM XLIX.

IVdicium intentatum quondam contra magnificum dominū Hectorem de Parona per nobilem Ioan. Antonium Palmam vti actorem constitutum per magnificam dominam Isabellam tutricem testamentariam fi-
1 liorum suorum subsistere non potest, † & si periculo & rifico ipsius dominæ Isabellæ constitutus fuerit, prout à iure requiritur, Ang. in §. fi. col. 2. vers. & aduertas. & in vers. an actor pupilli. Instit. de cura. & in §. præterea. col. 24. in fin. vers. quia videmus. de excep. Bar. in l. tutor qui repertorium. in princ. col. j. ff. de administr. tuto. Ias. in l. neque tutores. in secundo notabili. C. de procurato. & in §. actionum. col. 18. in fin. versic. vigesimoprimò quæro. instit. de actio.
2 Porcel. in tract. de inuenta. c. 2. num. 20. † & cum decreto iudicis, quod etiam necessarium est in constitutione actoris, Barto. & cæteri in d. l. neque tutores. Angel. in d. §. fin. colum. 2. & in §. præterea. colum. 24. de excep. Aff. in decis. 262. col. 2. in princ. Maran. in l. si actor. num. 3. de procura. vbi dicit ipsum constituendum esse cum decreto & auctoritate iudicis, aliàs si actor præmisso modo non fuerit constitutus, non valet constitutio actoris, & vitiatur processus, Bart. in l. actor. in princ. rem rat. hab. Aret. consilio 29. col.
3 4., quoniam nemini dubium est, quòd † valeat actoria, quæ descendit à tutela vel cura. §. fin. instit. de
4 cura. opus est, † quòd procedat tutela legitima, aliàs
5 tutor non potest constituere actorem, † & decretum super ea interpositum est ipso iure nullum: quia caret fundamento, ita Bald. ad literam in l. qui aliena. §. quanquam, in 3. notabili. ff. de nego. gest. vbi inquit
6 notandum esse, † quòd exceptio, quæ infringit tute-
7 lam, infringit & actoriam, & ideo, † quòd non sufficit producere in iudicio instrumentum actoriæ, nisi & producatur instrumentum tutelę, quod & voluit Alexand. in addit. ad Bart. in l. actor. in princip. ff. rem rat. hab. Fulgo. in consil. 139. colum. 3. in princip. vbi
8 consuluit, quòd & si instrumentum constitutionis actoris fuerit in iudicio rectè productum, tamē hoc non sufficit, nisi & constet tutricem, quæ eum constituit satisfecisse, si non fuerit testamento patris data, & renuntiasse Velleiano, & omni alij auxilio, & secundis nuptijs, iurasse pro defensione, decę rectè gerendo, & denique inuentario confecto, & res pupillorum decreto iudicis accepisse: quia his non obseruatis tutrix non potest per se agere, minusę alios ad agendum constituere, l. fin. §. fin. C. de admi. tuto. l. legitimos. in princ. ff. de legit. tuto. Cùm igitur ipsa domina Isabella inuentario non confecto, non habuerit neque potuerit habere administrationem rerum vel negotium pupillare, vt per Corn. in consil. 207. col. 2. volu. 4. Bart. in l. qui repertorium. in princ. de adm. tuto, & iterum per Corn. in cons. 164. colum.
9 j. volum. eod. vbi inquit, † quòd prius debet facere inuentarium, & si prius administrauerit ea, in quibus non est periculum in mora, quod dolosè præsumitur administrasse, & quòd propter talem dolum præsumptum potest remoueri vti suspectus, & secundum Gozad. consil. 17. nu. 4. priuari tutela, nam cer-
10 to certius est, † quòd tutor non potest conuenire nec experiri in iudicio nec extra, inuentario nondum incœpto & perfecto, l. fin. §. fi. & ibi Doct. C. arb. tutel. Boer. in decis. 53. nu. 5. Soc. Iun. in cons. 22. nu. 3. in 2. volum. si ergo ipsa domina non potuisset hoc facere, minus potuit hoc committere alteri, igitur processus inualidus, & per consequens negari non potest, quin legitimè oppositum fuerit contra ipsum actorem de inualiditate, & nullitate gestorū, teste Corn.
11 in cons. 164. col. fin. volu. 4. Nec habet obstare, † quòd quōdam magnificus dominus Antonius testator remiserit vxori suæ tutrici confectionem inuentarij, quam remittere potuit, vt per Bar. in l. tutor, quia repertorium, col. 2. ff. de adm. tuto. & in l. nemo potest. col. 3. ff. de lega. j. quia respōdetur, quòd vltra dictam remissionem requirebatur, quòd testator vetasset dictam confectionem, per text. ad literam in d. l fi. §. proculdubio. C. arb. tutel. Ibi specialiter inuētarium conscribi vetuerint, quo verbo vsus est Bart. in l. in confirmando. ff. de confir. tuto. & Roland. in tract. vlt. volunt. qui app. sos. testa. rubrica 30. nu. 17. & ita ibi in d. §. proculdubio tenuit Salic. dicens, quòd non sufficit, quòd testator remiserit confectionem inuentarij, sed oportet expressè quòd testator vetat ipsam confectionem. Ang. à Gambellio. in tract. de testa. in gl. in vers. tutores. nu. 8. Idem dixit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de tuto. §. generaliter. vers. hoc autem notandum. vbi refert hoc etiam tenuisse Mart. Sylli. in quæst. incip. Testator in testamento. hoc etiam tradit Ang. in §. præterea, il 2. colum. 24. de excep. vbi dicit, quòd istud nunquam exeat mētem suam, quòd nisi testator specialiter, & expressè vetet tutorem, licèt eum releuet à confectione inuentarij, non tamen propter hoc esset alleuiatus ab ipsa confectione inuentarij, nec liberatus: imò etiam tali casu non conficiendo inuentarium, poterit contra eum iurari in litem, d. l. tutor qui repertorium. quod subdit notandum, quia vidit multos peritos errare. Aret. in l. nemo potest. nume. 50. de lega. j. vbi ponderat text. ibi dum mandat Imperator, quòd tutores debeant
12 conficere inuentarium, † nisi illi, qui transmittunt suam substantiam principaliter inuentarium confici prohibuerint, & sic ibi ponitur exceptio quædā,
13 † quæ declarat regulam in casu non excepto, l. nam
14 quod liquidæ. §. fin. ff. de pen. lega. Vlterius † dictio, nisi, ibi posita habet vim conditionis, l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditio. & demonstratio.
15 sed † vbi aliquid conditionaliter exprimitur, illud censetur de forma, l. prætor, in princip. ff. de collat. bono. Bald. in authentic. matri & auiæ. C. quando
16 mul. tutel. offic. † forma autem non potest impleri per æquipollens, l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. & si dicatur, cur testator potest vetare confectionem inuentarij, & illam non remittere respondet, quòd quando tutor non conficit inuentarium de bonis pupilli, præsumitur esse in dolo, l. tutor qui repertorium. in princip. de administr. tuto. in verbo dolo malo fecisse videtur. Ideo tanquam suspectus remouetur à tutela, & infamiam incurrit, l. fin. in fin. C. arb. tutel. sed iussus testatoris, qui interdixit ei confectionem inuentarij, excusat eum ab illo dolo præsumpto, & per consequeus à prædictis pœnis. argumento l. qui cùm maior. §. fin. de bon. lib. cum quælibet causa etiam iniusta excusat aliquem à dolo, l. igitur. §. j. de lib. cau. sed quando facta fuit remissio inuentarij, non videtur excusatus tutor à dolo non confecto inuentario: quia illa videtur facta in fauorem suum duntaxat, cui poterat renuntiare, & renuntiando nihil esset contra voluntatem ipsius testatoris.

Sed his non obstantibus, contraria sententia est de iure verior, quòd actoria ipsa est valida, & legitima, quod probatur retorquendo argumentū suprà factum in contrarium, & dicitur, quòd ex quo actoria dependet à tutela, vt suprà dictum fuit per not.

per

per Bald.in d.l.qui aliena.§.quanquam,quòd sicut ea est valida, ita & ipsa constitutio actoriæ facta cum decreto iudicis, censetur legitimè facta,quod patet,
17 † nam indubitata est iuris conclusio, quòd testator potest remittere tutori confectionē inuentarij.Bart. in l.nemo potest, col.2.vers. quærit Dy.de lega.j.vbi inquit,testatorem dictam remissionem inuentarij facere posse tutori nisi iudici appareret, quòd ipsa esset contra vtilitatem pupilli : quia tunc non teneretur sequi voluntatem testatoris. l. in confirmando. ff.de confir.tuto l.vtilitatē,eo.tit.potest enim quandoq; esse,quòd non facere inuentarium pertinet ad vtilitatem pupilli,ne eius paupertas pandatur.l.2.C. de alim.pup.præst.& Bar.ibi sequuntur Paul.de Castro.col.fin.versic.sed an testator.Imol.colum.3.vers. vltimò adde.Bald.colum.2.Alexand.colum.5.versic. tetigit etiam Bart.Iaſ.colum.9.versic. quintò quærit Bar. & in lectura secunda.colum.11. versicu. quintò quærit Bartol. Ioannes Annibal. numer. 386. Ripa nu. 80. Barto.in l. legitimos, colum. j. versic.quæro vtrum.ff.de legit.tuto.Angel.in §.j.column.2.versic. secundò , quod conficiatur de leg. agn. tutel.& in §. actionum,column.16.versic.octauò quæro,de actio. Practica Papien. in for. lib. quo. agn.ad redden.rationem , in princ.colum.4. versic. sed quid. Socin.Iun. in consil.115. volumine j.numer.2.Guid.Papæ decis. 539.Alexand.in cons.82.numer. 16.volum.2.duplicato. in cons. 40. volum.3.& 51. volum.6.Dec.in cons. 418.nu.13.Paris.in consil.21.nu.54.vol.2.Aret.in cons. 22.col.2.Dec.in cons.349.col.2.in fin.Craue. in consi. 190 col. 3.in fi.& in cons. 19. colu. 4. in princ. Iaſ. in l. cum necessitate.C.de fide icommiſſ.vbi dicit,† quòd
18 talis tutor appellatur Analogista,ab aneu quod est sine, & logos,quod est ratio.l. quidam decedens.ff.de adm.tuto.Ang. in cons. 144.in fi. Soc.in consil.51.col. 2. volum. 3. Gul.de Ludo. in sing.100. Guid. Papæ in decis.352.Capel.Tholos. decis.46. Cur. in l.j.numer. 17.C.de proh.seq.fruct.Porcel.in tract.de inuenta.in princip.nume.14.Fulgos.in consil.139.colum.penul. in princ.& Ruin.in consil.69. numer. 10. volum.2. &
* hanc esse * communem dixerunt Iaso. in dicta 2. lectura,colum.11.versic.quintò quærit Bart.Guid. Papæ consil. 41. in primo dubio,& Annibal.in dict.l.ne
19 mo potest.nu.393. quam † conclusionem extendunt etiam doctores in tutore legitimo,vel datiuo, vt per glo.in l.tutores, in verbo personarum,de adm.tuto. vbi Bald. in 2. notabili inquit,notandū esse, q; cuilibet tutori potest remitti confectio inuentarij per testatorem Sal. ibi col. fin. versic. quæro 11. vbi etiam vult istud habere locū in tutore honorario , vel qui datur causa notitiæ , qui tamen non habet administrare:quia & ipse cum alijs conficere debet inuentarium. Cyn. in l.fi. §. proculdubio. C. arb. tutel. in 4. quæst. Bal. in d. l.nemo potest,col.2.vers.item est argumentum. vbi dicit hoc esse adnotatione dignum. Imol.ibi,col.3.vers.vltimò adde.Iaſ.col.9.Ripa nu.30. Crot.nu.49. Gul. de Lud. in citato sing. 100. Porcel. in d.tract.de inuēta.in prin. nu. 14. Pract.Papien.vbi suprà,vers.an autem hæc remissio.

Non obstant modò quæ ex aduerso allegata fuerunt : quia ad primum respondetur,quòd dicta domina Isabella fuit legitimè constituta tutrix per maritum in suo solenni testamento , pariterq; sibi data
20 licentia administrandi res pupillares † cum decreto
21 iudicis,vt requiritur † in quolibet genere tutorum, vt per Bar. in d.l.legitimos, col.j.vers.quæro vtrum. ff.de legit.tuto.Ang. in §.j.col. j.institu. de leg.agn.tuto.vers.in ea glo.ibi,lege legitimos,& in §.actionum, col.16. ver. octauò quæro. institt. de actio.Iaſ.in l.non dubium , col.j. C.de lega. Ang. in cons.103.col j.vers. nunc videamus , per tex.in §. fi. in authen. vt hi qui oblig. Pract. Papien. in for. lib. quo agitur ad rationem redden.in princ.col.3.vers.vlterius queritur.ac alia fecit quæ à iure requiruntur , de quibus ibi in d.§. actionum , per Angel. vnde cum legitimè fuerit sibi dicta tutelæ administratio , & concessa,licèt non confecerit inuentarium propter remissionem per maritum sibi factam in suo testamento,qui ita dis-
22 ponere potuit, vt suprà ostensum fuit, † & quia etiam potuisset sibi decernere administrationem sine decreto,vt per Bar.in d.l.legitimos, in j.col. Angel. in d.§.actionum,vbi suprà. Iaſ. in l.non dubium,col. j. C. de lega. & Craue. in cons.230. col.fin. in princip. Pract. vbi suprà.col.5.vers.item fallit.Roland.vbi suprà. sequitur necessariò d. dominū Ioan.Antonium actorem fuisse iuridicè constitutum , & per consequens aptè egisse contra prædictum dominum Hectorem.Nec obstat, quòd non sufficit,quòd testator d. dominæ Isabellæ remiserit confectionem inuentarij nisi ei illam vetasset,per tex.in d.l.fi.§.procul dubio, in verbo vetuerint. qa respondetur , cōmunem sententiā esse in contrariū , vt sufficiat sola remissio inuentarij absq; q; illam testator vetuerit. Iaſ.in d.l. nemo potest, in j.lect.col. 9. vers.tertiò ad prædictorū,& in 2.lect.col.12. vers. limita istam communem. vbi dicit quòd si casus sibi contingeret in facto, teneret hanc partem,& ita consuleret.& subdit quòd ista est æquior sentētia in consulendo & iudicando amplectēda. Cyn.in d.l.fi.§. proculdubio.circa finē.Rui. in d.l.nemo potest,& hāc esse cōmunem opinionem, firmant Crot.in d.l.nemo potest, nu.49.& 50.in fin. licèt ipse teneat contrarium Annibal. ibi nu. 388. & magis communem Ripa ibi nu. 85. circa finem. Et
23 ratio,† quia paria sunt dicere, remitto inuētariū,vel veto fieri.l.fi hęres vetitus,de lega.j.iun.l.cum tale.§. Titius,in fi.in verb.reddēdæ rationis remissa fuerit necessitas.ff.de cond. & demon.vbi tex.vtitur verbo remissa,& nō dicit quòd testator vetuit& prohibuit.
24 † Et quòd verbum vetuerit,in d.§.procul dubio,importat remissionē,demōstrat Odofr.in d.§.vbi exponitur dictū verbū vetuerit,id est,remiserit.& miror q; aliquis ex scribentibus ad hoc ipsum nō allegauerit. & ideo dixit Paul. de Castr. quem etiam aliquis non allegat ad hoc in consil. 352. colu j. quòd non refert, vtrum pater prohibeat inuentarium confici, aut remittat confectionem, vel ab ipsa tutorem releuet,allegat Cyn.in d.l.fin.

Nec obstat quòd dictio,nisi, de qua in d. §. procul dubio,sit apposita per viam exceptionis,quæ confirmat regulam in casu non excepto : quia respondet Annibal in d.l.nemo potest,nu. 389. quòd huiusmodi declaratio Croti aliquo modo nō concludit:quia considerandum est, quòd in illa exceptione exprimitur verbum vetuerit,quod idem significat,quod non consentire.l.qui vas.§. vetare. ff.de fur.& sic specialiter,vetuerit, idem est quod non consenserit. & ideò si remittitur inuentarium , tunc per talem remissionem dicitur non consentire confectioni ipsius inuentarij , cum dicat illum spernere.l. de pupillo.§.qui procuratorio.& §.qui remissionē. ff.de ope. nou.nunc.pariter non obstat quòd dictio,nisi,habet vim conditionis,quæ inducit formam,quę non potest adimpleri per equiualens:quia vt suprà responsum est , dictum verbum importat idem, quòd non consentire. Prætereà remittere & prohibere,idem significare videntur , vt patet in l.2.C.vt in pos.lega. vbi loquitur de cautione non præstanda , & dicit remiserit , iuxta l.j. C. de vsufruct.& tamen ibi dixit, prohibuerit,nec dicitur adimpleri per æquipollens,
25 cum idem sint, & significant, † cùm æquipollens dicatur illud , quod non est idem nomine, & significatu, sed solū in effectu idem, vt per Bar.in l.fraus. ff.de ll.& sic Bar.hoc modo poterit intelligi,& communis erit saluata. Prętereà esset maxima fatuitas,aliter dicere , qa esset redarguere doctores antiquos , & modernos de maxima ignorātia,si dictū verbum, vetuerit , non importaret remissionē, quod vtiq; non est dicendum. Vnde , cum communis sit opinio: q; per remissionē inuentarij factam à testatore quis sit liberatus ab illius confectione , nulli dubiū est , quòd ipsa tàm in iudicando , quàm in consulendo tenēda est,cùm dictum verbum vetuerit,aliud non importet,quàm ipsam remissionem , vt satis dictum fuit.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij L.

1 Veritas quantò magis conteritur & oppugnatur,tantò clarior expulsis nebulis in lucē progreditur, sicut

aromata magis redolent quantò magis conterun-tur.

2 *Ordinatio nulla regulariter cadit in feudis.*

3 *Feudatarius de rebus feudalibus testamentum confi-cere non potest.*

4 *Quod amplia procedere etiam pro anima.*

5 *Vasallus non potest candelam relinquere pro anima sua de feudo antiquo.*

6 *Præstatio iuramenti fidelitatis, concessionem arguit esse feudalem, & non donationē. declara vt in nu-me. 53. cum sequentib.*

7 *Fidelitas licèt capi possit multipliciter, tamen per ex-cellētiam dicitur in feudis, & propter talem excel-lentiam feudum sic nominatur.*

8 *Feudi substantiale non est seruitium, sed fidelitas.*

9 *Inuestitura dicitur signum necessarium feudi.*

10 *Feudum non est sine inuestitura vel sine eo, quod ha-betur pro inuestitura.*

11 *Inuestitura propriè conuenit contractui feudali.*

12 *Feudum dignoscitur ex signis.*

13 *Verba nostri Imperij iuribus semper saluis arguunt concessionem feudalem, quod declara vt in nu. 63.*

14 *Res allodialis potest regnosci in feudum, declara vt in nu. 55. cum sequentibus.*

15 *Feudum alteratum, quò ad quid, quò ad alia non desi-nit esse feudum, declara, vt in nu. 60.*

16 *Verbum, donamus, importat donationem, quæ ex libe ralitate, & munificentia proficiscitur.*

17 *Feudum est beneficium.*

18 *Concessio in qua nullum verbum habetur de feudo, ar guit concessionem esse donationem, & non feudum.*

19 *Donatio est doni datio.*

20 *Dominium transfertur per donationem quando con-cedens est dominus.*

21 *Moderator & arbitr est quilibet in re sua, etiam in abutendo.*

22 *Qualitas concessionis ex tenore verborum dignosci-tur.*

23 *Princeps quando dicit, dono tibi tale castrum, nō cen-setur iure feudali dare, sed iure simplicis donationis & meræ liberalitatis.*

24 *Diuersitas verborum, designat diuersitatem rerum.*

25 *L. j. C. si liberal. Imper. soc. lib. 10. quæ loquitur de do-natione, non habet locum in feudo.*

26 *Euictioni locus non est in donatione re euicta, nisi ea inceperit à promissione, quod secus est in feudo.*

27 *Dominus quando in concessione vtitur verbo dono, vel simili importante donationem, dicitur per eum fie-ri libera donatio, & non concessio feudalis.*

28 *Datio feudalis non est propriè donatio, sed ob causam datio, quæ à donatione differt.*

29 *Verbum donatio simpliciter prolatum, debet referri ad id, quod per prius, & propriè est donatio.*

30 *Verbum concedimus, importat donationem.*

31 *Concessio Principis in dubio potius debet iudicari do-natio, quàm concessio feudi.*

32 *Regia nobilitas facit actum dubium præsumi dona-tionem.*

33 *Concessio facta de castro, quod est dignitatis, & co-mitatus, in dubio præsumitur libera, & non feu-dalis.*

34 *Principes omnes etsi subsint Imperatori generali pro-uisione. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iactu. non ta-men iure feudi.*

35 *Bona præsumuntur in dubio allodialia, & non feu-dalia.*

36 *Res præsumitur libera, & non feudalis, nisi verè, vel præsumptiuè probetur feudalis.*

37 *Res feudalis dicitur quandam seruitutem habere.*

38 *Seruitus non præsumitur.*

39 *Feudalia licet censeantur quæ sunt intra fines feudi, si non probentur exempta, tamen hoc fallit, si esset consuetudo præscripta in castro, quòd tenentes ven-dant liberè possessiones suas.*

40 *Princeps etsi exerceat regalia in bonis sitis in suo ter-ritorio, tamen hoc non arguit illa esse feudalia.*

41 *Beneficium Principis latissimè debet interpretari.*

42 *Princeps si concedit alicui officium tabellionatus in ciuitate, intelligitur etiam concessisse in comitatu, & toto territorio.*

43 *Imperator si concedit castrum alicui, & filijs suis, in-telligitur etiā de nepotib. & de vlterioribus descen-dentibus vsq; in infinitum.*

44 *Concessio facta ex causa remunerationis, reputatur fauorabilis.*

45 *Feudum quando dicatur gratia vel ne.*

46 *Res & pretium si tradatur, si pretium præpondera t, dicitur venditio & emptio, si res permutatio.*

47 *Argumentum à communiter contingentibus est vali-dum.*

48 *Principis supremi proprium est liberalitatem exer-cere.*

49 *Fidelitas, & homagium licèt in dubio videantur de-signare feudū, ab ista præsumptione receditur, quan-do per alia media constat de donatione.*

50 *Præsumptio vna tollit aliam.*

51 *Coniecturis non est opus in claris.*

52 *Inuestitura est duplex, propria, & impropria.*

53 *Iuramentum fidelitatis præstatur etiam à subdito.*

54 *Præstatio iuramenti fidelitatis non dicitur esse signū necessarium feudi.*

55 *Concessio castri etiam interueniente iuramento fide-litatis dicitur simplex, & mera donatio, si reperia-tur facta per verbum donamus: præsertim si ex cau-sa remunerationis.*

56 *Inuestitura non solùm fit in feudis, sed etiam in dona-tionibus.*

57 *Verbum inuestire, conuenit etiam institutioni bene-ficij.*

58 *Verbum inuestire, confert collationi beneficiorum, si-gnificatq; translationem possessionis, & aliquando facultatem illam apprehendendi.*

59 *Inuestituræ titulus cadit in emphyteusi.*

60 *Recognitiones factæ per prædecessores nō præiudicant sequentibus.*

61 *Primæ concessioni standum est.*

62 *Recedendum non est ab antiquiorib. inuestituris, nisi in posterioribus expressè dicatur, quòd de communi consensu aliter facta sit inuestitura, quàm hactenus esset solitum fieri.*

63 *Error etiam in facto præsumitur quando tractatur de damno vitando.*

64 *Contractus in dubio est iudicandus, & denominandus secundùm naturam eius, quod in eo præualet.*

65 *Contractus species vbi duæ concurrere possunt ex eis-dem verbis, illa præualet, quæ est potentior.*

CONSILIVM L.

VISA concessione Caroli IIII. Imperatoris facta quondā magnifico dom. Albertino de Hippolytis pro se & succes-soribus suis de villa seu terra Gazoldi, & alijs in ea descriptis, vnà cum elegantissimis & locupletissimis consilijs clarissimorum iurisc̄sultorum editis in fa-uorem Illustris. filij Illustris. Comitis Castilionei hæredis

hæredis testamentarij quondam Illustr. Comitis Antonij de Hippolytis, conclusiones eorum tanquam iuridicas, ac optimis rationibus, legibus, & authoritatibus fulcitas amplectendas arbitror, & omninò
1 sequendas. Verùm, † quia veritas quantò magis conteritur & oppugnatur, tantò clarior expulsis nebulis in lucem progreditur, sicut aromata magis redolent quantò magis conteruntur, vt exordiar cum Castren. in cons. 28. vol. j. quem citat Craue. in cons. 135. nu. 18. vt veritas præsentis consultationis magis elucescat, & ne videar ad rem ipsam illotis, vt aiunt, manibus, accedere, primo congressu arguendo in fauorem Illustriss. Comitum Camilli, Antonij, & Federicietiam ex cõditionib. dicti loci, qui nunc possident bona d. quondã Comitis Antonij, dico, quòd de bonis feudalibus comprehensis in ipsa cõcessione non potuit fieri aliqua dispositio p d. Illustrissim. Comitem Antonium in fauorem filij d. Illustrissi. Comitis Camilli, & in præiudiciũ supradictorum Comi-
2 tum. quoniam indubitati iuris est, † quòd in feudis regulariter nulla cadit ordinatio defuncti. c. j. ibi, nulla ordinatione defuncti manente, vel valente, de succes. feud. c. j. §. donare, qual. olim feud. pote. alien.
3 Bal. optimè in cons. 170. vol. 1. vbi ait, † q; feudatarius de rebus feudalibus testamentũ cõficere non potest: quia aut vult disponere de bonis ipsis in personam, quæ sibi per eius mortem succedere debet & nõ valet dispositio: quia relinquit ei, quod suum esse debet post obitum ipsius testatoris, cum tunc vires capiat testamentum. l. mea res. ff. de condi. & demon. Aut, & tunc, aut prorsus extraneis, & §. donare, & c. j. de alien. feud. Aut agnato, & tunc aut remotiori, & non præiudicat proximioribus, etiam consentiente domino. c. j. de alien. feud. pater. Aut proximiori, & tunc non valet legatum: quia nullam affert vtilitatem, cum & sine legato succes surus esset. inquit enim lex, quòd legatum, non afferens vtilitatem, non valet. l. hæreditatem. ff. mandati. l. j. §. penult. C. comm. de lega Et adeò vera est huiusmodi sentẽtia,
4 vt ea etiam sibi locum vẽdicat † si vasallus de eo te-
* stari vellet pro anima, vt* cõmuniter per docto. in d. §. donare. in tantùm, quòd dixit Iser. in c. j. an agna.
5 vel fil. † quòd vasallus non poterit vnam candelam relinquere, p anima sua de feudo antiquo. dixi in cõ. 71. num. 8. cum tribus sequen. volu. 2. & in cons. 79. in prin. volu. eod. Quòd autem dicta concessio sit feudum, & non donatio, primò satis demonstratur ex præstatione iuramenti fidelitatis, de qua in ipsa concessione, ibi à te prius tamen iuxta consuetum morem in nostris manibus fidelitatis debita, præstito
6 sacramẽto sicut ritè seu dignè possumus. † quæ quidem præstatio arguit feudi concessionẽ c. j. de for. fidel. c. j. de no. for. fidel. & non donationem, in qua non requiritur dicta præstatio iuramenti fidelitatis.
7 † nam licet fidelitas capi possit multipliciter, tamen per excellentiã dicitur in feudis, & propter talem excellentiam feudũ sic denominatur à fide, secundùm Bal. in prælud. feud. colum. 3. vers. quæro. & Alua. ibi col. 4. Corn. in con. 16. col. j. vol. j. Dec. in cons. 413. col. j. Cum igitur de ipsa fidelitate in eadem concessione fiat mentio propter excellentiã ipsam, intelligendũ videtur de feudo. arg. §. sed & quotiens, instit. de iure nat. gen. & ciuil. ita arguere videtur Abba. in cõs. 82. col. 3. vers. insuper, vol. j. Aret. in cons. 14. col. 2. Ias. in dictis prælud. feud. nu. 28. Rui. in cons. 34. num. 7. vol. j. & in cons. 42. in prin. vol. eod. Gozad. in cons. 9. in prin. & in cons. 65. nu. 10. Curt. in tract. feud. in prima par. q. 6. prin. colum. 2. vers. 6. Affl. in decis. 320. nu.
8 4. vbi inquit, † quòd substantiale feudi non est seruitium, sed fidelitas. Paris. in cons. 21. numer. 22. vol. j. & in cons. 23. numer. 34. volum. eod. Corne. in. d. con. 16. colum. j. Bero. in cons. 115. numer. 8. volum. j. Colleg. Bono. in cons. 15. numer. 38. inter consilia status Montisferrati. Item & ponderanda sunt verba merita puræ fidei apposita in dicta concessione, ex quibus verbis infertur, quòd propter fidem facta fuit, & sic quòd feudalis fuerit concessio ipsa propter rationem præcedentem.

Secundò, quòd sit feudũ, demonstratur alio modo: qa de dicto castro & villa, ac alijs in ipsa concessione contentis facta fuit inuestitura †, quæ dicitur
9 signum necessarium feudi. c. per tuas, de dona. Inno. in c. veritatis, de iureiur. Cuma in cons. 137. colum. j. Soc. in cons. 257. in princip. Affl. in decis. 129. num. 3. & in c. j. colum. penult. ex quibus cau. feud. amit. vbi si dicatur, inuestio te de tali castro, hoc ver-
10 bum importat feudum. † nam sine inuestitura, vel sine eo quod habetur pro inuestitura, non est feudũ. Ruin. in citato con. 34. num. 7. & 42. col. 2. vers. ex aduerso. Goza. in con. 8. nume. 8. cons. 9. in princ. & 65. num. 8. cum seq. Bero. in cons. 65. num. 83. & 115. vol. j.
11 † vbi inuestitura propriè conuenit contractui feudi, vt in tit. quid sit inuestitura. & in ti. de inuest. de re alie. facta. Colleg. Bono. vbi suprà nu. 37.

Tertiò facit, nam sicut actus dubij, quorum natura ferè est eadem propter multam similitudinem & vicinitatẽ, dignoscuntur & verificantur ex signis, vt testamentum à codicillis, institutio ab exhæredatione. l. non codicillũ. C. de testa. donatio. causa mortis à donatione inter viuos. l. Seia. ff. de dote præleg. contractus emphyteoticus ab emptione & venditione, locatione & conductione. §. adeò. instit. locati.
12 † ita feudum dignoscitur ex signis, vt quãdo de concessione est facta inuestitura, & præstita fuit fidelitas. Item & ex reseruatione iurium facta per concedentem, vt in casu præsentis concessionis, ibi, † nostri
13 imperij, & aliorum quorumlibet iuribus semper saluis. quæ verba vt constat ex his quæ suprà dicta sunt, satis demonstrant concessionem ipsam iudicandam fore feudalem.

Quartò quòd sint feudalia, arguitur ex recognitionibus factis per condominos Gazoldi Maiestatibus Cæsareis, in quibus dicitur locum ipsum & villam ac in ea descripta fore feudalia, & sic ex ipsis declaratur quòd recognouerunt se tenere in feudum dicta bona, & quòd de ipsis tanquam de rebus feuda
14 libus fuerunt inuestiti. Nam clari iuris est, † quòd
* res allodialis potest recognosci in feudum, vt* communiter per scribentes in l. si rem aliquam. ff. de acqui. pos. Rui. in con. 40. nu. 22. vol. j. & 131. nu. 8. volu. 5.

15 Quintò accedit, nam † feudum alteratum quò ad quid, non definit esse feudum quò ad alia, & quò ad illa regulatur secundùm naturam feudi, c. j. vbi not. omnes de feud. non hab. propr. nat. feud. vbi licèt circa alienationem alteretur natura feudi, in alijs tamen non censetur alterata, vt nõ dicatur feudum, secundũ Iser. in c. j. quib. mod. feud. amit. Vnde licèt in concessione de qua agitur sit verbum donamus, & in hoc sit alterata natura feudi, tamẽ in alijs
16 remanet saluũ ius feudorum, vt sit feudũ. Nec habet obstare si dicatur † quòd ex quo in ipsa fit mentio de donatione, vt ibi donamus, quòd ipsa sit donatio, & non feudũ, per ea quæ not. Dec. in cons. 32. col. 2. vbi inquit vigore dicti verbi, donamus, constat concessionem esse donationem, quæ ex liberalitate & munificentia proficiscitur. l. j. ff. de dona. Socin. Iun. in consi. 102. nu. 9. volum. 2. quia respondetur, quòd et-
17 iam verbum donamus in feudo verificari potest: † qa feudũ est beneficium. c. j. ex quib. cau. feud. amit. Bero. in cõ. 66. nu. 9. post alios ibi per eũ relatos. vol. j.

His tamen non obstantibus contrariam sententiam vti de iure veriorem tenendam esse arbitror, quòd imò concessio, de qua in terminis nostris,
18 non sit feudum, sed donatio. Et primò, † quia in ea nullum verbum habetur de feudo, vt per Paul. de Castro in cons. 161. colum. fin. secundùm antiquam impressionem. vbi arguit concessionem non esse feudum: quia in ea non fuit feudum nominatum. Dec. in cons. 32. colum. 2. 269. colum. j. 413. colum. 2. & 468. numer. 12. Paris. in cons. 20. colum. j. volu. j. Gozad. in cons. 8. num. 16. Affl. in c. j. colum. j. in princ. ex quib. cau. feud. amit. Soci. Iun. in con. 76. numer. 43. volum. j. & in consil. 102. numer. 9. & 13. volum. 2. Bero. in cons. 70. nume. 10. vol. j. 65. numer. 20. 76. nume. 43. & in cons. 152. numer. 27. vol. 2. Grat. in consil. 9. numer. 65. vol. j. Simoneta in consil. 11. colu. j. inter consilia status Montisferrati, vbi etiam Colleg. Bono. in cons. 15. nume. 37. dixi in cons. 2. nume. 5. vol. j. Nam sicut quando in concessione fit mentio de feudo, resultat clarè ex verbis ipsius concessionis, quod est feudum. Corne. in allegato consil. 16. col. j. ita etiam dicendum venit, quòd quando de feudo non fit

mentio in concessione., sed de donatione, quòd sit donatio & non feudum. cui enim dubium est, quòd si Cæsarea Maiestas voluisset huiusmodi concessionem esse feudum, sciuisset exprimere & appellare concessionem ipsam & contenta in ea feudū, prout in simili dixit text. in c. ad audientiam. Cum igitur
19 hæc sit donatio † quæ est doni datio. l. fenatus. §. j. ff. de dona. cau. mor. Bar. in l. iurisgentium, in princip.
20 ff. de pac. Socin. in cons. 91. col. 6. in fi. volum. 3. † Et per eam sit translatum dominium, cum concedens fuerit dominus. §. per traditionē, in stit. de rer. diuis. Alexand. in cons. 248. in princ. volu. 6. sequitur quòd d. quon. Comes Antonius potuit de dictis bonis tan-
21 quam allodialibus, disponere ad libitum suū, † cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. Paris. in con. 2. in fi. vol. j. etiam in abutendo l. sed si l. §. consuluit. ff. de pet. hæred.
22 Secundò † qualitas concessionis ex tenore verborum dignoscitur, l. probationem, la j. C. de proba. l. sancimus. C. de fideiuss. Craue. in cōs. 20. nu. 4. sed concessio Gazoldi facta per d. Carolū IIII. est donatio, & non feudum, vt constat ex nota. per Iser. Lauden.
23 Præpos. & alios in c. j. ex quib. cau. feud. amit. vbi † quādo Princeps dicit dono tibi tale castrū, non censetur iure feudi dare, sed iure simplicis donationis, & meræ liberalitatis. Laud. Præpos. in c. j in fi. in tit.
24 de fratr. de nouo bene. inuest. vbi id inquiūt patere † ex diuersitate verborū, quæ designat diuersitatem rerum. l. si idē. C. de codicil. atq; etiam ex diffinitione vtriusq;, quæ valde est diuersa, vt notatur in proœmio feudorum. Hinc videmus, q; l. j. C. si liberal.
25 Imper. soc. lib. 10. † quæ loquitur de donatione, non trahitur ad feudū, vt ibi per eos. quod etiam apertè
26 demonstratur ex eo, † q; in donatione re euicta non est locus euictioni, nisi ea incœperit à promissione. l. Arist. §. fin. vbi glo. Bar. & alij. ff. de dona. Iaso. in con. 37. in 3. dubio, vol. j. Rui. in cons. 184. col. 2. vol. j. Bero. in cons. 203. nu. 21. volu. j. quòd secus est in feudo: quia eo euicto semper dominus tenetur siue sciens siue ignorans rem esse alienā cum in feudum cōcesserit, nisi vasallus sciens. c. j. de inuest. de re alie. fac. Alcia. in cons. 172. nu. octauo. 174. nu tertio. & Socin. Iun.
27 in consi. 102. num. 9. volum 2. vbi dicit, † quòd quando dominus in concessione vtitur verbo dono vel simili importante donationem, dicitur per eum fieri libera donatio & non concessio feudalis. † nam
28 datio feudalis non est propriè donatio, sed ob causam datio, quæ à donatione differt, cum multæ sint dationes ob causam, quæ nullo modo dicuntur donationes. l. j. ff. de dona. toto tit. ff. & C. de dona. ob
29 cau. † nam verbum donatio simpliciter prolatum, debet referri ad id, quod per prius, & propriè est donatio. argumen. l. j. C. si ager vectig. vel emphy. Bero. in cons. 65. nu. 17. volum. j. Nec mirum esse videtur,
30 quòd id operetur verbum donatio, cum etiam videamus idem dispositum, si dicatur † concedimus. l. vxori. §. fi. vbi Bar. de lega. 3. in l. vxorem. §. in testamento, eo. tit. Paris. in cons. 4. num. 8. volu. j. Soc. Iun. in cons. 102. nume. 12. vol. 2. & Bero. in cons. 65. nume. 5. vol. j. Iaso. in cons. 27. nume. 2. & 45. in prin. volum. j. Dec. in cons. 262. col. 4. Rui. in cons. 38. colu. 2. in princ. volum. j. Vnde, cùm aliud sit feudum & aliud donatio, vt etiam habetur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, post gloss. & in rubr. l. j. C. de iure emphy. ex his quod sequitur, præsens concessio sit donatio, non autem feudum.
31 Tertiò clara est iuris conclusio, quòd † concessio Principis in dubio potius debet iudicari donatio, quàm concessio feudi. Dec. in cons. 193. colum. 2. 208. colum. 2. 413. colum. 2. 269. in princ. & 468. nume. 13. Paris. in cons. 23. volum. 1. Tiraquel. in repet. l. si vnquā, in verb. donatione largitus. nu. 338. vt maior sit liberalitas propter qualitatem concedentis. Bero. in cons. 152. nu. 28. vol. 2. in cons. 110. nu. 69. vol. eod. & 82. nu. 10. volum. 1. Iaso. in consi. 45. colum. 2. versi. & ad
32 hoc, vol. j. vbi post Bald. inquit, † quòd regia nobilitas facit actum dubium præsumi donationem. Simoneta in cons. 11. col. 2. inter consilia Montisferrati, & ibi colleg. Bono. in consi. præd. 15. numer. 62. Et id-
33 eò dicitur † quòd si castrum esset dignitatis & comitatus, in dubio concessio de ipso facta per Principem præsumeretur libera, & non feudalis. Abba. in c. significauit, col. 3. de rescrip. qui dicit hæc verba. Et facit iste tex. nam hic non dicitur, quòd iste comitatus esset feudalis, & ibi Bald. colum. 2. versi. dicit Gofred. Curt. sen. in cons. 73. in prin. vbi dicit, castra esse & præsumi teneri libera, & non feudalia per illum, q; ea tenet & possidet. Iacob. de S. Georg. in inuestitura sua in verbo de castro, col. 3. Alba. in cons. 16. nu. 2. Bello. in cōs. 10. Et ideò dixit Mart. de Laude in tract.
34 de Principe, conclusione 15. † quòd omnes Principes subsunt Imperatori generali prouisione. l. de precatio. ff. ad l. Rhod. de iactu. & quamuis subsint, tamen argui non potest, quod subsint, iure feudi tātum, ex regula, nō facit hoc esse, qd ab hoc cōtingit abesse. c.
35 in præsentia, vbi doct. de pba. † nā in dubio bona præsumūtur allodialia, & non feudalia, vt no. Io. And. & alij in c. nimis, de iureiur. Alexan. in con. 129. in princ.
36 vol. j. vbi dicit, † q; res præsumitur allodialis ac libera, & non feudalis, nisi verè vel præsumptiuè probe-
37 tur feudalis. Et ratio est, † quia res feudalis dicitur quandā seruitutem habere. gl. in l. si cuius. §. vsusfructus, in verb. oportet. ff. de vsufru. quæ nō præsumi-
38 tur. l. altius. C. de seruit. & aqua. Curt. sen. in cons. 75. col. 2. vbi omnis res præsumitur libera habito respectu ad originalē habitum propter naturalē statum rerum, nisi probetur aliqua alia qualitas appositā seruitutis: & quòd ista præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium. allegat Barto. in l. si prius, in 4. carta, ver. venio ad tertiam partem, de oper. no. nunt. Rui. in cons. 45. col. fi. vol. j. Paris. in consil. 20. in princ. volum. j. 23. nume. 9. volum. eod. & in cons. 16. nume. 14. volum. 4. Alcia. in cons. 491. circa fin. Cepha. in cons. 168. num. 64. 172. num. 7. & 205. in princ. Affl. in c. j. §. si vasallus, in 4. nota. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Gozad. in cons. 7. nume. 4. & 50. nu. 8. Iaso. in Prælud. feud. col. 9. versi. item adde. Cassane. in cons. 66. nume. 2. Soc. Iun. in cons. 115. nume. 31. volu. 2. Paris. in cons. 20. num. 3. vol. j. Cepha. in cons. 168. dixi. in cons. meo 82. in 2. volum. vbi etiam alia addidi, quæ non transcribo, & tantò magis prædia, vineæ, prata sita & existentia super finibus Gazoldi, cēsenda sunt allodialia, cum sint Comites ipsius loci in cōsuetudine præscripta vendendi & alienandi bona ipsa sine licētia Cæsaris, vt constat tam ex plurib. & infinitis documentis, quàm etiam ex transactione & sententijs, quæ sufficere videtur ad demōstrationem libertatis ipsorum prædiorum, per ea quæ not. Iser. in c. j. col. 2. in princ. de con-
39 tro. inter mas. & fœm. de benef. vbi inquit: † quòd licèt ea quæ sunt intra fines feudi censeantur feudalia si non probentur exempta, tamen hoc fallit, si esset consuetudo præscripta in castro, q; tenentes vendant libertè possessiones suas: quia tūc incumberet probatio domino, quòd prędiū esset feudale. & subdit, quòd semper inspicitur an quis sit in possessione vel quasi tenendi, sicut allodium vel feudale. Affl. in decis. 267. colum. j. in fi. Hiero. de Monte in tract. fin. regund. c. 46. Cui enim dubium est, quòd si dicta prædia fuissent & essent feudalia, quin alij condomini per mortem alienātium vendicassent illa? certè nulli. Non etenim est verisimile, quòd voluissent perdere, quod sibi debitum erat, vt in simili considerat Soc. Iun. in con. 102. col. pen. in fi. vol. 2. Bero. in con. 115. nu. 30. vol. j. & in cons. 65. nu. 157. vol. 2. vbi as-
* serit hanc esse * communem. 152. nu. 18. vol. eo. & 49.
40 nu. 6. vol. 3. & in cons. 82 nu. 18. vol. j. vbi dicit, etiam quod licèt † Princeps exerceat regalia in bonis sitis in suo territorio, tamen hoc non arguit illa esse feudalia.
41 Quartò, † beneficium Principis latissimè debet interpretari. l. fin. ff. de constit. princip. Bero. in cons. 70. nume. 30. volu. j. vbi inquit, quòd liberalitas, donatio & beneficium Principis latissimè est interpretandum, ita vt sub verbis comprehendantur, quod aliàs verbis exprimendum esset. c. cùm dilecti, de dona. Ruin. in cons. 161. nume. 12. volu. 5. Et ideò dicunt
42 Guliel. & Angel. in d. l. fin. † quòd si Princeps concedit alicui officium tabellionatus in aliqua ciuitate, intelligitur concessisse in Comitatu ex toto territorio: quia largissima debet fieri interpretatio in beneficijs principum. sequitur Iaso. ibi columna 4. versi.

vltra

vltra Bar. vbi etiam infert secundum Guid. de Cunio in l. 2. C. de castren. pecul. lib. 12. per illum text. q; si in ciuitate erant tria officia, quorum secundum erat dignius primo, & tertiũ dignius ambob. & Princeps cõcedat alternatiuè vel primum vel secundum vel tertium ex his officijs, ibi est tex. quòd licèt in alternatiuis electio sit debitoris, per regulam l. plerunque, in fi. ff. de iure dot. & sic electio esse deberet Principis, tamen est creditoris: solùm ista ratione: quia in beneficijs debet fieri largissima interpretatio. Hinc dixit Bar. in l. liberorum, vers. quæro quid rescriptis. ff. de verb. sign. quòd quia beneficia Prin-
43 cipum sunt latissimè interpretanda, † si Imperator concedit castrum alicui & filijs suis, quod intelligitur etiam de nepotibus. sequitur Natta in cons. 64. nu. 14. vbi hoc etiam extendit ad vlteriores descendentes in gradu vsq; in infinitum. Gozad. in cons. 39. nu. 26. Alexand. in cons. 48. col. penult. in princ. vol. j. Ceph. in cons. 87. col. fi. sed si nos diceremus, quòd talis concessio esset feudum, non fieret lata interpretatio, ergo vt latissimè interpretetur, dicendum est quòd sit donatio. Paris. in propria materia cons. 23. in princ. volu. j. Dec. in cons. 32. col. 2. & Alcia. in consi. 374. & eò magis hoc dicendũ venit, cum ex causa remunerationis facta esse videatur, si inspiciãtur lynceis oculis verba dictæ concessionis, ibi, quoniam, &c. quę concessio similiter debet latissimè interpretari. Alex. & alij in l. 3. ff. quod quisq; iur. Iaf. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & in terminis nostris ita cõcludit Dec. in cons. 193. col. 2. vbi dicit, quòd in dubio talis cõcessio potius debet iudicari, quòd sit donatio libera, quàm cõcessio in feudum. Et præsertim istud habet locum vbi ea facta fuit. † Ex causa
44 remunerationis, quia reputatur fauorabilis, & latè debet interpretari, vt per Guliel Alex. & alios in d. l. 3. in cons. 413. col. 2. 468. nu. 14. Paris. in consi. 20. col. j. volum. j. & 23. in j. col. volu. eo. Bero. in cons. 152. nu. 10. vol. 2. Grat. in cons. 9. nu. 71. volum. j. Ruin. in consi. 38. col. 2. vol. j. & Socin. Iun. in cons. 102. numer. 8. volum. 2.

Quintò vbi pro maiori parte signa & verba arguunt concessionem fuisse allodialem, seu donationem aut dispositionem diuersam à feudo, pauca verò inferant feudum, iudicare debemus concessionem allodialem & diuersam à feudo. arg. l. cum quęritur. ff. de stat. hom. Bald. in prælud. feud. col. 3. vers.
45 circa primum quæro: quærit enim ibi Bal. † an feudum dicatur gratia, & respondet, quòd si comparentur adinuicem concessio feudi, receptio beneficiorum, si præponderat beneficium, habet plurimum gratiæ, & ideo feudum rectè beneficium dicitur. arg. l. Titius puerũ, de obseq. præstan. sic & possessio denominatur à iure, illaq; habet plurimum iuris, & econtrario à facto, illaq; habet plurimũ facti. l. j. de ac-
46 qui. poss. sicut in simili videmus, † q; si tradatur res & pretium, si pretium præponderat, dicitur venditio & emptio, si res, permutatio: ita * cõmuniter docto. in c. ad quæstiones, per illum tex. de rer. permuta. Jacob. Ray. & Cyn. in l. cùm te. C. de pac. inter emp. & vend. Bart. in l. Aristo, vbi etiam Ange. Imol. Roma. & Castren. ff. de dona. Soc. in cons. 4. col. 2. in fi. volum. 4. vbi ex his consuluit, quòd si gratiæ & immunitates concessæ à Principe hominibus Summæ ripæ præponderant pecuniæ solutæ, dicũtur priuilegium & gratia, sed in terminis nostris verba concessionis Gazoldi pro maiori parte arguũt ipsam esse donationem, & non feudum, vt patet: nam in ipsa nulla penitus fit mẽtio de feudo, de quo regulariter solet fieri quando cõcedens vult illã fore feudalem, vt experientia docet, quę rerũ omniũ est magistra. c.
47 quàm sit, de elec. in 6. & si inspicimus id, qd' cõmuniter contingere consuetũ est, † quòd argumentum est validum. l. neq; natales. C. de proba. Mars. in sing. 2. Item in ipsa nulla reperitur facta reseruatio fidelitatis nec seruitiorum, estq; in ea verbum donamus, quod non conuenit feudo: quia aliud est feudum, quę est datio ob causam, & aliud donatio, quę est simplex liberalitas. l. j. ff. de dona. vt habetur in l. ex hoc iure, post glo. de iust. & iure. & in l. j. C. de iure emphy. & vt latius infrà dicetur. Itẽ considerandum est
48 quòd ea facta est à supremo Principe, † cuius proprium est liberalitatem exercere. l. penult. C. de dona. inter vir. & vxo. vt notatur in c. grandi, de supplen. negligen. prælator. Item & propter merita, quæ concessio propter merita solet latè interpretari tãquam fauorabilis, vt plenè notatur in d. l. 3. quod quisq; iuris. & si nonnullæ sint coniecturæ, quæ contrarium arguere videantur, tamen, cum sint paucæ, non debent præponderare alijs fortioribus: nam præsumptiones maiores tollunt minores. Bero. in cons. 60. nu. 7. vol. j. ita in propriis terminis concludit Dec. in cons. 32. colum. 2. vbi sic inquit: virtute enim huius verbi donamus, euidenter constat, quòd bona donata fuerunt, & nõ data in feudum, ideoq; licèt aliquæ coniecturæ sint ex quibus deberet iudicari, quòd talis concessio bonorum esset facta in feudum, tamen illud verbum, donamus, expressum præponderat alijs præsumptionibus, & facit quòd bona liberè donata videantur, & non data in feudum, per cons. Oldra. 159. de quo infrà iterum Dec. in cons. 413. col. fin.
49 in prin. vbi inquit, † quòd licèt fidelitas & homagiũ in dubio videantur designare feudum, ab ipsa præsumptione receditur quando per alia media constat de donatione, quæ quidem media vrgentia sunt & prævalent ad iudicandum qualitatem contractus:
50 † nã vna præsumptio tollit aliam. l. diuus, de restit. in integr. c. literas, de præsump. & à præsumptione re-
51 ceditur quando constat, † quia in claris non est opus cõiecturis. l. continuus. §. cùm ita, de verb. oblig. Et ideò concludit, q; cùm cõtractus donationis habeat repugnantiam cum feudo, necessariũ est, quòd illa reseruatio fidelitatis cum homagio intelligatur alio respectu, quàm ratione feudi: quia cum non sit feudum, ratione feudi intelligi non potest. si ergo in casu Decij ita ex dispositione iuris resultat vbi erant factæ istæ reseruationes, quanto magis in casu nostro, vbi ista cessant? Bero. in cons. 152. numero 19. volumine 2.

33 cui † cum clauſula, & quibus dederit,quòd vaſallo cenſetur data facultas alienãdi feudum, vt not.omnes per illum text. in d.c j. de feud. non hab. propr. nat.feud. Aluar. in c. feudum,colum.2,verſic.ex qua gloſſ.ſi de fue.contro.inter dom.& agna.. Dec.in cõſ. 171.colum. 2. vbi dicit, quòd per dicta verba videtur data poteſtas alienandi pro libito voluntatis,& operantur dicta verba, vt etiam emphyteuſis eccleſiæ tranſeat ad hæredes extraneos. Rurſus in conſ. 193. colum.2.Soc.in conſil.3.col.fi.volum.3.& in conſ.157. colum.penult. dixi in conſil.96.nu.34.volum.j.Cur. Iun.in conſ. 108. volum. 5. Iaſ.in conſ.156.colu.2.vol. 2.in conſ.155.col.2.volum.eod.& in conſ. 64.in fi.volum.3.Dec.in conſ.164.colum. 5. Gozad.conſ.9. nu.2. Bru.in conſ.38.colum.2. Cur.Sen. in conſ. 63. colum.
34 penult.Vel † ſi inueſtit aliquem pro ſe & hæredibus
35 quibuſcunq;, vt per Pariſ.in conſi.3.colum.j. nam † dicta verba æquiparantur clauſulæ, & quibus dederit,vt inquit Curt.Iun.in conſi.4. colum.2.Ripa.in l. ex facto.§.fi.col.pen.in fin.ad Trebel.Pariſ. in d.conſ. 3.num.12.Crot.in l.q Romæ. §. duo fratres.nu.133.ff. de verb. oblig.ſcripſi in con.3.nu. 64.vol.j. & in cõſ. 9 .nu.3.vol.eo.Rub. Alexãd.in l.Gallus.§.quidã rectè.
36 nu.200.ff.de lib.& poſth.Et ideò videmus,† q; feudũ cõceptum cũ dictis verbis tranſit ad omnes hęredes etiam extraneos, vt abundè diximus in conſiliis ſupra citatis. quod & voluerunt Rui. in l.j.§. nunciato. nu.128.de no.oper.nunt.Rub.Alexand.in l. Gallus.§. quidã rectè.nu.198.de lib.& poſth.vbi aſſerit hãc eſſe
* communem. Cagno. in l.fi. nu. 12. de reg.iur.Idem
37 † ſi dictum fuerit ad dandum,& alienandum,vt per Dec.in con.680.col.j.& Gozad. conſ.9.nu 2. Pariſ.in
38 cita.conſ. 3. colu. 2. in fin. † vel pro ſe & cui voluerit. Dec.in conſ.390.nu.8.Socin.Iun.in conſ.42.in princ.
39 vol.3.Aut † quibus relinquere velit.Bald.in conſ.207.
40 volum.2.ſequitur Rui.in conſ.105.num.j. vol.3.† vel habituris cauſam ab eo.Curt.Iun.in conſ.j.in princ. Craue.in conſ.92. column.3. & in conſi.84. nume.11.
41 Aut † cui iura ſua concedere voluerit. Bald. in l.j.q. 45.de rer.diuiſ. vbi ſi aliquis acquirit feudũ pro ſe & cui concedere voluerit, ille habet poteſtatem liberam alienandi.Iacob.de S.Georgio.in inueſt.ſua feudali in verb.ita etiam ipſi vaſalli, colum.j. Gozad.in conſ.4.nume.8.Campeg.in conſil.22.col.2.inter conſilia Brun. Curt. Iun. in tract. feud. in 6.par.verſic.5. quæro.Angel.in repetit.l.qui Romæ.§.duo fratres,in 5.quæſt.principali.ff.de verb.oblig.vbi inquit,quòd ſi in inſtrumento diuiſionis dictum fuerit,quòd vnus fratri alteri & alter alteri bona in partẽ obuenta conceſsit pro ſe & illis quibus bona prædicta concedere voluerit, quòd iſta verba idem important ac ſi eſſet data licentia alienandi, & ſic videtur renuntiatum fideicomm iſſo. & Ang. ibi ſequuntur Imol. ad fi.& Alexand.nu.133. dixi in conſ.79.num. 20.vol. 2.Vltimò ſi dictum fuerit, ad habendum, tenẽdum, poſsidendum, & quicquid perpetuò placuerit faciendum,iuxta not.per Bald.in tit.de pace Conſtan.in
42 verb.nomina verò, in fin. † vbi ſi dictum ſit, quòd habeat poteſtatem faciendi quicquid viderit expedire, dicitur habere liberum arbitrium voluntatis. per l.creditor.§. Lucius.ff.manda. Crot.in l.qui Romæ.§.duo fratres. nume.133.ff.de verb.oblig.vbi dicit ſe aliàs cõſuluiſſe in ardua quęſtione,quòd quando in inſtrumento diuiſionis dicitur ad habendum, tenendum,poſsidendum, & quicquid perpetuò placuerit faciendum, quòd per dicta verba cenſetur eſſe remiſſum fideicommiſſum inter fratres,conſtito quòd notitiam teſtamenti paterni habuerint: quia dicta verba æquipollent illis verbis, quib. prædicta bona concedere voluerit,& clauſulę & quibus dederit.quæ clauſulę vt ſuprà dictum fuit,important facultatem alienandi & teſtandi. Zucard. in l.j.nu. 60. C.de pac.Socin.Iun.in conſ.116.num.54.cum plurib. ſequen.volum.j.Ruin.in conſ.113.num.4.volu.2.vbi tradit,quòd clauſula ipſa operatur vt videatur conceſſa licentia alienandi: quia dicta verba important liberam voluntatem, ſicut in ſimili dicit Bald. in d. verb.nomina verò de illis verbis, quicquid videbitur expedire.rurſus in conſ.222.num.8.cum ſequenti volu.j.Grat.in conſ.29.in princ. vol.eod.& in materia feudali in conſ.9.num.140. vol.eo. Bru.in conſ. 38.colum.2.Grat.in conſ.7.num.20. volu.2.vbi dicit,
43 † quòd dicta clauſula non ſolùm ſignificat translationem dominij, verùm animum concedentis fuiſſe vt de reſtitutione non cogitauerit. Vlterius pro hac ſententia facit,quod voluit Dec.in conſ.164.col. 2.verſic.& quia dicitur.poſt Angel. ibi per eum citatum,vbi dicit quòd per iſta verba,& quòd de prædictis bonis dom. Chriſtophorus & eius hæredes poſſint quicquid vellent, videtur translatum domini-
44 um.ſequitur Bello.in conſ.21.num.4.† Et operantur huiuſmodi clauſulæ, quòd alienatio fieri poſsit etiã irrequiſito domino & ſine eius conſenſu, vt per Alber. de Roſa. in l. fina. colum. 2. verſic.ſed nunquid hæc lex.C.de iure emphy. Ang. in l.cum eſſent.§.j.ff. de ſeruit.ruſt.prædi. Soc.in conſ. 257. colum.penult, & in con.3.col.fi.vol.3.Dec.in conſ.171.col.2.& in con. 390.num.8.ac in conſ.680. col. j. in fin.Iaſ.in conſ.155. col.2.vol.j.ac in conſ.ſeq.col.2.Curt.Iun.in conſi. 108. colum.5.Gozad. in conſ.9.numer.2.Ruin.in conſ.81. num.6.volum.j.Craue.in conſ.84.num.11.& in conſ. 92.colum.2. Cagno.in l.fin. de reg.iuris. Curt.Sen.in conſ.65.colum.penul.Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.97. de verb. oblig. & Alex.in conſ.189.col.5. vol. 2. Et quamuis nonnulli teneãt contrarium, ta-
* men iſta eſt * communis,vt per Dec.in conſ.164.col. penul.& in conſ.193.colum.4. Caſſa. in conſtit.ſuis, in tract.de loca.q.3.Pariſ.in conſ. 3. col.2. in fin.colu. 2.in fi.volu.j.dixi in conſ.96.nu.34.vol.j.iſtis ſic ſtantibus, dicitur q; licuit ex duplici capite præd. dom. Franciſco vltimo loco defuncto huiuſmodi alienationem facere. primò, ex capite facultatis conceſſæ primo inueſtito alienandi feudum prædictum. ſecundò ex capite, quia datum ad habendum,tenendum,poſsidendum,& quicquid perpetuò placuerit faciendum, quæ duæ clauſulæ, vbi ſuprà oſtenſum fuit,important liberam facultatem de eo diſponendi ſiue per viam cõtractus,ſiue per viam vltimæ voluntatis,vt per Doc. in d.c. j. de feu.non hab. propr. nat.feu.Cur.Sen.in conſ.63.colum.pen. dixi in conſ. 79.num.21.

Non obſtant quæ ex aduerſo allegata fuerunt, & primò, quòd dicta clauſula ad habendum,&c.nõ operatur licentiam alienandi, iuxta Signo.in d.conſ. &alios ſuprà citatos:quia primò ad Homod.reſpondetur,quòd malè loquitur:quia attenta ratione eius ſequerentur multa abſurda,ſi verũ eſſet, quòd clauſula per eum poſita, deberet intelligi ſecundum naturam contractus.Et primò,quòd ſi eſſet conceſſum alicui feudum cum clauſula & quibus dederit, quæ importat facultatem alienandi, quòd illa deberet intelligi cum conſenſu tamen domini, & tamen iſtud eſt falſum vt eſt crebrior doct. ſententia, de qua ſuprà.Item ſequeretur, quòd etiam ſi conceſſum eſſet feudum Titio & cui cõcedere voluerit,per quam cenſetur data licentia in feudato, quòd illa deberet intelligi accedente tamen conſenſu domini: quod penitus eſt ab omni iure alienum, plus ſequeretur, quòd ille terminus, quicquid, quod eſt vniuerſalis & præciſus, nihil operatur,quod non eſt dicendum:
45 quia † nullum verbum cenſetur appoſitum in diſpoſitione hominis ſine virtute operandi.Bald.in rubri.C.de contrahen.emp.& tantò magis hoc dicendum venit,cum hæc dictio ſit vniuerſalis, de cuius natura eſt augere, vt not.Bar. in l.generali.§. vxori. ff.de vſufruct.lega. Alexan.in l.ſi ex toto. ff. de lega.1.
46 præſertim,† cum ſit appoſita in diſpoſitione hominis, quæ non recipit reſtrictionem.Ruin.in conſ.65. colum.fin.volum.j.dixi in conſ.96.nume.48.Similiter non obſtat no.per Ruin.in conſ.137.nu.7.quia reſpondetur, quòd opinio Rui. poſſet habere locum

vbi

47 vbi simpliciter dictum fuerit,† placuerit, quia tunc est verum, quòd importat arbitrium boni viri, vt in d.l.Thais.§.sororem.ff.de fideicom.lib.& per Bar. in dicta l.si sic.in princi.de lega.j.sed in casu nostro non fuit simpliciter prolatum verbum placuerit, sed ei
48 adiunctus fuit terminus,† quicquid, quod est vniuersalis & præcisus, vt per Bald. in l. cùm verbum. colum.2.in 2.oppo.C.de fideicom.qui auget verbum placuerit, vt trahatur ad liberam voluntatem: ita dixit Ruin. sibi contrarius in d.consil. 133. nume.2. vbi dicit dicta verba importare liberam voluntatem. Sicut in simili dixit Bald.de illis verbis, quicquid videbitur expedire, in tit.de pac. Constan.in verb. nomina verò, in fin. Nec obstant secundum ea dicta per Alexand. in d.l.si sic, dum dixit quòd But. & Imol.in c.j.de constit. volunt contrarium: quia verbum videtur, importat arbitrium boni viri, & similiter dicēdum videtur, de verb.placuerit, per d.§.sororem. quia respondetur, quòd cum reuerentia malè loquitur, nec est verū quòd contradicant Bald. vbi suprà: quia Bald.loquitur quando cum verbo importante arbitrium boni viri, est iunctum verbum illud vniuersale, quicquid, quod secus est in casu Butr.& Imo. quia ipsi loquuntur, quando verbū videtur, est prolatum simpliciter& per se, quòd autem ille terminus
49 †quicquid, operari possit, quòd omne verbum sui natura importans arbitrium boni viri mutet naturam, & liberum importet arbitrium, probatur secundum eum ex not.per Imol.in l.Balista. in l. deducta.& in l.Titius.ff.ad Treb. cum quo ibi transit Ale-
50 xand. vbi determinat, quòd† grauatus restituere, quod ex hæreditate vel bonis supererit, non tenetur restituere fructus: secus si sit quis grauatus restituere quicquid supererit ex hæreditate vel bonis: quia tunc virtute illius termini quicquid, vniuersalis, tenebitur ad restitutionem fructuum: si ergo in casu illo dictio, quicquid, auget simplicem dispositionem, vt in ea comprehendantur, quæ aliàs non comprehenderentur, ita in casu nostro dicendum erit, quòd illa dictio, quicquid, iuncta cum verb. importante arbitrium boni viri, debet illius significatum augere, vt etiam importet liberam voluntatem, aliàs ista adiectio vniuersalis nihil operaretur, contra d.l.si quando. Quod alio modo comprobatur, videlicet ex not. per Bar.in l.alio.ff. de alim. & ci-
51 ba. lega. dum vult, quòd † verbum plenum, & verbum liberum adiunctum verb. importanti arbitrium boni viri, operatur quòd illud verbum importat liberam voluntatem, non ergo minus dicendum est de euictione vniuersali iuncta dicto verbo, quæ plus importat, quàm dictio plenū, cùm nihil excludat, l.Iulianus.in princ.de lega.3. Iterum ipse Ruin.in
52 citat. consil.222.num.10. voi inquit,† verb. placuerit,
53 iunctum cum verb.quicquid† quod est geminatum, & vniuersale, importare liberam voluntatem,& est perinde, ac si dictum fuisset, & omne quod placuerit, secundum Imol. in d. l. balista. Non obstant not. per Alexan. in consi.110.colum.j.& 2. quia ex supradictis patet responsio ad fundamenta per eum allegata, quæ salua pace sua, sunt contra omnes conclusiones, vt patet ex iam allegatis. Vnde, cùm ista sit communis opinio, ab ea non est recedendum, & vltra decisiones suprà citatas. Idem tenuit Paris.in consi. 46. num.24. in fin. volum.2. Et pro hac sententia etiam adducuntur, quod voluerunt senatores Mantuani in consil.6. num. 86. inter consilia status Montisferrati, vbi dicunt dom. Marchionem Saluciarum intentionem fundatam non habere in statu Montisferrati tanquam descendentem ex Aledramo: quia concessio ipsi facta nō fuit in feudum, sed per viam donationis cum translatione quicquid in dictis locis erat iurium Italici regni: quia de natura tituli donationis est, vt dominium transferatur si est penes donantem, aliàs autem vsucapiendi conditio, & hoc maximè per dictionem, quicquid, quæ est vniuersalis, & omnia comprehendit, & de qua per text.& glo. in l.Mæuius.§.à me.de lega.2.& per alia ibi per eos allegata. Confirmatur hæc sententia ex scriptis per Gozad.in consilio 18. numero 38. inter dicta consilia
54 vbi concludit, † quòd si dictum fuerit in concessione feudali, quicquid eorum decreuerit animus faciendi, quòd de dicto feudo potest disponi propter verb. quicquid, præcisum, & vniuersale, quòd nihil excipit: vt per Bald.in l.in fideicommissi.§.nonnunquam.il 2.ff.de vsur. Idem repetit in cons.21.nu.4. inter ipsa consilia. hoc etiam voluit Paris.in cons.9.nu. 5.etiam inter dicta consilia.

Similiter nō obstat vltimum fundamentū, quòd dicta concessio alienandi sit personalis: quia respondetur, quòd imò dictio, ipse, non stat restrictiuè, sed demonstratiuè, & quòd non valet cōsequentia, conceditur ipsi dom. Altobello, ergo negatur hęredibus, vt in terminis voluerunt Dec.in cons.390.nu.8.Ias.in cons.64.in fin.vol.3. & Natta in cons. 322. per totum. per text.in d.c.j.de feud.non hab.propr. nat. feud. vbi tex. loquitur per dictionem, vel ipse dederis, & tamen doct. suprà citati volunt, quòd etiam alij quàm primus acquirens possint virtute dictæ facultatis de feudo cōtractum facere. Vlteriùs dicitur, quòd pronomina demonstratiua, & personalia, quando non sumus in industrialibus, stant demonstratiuè tantùm, & non restrictiuè: vnde dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum, quæ verba non excludunt successores Petri, & pro hac sententia adducitur quod voluit Bald.in c.fin.de offic. delega. colum. 2. vbi in-
55 quit, quòd † licèt Papa vel Princeps in rescripto dicat, per te cognoscas, non per hoc intelligitur electa industria personæ, quin possit alteri subdelegari: quia illud pronomen, per te, ponitur ad demōstrandum, non ad coarctandum, sed si poneretur geminatè, vt quia diceretur: Tu tu, vel per te te agnoscas, tunc intelligitur electa industria personæ, & non posset delegari: quia primum pronomen tu, esset positum ad demonstrandum, secundum ad cōfirmandum virtute geminationis, & istud dictum tāquam nouum, & singulare dictum ac paucis notum addit Ias.in l.j. in princip. colum. 8. circa fin. versic. eodem modo. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. in l.à iudice, columna fin.C.de iud. & in l. si quis in conscribendo, columna fin. C. de pact. Nec obstat dictum Bald.in dicto consilio 404. quia eius dictum limitatur locum non habere, vbi adest aliqua ratio expressa, quæ ampliet dictum: quoniam tunc magis attenditur ratio quàm expressio nominis proprij, quę inducat personalitatem: Ita Bald. declarauit Ias. in l. filius fa §.diui.in 11.quæst. & Ripa ibi num. 110.de lega. j. videlicet, amor, virtus, & alia, de quibus in dicta concessione.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LVI.

1 *Ius oritur ex facto.*
2 *Difficile est aliquid terminare.*
3 *Filiorum prima est causa in successione paterna.*
4 *Agēs ex substitutione, et dicens se substitutum alicui, substitutionem ipsam probare tenetur, & quòd substitutio comprehendat casum de quo agitur.*
5 *Testator velle non præsumitur, quod non loquitur.*
6 *Testatorem non sufficit dicere ita voluisse, nisi eius voluntas transierit in dispositione.*
7 *Omissum à testatore in scriptura, & prolatione verum dispositiua, habetur pro omisso.*
8 *Voluntas tacita testatoris, non præsumitur adesse in casu per eum omissum.*
9 *Substitutio facta alicui, si decesserit sine filijs masculis, euanescit ipsis extantibus tempore mortis instituti.*
10 *Rogatus per fideicōmissum restituere si sine liberis decesserit, conditio substitutionis dicitur defeciisse, si ei superuixerint liberi, quod etiam procedit, quicquid postea contingat de ipsis filijs.*
11 *Conditionem sufficit semel fuisse impletam, quamuis implementum postea non duret.*
12 *In conditionibus, quæ apponuntur in substitutione,*

attendimus principium primæ existentiæ, & non curamus posteà eius successum.

13 *Substitutio prima si deficit; omnes aliæ substitutiones dependentes ab illa etiam expirant.*

14 *Positi in conditione, non videntur dispositiuè vocati.*

15 *Substitutio fideicommissaria, est onus & grauamen.*

16 *Grauari non potest, qui à testatore non est honoratus.*

17 *Substitutio fideicommissaria, si est facta filijs filiorum non aliter institutis, est inualida.*

18 *Substitutio facta in vno casu, licèt ad alium porrigatur, secus quādo in vno casu expressè est apposita dictio, tunc, qui ad alium casum non porrigitur.*

19 *Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis.*

20 *Dictio, tunc, exponitur, id est, eo casu.*

21 *Quotiens pluries idem exprimitur, expressè apparet quòd lex non vult fieri extensionem ad alium casum præterquam eo modo, quo dispositum est, & non aliter, licèt aliàs fieret extensio.*

22 *Conditio apposita per testatorem quando est voluntaria, restringitur in terminis suis, et ad alium casum non porrigitur.*

23 *Conditio voluntaria apposita à testatore formaliter & specificè, prout verba sonant, impleri debet.*

24 *Extensio non permittitur de persona ad personam, concurrente etiam tacita & verisimili mente testatoris.*

25 *Declaratio ad regulam, quæ habet, quòd melioris conditionis non debet esse neptis quàm filia.*

26 *Familiæ conseruantur per masculos, & non per fœminas.*

27 *Dictio, dicti, est repetitiua & relatiua præcedentium, & eorum quæ dicta sunt superius.*

28 *Superfluitas toleratur, siue eiusdē rei repetitio, quando fit, vt quod ante dictum est; clariùs, apertiùs, & dilucidiùs enarretur.*

29 *Superfluum non dicitur, quod ad tollendam dubitationem exprimitur.*

30 *Notarij sæpe ponunt in testamentis clausulas ex seipsis, & testatores eorum intelligentiam nesciunt.*

31 *Imperitia notarij, non debet offuscare voluntatem testatoris.*

32 *Pronuntiandum in dubio est pro possessore.*

33 *Actor, nisi clarè probet intentionem suam, reijciendus est.*

34 *Interpretatio semper accipitur pro eo, qui conuenitur.*

35 *Interpretatio in dubio facienda est, vt euitetur fideicommissum tanquam odiosum.*

36 *Pronuntiandum est in dubio contra fideicommissum.*

CONSILIVM LVI.

1 QVoniam † ex facto ius oritur, l. si ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. Aquil. Socin. Iun. in consil. 49. in princip. volum. j. & in cons. 58. in princip. volum. eo. † difficiléque est aliquid terminare antequam termini quæstionis intelligantur, iux. l. Domitius Labeo. ff. de testa. & per Ang. in cons. 100. Ideo prius facti seriem referam, deinde proponam nonnullas conclusiones tendentes in fauorem magnificæ dominæ Camillę, deinde ad responsionem motiuorum per magnificum dominum iudicem eleuatorum me cōuertam. Proponitur enim in facto, magnificum quondam dominum Gabrielem Trincherium ab humanis decessisse, suo prius condito testamento, in quo vniuersales hæredes instituit magnificos domin. Petrum Franciscum, Antonium Mariam, & Ludouicum, omnes filios suos legitimos & naturales æquis portionibus: & si aliquis ex eius filijs decederet sine filijs masculis de legitimo matrimonio natis & procreatis, eo in casu voluit, statuit & ordinauit, quod hęreditas, & bona in eum decedentem, seu eos decedentes sine filio masculo, seu filijs masculis peruēta proueniat, & prouenire habeat in alios filios suos superuiuentes, & eorum filios in stirpes, & non in capita, quos substituit in bonis, & hæreditate ipsius testatoris, si & omnes filij sui, & eorum descendentes masculi decederent sine filijs, vel filiæ sine filiabus, tunc & eo casu vult, quòd bona sua perueniant in dom. Blancam vxorem dom. Iacobi de Vicomercato filiam suam: & ea deficiente in eius descendentes, ita quòd masculi præferantur fœminis. Dubitari modò contingit, quia prædicti dom. Petrus, Franciscus, & Antonius Maria mortui sunt sine liberis relicto dom. Ludouico, qui decessit cum dom. Ioanna eius filia, & sic nepte ipsius testatoris, & quæ eidem succesit, †cùm prima causa in successione paterna sit filiorum Insti. de hæred. quæ ab intesta. in prin. Corn. in cons. 230. col. 4. in princ. volu. 3. quæ postea decessit sine filijs, an extinctum fuerit fideicommissum in personam d. dom. Blancæ, aut eius descendentium, & videtur dicendum, quòd sic: quia clara iuris est conclusio, † quòd agens ex substitutione, & dicens se substitutum alicui, tenetur probare ipsam substitutionem, & quòd substitutio facta comprehendit casum, de quo agitur: quia semper dici potest substitutio, hoc casu non loquitur. Ita Soc. in cons. 62. col. 3. vol. 3. & in cons. 63. col. 8. & 116. col. 5. vol. 3. Oldr. cons. 21. Paris. in cons. 86. nu. 11. vol. 2. in con. 87. num. 8. vol. eod. in cons. 14. col. 2. vol. 3. & in cons. 66. col. 2. in prin. vol. eod. vbi ait in substitutionibus fideicommissarijs locum sibi vendicare regulam & doctrinā, quæ vult semper dici posse, hoc casu non loquitur substitutio, & qui asserit alium casum in illa includi oftendere id habet. Gozad. in consi. 21. nu. 8. cons. 29. nu. 13. & 59. in princ. Soc. Iun. in cons. 155. col. 3. vol. 2. in con. 64. nu. 14. vol. 3. & in cons. 75. nu. 8. & 100. num. 18. vol. eo. & in cons. 111. nu. 27. vol. j. Craue. in cons. 161. nu. 16. sed applicando hanc conclusionem ad casum nostrū, dico, quòd cùm substitutio, de qua agitur, isto casu nō loquatur, nec persona domini Bartholomæi reperiatur aliquo modo vocata, nō potest dici, quòd sit aliquo iure admittendus, cùm in eus fauorem nulla reperiatur dispositio testatoris.

5 Secunda est conclusio, nam † quod testator non loquitur, velle non præsumitur, Bald. in l. j. §. fin autem ad deficientis, per illū text. C. de cadu. tol. Dec. in con. 63. col. 2. & in cons. 89. nu. 2. Paris. in cons. 3. nu. 8. vol. 3. 6 & in cons. 39. num. 3. volu. eo. Et non sufficit † dicere testatorem ita voluisse, nisi eius voluntas transierit in dispositionem. Bald. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. Dec. in consil. 61. col. 2. 186. col. 2. in princ. 205. num. 5. 477. in fin. & in cons. 696. nu. 19. Ias. in con. 228. colum. 3. vol. 2. Paris. in cons. 87. num. 18. vol. 2. v- *bi citat hanc esse *communem, facit quod not. Bald. in l. cùm proponebatur. in 2. oppos. ff. de lega. 2. vbi 7 †illud qd' omittitur à testatore in scriptura & prolatione verborū dispositiua, habetur pro omisso. Plus 8 †in casu omisso per testatorem non præsumitur adesse tacita voluntas ipsius. Bald. in cons. 167. colum. 2. vol. 5. per text. in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de milita. testa. sed in testamento dicti quondam domini Gabrielis dispositum non reperitur, quòd deficiente dom. Ioanna sine filijs, quòd admittatur dom. Bartholomæus, ergo non sufficit dicere, testator ita voluit, postquam non dixit nec expressit, l. quotiens. in prin. ibi, neq; eum quem voluit. ff. de hæred. instit. l. iubemus. C. de testa. vbi testator voluit instituere plures, puta quatuor, & hoc constabat, & tamē, quia non instituit nisi duos, dicitur ibi, quòd illi duo habentur pro institutis & nō alij, quos scribere voluit, & non scripsit, Craue. in con. 161. nu. 34.

9 Tertia est conclusio, † quòd si alicui facta sit substitutio, si decesserit sine filijs masculis, substitutio euanescit existentibus filijs masculis tempore mortis

tis instituti, gloss. est ordinaria in l. ex facto. §. si quis rogatus. verb. ex voluntate. ff. ad treb. dum dicit glo. dummodò viuant liberi post mortem testatoris, & de hoc est etiam text. in l. filius fa. §. cum quis. de lega.
10 j. vbi legislator inquit, † quòd cùm quis rogatur per fideicommissum restituere si sine liberis decedat, dicitur defecisse conditio substitutionis, si ei superuixerint liberi, quod etiam procedit quicquid posteà contingat de ipsis filijs masculis: quia licèt filij qui faciunt deficere fideicommissum, posteà moriantur sine filijs masculis, non tamen habet locum substitutio quæ expirauit. Ita Oldra. in cons. 21. per text. in l. cum vxori. C. quando dies lega. ced. Paul. de Castro in l. ex facto. §. penult. in fin. ff. ad trebel. & Oldra. sequuntur Dec. in consil. 63. num. 2. 95. colum. fin. 218. col. 2. 223. colum. j. 259. colum. antepen. 377. colum. 3. in princ. 414. colum. 2. 477. in fin. 511. colum. j. 513. col. 2. 538. colum. j. & 635. colum. 2. Rui. in cons. 140. num. j. volum. 133. & 142. volum. eod. Alciat. in consil. 564. in princip. Ias. in consilio 51. colum. penult. volum. 3. consil. 66. colum. 5. in fin. volum. eod. Paris. in consil. 86. colum. j. volum. 2. in consilio 87. colum. 2. volum. eod. & in consilio 14. colum. j. volu. 3. & Socin. Iun. in
* cons. 111. num. 21. vol. j. vbi asserit hanc esse *commu-
11 nem opinionem, † quia regula est, quòd sufficit conditionem semel fuisse impletam, quamuis posteà nō duret illud implementum, l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. l. in substit. ff. de vulga. & pupil. optimus est tex. in l. hæredibus. in princ. ff. ad treb. vbi testator instituit filios vtriusq; sexus hæredes vniuersales, & singulos rogauit, vt qui sine liberis decederet, partem suam hæreditatis matri restitueret: decidit ibi text. quòd filij, qui liberos procrearunt, faciant cessare fideicommissariā substitutionem, quamuis posteà illi liberi mortui sint: satis est enim, quòd qualitas iuncta verbo, verificetur secundum tempus verbi. Accedit quod notat Bald. in c. j. §. quin etiam. in titu. Episcopum vel Abba. vbi expressè concludit, quòd si testator fecit substitutionem filio si sine liberis obierit, & ipse moriatur cum filio qui nō vixit nisi vno momento, tamen substitutio fideicommissaria est extincta: & sic illud momentum vitæ sufficit vt substitutio perpetuò excludatur, & non mirum, quia inquit Bald. in l. precibus. in 3. colum. & in
12 3. oppo. C. de impub. & in alijs subst. quòd † in conditionibus quæ apponuntur in substitutione attendimus principium primæ existentiæ, & non curamus posteà eius successum. Cùm igitur in casu nostro do. Ludouico in effectu grauato si decesserit sine filijs superfuerit dom. Ioanna eius filia, sequitur apertissimè quòd dicitur defecisse conditio fideicommissi per d. §. cùm quis. nam verbum decedere, appositum in dicta substitutione dom. Ludouici respicit terminum instantaneum mortis, qui non habet tractum vel durationem ante vel post, vt per Bar. in l. 2. §. creditum. si cert. peta. ergo solùm debet inspici tempus instantis mortis dom. Ludouici, an decesserit tunc cum liberis: & si cum filia decesserit, substitutio funditus euanuit & expirauit. Et in tantum hoc est ve-
13 rum, † quòd nedum prima substitutio facta sub ista conditione dicitur expirare, sed etiam omnes aliæ substitutiones successiuè factæ post primam, à qua sequentes dependent, l. cùm in testamento. ff. de hæred. instit. l. si mater. §. fi. vbi Ias. in 2. notab. ff. de vulga. & pupil. Soc. in cons. 116. col. 4. cum seq. vol. 3. & in consil. 62. col. 4. volu. eo. Paris. in consil. 86. colum. j. in fi. volum. 2. Comprobatur hæc conclusio, nam dom.
14 Ioanna † filia d. quondā dom. Ludouici non fuit vocata, sed posita in conditione & non dispositione, l. si quis sub conditione dandorū decem. ff. si quis omis. cau. testa. & sic non instituta, nec ex testamento auito
* vocata, vt est glos. * communiter approbata in l. Lucius. ibi Bar. & cæteri. ff. de hæred. instit. ergo non po-
15 test dici grauata fideicommisso † cùm substitutio fideicommissaria sit onus & grauamen. l. cohæredi. §.
16 cùm filia. ff. de vulg. & pupil. & † qui non honoratur, grauari non potest, l. ab eo. C. de fideicom. Barto. & alij in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. Paris. in consilio 86. colum. 3. & 87. col. 2. volu. 2. vbi ista est recepta docto. sententia, à qua in consulendo & iudicando non est recedendum. Imò fortiùs dicitur, quòd si fuisset grauata, quod non valeret grauamen, ex quo nō fuit ab auo honorata. Bar. in cons. incip. Andreas condi-
17 dit testamentum, vbi dicit, † quòd quando substitutio fideicommissaria est facta filijs filiorum non aliter institutis, quòd est inualida, & hanc esse communem opinionem attestatur Dec. in con. 422. colum. 9. Bart. in d. l. centurio. & in cons. 422. col. j. & in consil. 465. col. pen. in fi. Ias. in cons. 89. col. j. volum. 2. consil. 89. colum. j. & 2. 143. nume. 4. & 206. colum. j. volum. eod. in cons. 35. colum. 2. in fin. volum. 3. & in consilio 4. colum. 4. verfic. 4. volum. j. Paris. in consil. 87. numero 7. & 13. volum. 2. & hanc magis communem receptam doct. sententiam firmat Alex. in cons. 184. col. 4. volum. 2. & canonizatum Dec. in cita. cons. 422. & maximè ista cōclusio videtur procedere in casu nostro, vbi grauamen non fuit iniunctum prædictæ dom. Ioannæ.

18 Quarta est, quæ habet, † quòd licèt substitutio facta in vno casu ad alium porrigatur, l. cùm proponas. C. de hæred. instituen. tamen ipsa fallit, quando in vno casu expressè est apposita dictio, tunc, quia in solo casu expresso substitutio restringitur, & ad alium casum nō porrigitur, & hoc propter dictionem,
19 † tunc, quæ denotat extremitatem temporis, l. 4. in princip. ff. de cond. & demon. & ibi Soc. in §. j. in prin. gl. in l. Gallus. in prin. in verb. tūc. ff. de lib. & posthu. vbi gl. exponit tunc, id est, eo casu, & ibi Ang. colum.
20 j. dicit, † quòd dictio, tunc, exponitur, id est, in eum casum, vel illò tempore, Crot. in l. si is qui pro emptore. num. 129. ff. de vsucap. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 45. ff. de lib. & posthu. & in terminis Ancha. in consil. 357. colum. 3. versic. 3. hoc probatur. vbi inquit, quòd licèt in substitutione vulgari expressio vnius casus ad alium porrigatur, tamen hoc fallit quando in substitutione est dictio, tunc: quia tunc non extenditur ad alium casum. Roma. in consil. 131. Dec. in consil. 63. colum. 2. & in cons. 287. num. 21. 273. colum. fin. vbi loquitur, quando dicitur in eo casu, quod idem importat vt tunc, vt suprà, & in consilio 298. col. penult. Gozad. in consil. 4. num. 23. & in cons. 11. num. 34. cum sequen. Paris. in cons. 86. nu. 34. volu. 2. Zucard. in l. fi. nu. 161. C. de edic. diui Adr. tol. vbi ait, quòd dictio, tunc, facit quòd restringatur substitutio, ita vt non extendatur ad casum omissum, sed in casu præsenti in dispositione testamentaria dicti quondam magnifici dom. Gabrielis dictum est, & si omnes filij mei, & eorum descendentes masculi decederent sine filijs, & vel filia seu filiabus, tunc volo, quòd bona mea perueniant in do. Blancam, & ea deficiente in eius descendentes, ita quòd masculi præferantur fœminis. Vnde ex hoc sequitur, quòd cùm fuerit facta substitutio de do. Blanca, & eius descendentibus, vt suprà, casu quo non extaret filia do. Ludouico, quòd virtute illius dictionis, tunc, nō debet fieri extensio, quòd deficiente dom. Ioanna filia do. Ludouici sine filijs substitutio etiam locum habere debeat in personam dom. Bartholomæi filij do. Blancæ: quia verba repugnant & etiam mens testatoris per suprà dicta, & vt latiùs per infrascripta. Et eò magis hoc dicendum venit in terminis nostris, vbi non solùm posita est illa dictio, tūc, simpliciter, sed etiam illi dictioni additum, & in eo casu, & sic vbi testator geminauit conditionem, quæ geminatio operatur, vt nunquam possit fieri extensio ad casum similem, ad quem aliàs fieret: ita Gozad. in cons. 4. nu. 25. arg. not. in l. si constante, vbi moderni. ff. sol. mat. in cons.
21 51. nu. 34. in cons. 71. nu. 5. vbi inquit, † quòd quotiens pluries idem exprimitur, apparet expressè, quòd lex non vult fieri extensionē ad aliū casum, prę terquam eo modo quo dispositum est, & non aliter, licèt aliàs fieret extensio: per gl. not. in clem. j. vers. diœcesanus, de iure patro. quam ita not. Gem. in c. si duobus. col. 9. de rescript. in 6. rursus in cons. 78. num. 10. Alcia. in cons. 492. nu. 15. & 24. Soc. in l. cum filio fam. num. 17. vers. ad primum. de lega. j. & ibi Bauer. in sua repetit. quos sequitur Gozad. in cons. 30. num. 3. vbi dicunt, quòd propter geminationem constat de expressa & speciali voluntate, & quando est geminatio facta, apparet, quòd disponens vult ita intelligi, nec aliter interpretari & declarari, quòd aliàs reciperet declarationem & interpretationem.

* Quintò accedit* communis Theorica doctorum,
22 quæ habet,† quòd quando conditio appoſita per teſtatorem eſt voluntaria, quòd ea reſtringitur in terminis ſuis,& ad alium caſum non porrigitur, Bar in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. Dec.in
23 conſ.63.col.2.in conſ.89.num.3.vbi dicit,† quòd conditio voluntaria appoſita à teſtatore formaliter & ſpecificè, prout verba ſonant, impleri debet. l.Mæuius,l.qui hæredi.ff.de condit.& demonſt.Iterum Dec. in conſil.290.col.3.in princ.Sed conditio appoſita in caſu noſtro per teſtatorem eſt voluntaria, ergo tantùm extendi debet ad caſum, quando dom.Ludouicus deceſsiſſet ſine filijs maſculis vel fœminis: non autem in caſu, in quo deceſsit cum filia: quia tũc extenderetur extra caſum ſuum.

24 Sexta eſt concluſio,† quòd extenſio non permittitur de perſona ad perſonam,l.ſi quis ita.§.pen.ff.de teſta.tutel.per quem tex.ita tradit Aret.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. col.5 de lib.& poſthu. Iaſ. in l.cum res.col.3 in 6.not.de lega.j. Dec.in conſ.211. num. 5.vbi id comprobat etiam concurrente tacita & vniuerſali mente teſtatoris,per notata per Oldra. in d.conſ. 21.vbi ſubſtitutio facta decedenti ſine liberis, ipſis extantibus euaneſcit,licèt liberi poſteà,qui faciunt deficere conditionem, moriantur ſine liberis: & ſic nõ habet locum ſubſtitutio, & tamen ex veriſimili & tacita mente teſtatoris quod diſpoſuit teſtator ſine filijs decedentibus ſine liberis, idem voluiſſet de filijs filiorum, qui decederent ſine liberis, & ſi fuiſſet de hoc interrogatus teſtator, veriſimiliter ita reſpondiſſet, neplus tribueretur nepotibus quàm filijs: & tamen iſta tacita mens & coniecturata non attenditur: quia agitur de extenſione, quę debet fieri de perſona ad perſonã, quæ non admittitur rurſus in conſil.214.col.2 287.col.2.& 394. colum.5.in princ. Iaſ in conſil.220.colum.4.volum.2. vbi dicit id procedere, dato quod procederet identitas rationis & præſumpta mens teſtatoris,in conſil.228.colum.2. volu.eod. & in conſi.66.colum.8.vol.3.Pariſ.in conſ.14. colum. 2.volum.3.conſ.20.num.34.& 108.num.41. volum.3. ac in conſil.86.num.35.volum.2. Craue. in conſi. 161. num.2.Sed in caſu noſtro ſi diceremus,quòd ſubſtitutio facta dom. Ludouico eo caſu quo decederet ſine liberis maſculis, vel filia ſeu filiabus, qui tamen deceſsit cum dicta domina Ioanna, extenderetur ad ipſam dominam Ioannem, ſi decederet ſine filijs, quod eſſe non poteſt, ſequeretur quòd fieret extenſio de perſona domini Ludouici, cui facta eſt ſubſtitutio ad aliam perſonam dom. Ioannæ, quod fieri non poteſt: ita Iaſ.in conſilio 66. columna 9. in princip.volumine 3. & in conſil. 228. columna 4. verſicu. confirmantur prædicta, volumine 2. vbi inquit, quòd quando teſtator ſubſtituit filijs inſtitutis caſu, quo decederent ſine filijs, & vlteriùs non procedit ſubſtitutio, ſi diceremus quòd etiam in caſu, in quo filius primi gradus inſtitutus decederet cum filijs, quod etiam ipſis filijs ex filio prædefuncto cenſeretur facta ſubſtitutio, quòd fieret tranſitus de perſona ad perſonam, qui fieri non poteſt, dato etiam quòd militaret idem fauor, & ſi teſtator de hoc interrogatus fuiſſet, idem veriſimiliter reſpondiſſet.Pariſ.in conſilio decimoquarto,colum.ſecunda,volum.3.

Supereſt modò vt tranſeamus ad reſolutionem motiuorum magnifici dom.iudicare debentis, quibus ſpecialiter reſpondetur. Et deueniendo ad primum, dicitur minimè verum eſſe, quòd eadem ratione,qua ſubſtituit teſtator dominam Blancam, ac eius deſcendentes Ludouico decedente ſine filijs,vel filia ſeu filiabus, pari etiam ratione videatur ſubſtituiſſe dominum Bartholomæum deſcendentem d. dom.Blancæ dom.Ioannæ filiæ prędicti dom.Ludouici ſi decederet ſine filijs: quia hoc argumentum non valet in caſu noſtro ad inducendum fideicommiſſum, quod demonſtratur: quia attento ipſi motiuo ſequeretur deſtructio communis concluſionis. Oldra. de qua ſuprà in conſil. 21. vbi vult, quòd ſi fideicommiſſum iunctum ſit expreſsè alicui decedenti ſine liberis, qui tamen deceſſerit cum illis, ceſſat fideicommiſſum, quamuis eius liberi, qui faciunt deficere fideicommiſſum, poſteà moriantur ſine liberis:quia non habet locum fideicommiſſum,quod ſemel expirauit: & tamen ab omnibus admittitur, quòd ſubſtitutio ipſa vltra non extenditur extantibus liberis grauati, cuius Oldra. ſententiã tanquam communi calculo receptam amplectitur etiam Dec. in conſil.465.nu.14. item deſtrueretur alia ſententia
** communiter recepta,quæ habet, quòd grauatus fideicommiſſo conditionali, ſi deceſſerit ſine liberis ipſis extantibus & relictis poteſt liberè & ſuo arbitrio diſponere de rebus in quibus fuit grauatus inter viuos & vltima voluntate: quia grauatus per fideicommiſſum conditionale, deficiente conditione remanet liber, & de bonis ad eum peruentis, poteſt de his facere & diſponere vt de re propria. Ita Pariſ. in conſ.14.nu.10.vol.2.& in conſ.63.nu.20.volu.3. per tex.in l.fin.§.ſed quia,vbi oẽs doctores. C.de iure delib. quod eſſe nõ poſſet, ſi cenſeretur dicta neptis reſtituere d.do.Bartholomæo bona de quibus in fideicommiſſo.quod etiam voluit Dec.in conſ.465 num. 15.ver.3.non obſtat.

Nec obſtat quod ex aduerſo obijcitur, conſilium Oldra. non habere locum, vbi conſtat de veriſimili mente teſtatoris,& quòd ſi de hoc interrogatus fuiſſet teſtator,ipſe reſpondiſſet.arg.l. tale pactum.§.fin. ff.de pac. quia negatur,quòd in caſu noſtro conſtet de aliqua mente ipſius teſtatoris, quòd voluerit admittere dom.Bartholomæum deſcendentem quondam dominæ Blancæ ad bona ipſius fideicommittentis poſt mortem dominæ Ioannæ neptis ipſius teſtatoris morientis ſine filijs, imò dicitur contrarium, vt ſuprà dictum fuit in concluſionibus præcedentibus. Vlteriùs dicitur,quod iſta veriſimilis mẽs non habet nocere dominæ Camillæ,quia nemini dubium eſt, vt etiam dictum fuit, quòd quando teſtator impoſuit decedenti ſine filijs onus fideicommiſſi, licèt liberis extantibus, illud eſſet tamen ex tacita, & veriſimili mente teſtatoris cenſetur eſſe,quòd morientibus filijs, qui faciũt deficere fideicommiſſum, ſubſtitutus admittatur, & ſi de hoc fuiſſet interrogatus teſtator veriſimiliter ita reſpõdiſſet, & tamen
** omnes vno ore concludunt, quòd iſta mens teſtatoris non attenditur: quia mortuis liberis poſt grauatum non habet locum fideicommiſſum. ex quo datur intelligi, quòd fideicommiſſum non oriatur, niſi in caſu expreſſo. Dec. in conſil.218.colum.2. quia non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſponat,vt per Dec.in conſil.465.num.15.& Caliauol. in l.centurio.num.452.de vulg.& pupil & quia non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe,niſi diſponat vt ſuprà in ſecunda concluſione.Et quia pariter caſus omnino omiſſus à teſtatore remanet in diſpoſitione iuris communis,l.commodiſsimè.ff.de lib.& poſthu. Et quia conditio voluntaria appoſita à teſtatore, reſtringitur ad terminos ſuos, & ad alium caſum non extenditur, vt ſuprà in ſecunda concluſione. Et pro confirmatione huius reſponſionis facit quod notat Soc. Iun. in conſ.4.colum.2 in fin.volum.3.verſic. non obſtat quod dicebatur: vbi inquit,non obſtare id quod dicitur, quòd teſtator veriſimiliter reſpondiſſet pro fideicommiſſo ſi de eo fuiſſet interrogatus.quia duplici modo reſponderi poteſt ſecundum eum,& primò, quòd illud non ſufficeret, ex quo verba nullo modo poſſunt illud importare,vel & ſecundò,quòd imò non ſic ſimiliter reſpondiſſet: quia cùm mens colligatur ex verbis, nullum'q; mentis noſtræ maius ſit teſtimonium, quàm verborum qualitas, teſte Bald.in l.generaliter.in princip. C. de non nume.pecu. & verba in caſu iſto dicantur aſſerto fideicommiſſo repugnare, videtur dicendum,quòd nec mẽs teſtatoris ad illud fuit applicata, ergo interrogatus non ita reſpondiſſet,ſi enim illud voluiſſet, facilè erat ei illud exprimere, ſicut expreſsit caſum.ſi ſine filijs deceſſerit. Vnde cùm non dixerit abſolutè,credendum eſt, quòd non voluerit, ca. ad audientiam, de decimis.& ideo ſubdit, teſtatorem ſolùm conſideraſſe, an filij ſui vel eorum aliquis decedat ſine filijs,& eo tantùm caſu voluit facere fideicõmiſſum, quo caſu deficiente noluit grauare quenquam, ſed omnes liberos relinquere, & ſic non poteſt dici, quòd teſtator voluerit grauare inſtitutũ, ſi decedat cum filijs, licèt illi poſteà moriantur ſine filijs: tum

quia

quia hoc contrariatur verbis suis, tum quia grauatus sub vna tantùm conditione, diceretur grauatus sub duplici disiunctiuè considerata, quòd esset extendere onus aliàs strictè intelligendum: cum & maximè, quia si illud acceptaremus vtique ea ratione dicere cogeremur. Idem si posteà nepotes vel pronepotes, aut denique alij descendentes filiorum decesserint sine filijs, quod certè inconueniens & contra mentem testatoris esset, nec etiam possumus dicere, quòd testator grauauerit nepotem filium instituì, si sine filijs decederet, quia de eo nullum verbum in testamento, & grauamen iniunctum filio non extenditur ad nepotem, vt in §. primo, in authen. de restit. fideicommiss. coll. 8. ac etiam si diceremus secus quacunq; ratione, eadem ratione videretur dicendum, quòd etiam filij nepotes, si quos habuisset, & filij deinceps dicerentur pari modo & sub eadem conditione grauati, quod absurdissimum esset, & nemo vnquam diceret. Vnde sumpto argumento ab euitatione absurdi, iuxta l. nam absurdum. ff. de bon. liber. dicendum est, quòd nec ipse nepos fuerit grauatus, nec etiam pater eius sub cõditione, si filius eius sine masculis decedat.

Tertiò non obstat, quòd si testator filios masculos quos prædilexit, grauauit ad restituendum bona sua dominæ Blancæ, & eius descendentibus, ipsis tamen decedentibus sine filijs, multò fortius videtur voluisse ipsos substituere dom. Ioannæ eius nepti decedenti sine filijs, vt euitetur absurdum, quod sequeretur: † quia melioris conditionis esset neptis, quæ est remotior testanti, quàm essent filij, per l. si viua matre. C. de bon. mater. quia respondetur, quòd imò domina Ioanna neptis ex filio testatoris fecit deficere conditionem sub qua domina Blanca eius filia, & ipsius descendentes erant vocati, inter quos nunc extat dictus dom. Bartholomæus, cùm dom. Ludouicus decesserit cum ipsa dom. Ioanna per cõfilium Oldra. & alia suprà citata. & dato quòd contingere possit casus, quòd melioris conditionis sit neptis quàm filia, tamen hoc non est absurdum: quia neptis istud habet ex persona patris, quam repræsentat, vt in authen. de hæred. ab intesta. §. j. colla. 9. & in §. cùm filius. instit. de hæred. quæ ab intesta. & non ab auo, quia quamprimum fuit adita hæreditas dom. Gabrielis per dom. Ludouicum, incœpit esse hæreditas ipsius, vt not. glo. & docto. in l. j. in §. veteres. ff. de acquiren. possess. & in l. hæres per seruum. ff. de acquiren. hæred. & sic non habet ex eo, quòd sit vocata ex testamento aui: ita in terminis dixit Alexand. in cons. 38. colum. fin. volum. 6. nam in casu suo testator instituerat filium masculum vniuersaliter, & filiam in certa re, & si filius decederet sine filijs, substituerat matrem & sic fœminam, & tamen ibi concludit, quòd neptis ex filio excludit matrem testator substitutam, & respondet ad illam rationem, quòd si testator excluserit filiam propriam, multò magis videtur excludere neptem ex filio minus dilectam, quòd per illam conditionem, si decesserit sine filijs, filij in conditione positi non sunt honorati, ex testamento vocati, iuxta glo. communiter approbatam in l. Lucius. ff. de hæred. instit. sed remanent in dispositione iuris communis, vt possint patri succedere ab intestato, & per cõsequens, quòd ex hoc dici non potest, quòd neptis sit melioris conditionis, ex prouisione testatoris, quàm filia. & Alexand. sequitur Ruin. in cons. 142. colum. 2. vol. 2. vbi etiam adducit aliam rationem, quæ multùm facit ad casum nostrũ, dicens, quòd dicta ratio est inepta, quia illa ponderatur & allegari potest, quando filia fuit nedum exclusa ab institutione, sed etiam à substitutione, vt quia alius fuit substitutus, si filius decesserit sine filijs, tunc enim videtur allegari posse, quòd neptis ex filio non sit posita in conditione ad exclusionem substituti: quia dicto casu reperiretur esse melioris cõditionis, quàm filia testatoris, quoniam illa omni casu reperitur exclusa, sed neptis non, quia excluderet substitutum ad sui commodum, quod non potest filia testatoris facere, sed quando filia testatoris est substituta filio decedenti sine filijs, vt in casu præsenti, dici non potest, quòd sit melioris conditionis, quàm filia, etiamsi faciat deficere illam conditionem, si decesserit sine filijs, sub qua dicta filia fuerit substituta: quia filia reperitur expressè à patre honorata, & ex testamento vocata saltem in euentum, in quem filius decedat sine masculis & fœminis, sed neptis aliquo casu ex dicto testamento non vocatur ex dispositione, nec ex hoc, quòd sit in conditione, dicitur vocata, per notata in d. l. Lucius. quia ergo filia aliquo casu est in dispositione & ex testamento expressè vocata ad hæreditatem patris & neptis, non sequitur, quòd dicto casu filia sit melioris conditionis quàm neptis: & propterea ad effectum vt filia ex substitutione admittatur, non potest adduci illa ratio, quòd neptis non sit posita in conditione, ne absurdum sequatur, quòd minus dilecta neptis sit melioris conditionis, quàm filia magis dilecta, vt probatur in l. cum auus. ff. de cond. & demonst. intelligendo vt ibi per eum. & Ale. sequutus etiam fuit Paris. in cons. 35. col. fin. in princ. vol. 3. vbi etiam alia adducit quæ faciunt ad propositum. & Ceph. in cons. 46. nu. 31. cum nonnullis sequen. vbi tradit, inconueniens non esse hoc casu, vt neptis sit melioris conditionis quàm filia, cùm illa non veniat ex propria persona, sed tanquam illa, quæ repræsentat patrem, vt in d. §. cum filius. quia charitatem quam habuit pater ad filium, eandem continuatam habuit ad neptem, vt dixit Bald. in l. cùm acutissimi. colum. j. versic. quæro si pater. C. de fideicom. Quinimo subdit, quòd verisimilis mens testatoris est, vt portio, quam reliquit vni filio post ipsius mortem, deuoluatur ad eius liberos tam masculos quàm fœminas, non autem ad alios testatoris filios defuncti fratris: quoniam testator magis diligit nepotes vel neptes in portione relicta eorum patri, quàm propriũ filium, cui portionem suam reliquit. Votum enim parentum est tale, vt quod vnum ex liberis reliquit, ad illius descendentes pertranseat, l. j. C. de his qui ante aper. tab. Rursus respondetur, quòd illud quod dicitur, quòd neptis non debet esse melioris conditionis quàm filia, procedit in nepte nata ex filia, quæ cùm sit excluſa, neptis quoque excluſa censetur, in qua militat eadem ratio & regula d. l. si viua matre. secus in nepte ex filio, quia tunc neptis nititur iure patris, ideo tunc ex diuersitate rationis militat diuersa iuris præsumptio. ita Ruin. in citat. consilio 142. numero 8. cum sequen. quem sequitur Ceph. in allega. consilio 46. numero 19. quæ sententia etiam placuit Socin. Iun. in consil. 4. colum. fin. versic. ex quo sequitur. volum. 3. Paris. in cons. 87. num. 29. & 51. cum sequen. volum. 2. vlteriùs dicit Dec. in cons. 95. colum. fi. quòd non infertur hęc cõsequentia, necessariò grauauit filios, ergo & nepotes: sequitur Paris. in cons. 86. nu. 64. vol. 2.

Præterea non obstat, quòd hîc non fit extensio de persona ad personam, sed de casu ad casum: quia respondetur, quòd imò fit extensio de persona ad personam, vt suprà dictum fuit in sexta conclusione, sed posito, quòd tractaretur de extensione de casu ad casum, dicitur extensionem ipsam non posse fieri in casu præsenti propter suprà dicta, & maximè stantibus verbis de quibus in testamento, ibi tunc & eo casu, quæ restringunt substitutionem ad casum tantùm expressum, & non ad omissum, per scripta & allegata in quarta conclusione. Nec vis aliqua fieri potest in eo quod dicitur, quòd in prohibitione alienationis fœminæ sint vocatæ nedum in casum alienationis, sed etiam ex fideicommisso absoluto: quoniam negatur fœminas fuisse vocatas in casu alienationis, sed tantùm masculos, vt constat ex verbis testamenti, vbi testator disponit, quòd si filij sui instituti seu aliquis eorum deuenerit ad aliquam venditionem aut aliam alienationem de aliqua parte bonorum suorum, quòd talis contractus sit & esse debeat ac intelligatur nullus, nulliúsque valoris, efficaciæ, & momenti, & vlteriùs talia bona sic donata, vel aliter alienata eo casu existente, vt suprà, & non aliter perueniant, & peruenire debeant ad dictos alios filios suos non alienantes, & successiuè in eorum filiorum omnium descendentes, & si omnes alienarent, in eo casu vult, quòd perueniant in filios filiorum suorum & eorum descendentes, & descendentium descendentes: quia intendit, quòd bona sua remaneant in domum, & familiam suam de

Trincherijs, quæ verba non important, vt censeantur vocatæ fœminæ, sed tantùm masculi,† cùm per
26 ipsos conseruetur domus & familia, & non per fœminas. §. cæterùm. instit. de legit. agnat. succes. docto. in l. venia. C. de in ius vocan Dec. in cons. 15. col. 3. fœminæ enim non conseruant bona in familia & agnatione, quinimo per eas bona transeunt & transferuntur in alienas familias, cùm filij ipsarum sequantur familiam & agnationem patris & non matris, l. pronuntiatio. §. fi. cum l. sequen de verb. signifi. §. fin. de patr potes. Paris. in consil. j. num. 25. cum pluribus sequen. volum. 3. & in consil. 33. num. 44. volu. j. cùm fœminæ non conseruent familiam, sed sint caput & finis ipsius. Soc. Iun. cons. 12. volu. 3. & in cons. 22. nu. 54. volum. 2.

Prætereà quòd in dicta prohibitione alienationis fœminæ non sint vocatæ in casu alienationis, nec etiam ex fideicommisso absoluto, constat ex verbis testamenti, vbi testator, postquam instituit filios masculos ordinauit, quòd dicti filij sui non possint
27 alienare, quæ † dictio dicti, est repetitiua & relatiua præcedentium, & eorum quæ dicta fuerunt superius. Bartol. in l. talis scriptura. § fin. versic quæro ergo. de lega. j. per text. in l. j. §. eum qui. ff. de postul. Soc. consil. 62. num. j. volum. 4. & 112. num. 13. volum. eod. Paris. cons. 86. nume. 36. volum. 2. in cons. 21. nume. 37. volum. 3 & in cons. j. num. 13. volum. eod. & sic dicta prohibitio alienationis tãtùm restringitur ad filios masculos.

Non obstat, quòd si velimus inspicere verba testatoris, quòd ex illis apparet ipsum voluisse, quòd nedum domina Blanca vel eius descendentes sint substituti ipsi dom. Ludouico decedenti sine filijs vel filiabus, sed etiam dominæ Ioannæ nepti ipsius testatoris ex dom. Ludouico si decesserit sine filijs: nam respondetur, ineptum esse hoc dicere: quia, cùm verba substitutionis hoc nõ dicant, succedit, quòd substitutio locum habere nõ possit, vt satis dictum fuit in j. conclu. quod amplius non repeto.

Secundò dicitur, quòd imò per dictam substitutionem de qua in testamento, & ex eius verbis apparet testatorem noluisse, quòd decedente domino Ludouico cum filia habeat amplius locum substitutio, sed quòd totaliter extincta fuerit, ita vt amplius reuiuiscere non possit, primò per text. in d. l. filius fam. §. cum quis, de lega. j. secundò per gloss. in l. ex facto. §. penult. ad trebel. tertiò per text. in d. l. hæredibus. eod. titu. quartò per decis. Oldra. in d. consil. 21. suprà citatam, & quam communiter sequuntur docto. suprà citati, ac per Iaſ. in consil. 66. colum. fin. volum. 3. vbi inquit, nos esse in claris, quòd per existentiam filij stante substitutione iam sæpius dicta, quòd ea ruit & omnino prosternitur, dato etiam, quòd filij per momentum tantùm viuerẽt. Vlteriùs dicitur, quòd etiam ex alijs verbis ipsius testatoris appareret dictam substitutionem per existentiam dominæ Ioannæ euanuisse: quia testator in dicta substitutione vult, quòd decedente domino Ludouico sine filijs, filia, seu filiabus, tunc & eo casu habeat locum substitutio. quæ verba tunc & eo casu, geminata operantur, vt dictum fuit in 4. conclusione, quòd substitutio facta in casu, in quo decesserit dom. Ludouicus sine filijs, vel filia, seu filiabus, tantùm habeat locum in eo casu expresso, & quòd non extendatur ad alium casum, in quo decesserit cum filia. Prætereà dictum fuit in eadem quarta conclusione sequendo communem doctorum sententiam, quòd filij positi in conditione & qui non fuerunt honorati, non censentur grauati, per d. l. ab eo. imò & plus, quòd etiam si testator expresse hoc voluisset, quòd inualida esset eius dispositio. Nec obstant considerationes magnifici domini motiuantis, & primò quòd ex quo testator dixit, & si omnes filij mei & eorum descendẽtes masculi decesserint sine filijs, quòd verba sine filijs debent intelligi tam de fœminis, quàm de masculis: quia si non comprehenderẽt fœminas essent superflua & absurda, & idem essent positi in conditione & grauati: quia negatur assumptum, & dicitur retorquendum esse argumentum in contrarium, quòd imò si dicta verba de masculis non intelligerentur, sequeretur, quòd verba sequentia, vel filia seu filiabus, fuissent frustratorie apposita, & sic sine virtute operandi, quod esset contra l. si quando. de legat. j. Nec obstat superfluitas per eum considerata de repetitione facta de masculis: quia illa non dicitur esse superfluitas talis quæ non sit tolerabilis, cùm videamus quòd toleratur superfluitas siue eiusdem rei repetitio, cum sit vt quod ante dictum est, clariùs apertius & dilucidius enarretur, glo. in cap. j. in verb. & filio. vbi Gem. & Franc. de sum. Trin. & fid. catho. gloss. 2. in cap. licèt canon. vbi etiam docto. de elec.
29 Ruin. in cons. 59. num. 17. volum. 3. vbi † superfluum non dicitur id, quod ad tollendam dubitationem exprimitur. Tiraquel. in tract. de retract. fo. 571. nu. 5. nec scio deniq; videre quomodo dici possit, quòd si dicta verba, de quibus in motiuis, ita non intelligerentur, quòd idem essent positi in conditione, & grauati: quia aut volumus hoc dicere respectu institutorum & honoratorum, & hoc est falsum. quia verum non est, quòd sint positi in conditione, licèt sint grauati. Aut respectu descendentium filiorum institutorum, & similiter id dici non potest. Aut respectu si decesserint sine filijs, & verum erit dicere filios positos in conditione, sed non grauatos, per suprà dicta. Stantibus igitur his pro veris, prout sunt, dicere non possumus, quòd hic adsit aliquod absurdum nec superfluitas non tolerabilis, per regul. l. quæ dubitationis. ff. de regul. iur. Pariter non obstat ponderatio dictæ copulæ, &, positæ inter verba, sine filijs, vel filia, seu filiabus: quia apud quemlibet sensatum aliter dici non potest, nisi, quòd ex imperitia notarij copula ipsa fuerit apposita, cùm sæpissimè videamus, quòd notarij ponunt verba in testamentis quæ nunquam testatores cogitarunt, vt per Socin. Iun. in consilio 71. numero 19. volum. 3. & in consilio 158.
30 numero 18. volumine 2. vbi ait, † quòd notarij sæpe ponunt in testamentis clausulas ex scipsis, & testatores eorum intelligentiam nesciunt. Ripa in 2. respon. numero 6. sub titu. de hæred. instit. & de lib & posthum. vbi tradit, † imperitiam notarij non debere
31 offuscare voluntatem testatoris. Vnde ex his quæ dicta fuerunt, per quæ apertissimè constat de optimo iure d. dominæ Camillæ conuentæ, & iniustitia prædicti domini Bartholomæi, arbitror partes magnifici dom. iudicare debentis esse in absoluendo ipsam dominam Camillam à petitis, & in condemnando actorem in expensis, iuxta l. eum quem temerè. ff. de iud. Et verè debet dictus dominus iudex inclinare in hanc partem, etiam si esset dubia. Primò, quòd do
32 mina Camilla conuenta possidet. † Et in dubio pro possessore pronuntiandum est. §. commodum. instit.
33 de interdic. † & actor, nisi clarè probet intentionem
34 suã, est reijciẽdus, l. qui accusare. C. de eden. † Et semper interpretatio accipitur pro eo qui conuenitur. l. fauorabiliores, de reg. iur. l. Arianus. de actio. & oblig. Corn. in cons. 186. in fin. colum. & in cons. 304. nu. 14. lib. 3. Craue. in consil. 180. & 208. col. j. Alc. in consi. 492. num. 31.

35 Secundò, † quia in dubio facienda est interpretatio vt euitetur fideicommissum, tanquam odiosum. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Iaſ. in l. ex tribus. C. de inof. testa. Rota in decis. 864. in antiquis. vbi semper in dubio debet fieri interpretatio, fideicommissum esse resolutum & extinctum. Angel. & Alexand. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. de verbor.
36 oblig. Craue. in cons. 80. in fin. vbi † inquit, contra fideicommissum in dubio esse pronuntiãdum. Ceph. in consil. 45. num. 12. & 86. num. 15. Alcia. in consi. 525. numero 12. consil. 526. num. 6. vbi ait, quòd quotiens animus iudicis dubitat an subsit legatum vel fideicommissum, quòd debet pronuntiare illud nõ subesse: quia hoc est fauorabilius, l. si fuerit. versic. sed & si duobus, vbi Socin. in 5. nota. ff. de reb. dub. Et quia in dubio fit interpretatio contra fideicommissarium, L. numinis. de lega. 3. iterum in cons. 531. num. 2. & 7. cons. 98. num. 14. & in cons. 492. num. 31. vbi tradit, quòd semper pars illa est amplectenda, per quã pronuntiatur pro libertate bonorum, vt non subsint alicui fideicommisso: quia fideicommissum est onus, & eius ratio odiosa. d. l. si fuerit.

LAVS DEO.

SAMMA-

SVMMARIVM CONsilij LVII.

1 Instrumento habenti omnia solennia stari debet.
2 Instrumentum solenne est probatio probata, & veritas euidens.
3 Et de quo dubitandum non venit, sicut de casu legis.
4 Instrumentum solenne non indiget disceptatione fori.
5 Venditio feudi facta sine consensu domini est nulla ipso iure.
6 Vasallo prohibitum est omne commercium de re feudali.
7 Feudum si alienatur sine consensu domini, emptor nullo tempore præscribit.
8 Alienatio feudi facta sine consensu domini, & si sit nulla ipso iure, tamen hoc intelligitur domino volente.
9 Emphyteota non priuatur emphyteusi ob canonem non solutum nisi volente domino.
10 Exceptio iuris tertij, quæ non est exclusiua ipso iure, non admittitur.
11 Consentiens venditioni rei feudalis ad se spectanti, in tantum sibi præiudicat, quòd non potest amplius habere regressum ad renuntiata.
12 Quod amplia procedere, etiam si adesset consensus nedum expressus, sed etiam tacitus.
13 Dispositio l. quotiens. C. de rei vendi. locum non habet, quando primus emptor, cui fuit tradita res, consensit alienationi ipsius rei factæ alteri.
14 Remittentibus iura sua, ad illa amplius non datur regressus.
15 Consentiens alienationi rei suæ, vel illam ratificans perdit dominium, quod acquiritur emptori.
16 Consentiens alienationi rei suæ perdit ius suum, & alienum fortificat.
17 Consentiens donationi rei suæ ipse donare videtur.
18 Feudum in dubio præsumitur antiquum: quia longo tempore possessum in agnatione.
19 Feudum venditum per patrem potest in vita ipsius per filium recuperari restituto pretio.
20 Res aliena & si distrahi possit, id est verum quò ad præiudicium vendentis, qui tenetur ad interesse, non autem ad præiudicium domini, cuius res est: quia tunc alienatio non valet.
21 Res nostras nobis inuitis alius non debet retinere.
22 Res aliena & si scienter emi possit, & venditio teneat, tamen feudum scienter emi non potest sine consensu domini, aliàs venditio non valet.
23 Constitutum transfert dominium & possessionem.
24 Malæ fidei possessor tenetur nedum ad fructus perceptos, sed etiam percipiendos.
25 Constitutiones Principum ignorare non licet.
26 Titulus licèt aliàs excuset à fructibus percipiendis, tamen hoc limitatur locum non habere quando fuit acquisitus contra prohibitionem legis, quia habetur pro non titulo.
27 Emptor malæ fidei rei feudalis non recuperat pretium.
28 Consentiens venditioni rei suæ licèt sibi præiudicet, tamen hoc fallit quando consensus est præstitus super contractu nullo.
29 Consensus præiudicat consentienti vbi non interuenit coactionis materia.
30 Instrumentum & si sit probatio probata, veritas euidens, & non probanda, illud est verum in dubio, secus quando contra ipsum legitimè aliquid obijcitur.
31 Imperator non solet habere rata, quæ metu gesta sunt.
32 Consuetudinem Imperatoris sufficit allegare ad recognoscendam subreptionem.
33 Alienatio feudi antiqui facta sine consensu domini & agnatorum non valet.
34 Qualitas facti vbi non est expressa, operatur vt actus reddatur nullus.
35 Priuilegium confirmationis impetratum ab Imperatore si sit subreptitium, quia confirmatorium instrumenti falsi vel simulati, & de his non sit facta notitia Principi confirmanti, talis confirmatio non valet.
36 Confirmatio huiusmodi nihil operatur, etiam si in ea essent appositæ clausulæ ex certa scientia, supplentes, & de plenitudine potestatis.
37 Non entis nullæ sunt qualitates.
38 Contractus factus per iniustè carceratum cum detinente, & ad commodum ipsius, non valet.
39 Carcer est iustus metus.
40 Carcer est species seruitutis.
41 Metus seruitutis est iustus metus.
42 Solutio facta per carceratum dicitur facta per metum.
43 Promissio facta per Regem Cypri ad commodum Ianuensium, qui eum carceratum detinebant, non valuit.
44 Carcer æquiparatur pœnæ deputationis in metallum.
45 Pœna deputationis in metallum est capitalis.
46 Venditio facta per carceratum indebitè versus detinentem est nulla ipso iure.
47 Verba nullius momenti, important ipso iure.
48 Verba supradicta, important idem quod nullius vigoris.
49 Casus l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. debet addi ad alios, in quibus obligatio ipso iure non tenet.
50 Negatiua vniuersalis importat totalem nullitatem & ipso iure.
51 Dictio nullatenus, quia vniuersalis, importat ipso iure.
52 Contractus celebratus cum subdito per metum est nullus ipso iure.
53 Actus factus per metum est nullus ipso iure, vbi agitur de turisdictione transferenda.
54 Prorogatio coacta turisdictionis est nulla ipso iure.
55 Iuramentum appositum in contractu celebrato per metum præsumitur etiam meticulosum.
56 Iuramentum non confirmat contractum ipso iure nullum.
57 Iuramentum metu extortum obligat, quando actus super quo interponitur, non est nullus, secus si est nullus de se & sui natura: quia tunc non valet.
58 Feudum antiquum alienatum in extraneum recuperari potest per agnatum proximiorem, nullo restituto pretio.
59 Agnatus præfertur domino in reuocatione feudi antiqui alienati per vasallum sine consensu domini, & agnatorum in extraneum.
60 Vasallus in feudo antiquo non potest successoribus, & agnatis suis præiudicare, qui ad illud ex antiquis inuestituris venire possunt.
61 Feudum per vasallum alienatum si sit antiquum, non aperitur domino, sed filijs & agnatis vt illud recuperare possint mortuo alienante.
63 Vasallus licèt alteri dare possit quod habet in feudum, tamen secundùm communem istud procedit donec concedens vixerit, sed post eius mortem non impediuntur agnati proximiores venire ad feudum.

63 Alienatio feudi facta sine consensu domini & agnatorum, non præiudicat agnato proximiori quin illud reuocare possit nedum post mortem alienantis, sed etiam eius vita durante.

64 Agnato conceditur tempus xxx. annorum secundùm communem ad recuperandum feudum in extraneum alienatum vtili rei vendicatione.

65 Alienatio facta per vasallum in agnatum remotiorem sine consensu domini licet valeat, non tamen in præiudicium aliorum agnatorum post mortem alienantis.

66 Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.

67 Vasallus si alienet feudum antiquum remotiori agnato, proximus potest secundùm communem illud reuocare, dummodò reuocatio fiat infra annum à die scientiæ, aliàs lapso anno excluditur à reuocatione.

68 Paria sunt, quòd actus sit validus, vel sit nullus, & non possit dici nullus.

69 Cauti esse debent agnati ne patiantur labi annum quin reuocent feudum antiquum alienatum in remotiorem à die scientiæ: quia per eius lapsum excluduntur à reuocatione.

70 Feudum concessum pro se & hæredibus, dicitur hæreditarium.

71 Feudum concessum pro se & liberis, dicitur ex pacto & prouidentia.

72 Hæres vasalli non potest venire contra alienationem feudi factam per defunctum, siue feudum sit hæreditarium, siue ex pacto & prouidentia.

73 Hæres reputatur eadem persona cum defuncto.

74 Succedere in feudo hæreditario quis non potest secundùm communem nisi sit hæres.

75 Filius hæres patris cum beneficio inuentarij potest alienationem feudi ex pacto & prouidentia factam à defuncto infringere.

76 Dispositio c. Titius, si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. secundùm receptam doct. sententiam non habet locum nisi in feudo ex pacto & prouidentia, & non in hæreditario.

77 Succedens in feudo hæreditario licèt debeat esse hæres vasalli defuncti, hoc tamen procedit si hæreditas fuerit sibi delata.

78 Pater si alienauit feudum & moritur, nihil habens in bonis, filius non repellitur à vendicatione feudi ex eo quia non sit hæres patris ne egestate pereat.

79 Successio in feudis post fratres filiósque fratrum diuiditur in capita, & non in stirpes.

80 Successiones feudorum deferuntur ab intestato sicut successiones hæreditatum.

81 Proprium maiestatis Cæsareæ est omnibus facere iustitiam.

CONSILIVM LVII.

QVoniam præsens consultatio nonnulla continet capita, ideò de ipsis sigillatim est videndum, & deueniendo ad primum, in quo quæritur, an venditio partis feudi Garlendæ facta Illustriss. Dominationi Ianuæ per quondam dominum Marcum Antonium de Langulia cum cõsensu quondam magnifici domini Pauli eius patris valeat & teneat in præiudicium magnifici domini Panthaleonis ex Comitibus Languliæ. Prima nanque facie dicendum videtur quòd sic, cùm de
1 venditione ipsa constet † per publicum instrumentum omnia habens solennia, de quibus per glos. in l. generaliter. C. de tabell. lib. 10. c. j. de fide instru. vbi
2 per doct. cui standum est † cùm sit probatio probata, veritas euidens & non probanda. Bald. in l. quotiens, in fin. C. de iud. & in l. 2. C. quando fis. vel priua.
3 Dec. in consil. 488. colum. 2. in princip. † Et de quo dubitandum non venit sicut de casu legis. Bald. in consi. 215. col. 2. ad fin. volum. 2. Nam secundùm Bald.
4 in l. 2. ff. de stat hom. † tale instrumentum non indiget disceptatione fori. & latè de hoc per Tiraquel. in tract. retract. fol. 392. nume. 20. cum pluribus sequentib. vbi multa allegat ad demonstrandum, quòd instrumentum publicum facit probationem promptam, manifestam, realem, euidentissimam, manifestissimam, liquidam, certam indubitatam, & notoriam.

5 Nec obstare habet, † quòd venditio dicti feudi sit nulla ipso iure tanquam facta sine consensu inuictissimi Imperatoris directi domini ipsius feudi Garlendæ, per text. in c. j. de prohib. feud. alie. per Lotha. & in c. 1. de prohib. feud. alie. per Feder. & vbi-
6 que ibi per scribentes, † quia omne commercium est prohibitum vasallo de re feudali, vt per Affl. in d. c. j. de prohib. feud. alie, per Lotha. in secundo notabi-
7 li. Et in tantum hoc est verum, † quòd si alienatur feudum sine consensu domini, emptor nullo tempore præscribit. c. j. §. præterea, ibi, nulla præscriptione obstante. de capit. Conr. Affl. in dicto c. j. nume. 79. de prohib. feud. alie. per Lotha. quia respondetur, † quòd præmissa conclusio procedit Imperatore sic volente & non aliter, iuxta nota. per Bart. in l. 2. per illum text. ibi, si modò voluerit. quem ibi se-
9 quuntur Bald. & cæteri. C. de iure emph. † vbi priuatio emphyteusis ob canonem non solùm non est in facto esse, sed in potentia fieri domino volente, & sic emphyteota non priuatur emphyteusi nisi domino volente. & in terminis feudi vult Bal. in l. fin. in fin. C. de reuocan. dona. vbi inquit, quòd si in feudo dictum sit, quòd ipso iure reuertatur ad dominum, intelligitur si dominus vult & petat. Abb. in consil. 87. colum. 2. vol. 2. Alex. in consil. 173. col. fin. volum. 2. Dec. in consil. 138. colum. 2. vbi inquit, quòd si in inuestitura dictum sit, quòd si solutio census non sit facta in die statuto, ipso facto cadet in commissum, quamuis ipsa verba importent quòd ipso iure priuetur, tamen intelligitur domino volente. Iterum in consil. 144. colum. penult. & in consil. 85. colum. penul. in princip. & 452. num. 23. Soc Iun. in consil. 111. colum. 2. in princip. volum. 2. Ceph. in consil. 3. num. 11. cum sequenti in consil. 27. num. 10. volum. j. & in consil. 50. num. 11. volum. eod. Cum igitur directus dominus, & sic Cæsarea maiestas minimè declarauerit venditionem ipsam non valere, meritò dicendum videtur, quòd venditio ipsa teneat, & quòd per dominum Panthaleonem tanquã
10 tertiam personam non possit opponi † exceptio defectus dicti consensus, quæ est iuris tertij non exclusiua ipso iure simpliciter, sed ita demum si tertius
* vult, vt est * communis Theorica Bart. in l. 2. ff. de excep. rei iud. vbi in distinctione sua inquit, quòd quando ius tertij est exclusiuum iuris agentis ipso iure, ita tamen si tertius vult quòd tunc de iure tertij non possum opponere. l. 2. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. coniuncta gloss. in l. 2. C. de iure emphy. secus quando ius tertij est exclusiuum iuris alterius ipso iure, etiam si tertius non vult, l. 2. §. j. ff. de doli excep. iuncta gloss. in l. eleganter, in princip. de dolo. Oldra. in consil. 139. in 6. dubio, quem sequitur Dec. in consil. 247. colum. penult. in fin. Ruin. in consil. 2. num. 2. & 7. vol. j. consil. 25. num. 14. volum. 2. quem sequitur Ceph. in d. consil. 3. num. 122. volum. j. & 133. num. 95. volum. eod. facit quod notat Bald. in authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. quem sequitur Rui. vbi suprà. vbi per dictam alienationem non impeditur translatio dominij vtilis feudi in emptorem ante declarationem directi domini. & tanto magis hoc dicendum venit cùm prædictus dominus Panthaleo, qui nunc vult impugnare dictam venditionem, ipsi consenserit, eamq; ratam & gratam habuerit per instrumentũ. tex. est in cap. j. §. præterea, quib. mod. feud. amit. vbi per illũ tex. notant ibi scribentes, † quòd si ille ad quem spectat feudum consentiat
11 ius suum in aliũ transferre, tantùm sibi præiudicat,

quòd

quòd non potest amplius habere regressum ad repetendum illud, quod renuntiauit: quia consensus ipse ad hunc effectum præstitus fuit, & ideò nimirum si in illo effectu parit præiudicium.docto.in cap. j.§.Titius, si de feud.fue.contro. inter dom. & agna. vbi Præpos.in 3. notabili. sic inquit. Nota ex isto textu, quòd ille qui consensit alienanti ius suum non potest postea illud tanquam ad se spectans redimere,
12 † quod ait procedere etiam si adesset nedum expressus consensus, sed etiam tacitus. Brun. in consil. 36. colum.j.consil. 40.colum. penult. in fin. & in consil. 80.colum.2.& Paris.in consil. 5. num.8.volum.j.Accedit quod dicunt Moder. in tract. de emp. & vend.
13 in 6.quæst. princip.colum. 13. versic. 3.vbi inquiunt, dispositionem l. quotiens. C. de rei vendi. quæ vult, quòd si fiat venditio rei primo emptori & sibi tradatur,& exinde de ea re fiat venditio alteri, quòd ipsa vltima non præiudicat primo emptori, non habere locum quando res primo emptori vendita, fuerit alteri alienata consentiente primo emptore : quia amplius non admittitur volens alienationẽ rescindere, per regulam quæ habet, † quòd remittentibus
14 iura sua ad illa amplius non datur regressus. l. quæritur.§. si venditor. ff. de ædil.edic. Nam † quotiens
15 quis consentit alienanti rem suam, vel ratificat alienationem factam perdit dominium, & æquiritur emptori. l. quidam. ff. de euictio. & l.1.& 2.C.de reb. alie.non alienan. c. 1.§. si autem aliquis, de inuest.in-
16 ter dom. & vasal. vbi † qui alijs consentit, perdit ius suum,& alienum fortificat. faciunt nota. per docto.
17 in l.1. C. si aduers.dona. † vbi consentiens donationi rei suæ videtur ipse donare: nam consentire alienare est, l.alienationis verbum.ff.de verb. significa.

Nec obstat si dicatur per dominum Panthaleonem, quòd pars feudi vendita dictæ Illustrissimæ dominationi per dictum dominum Marcum Antonium cum consensu paterno iam sibi fuerit vendita per dominum Paulum patrem antedicti domini Marci Antonij,& ei tradita possessio: quia respon-
18 detur,†ex quo dictum feudũ Garlendæ est antiquum, vt in dubio præsumitur, quia longo tempore possessum in agnatione sua.Bal.in c.1.in princip.si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. vbi inquit hoc esse notandum.Alex. in consil.15.col.penult. vol.5 Iaf. in consil.114.colu.2.vol.1.Dec.in consil.232.col.pen.269. num.5.& 395. in princ. Paris.in cons. 2. in princ.vol 1. & in consil.15.col.fin.vol.2.Ceph.in consil.91.num.12. vol.1.Grat.in consil. 4. in prin. vol.1. Et tanto magis antiquũ videatur, cùm appareat ex inuestituris suis iam transiuisse vltra quartum gradum, vt per doct. communiter in prælud. feud. Iacob. de S. Georg. in inuestit.sua.in versic.feudum.Dec.in cons. 395.col.2.
19 † quòd lege permittente potuit dominus Marcus Antonius feudum à patre venditum in vita ipsius recuperare restituto pretio.c.Titius,vbi omnes scribentes si de feu.fue.contro.inter dom.& agna.Ceph. in consil.133.num. 71.vol.1.Bru.in consil.80.in 2.dub.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiam in terminis nostris omninò amplectendam fore arbitror. pro cuius fundamento moueor, &
20 dico, † quòd etiã res aliena distrahi possit.l. rem alienam.ff.de contrahen emp.glo. in l.si quis alienam.ff. de actio.emp Alex.in consil. 69. in princ. vol. 4. & in consil. 157.num. 9. vol. 6. Affl.in decis.40.nume.3.illud tamen est verũ quò ad præiudicium vendentis, qui tenetur ad interesse,non autem ad præiudicium domini cuius res est : quia tunc alienatio non valet. l.si alienam,vbi Bald. C. de furt. l.1. C. de vsucap.pro empto. Nam per ipsam non transfertur dominium. glo. in l. exempto, in princ.in verb. euictionis. ff. de actio.emp.Affl.in decis.40.num.3. Et ratio est secun-
21 dùm glo. in d. l. rem alienam, † quia nobis inuitis non debet alius retinere res nostras. l. si filio. §. 1. so-
22 lut.matr. † Vlteriùs dicitur, quòd licèt res aliena posit emi scienter,& venditio teneat,tamẽ feudum scienter emi non potest sine consensu domini, & si emitur venditio,non valet.Affl.in c j.§.sed si res,col. 6.versic.Et ratio,per quos fiat inuest.& in c.imperialem,in princ.in notabili. 13. num. 99.de prohib.feud. alie. per Feder. Cùm igitur per dominum Marcum Antonium facta fuerit venditio Illustrissimis Ianuensibus de dicta parte feudi, prius vendita dicto domino Panthaleoni per iam dictum dominum Paulum patrem ipsius domini Marci Antonij cum
23 translatione dominij & possessionis, nedum † per constitutum.l.quod meo, vbi doct.ff.de acqui.pos l. ab emptione,vbi etiam scribentes.ff.de pact. Gozad. in consil.14.num.5.Paris in consil. 128.num. 11. cum tribus sequentibus,vol. 1. & in consil.33.num.30.vol. 3.& in consil.77.num.8.vol.eod. sed etiam per actualem traditionem seu quasi, sequitur quòd legitimè per d. dominum Panthaleonem potest aduocari ab ipsis dominis Ianuensibus portio dicti feudi alias ipsis vendita per d. dominum Marcum Antonium, qui non erat dominus ipsius feudi.d.l. rem alienam, & per Affl. decis. 369.colum. 2.vna cum fructibus nedum perceptis, sed etiam percipiendis à vero posses-
24 sore, † cùm fuerint & sint malæ fidei possessores: quia sciebant vel scire debebant alienationem rerum feudalium sine consensu Principis fieri non
25 posse. d. c. imperialem. Nam † constitutiones Principum ignorare non licet,toto tit. C. de iuris & fact. ignorantia. Affl. in d. §. sed si res, colum.6.versic.sed ignorauit. Ita in terminis dixit Luc. de Pen. in l. quemadmodum.C.de agr.& cens.lib.11.quem sequitur Affl. in d. c. imperialem, in 13. notabili. num. 99. Pro cuius confirmatione facit in simili quod voluit Ioan.de Plat.in l.1.col.fi. C.de fide instru.& iur. hastæ fis. lib.10. vbi inquit, quòd ille qui contra solennitatem iuris mercatur, quia dicitur esse in mala fide, tenetur nedum ad fructus perceptos, sed etiam per-
26 cipiendos.† Et licèt aliàs titulus excusèt à percipiendis. l. si fundum. C. de rei vendica. tamen isto casu non excusat: quia titulus acquisitus contra prohibitionem legis,habetur pro non titulo. imò plus dicitur,quòd in terminis nostris domini Ianuenses non poterunt recuperare pretium dicti feudi sibi venditi,vt per Afflic in d. c. imperialem,in 13. notabili.nu.
27 99. vbi inquit notandum & menti tenendum, † quòd malæ fidei emptor rei feudalis non recuperat pretium.Rursus in d.§.sed si res.num. 25.Confirmatur hæc opinio ex nota.per Laud.in d. §. Titius, col. 2. versic. secundo verò casu. vbi tradit quòd si agnatus reuocat alienationem feudi factam per vasallum eo superstite,si vasallus alienans habet filios,cogitur reddere pretium emptori bonæ fidei, secus si sit malæ fidei emptor,vt in terminis nostris, in quibus domini Ianuenses emerunt dictum feudum sine consensu domini,& agnatorum,sine quorum consensu feudum antiquum alienari non potuit.

Nec obstat consensus præstitus venditioni prædictæ per dominum Panthaleonem: quia respondetur, † quòd & si consentiens venditioni rei sibi præ-
28 iudicat, tamen illud est verum quando consensus non est præstitus super contractu nullo, vt in casu nostro, vbi datus fuit super contractu bonorum feudalium facto sine consensu directi domini.c. imperialem, de prohib. feud. alie. per Feder. quia tunc nihil operatur.l.4.§. in venditione, vbi docto.ff. qui potio. in pign. hab. & in terminis nostris per Bru. in consil. 36. col. 1. vbi inquit, quòd contractus factus per patrem de bonis feudalibus sine consensu directi domini est nullus. nec ei suffragatur consensus filij adhibitus dicto contractui, quia cùm alienatio fuerit nulla,consequenter & consensus filij illi accessorius est nullus.regul.accessorium.de reg iur.in 6.

29 Secundò dicitur, † quòd dictus consensus præiudicat consentienti, vbi non interuenit coactionis materia,aliàs secus,facit pulcher text.in cap.cum locum,vt ibi eum intelligit Abba de sponsa.dum dicit quòd vbi cõsensus requiritur, necesse est vt coactionis materia appelletur.accedit text. in l mortis causa,ibi,ab hoste,& ibi, ab hominis potentis crudelitate aut odio, iuncta l. hæc enim. ff. de dona.cau.mor. dicit enim d. l. hæc enim, omnia instans periculum demonstrant. d. Nicol. Alipr. inter consilia status Montisferrati in consil.19. num. 105. sed in casu præsenti dictus dominus Panthaleo coactus fuit alienationi prædictæ consentire si voluit liberari à carceribus, in quibus detinebatur iniustè à Ianuensibus ad effectum dicti consensus præstandi, & venditionis faciendæ, de quibus infrà dicetur, ergo &c.

Non

30 Non obstant modò quæ in contrarium adducta fuerunt. & primo, † quòd standum sit dicto instrumento venditionis, quod est probatio probata, veritas euidens & non probanda: quia respondetur, illud esse verum in dubio, secus quando contra ipsum instrumentum legitimè aliquid obijcitur, vt in casu præsenti per superadicta, ita Anch, & Butr. in c. cum contingat, de rescr. in c. cum dilecti, de bona. Dec. in consil. 474. num. 3.

Vlteriùs non obstat, quòd alienatio ipsius feudi non sit nulla ipso iure, sed domino volente: quia respondetur, inuictissimum Ferdinandum Imperatorem hoc voluisse, cùm Ianuensibus ipsis denegauerit inuestituram dicti feudi, & ab eis recipere iuramentum fidelitatis. per quam denegationem satis Imperator videtur declarasse venditionem ipsam non valere. Nec obstat quòd Maximilianus modernus Imperator ipsis concesserit inuestituram: quia dicitur ipsam esse nullã tanquàm subreptitiam: quia non fuit expressum suæ Maiestati, quòd ab alio Imperatore inuestitura fuit eis denegata, quod equidẽ si sciuisset, non est verisimile quòd eam ipsis concessisset, vt in simili dixit Soc. Iun. in cons. 20. inter consilia status Montisferrati. num. 134. Prætereà in impetratione dictæ inuestituræ non fuit dictum venditionem dicti feudi iam venditam fuisse per d. dominum Paulum domino Panthaleoni, qui carceratus à Ianuensibus inciuiliter, & sic ex iusto metu. l. nec timore. vers. proinde il 2. l. fin. § 1. quod met. cau. coactus fuit, si voluit liberari à carceribus, cõsentire ad commodum dictorum Ianuensium dictæ alienationi. Nam si maiestas sua hoc intellexisset, verisimiliter à dicta inuestitura se abstinuisset, † cùm non soleat habere rata, quæ metu gesta fuerunt. toto tit. &
32 C. quod met. cau. Nam † ad cognoscendam subreptionem sufficit allegare consuetudinem Imperatoris, prout concludit Feli. in cap. super literis, col. 7 in
33 1. regula subreptionis de rescr. Similiter suæ Maiestati non fuit narratum, † quòd dictum feudum erat antiquum, & quòd alienatio ipsa facta fuit sine consensu summi Principis directi domini ipsius feudi & aliorum agnatorum, qui tamen ex constitutionibus feudorum requiritur in alienatione feudi antiqui, vt in c. j. de alie. feud. pater. quo casu cùm dicta inuestitura fuerit subreptitia, nullius redditur effectus,
34 † cùm facti qualitas non fuerit expressa. Rom. in
35 con. 326. col. fi. facit quod not. Abb. in c. inter dilectos, de fide instrum. vbi dicit multum notandum esse † quòd priuilegium confirmationis impetratum ab Imperatore si sit subreptitium, quia cõfirmatorium alicuius instrumenti, quod erat falsum, vel alicuius contractus simulati, & de his non sit facta notitia
36 Principi confirmanti, talis confirmatio non operatur, † quamuis in confirmatione appositæ essent clausulæ ex certa scientia, & supplentes de plenitudine potestatis. & quia de hac materia aliàs latè tetigi in consil. 2. num. 157. vol. j. cum plurib. sequen. ideò ad ibi scripta me remitto.

Vltimò non obstat quòd dominus Marcus Antonius lege permittente potuit recuperare in vita patris feudum alienatum dicto domino Panthaleoni pretio restituto per d. c. Titius. quoniam respondetur quòd de ipsa recuperatione non apparet, & ideò quòd non est habenda consideratio eius quòd
37 non fuit nec est, quia † non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur.

Venio ad secundum caput, in quo tractandũ venit de venditione facta dominis Ianuensibus per dominum Panthaleonem de portione sua feudi dicti loci Garlendę, & non conterendo tempus vbi non expedit, dico venditionem ipsam tanquàm per metum factam non valere, quoniam trita & vulgaris est con-
38 clusio † quòd contractus factus per carceratum iniustè eum detinente & ad commodum ipsius, non valet. text. est expressus in l. qui in carcerem. vbi no-
39 tant omnes quod met. cau. Et ratio est † quia carcer
40 est iustus metus. Soc. cons. 77. num. 37. vol. 1. Homod. in cons. 178. col. 1. Ancha. in cons. 299. col. j. † nam car-
41 cer est species seruitutis. l. 3. §. 1. ff. de lib. bon. exhib. & † metus seruitutis est iustus metus. l. vel similium. ff. quod met. cau. Bal. in cons. 36. in 3. vol. & in l. falsus.

42 col. fi. C. de fur. † vbi solutio facta per carceratum dicitur facta per metum. Rui. in cons. 113. col. j. & 2. vol. 3. Dec. in cons. 691. nu. 5. Card. in cons. 137. vbi propriè
43 loquendo de Ianuensibus inquit, † quòd promissio facta per regem Cypri ad commodum ipsorum Ianuensium, qui eum carceratum detinebãt, non va-
44 luit: quia carcer est iustus metus † cùm æquiparetur pœnæ dubitationis in metallum, iuxta Inno. in cap.
45 qualiter el 2. de accusa. † quæ pœna est capitalis. l. rei capitalis. ff. de pœnis. dixi in cons. 2. nu. 47. vol. j. sed dominus Panthaleo carceratus à dictis dominis Ianuensibus fuit astrictus si voluit à carcere absolui facere prædictam alienationem, vt clarè dabuntur informationes & probationes, ergo venditio sine effe-
46 ctu. Et in tãtum hoc est verum † quòd venditio ipsa redditur nulla ipso iure, vt in d. l. qui in carcerem, ponderando verba † nullius momenti, quæ debent
47 intelligi ipso iure vt dicta verba sint cum ministerio, iuxta l. si quando, de leg. 1. & ita dictum tex. intelligit
48 Card. in d. consil. 137. col. j. quia illa verba † nullius momenti, important idem quòd nullius vigoris, vt in cap. ordinarij, in fin. vbi Ancha. notat. de off. ord. &
49 subdit † quòd casus d. l. qui in carcerẽ, debet addi ad alios, in quibus obligatio facta per metum ipso iure non tenet, qui notantur in l. si mulier. §. si dos, quod met. cau. & ibi in specie hoc vult Ang. Abb. in c. 2. col. penul. in vers. excipiendo duodecimum casum esse, quod met. cau. vbi positis vndecim casib. in quibus actus factus per metum est nullus ipso iure, subdit, excipio duodecimum casum qui comprehendit in se multos casus, in his scilicèt quæ geruntur per iniustè carceratum cum ipso detentore, vt est tex. nota. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. idem dixit Fel. in c. Rodulphus, in vers. c. vltimò, col. 6. in vers. alioquin. de rescri. vbi refert & sequitur Card. vbi suprà.
50 Nam † illa vniuersalis negatiua importat totalem nullitatem & ipso iure, vt per Ias. in cons. 122. col. 3. in fin. vers. c. 4. vbi dicit, quòd si dictum sit, nulliúsque sit efficaciæ, & valoris, illa negatiua vniuersalis importat ipso iure. l. si quis Sempronium. ff. de hæred.
51 instit sicut dicimus de dictione † nullatenus, vt est glo. singularis in authen. si qua mulier. C. ad Velleia.

52 Vlteriùs † ex alio capite dicitur nullus ipso iure, quia celebratus fuit dictus contractus cum dictis dominis Ianuensib. quibus est subditus d. dominus Panthaleo ex no. per Bald. singulariter in tit. de pace Constan. super verbo pactionis, quem sequitur. Soc. Iun. inter consilia status Montisferrati in consil. 36.
53 num. 26. & 29. Item † & dicitur nullus ipso iure, quoniam per dictum contractum confertur iurisdictio, & vbi agitur de iurisdictione conferenda, actus factus per metum est nullus ipso iure. Bart. in tract. de tyran. col. 4. versic. in contrarium. vbi inquit, quòd quando agitur de iurisdictione transferenda, translatio debet de voluntaria, aliàs si sit facta per metum est ipso iure nulla, allegat. lib. 2. ff. de iud. Abb. in c. 2. versic. quintus casus, quod met. cau. per nota. per
54 Bald. in d. l. 2. de iud. † vbi coacta prorogatio iurisdictionis est nulla ipso iure. Nec obstat quòd dictus contractus sit vallatus iuramẽto, quod validat contractum aliàs inualidum. c. cum contingat, de iure iur. quia respondetur, quòd præsumitur etiam per metum extortum, vt per Inn. & alios in c. super hoc,
55 de renunt. Bru. in consil. 82. vbi † non valet iuramentum super renunciatione per metum facta: quia præsumitur metu extortum. Gard. in d. consil. 137. c. j. §. Item sacramenta, de pac. iur. fir. vbi Bald. & alij. Soci. Iun. in cons. 77. num. 129. vol. j. Ancha. post gloss. in c. authoritate. 15. q. 6. Franc. in c. quamuis, de pact. in 6. glo. in authen. si qua mulier. C. ad Velleia, quæ dicit,
56 † quòd iuramentum non confirmat contractum ipso iure nullum. quam singulariss imã dixit ad hoc Rom. in repetit. l. j. in 3. par. in verb. & audi. ff. de vsucap. Marc. in l. pen. col. antepen. ff. de quæstio. vbi ait,
56 † quòd iuramentum metu extortum obligat, quando actus super quo interponitur iuramentum non est nullus, secus si est nullus de se, & sui natura: quia tunc non valet. Neuiza. in consil. 52. num. 51. Ang. in cons. 160. col. 2. dicens, quòd quando contractus est nullus ipso iure, non potest firmari iuramento: quia dicitur impossibilis confirmatio, nisi præsuppona-

tur

tur aliquid subiectum confirmabile, vt probatur in c. auditis, de elect. Socin. Iun. in consil. 44. num. 17. &
* 20. volum. 2. vbi inquit hanc opinionem esse magis * communem quando contractus esset omnino inualidus de iure communi, vt in casu nostro, in consi. 48. nume. 17. vol. j. dixi in consil. 2. num. 80. cum alijs sequen. vol. j. Et quod dictum est de huiusmodi venditione, pariter dicitur de alia parte, quam acquisiuerat d. dominus Panthaleo à domino Emanuel de Langulia suo agnato, quam coactus fuit vendere dictis dominis Ianuensibus per metum carcerationis, cùm militent omnes rationes de quibus suprà, ergo idem ius esse debet. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Accedo ad tertium caput alienationis partis dicti feudi Garlendæ factæ in præfatam Illustrissimam dominationem Ianuæ per magnificos dominos Baptistam, & Hieronymũ de Langulia consanguineos
58 dicti domini Panthaleonis, in quo omninò videtur dicendum, † quòd ex quo dicta alienatio feudi antiqui facta fuit in extraneos sine consensu directi domini & agnatorum, qui tamen requirebatur in ea. c. j. de alie. feud. pater. vbi feudum domino refutatum agnatis non consentientibus remanet apud dominum donec refutatis viuit, quo mortuo ad agnatos reuertitur refutatione non obstante. c. j. §. hoc quoque. vbi scribentes. de succes. feud. quòd domino Panthaleoni vti proximiori agnato competat facultas recuperandi dictum feudum alienatum nullo
* restituto pretio, vt in cap. j. §. Titius, si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. vbi * omnes ita affirmãt, & in d. §. hoc quoque, vbi glo. Iacob. de Beluis. Bald.
59 Præpos. & alij. † nam agnatus in hoc casu præfertur domino in huiusmodi reuocatione, vt per docto. in
60 d. §. hoc quoque. Soc. Iun. in cons. 77. num. 120. vol. j. vbi dicit regulam esse, † quòd vasallus in feudo antiquo non potest successoribus & agnatis suis præiudicare, qui ad illud feudum ex antiquis inuestituris venire possunt, cum illud sint habituri iure suo & ex prouisione primi parentis, & ex gratia & concessione concedentis, & non ex prouisione vasalli alienantis, vt per Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Ias. in con. 7. col. 5. & 6. ver. quartò ad-
61 huc, vol 4. Quę conclusio maximè procedit tenendo † quòd feudum per vasallum alienatum si sit antiquum, non aperitur domino, sed filijs & agnatis eius, vt scilicèt ipsi recuperare possint mortuo alienante, c. j. §. hoc quoque, de succes. feud. & à qua opinione, vt inquit Imol. in c. 2. de feud. non est tutum in iudicando recedere, quamuis per aliquos non te-
* neatur. licet sit magis * cõmuniter approbata, quam vti communi calculo etiam receptam sequitur Iacob. de S. Georg. in inuest. sua, in verb. Et cum pacto de non alienando. Curt. Iun. in tract. feud. in 5. par. in 4. concluf. Rursus idem Soc. in consil. 101. num. 6. vol. 2. vbi tradit veram & magis communem esse conclusionem, quòd facta alienatione per vasallum de feudo antiquo illud dicitur aperiri agnatis, vt scilicet ipsi recuperare possint illud saltem mortuo alienante, vt in locis suprà citatis. facit quod voluit A-
62 lexan. in cons. 15. num. 8. volum. 5. vbi ait, † quòd licèt
* vasallus possit alteri dare quod habet in feudum, c. j. §. Sed & res, per quos fiat inuest. tamen secundùm * communem istud procedit, donec ipse vasallus concedens vixerit, sed post mortem suam non impediuntur agnati proximiores venire ad feudum, vt per Isern. in c. j. circa princip. per quos fiat inuest. & hanc vti communem etiam sequitur Rui. in consil. 37. nu. 18. Idem tenet ipse Rui. 203. num. 25. volum. 2. Nec mirum, quia si alienatio facta cum cõsensu domini habet tantum effectum durante vita alienantis, & post mortem resoluitur, si extant illi qui post mortem debuissent admitti, si alienatio facta non fuisset, teste Ruin. in consil. 213. colum. 2. vol. j. 165. num. 9. consil. 1. colum. j. & 37. num. 18. volum. eod. & in consil 51. num. 9. vol. 5. Alex. in d. consil. 15. num. 8. & in qua alienatione adest voluntas domini, quæ est fundamentum contractus. Alua. in d. c. Titius, colum. j. ergo
63 multò fortius id dicendum venit in terminis nostris vbi non interuenit consensus ipsius domini. † imò plus volunt feudistæ, quòd isto casu liceat agnato feudum recuperare, non tantum post mortem alienantis, sed eius vita durante, ita Laud. in d. §. Titius, colum. 4. versic. secundo casu. Præpos. colum. 4. Alua. colum. 1. & Affl. colum. 2. Rui. consil. 69. num. 17. volum. 3. vbi dicit quòd quando feudum antiquum inter viuos alienatur in non comprehensum in inuestitura sine licentia domini, illico potest reuocari non expectata morte alienantis. Ceph. in consil. 133. num. 70. volum. j. Alua. in cap. j. §. fi. conclusione 27. quæ fuit prima cau. benef. amit. Iacob. de sancto Georgio in inuestitura sua, in verb. Et cum pacto. de non alienando, colum. fin circa fin. Et tanto magis
64 hoc dicendum venit, cùm † nondum lapsi fuerint XXX. anni à die ipsius venditionis, qui conceduntur agnatis ad recuperandum feudum alienatum extraneo, vt notant glo. & docto. in d. §. Titius. Alex. in consil. 15. colum. penult. volum. 5. vbi dicit docto-
* res * communiter approbare illam gloss. & cum Alex. transeunt Dec. in consil. 144. colum. 2. in fin. 208. colum. 4. in princ. 323. num. 4. 395 colum. fin. Brun. in consil. 67. colum. penult. in fin. Ex istis igitur inficiari non potest sequendo communem scholã feudistarum, & legistarum quin dicto domino Panthaleoni competat ius reuocandi dictum feudum alienatum per dictos dominos alienatores in prædictam Illustrissimam dominationem Ianuæ vtili rei vendicatione, vt per Laud. & alios, in d. §. hoc quoq;, per l. j. & §. quotiens, C. de dona. quæ sub modo.

Deuenio ad quartum, alienationis factæ per dominum Emanuelem domino Panthaleoni agnato remotiori, in quo prima facie dicendum videtur, quòd licèt alienatio ipsa valeat in præiudicium directi domini, cùm per alienationem ipsam dominus deceptus non fuerit, nec aliquid actum reperiatur, quod sit contra naturam feudi, vt per Lauden. d. §. Titius, col. 4. versic. his sic præmissis, & Præpos col. pen. in princ. Affl. in c. j. in 7. notabili de alie. feud. pater. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. num. 13. de Constit. Alex. in consil. 19. colum. fin. vol. 6. Bald. in consil. 309. in princ. vol. j. Ceph. in consil. 27. col. 2. vol. 1. Bru. in consil. 36. colum. j. Soc. Iun. in consil. 72. num. 38. vol. 2. Et similiter valeat in præiudicium alienantis, & agnatorum, qui consenserunt, vt per doct. in d. §. Titius, non tamen in præiudicium aliorum agnatorum, & sic dominorum Ioan. Iacobi, & Alphonsi filiorum d. quondam Pauli, qui non consenserunt prædictæ alienationi: quia negari non potest quin
65 ipsi possint reuocare alienationem dicti feudi. † quoniam vera est conclusio, quòd quando alienatur feudum antiquum in agnatum remotiorẽ, alienatio tantùm durat ad vitam alienantis, & eo mortuo admittitur agnatus proximior ac si alienatio facta
66 non fuisset. d. c. Titius. Ruin. in consi. 37. num. 17. vol. j. † quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. c. 1. §. & si clientulus, de alie. feu. Isern. in c. si vasallus, l' vltimo, si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. vbi translatio facta ab vno alijs agnatis, non noceat mortuo alienante ad quem feudum pertinebat in vita. Iterum in consil. 69. num. 17. vol. 3. & in consil. 72. nume. 38. volum. 1. post Bald. in consil. 319. vol. 1 in princip. Ratio etenim est, secundùm Bald. in consil. 38. vol. 1. quia non potest per talem alienationem præiudicari agnato in re nec in spe, cùm spe sit debita iure contractus. l. 1. ff. si quid in fraud. patro.

Sed his non obstantib. sententia contraria in casu præsenti est de iure verior: quia nemini dubium est,
67 † quòd si vasallus alienat feudum antiquum remotiori agnato, quòd proximus potest illud reuocare, dummodo reuocatio fiat infra annum à die scientiæ, aliàs lapso anno excluditur à reuocatione: ita glo. & docto. in d. §. Titius. Alex. in consil. 15. num. 8. vol. 5. Dec. in consil. 144. col. 2. 208. col. 4. in princ. Sed clarius in cons. 32. colum. 2. 275. in fin. & in consil. 395. in fin. Gozad. in consil. 71. nu. 2. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. in versic. septima declaratione, de const. Rui. in consil. 8. colum. 2. vol. 1. Ceph. in consil. 27. nume. 12. volum. j. Iac. de S. Georg. in d. verb. Et cum pacto de non alienando, col. 5. versic. & aduerte. Et ratio est, quia per dictam taciturnitatem videtur consentire alienationi, quam non impugnauit, vt per Go-
68 zad. vbi suprà nu. 1. Item † & quia paria sunt quòd actus sit validus, vel sit nullus, & tamẽ non possit dici

nullus.

* nullus.glos.in l.si à creditoribus.C.de ser.pigno.dat. manu.Iterum in cons.133. nu.77.& hanc esse* communem sententiam inquit Bru.cõsil.67.col.3.in fin. Curt. Sen. in consil.82. col.2.& ideò dicit Bald.in d.c.
69 Titius, † quòd cauti esse debent agnati ne patiantur labi annum: quia per eius lapsum excluduntur à dicta reuocatione. Et ista conclusio seu resolutio etiam habebit locum in casu in quem vellent dicere dicti filij quòd possint recuperare feudũ per eorum partem venditum dicto domino Panthaleoni: quia eis obstat dicta prescriptio annalis de qua suprà, quamuis ex alio capite etiam non venirent admittendi ad
70 huiusmodi reuocationem † siue feudum sit hereditarium, quia concessum pro se & hæredibus, vt per Alex.in cons.10.col.3.vol.3.& latè per Paris.in cons.1. col.j.vol.j.cons.2.num.17.3. nu.8.& in consil.16. eod. vol. Dec.in consil.185.num.2.Rui.in consil.51. num.9.
71 vol.5.† siue ex pacto & prouidentia, vt quia concessum pro se & liberis.Ilern.in c.j.§.hoc quoq; de succes. feud.in c. j. vbi omnes feudistæ an agna. vel fil. Alex.in consil.19.& 26. vol.5.Dec.in consil.208.col.2.
72 Soc.Iun.in consil.102.num.10.vol.2.consil.42.num.3. volu. 3. † quia vtroque casu quis non potest contrauenire gestis per vasallum cuius hæres est. l. cùm à matre. C. de rei vendica. vbi non licèt hæredi etiam ex proprio iure venire contra factum defuncti. Et
73 ratio est secundùm Bald.ibi,† quia hæres reputatur eadem persona cum defuncto. §. j. in authen.de iure
74 iur.à mor.præst.Dec.in cons.547.col j.in fin.quod & demonstratur.nam in primo membro † quod est in feudo hæreditario quis non potest succedere nisi sit * hęres, vt est magis * communis doctorum sententia secundùm Alexand. in consil. 10. col. 3.vol. 3. Bru.in consil.80.vol.5.Ruin.in consil.2. col.2.vol. 4. Paris.in consil.2.3.4.& 8. vol.j. Et si est hæres, non potest contrauenire facto defuncti, vt per Bru. vbi suprà, & Rui.in consil.51.nu.9.vol.5.Alexand.in consil.26. col. 2. vol. 5. docto.communiter,c.j.an agna.vel fil. Et idem est quando feudum est ex pacto & prouidentia: quia si agnatus succedit alienanti non potest venire contra factum defuncti vt per docto.in d.c. j. Dec.in consil. 185. num. 4. Alex.in consil.28.num.11.in fi.vbi inquit,quòd si feudum esset ex pacto & prouidentia,
75 † quia si filius esset hæres cum beneficio inuentarij, posset alienationẽ factam à defuncto infringere per l. fin. §. in computatione. C. de iure delib.ergo secus quando est hæres sine beneficio inuentarij. Ruin. in cons.38. num. 15. vol. 1.& in cons.176 nu.16.& 19.vol. eod.& in cons.25.nu.10.vol.2. Affl.in d.c.Titius,col.3.

Verùm,quia contra supradicta obijci posset,quòd
76 d. dominus Panthaleo non possit recuperare tale feudum sub eo prætextu, † quòd dispositio capituli * Titius non habet locum secundùm doct.* communiter ibi,nisi in feudo ex pacto & prouidentia,& non quando feudum est hæreditarium, prout in casu præsenti, vbi feudum prædictum ex vi primæ inuestituræ ad quam semper recurritur. cap. j. in fin. de duo. fratri. à cap inuest. vbi Bald.Dec.in consil.200. col.1.est hæreditarium, quia concessum primo acquisitori pro se & hæredibus, vt dictum fuit,& in quo non admittitur nisi qui hæres est, vt per docto. in cap. j. an agna. vel fil. & in alijs locis suprà citatis.
77 Ideò vt tollatur hæc dubitatio, respondetur, † quòd sententia prædicta sibi locum vendicare potest si hęreditas fuit sibi delata: quia tunc non potest separari feudum ab hæreditate, secus si sibi non fuit delata hæreditas: quia tunc absq; hæreditate poterit consequi feudum,vt concludit Iacob. de Beluis.in d.c.j.an agna. vbi dicit hic formaliter, quod dixi de filio quòd non licèt ei repudiare hæreditatem, intellige quando filius potest habere hæreditatem patris, vel quia pater eum instituit hęredem in testamento, vel quia pater mortuus est ab intestato, si verò non potest habere hæreditatem tanquam hæres, quia alius est institutus, & pater reliquit filio legitimam iure institutionis, tunc filius poterit feudum recuperare licèt non sit hæres, nec tenetur soluere debitum. l. si quis priore,ad Trebel.& Iacob.de Beluis.ibi sequuntur Bald. col.5.versic. subsequenter Laud.in princ.in versi. Item nota has limitationes.Præpos.col.6.vers. quæro ab extra,in 1.& 2.limitat. vbi ait, quòd dictus titulus & capitulum Titius,de quo suprà,debent intelligi quando aliquid de bonis & hæreditate paterna potest peruenire ad filium. Alua. colu. 2. Idem Iacob de Beluis.in d.c.Titius.vbi inquit, † quòd si
78 pater alienauit feudum, & moritur nihil habens in bonis quòd filius non repellitur à vendicatione feudi ex eo,quia non sit hæres patris,ne egestate pereat, quod esset iniquum, & contra omnem æquitatem, & ideò dicit se credere quòd d.c.j.an agnatus,&c.debet intelligi quando aliquid de bonis & hæreditate paterna peruenit,vel peruenire poterit ad filium,secus quãdo nihil peruenit nec peruenire potest: quia tunc filius poterit recuperare feudum. Affl.in d.c.j. col.2. vbi ait hoc menti tenendum: quia nunquam hoc audiuit, & est singulare dictum, quod credit verum,in d.§.Titius,col.3.in fi.versic.secundò fallit. & in constit.regni in constitut.constitutionem. nu. 3.vbi ait,quòd quis ita consuluit,& credit veritatem consuluisse cùm aliter non consuluisset.Iac.de S.Georg.in inuest.sua.feud.in verb.Et cum pacto de non alienando,col.fi.in versic.dubitatur etiam,vbi inquit, alienationem feudi factam à patre filio præiudicare si aliquid sit habiturus de hęreditate paterna,secus si nihil:quia tunc non præiudicaret.Et ideò refert se in quæstione facti dixisse,cum quidam pater alienasset multa feuda antiqua, & veniens ad mortem in suo testamento instituisset filium primi gradus in sola legitima,& nepotem ex eo instituisset hęredem vniuersalem,quòd filius poterit reuocare feudum alienatum per patrem.Præpos.in d.§.Titius,colum.4.in prin.in ver.quęro ab extra,& Laud.in 4.col.in prin. in versic. Item est aduertendum, Riminal. in consil. 267.num.23.Bald.in l.cum secundum,col. j.versic.& idem dicendum est. C.de fideicom. vbi dicit, q̃ illud quod dicitur, quòd filius non succedit in feudo,nisi quando est hæres,verum est si potest esse hæres,aliàs bene succedit vt filius,licèt non sit hęres,Dec.in consil.208.in fi. Rui.in consil.17.colum. fin.vol.j.vbi tradit quòd licet in feudo hæreditario quis non possit venire contra factũ defuncti tam inter viuos quàm in vltima voluntate,quòd illud procedit in filio,qui ad tale feudum non potest admitti nisi sit hæres patris,d.c.j & qui hæres cogitur approbare factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendica. secus in agnato transuersali: quia ad illud deuoluitur, & pertinet feudum hæreditarium etiam si non sit hæres: quia non possit.d.c.j. Et ideò subdit, quod si non fuit hæres agnati præmortui non cogitur factum illius approbare. & feudum prædictum dicitur hæreditarium respectu descendentium, & nõ respectu agnatorum, & tantò magis quando non successit defuncto ex facto ipsius, qui alium instituit. Imò plus inquit, quòd etiamsi filius facto patris non esset hęres eius admitteretur ad feudum, & non cogeretur approbare factum patris.

79 Circa vltimum caput clarum esse videtur † quòd successio in feudis post fratres filiósque fratrum diuiditur in capita, & non in stirpes vt est text. in §. sed neq; in auth. de hæred.ab intesta. coll.9.authen. post fratres,la 2. C. de legit.hæred.quæ quidem leges & si loquantur secundum dispositionem iuris communis in bonis allodialibus, tamen etiam habent lo-
80 cum in feudis: † quia successiones feudorum deferuntur ab intestato sicut successiones aliarum hæreditatum. quam æquiparationem facit glos. in c.j. in princip. de grad.succed. in feud. & vbi in feudis non reperitur specificè determinatum aliter quàm sit ius commune, stamus etiam in feudis dispositioni iuris communis. c. j. de cogn. feud.Alex.in consil.55. col. 3. in fi.vol.4.Bru.in cons. 77.col.4.Rui.in cons.8.
* col. fi.vol. j. vbi asserit hanc esse * cõmunem opinionem,& in terminis nostris ita tenet Iacob. de Beluis. in c.j.de nat.succes.feud.Bal.in cons.198.vol.3.Bru.in cita. consil. 77. Affl.in c. j. §. omnes filij, num.27.fi de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Ex istis igitur remanent discussa omnia capita præsentis consultationis, ex quib apparet de optimo iure & bona iustitia dicti domini Panthaleonis quam omninò consequuturam spero. præsertim cum causa prædicti domini Panthaleonis veniat ventilanda coram
81 Cæs. maiestate, † cuius proprium est omnibus iustitiam

stitiam facere, vt in c. regnum. 33. q. 5. Affl. in rubrica de pace tenen. num. 5.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LVIII.

1 *Substitutio in contractibus fieri potest.*
2 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione est solidum in iure & stabile.*
3 *Limitata causa limitatum producere debet effectum.*
4 *Absens, qui ex forma constitutionis habetur pro præsente quò ad effectum percipiendi fructus sui beneficij, non habebitur pro residente quò ad alium effectum.*
5 *Absentes causa studij, qui ex forma constitutionis debent percipere fructus præbendarum, ac si essent præsentes, non possunt virtute dictæ constitutionis optare præbendam vacantem, quam possunt optare præsentes, & non alij ex forma alterius constitutionis.*
6 *Dispositio contrahentium non habet locum nisi ad id, quod est, non autem ad id quod non est.*
7 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
8 *Qualitas probari non potest, nisi prius probetur substantia.*
9 *Qualitas dari non potest vbi non est substantia.*
10 *Bona fides est quædam qualitas siue accidens, quæ sine substantia esse non potest.*
11 *Verba, eo casu, limitant & restringunt dispositionem ad casum expressum.*
12 *Substitutio facta pupillo si decesserit intestatus, & si intelligatur non solùm si testator non fecit testamentum, sed etiam si facere non potuit, & sic extendatur de casu ad casum, tamen id locum non habet, si in substitutione sint illa verba, & eo casu.*
13 *Relatiuum iunctum verbo futuri temporis importat conditionem.*
14 *Dispositio conditionalis cessat conditione non impleta.*
15 *Deficiente conditione perinde est ac si dispositio facta non fuisset.*
16 *Paria enim sunt, nihil fieri, aut fieri sub conditione, quæ non purificetur.*
17 *Conditio si est apposita ad substantiam actus, absque dubio defecta conditione actus deficit.*
18 *Conditio antequàm impleatur, nihil ponit in esse.*
19 *Conditionis enim natura est, vt interim faciat cessare omnem obligationem.*
20 *Conditio vbi deducitur in iudicio, debet liquidari, quòd impleta sit.*
21 *Conditio tacita ita impedit natiuitatem actionis sicut expressa.*
22 *Cui licet quod est plus, licet etiam quod est minus.*
23 *Relatiuum quis, vel qui, licèt sit relatiuum substantiæ, non tamen facit relationem ad solam substantiam sui antecedentis, sed etiam ad omnes conditiones, qualitates, modos, & tempora ad quæ disponens se refert.*
24 *Descendentium appellatione, & si veniant masculi, & fœminæ, tamen id procedit nisi subiecta materia aliud suadeat.*
25 *Descendentium appellatione in feudis non veniunt fœminæ sed masculi.*
26 *Filij appellatione & si regulariter veniant fœminæ, secus tamen in feudis.*
27 *Hæredum appellatione veniunt masculi, & fœminæ, secus in materia feudali.*
28 *Descendentium appellatione in successione primogenitura, & maioricatus veniunt masculi, & non fœminæ.*
29 *Primogenitus masculus admittitur in Baronijs.*
30 *Licentiam habens disponendi de feudo, potest de eo disponere in fœminam agnatam, secus in extraneam.*
31 *Prohibitus alienare extra familiam potest alienare in filiam ipsius prohibiti.*
32 *Feudum concessum alicui pro se, & hæredib. quibuscunque, non transit in fœminam non agnatam.*
33 *Absurditas euitanda est.*
34 *Voluntas contrahentium attendi debet.*
35 *Mens contrahentium potissimum attendi debet, quæ non debet impediri propter nimiam subtilitatem.*
36 *Mentem potius in contractibus quàm verba attendimus.*
37 *Graue est fidem frangere.*
38 *Nihil est tam naturale, quàm quod inter partes conuentum est, obseruetur, & promissa adimpleantur.*
39 *Qui non facit quod debet, non consequitur quod oportet.*
40 *Frustra petit, qui quod debet non impendit.*
41 *Conuenta quis obseruare non tenetur, quando altera pars prius contrauenerit.*
42 *Quod amplia procedere, etiam si sit adiecta clausula, quòd etiam pœna commissa, vel soluta pactum remaneat firmum: quia talis clausula non prodest non obseruanti.*
43 *Donatio caduca redditur nulla.*
44 *Institutio censetur inutilis, & in casu caduci quando institutus non viuit tempore mortis testatoris.*
45 *Contractus enim ex partium conuentione legem accipiunt.*
46 *Verba nullius efficaciæ, & valoris, important nullitatem ipso iure.*
47 *Verba geminata magis operantur quàm simplicia.*
48 *Verba, & non aliter, nec alio modo, quæ habent vim conditionis inducunt formam specificam, & non recipiunt alium intellectum, & modificationem separatam à verbis.*
49 *Donatio facta sub duplici conditione, valere non potest, nisi ambæ verificentur.*
50 *Viuens non habet hæredem.*
51 *Verbum succedat, denotat executionem.*
52 *Verbum si hæres erit, intelligitur de eo, qui adiuit hæreditatem.*
53 *Hæres quis non dicitur antequàm testamentum sit adiectione confirmatum.*
54 *Verbum habere importat dominium, & intelligitur cum effectu.*
55 *Extensio non fit in conditionibus voluntarijs ad similem casum.*
56 *Substitutioni sequenti non est locus vbi conditio priori apposita non extitit.*
57 *Destructo medio per quem necessariò peruenitur ad finem, destruitur & ipse finis.*
58 *Interpretatio plenior & latior fit in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, qui sunt stricti iuris.*
59 *Appellatione filiorum & si veniant nepotes in vltima voluntate, secus in contractibus.*
60 *Monasterium in vltimis voluntatibus loco filij habetur, secus tamen in contractibus.*
61 *Filiorum appellatione in contractibus non veniunt fœminæ.*
62 *Emphyteosim si quis acquisiuerit pro se, & filijs, non veniunt fœminæ.*
63 *Emphyteosis acquisita pro se & filijs, non comprehendit nepotes.*

64 *Contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, etiam si sine ea promissio stare non posset.*

65 *Fœmina semel exclusa à feudo per masculum, in perpetuum exclusa censetur.*

66 *Inuestitura in qua copulantur descendentes inuestiti tam masculi quàm fœminæ, intelligitur de fœminis non existentibus masculis.*

67 *Copulatiua, masculis & fœminis, posita in inuestitura feudali copulat verbum, & non sensum, & potius intelligitur apposita in vim ordinis, quàm vt si non extarent masculi, tunc fœminæ debeant admitti, aliàs secus.*

68 *Fœmina semel exclusa à feudo, in perpetuũ est exclusa, nec mortuo masculo, qui eam excluſit, amplius admittitur, etiam nullo existente agnato masculo.*

69 *Constitutioni si caueatur, vt in regno, quòd maior in feudo præferatur minori, & masculus fœminæ, nepos ex fratre excludit amitã, quæ iam per fratrem fuerat exclusa.*

70 *Maioricatus æquiparatur feudis Regalibus ex quo primogenitus in eo succedit, & ei non potest præiudicari per aliquam contrariam dispositionem.*

71 *Contractus nominati regulantur secundum naturam contractuum nominatorum, quibus magis assimilantur.*

72 *Fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare debet.*

73 *Subſtitutio non habet locum in casu de quo non loquitur, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.*

74 *Fœmina non succedit in Baronia extantibus masculis, etiam in remotiori gradu.*

75 *Contractus principalis vbi annullatur, omnes clausulæ accessoriæ etiam in eo contentæ pariter corruunt.*

76 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

77 *Magis dilecti non debent esse deterioris conditionis quàm minus dilecti.*

78 *Primus gradus excludit alios sequentes.*

79 *Is cuius nihil interest, non admittitur ad agendum.*

80 *Frustra admittitur, quod admissum releuat.*

81 *Familiæ nullo modo conseruantur per fœminas quinimò extinguuntur, cum filij nati ex eis familiam patris sequantur.*

82 *Familia per masculos recipit augumentum, dignitatem & honorem.*

83 *Circuitus debet euitari.*

84 *Coniecturæ inducunt probationem manifestam, & liquidissimam.*

85 *Statuto si caueatur, quòd stantibus masculis filia non succedat, nepos ex filio quamuis remotior amita eam excludit.*

86 *Causa finalis in contractibus significat principalem intentionem.*

CONSILIVM LVIII.

IN præsenti consultatione satis ardua, & magna ex Hispania transmissa, viso diligenter themate, ac facti contingentia, & dubijs elicitis, necnon visis, & consideratis allegationibus, editis in fauorem Illustr. dominæ Annæ de Alagon per prestantissimos iurisconsultos dominos Antonium Labatam, Martinum Azpiluetam. Barnabam Serram, & licentiatum de Leone, & rursus alijs allegationibus editis in fauorem Illustriss. don Artaldi de Alagon Comitis de Sastago & Illustr. don Petri de Alagon fratris per præstantissimum iurisconsultum dominum Carolum della Cruce de Morales: nec non perspectis, & diligenter consideratis votis Illustr. iudicum cum eorum motiuis, quorum duo in fauorem Illustr. dominæ Annæ actricis, tres autem in fauorem don Artaldi, & don Petri reorum conuentorum votauerunt, & ita iustitia Aragonum de voto maioris partis, prædictos Artaldum & Petrum absoluit, dicendum videretur, quòd Illustris do. Anna de Alagon vxor Illustris don Ioannis de Bardaxi aspirare non possit ad Baronias Despes, & de Alphaiarin, quæ nunc tenentur & possidentur per Illustrem don Artaldum Comitem de Sastago, & don Petrum eius fratrem virtute vinculorum
1 matrimonialium, de quibus in iuribus, † & si in contractibus fieri possit substitutio. l. quotiens. C. de dona. quæ sub mo. l. vt hæredibus ff. de lega. 2. Bald. in consil. 249. colum. 2. vol. 2. Paul. de Castr. in consil. 247. col. j. vol. j. 384. vol. eod. Bertr. in consil. 56. num. 14. vol j. Craue. in consil. 19. num. 8. & 130. colum. fin.
2 num. 11. quod probatur † arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod argumentum est solidum, & stabile in iure. l. parte furioso, vbi docto. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. §. omnium. Instit. de actio. Paris. in consil. 67. num. 18. volum. 4. Alexand. in consil. 53. num. 8. vol. 4. Nam, aut ipsa Illustris domina Anna vult se fundare in primis capitulis, & vinculis celebratis de anno 1511. die 27. Nouembris inter Illustrem don Blasium de Alagon Comitem de Sastago, & dominam Annam Despes, cuius coniugem cum Illustribus quondam Raymundo Despes & Isabella Fabra eius vxore, quòd deficiente dicto Raymundo sine filijs masculis, & moriente domina Isabella Despes eius filia primogenita sine filijs legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis, quòd omne illud quod dictus Raymundus, & Isabella Fabra donauerunt, aut donabunt dictæ dominæ Isabellæ filiæ eorum primogenitę in contemplationem sui matrimonij, & totum illud, quod quouis titulo haberet seu acquireret à dicto Raymundo eius patre, seu dictus pater ei relinqueret, vel daret, dum taxat essent bona, seu loca sedentia, & in illis succederet vt primogenita, quòd in defectu filiorum (vt dictum est) vinculabant, prout tenore d.c. vinculant in dicto casu d. Dominæ Annæ Despes secundò genitæ, & eius descendentium, & non potest, quia inter ipsas partes conuentum est, quòd totum illud quod donauerunt aut donabunt don Raymundus Despes, & Isabella Fabra Isabellæ filiæ suæ primogenitæ in comtemplationem matrimonij sui, & totum illud quod quouis titulo habebit, & acquiret à dicto don Raymundo patre suo vel eidem relinquet & dabit, dummodò sint loca sedentia, & in eis succedat vt primogenita, quòd in defectu filiorum vinculabant in dicto casu dominæ Annæ Despes filiæ suæ secundò genitæ, & eius descendentibus. quo casu cum nihil reperiatur donatum dictæ dominæ Isabellæ pri-
3 mogenitæ, vel alio modo relictum, sequitur quòd † dicta dispositio tanquam limitata ad hunc casum limitatum debet producere effectum, sic, vt vlterius non extendatur. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Paris. in consil. 7. num. 27. volum. j. Io. Crot. in l. omnes populi, num. 217. de iust. & iur. vbi per hanc regulam
4 inquit, quòd † si ex forma constitutionis ille, qui fit absens, habetur pro præsente quò ad effectum percipiendi fructus sui beneficij, non habebitur pro residente quò ad alium effectum, vt quia in alia dispositione cauebatur, quòd Canonici præsentes possint operare præbendam, quæ vacat, ex qua conclusione
5 infert Crot. se aliàs consuluisse, † quòd si ex forma constitutionis illi, qui sunt absentes gratia studij debent percipere fructus præbẽdarum, ac si essent præsentes, non possunt virtute huius constitutionis optare præbendam, quam possunt optare præsentes, & non alij ex forma constitutionis: quia ista filio est
6 limitata causa, &c. Vlterius dicitur, † quòd dispositio contrahentium nõ habet locum nisi ad id, quod
7 est, non autem ad id quod non fuit, nec est: † quia non entis nullæ sunt qualitates. cap. ad dissoluendum, de desponsa. impub. l. b. 6. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. Paris. in consil. 25. num. 28 vol. 1. cons. 3. num. 5. volum 4. & in consil. 30. num. 35. vol. eod. &

ideo

deo dicit Bartho. Calep. in l. si is quis ducenta. num. 17. de reb. dub. quòd id quod non est, nec medium esse potest: quia non entium nullæ sunt qualitates, esse enim prius oportet quid vt id medium dicatur. Accedit quoque, nam accidens non potest esse sine subiecto. l. Celsus. vbi Bald. in quinto notabili de vsucap. & ideò dixit Bald. in l. omnium, colum. penult. C. de testa. † quòd non potest quis probare qualitatem nisi primò probet substantiam: quia impossibile est intelligere accidentia extra subiectum, Imol. in l. sequitur. §. si viam, in princip. de vsucap. † quòd vbi non est dare substantiam, ibi non est dare qualitatem. Bal. in l. j. circa principium. C. de vsucap. pro dote. vbi ait, † quòd bona fides est quædam qualitas siue accidens, quod sine substantia esse non potest, vt notat glo. in l. si extimata. ff. pro dote. Cùm igitur in casu nostro aliquid non sit donatum vel relictum, sequitur, quòd dispositio cõtrahentium seu dictum vinculum per supradicta locum habere non potest. Et tantò magis hoc venit dicendum stantibus illis verbis, † eo casu, quæ restringunt & limitant dispositionem ad casum expressum, vt per Paris. in consil. 35. num. 51. vol. 2. vbi inquit, † quod substitutio facta pupillo si decesserit intestatus, etsi intelligatur non solùm si testator fecit testamentum, sed etiam si facere non potuit, & ita extendatur de casu ad casum ex præsumpta mente testatoris, teste Socin. in consil. 92. col. pen. & fin. vol. 3. tamen id locum non habet si in substitutione sint illa verba, & eo casu, per quæ restringitur & limitatur dispositio testatoris ad casum expressum. Gozad. in consil. 4. nume. 23. vbi tradit, quòd si testator dixit, in hoc casu dimittimus præfatum Comitatum de modica, ex eo quia dixit eo casu, videtur præcisè se ad illum casum tantùm restrinxisse, adeò vt similis casus excludatur, qui tamen aliàs exclusus non fuisset. arg. no. per Ancha. in consil. 387. colum. 3. versi. quintò probatur. Roma. in consil. 131. Paris. in consil. 32. num. 88. volum. j. Dec. in consil. 273. colum. fin. versic. & prædicta conclusio.

Confirmantur adhuc præmissa, quia dùm prædicti don Raymundus Despes, & Isabella Fabra vinculant totum id quod dederunt aut dabunt prædictæ Elisabetæ Despes, & totum id quod ipsa ab eis quocunq; titulo habuerit, vel dictus don Raymundus ei reliquerit aut dederit, hæc omnia verba important conditionem, cùm sint iuncta cum relatiuo: quia dicitur totum id quod, &c. & interpretari debent si & quatenus dicti don Raymundus & Isabella dabunt aut relinquent, † quia hoc importat relatiuum iunctum verbo futuri temporis. l. Stichum qui meus erit, & ibi Bart. & omnes. ff. de lega. 1. l. nuper, in fin. ff. de lega. 3. & Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. col. 3. versic. venio. ff. de verborum obligat. in l. j. quæst. 9. ff. de iur. codicil. ad idem text. in l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrahen. empt. quem text. not. ibi Bar. ad hoc, quòd relatiuum iunctum verbo futuri temporis, vel quod habeat vim futuri temporis, facit conditionem, & non collectiuè, sed distributiuè, ac si dictum fuisset quatenus, sed dicti Raymundus & Isabella Fabra donarunt postea dominæ Isabellæ filiæ eorum primogenitæ in secundis pactis matrimonialibus nisi sub conditione, si ipsa superuiueret parentibus, & post mortem eorum, quæ conditio non extitit, † & dispositio conditionalis cessat non impleta conditione. l. cedere diem. ff. de verb. sign. l. hæc venditio. in princi. ff. de contrahen. empt. l. necessariò. §. quod si pendente. ff. de peric. & commo. rei vend. † deficiente enim conditione perinde est, ac si dispositio facta non fuisset. Socin. Iun. in consil. 4. num. 16. vol. 2. & in consil. 180. num. 40. vol. eod. † Paria enim sunt, nihil fieri, aut fieri sub conditione, quæ non purificetur. Ripa lib. 1. respon. c. 1. num. 23. Ceph. consil. 56. num. 12. volum. j. Curt. Iun. consil. 92. nume. 6. Nam † conditio si est apposita ad substantiam actus, absque dubio defecta conditione actus deficit. Ias. in l. turpia. §. 1. de lega. j. Ruin. in consil. 126. nume. 7. volum. 2. Item † conditio antequam impleatur, nihil ponit in esse. Paris. in consilio 47. nume. 11. volum. j. consil. 19. num. 45. 46. & 66. vol. 2. Natura † enim conditionis est vt interim faciat cessare omnem obligationem. c. fin. de sponsa. in 6. Gozad. consil. 1. num. 40. Item † vbi conditio deducitur in iudicio debet liquidari, quòd impleta sit, vt not. Bald. in l. siquidem. colum. fin. per illum text. in verb. extitisse. C. de excep. allegat tex. in l. hoc iure. ff. de verb oblig. ad idem tex. in l. ita stipulatus. §. quòd si ab initio. ff. de verb. oblig. Et posito, † quòd prædicta conditio de dando esset tacita sicuti quidam volunt, tamen ista tacita conditio impedit natiuitatem actionis sicut expressa, vt not. in l. item quia, in princ. ff. de pac. & in l. interdum. ff. de verb. oblig. glo. in l. 2. §. creditum. in verbo post nuptias. & ibi Ias. ff. si cer. per. Dec. in consil. 2. num. 4. vbi dicit glo. in l. item * quia, in versic. malè, propè fin. * communiter approbatam. Rub. Alex. in consil. 8. num. 8. Alcia. in l. cedere diem de verb. sing. Gozad. in consil. 27. num. 4. Nec dicatur quòd prædicti don Raymundus & Isabella non potuerunt apponere conditiones: quia hoc fatuè diceretur. Nam si poterant non donare, potuerunt etiam apponere conditiones donationi, † quoniam cui licet quod plus est, vtique licet etiam quod minus est, c. cui licet, de reg. iur. in 6. l. non debet. ff. eod. titu. & hoc bene comprobatur ex his, quæ scribit Paul. de Castr. in consil. 283. visis & ponderatis dictis ordinamentis, colum. 7. ver. his visis. lib. 1. secundùm nouissimam impressionem, vbi dicit, † quòd licet relatiuum quis vel qui, sit relatiuum substantiæ, non tamen facit relationẽ ad solam substantiam sui antecedentis, sed etiam ad omnes conditiones, qualitates, modos, & tempora, ad quæ disponens se refert, per text. optimum in l. à filio. §. testator. ff. de alim. & cibar. lega. & ideò consuluit ibi Paul. quòd cum in pactis diceretur, quòd illi de sancto Geminiano potiantur officijs, quibus gaudent seu gaudebunt, & potiri poterunt veri, & originarij ciues Florentini, illa verba, quibus gaudebunt & potiri poterunt, debent intelligi secundum modum, qualitates, & tempora, quibus gaudebant originarij Florentini, perinde ac si dictio quemadmodum ibi expressè apposita fuisset. ad idem est text. quem ad hoc not. Aret. in l. Titia. §. fin. ff. de verb. oblig. Paris. in consil. 9. num. 16. vol. 3. sic in casu isto dicendum venit quòd illa verba, quæ donabuntur, accipiantur quæ & quemadmodum donabuntur. ad idem bonus text. in l. scribit Quintus Mutius. §. fin. ff. de aur. & arg. lega. quem text. bene ad propositũ ponderauit præstantissimus dominus Carolus de sancta Cruce patronus causæ, vbi si testator legauit omne aurum, quod vxoris causa paratum erit, & deinceps libram auri alienauerit, nõ debetur vxori indistinctè quod alienatum fuerit. si ergo quod alienatum est non debetur, multò magis in casu nostro potuerunt donantes apponere conditiones donationi quas voluerunt, quę rem suspenderant in incertum euentum. Nec dici etiam potest quòd maritus dominæ Annæ fuerit deceptus propter appositionem dictarũ conditionum: quia nihil purè fuit promissum, sed sub conditione omnia. & sicuti prædictus maritus dominæ Annæ si superuixisset domina Isabella primogenita post mortem parentum, & ad eam peruenissent prædicta bona, & decessisset cum liberis ex legitimo matrimonio procreatis, nihil prædictus maritus consequutus fuisset, quia ita conuentum extitit inter partes, quòd eo in casu nihil haberet, ita dicendum est quod dictus maritus voluit se ponere in casum incertum, in quo d. Raymundus & Isabella Fabra nihil donarent dominæ Isabellæ primogenitæ, vel sub conditione donare, & perinde est ac si dictus maritus iactum retis emisset, & nihil vel parum cepisset. l. si iactum. ff. de actio empt.

Vlterius dicitur, quòd etiam posito (sed non concesso) quòd aliquid esset donatum, relictum, & datum quondam dominæ Isabellæ Despes filiæ primogenitæ don Raymundi, & Isabellæ eius parentum, quòd tamen dicta Anna de Alagon aspirare non potest ad ipsa bona, & sic ad Baroniam Despes & Alphaiarin, etsi sit dè descendentibus dominæ Annæ Despes: quoniam † & si appellatione descendentium regulariter veniant masculi vel fœminæ. l. fin. C. de suis & legit. Alex. in consil. 160. colum. j. volum. 2. Dec. in consil. 223. nprinc. Paris. in consil. 88. num. 3. cum seq. vol. 2. & in consil. 26. num. 34. vol. 3. Bar. & omnes

in l. Gallus. §. etiam si à parente. ff. de lib. & posthu. Gozad. in consil. 20. nume. 8. tamen illud procedit & habet locum, nisi subiecta materia aliud suadeat, vt
25 in casu præsenti, vbi agitur de feudo, † quia illo casu appellatione descendentium non veniunt fœminæ, sed masculi exclusis fœminis. c. Titius, si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Paris. in consi 72. num. 7.
26 vol. 4. Item in simili videmus, † quòd & si regulariter appellatione filij veniant fœminæ. l. si ita sit scriptum, in primo. de lega. princ. & in l. si quis ita. ff. de testa. tutel. Ruin. in consil. 124. nume. 3. volum. 3. & in consil. 133. num. 2. volum. eod. tamen in materia feudali appellatione filij non venit fœmina, sed masculus. cap. j. in princ. de benef. fœm. vbi glos. & ibi Affl. num. 8. & in cap. j nu. 3. & etiam Affl. de grad. succed. in feud. Ruin. in consil. 16. in princip. volum. j. Nec-
27 non † quòd appellatione hęredum veniunt masculi, & fœminæ. §. primo. in authen. de hæred. ab intest. venient coll. 9 l. hæredis appellatione. ff. de verb. signific. Paris. in consi. 26. num. 27. volum. 3. tamen in materia feudali intelligitur de masculo. c. j. §. & si clientulus, de alie. feud. gloss. in c. j. §. similiter de cap. Conr. vbi Afflict. num. 20. Alcia. in consi. 126. num. 13. versi. quarta ratio, vbi inquit, quòd conditio faciens mentionem hæredis ex natura rei, id est feudi Baroniæ intelligitur de masculis, non autem de fœminis. c. fi. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Rursus in consil. 191. in princ. Paris. in consil. 23. num 115. vol. j. consil. 21. num. 36. volum. eod. & in consil. 106. num. 23. volum eod. Ruin in consil. 31. num. 3. volum. j. 231. num. 2. vol. eod. consil. 40. num. 2. vol. eod. & in dicto consil. 15. nume. 2. Curt. Jun. in consil. 40. in princip. Huic quoque sententiæ accedit quod voluit Paris. in
28 dicto consil. 72. num. 33. volum. 4. vbi ait, † quòd licèt appellatione descendentium veniant fœminæ & masculi regulariter, tamen in succesione primogenituræ & dignitatis, & in succesione maioricatus sapientis succesionē feudalem descendentes debent esse masculi & non fœminæ, & à qua succesione feudali prorsus excluduntur fœminæ & admittuntur descendentes masculi transuersales: ergo idem dicendum in terminis, nostris vbi agitur de succesio-
29 ne Baroniarum, quæ feudis assimilantur. Et † eò magis hoc dicendum venit in Baronijs, vbi nedum admittitur masculus, sed primogenitus, c. licet, de voto. Nec habet obstare si dicatur, quòd si contrahentes voluerunt, quòd decedente domina Isabella Despes filia primogenita sine filijs masculis domina Anna Despes secundò genita succederet in dictis Baronijs, vtique etiam voluerunt, quòd filia illius & sic domina Anna de Alagon nunc agens admitteretur: quia respondetur maximam fore differentiam inter vnum casum, & alium, posito quòd de Baronijs posset disponere: quoniam in primo casu agitur de succesione agnatarum & in secundo de succesione cognatarum: quo casu quando non concurrit nisi qualitas, quia agnata sed fœmina, nemini du-
30 bium est, † quòd habens facultatem disponendi de feudo potest de illo disponere in fœminam agnatam, vt per Ruin. in consil. 16. num. 5. vol. j in consil. 39. num. 10. cum sequen. vol. eod. Cagno. l. fin. num. 12. de reg. iur. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. nn. 199. cum duob. sequen. ff. de lib. & posthu. & dicit Alex. in con. 55. col. 2. vol. 3. † quòd prohibitus alienare
31 extra familiam potest alienare in filiam ipsius prohibiti: quia est de agnatione sicut pater suus. Paris. in cons. 81. num. 20. vol. 3. Soc. Iun. in cons. 2. col. 2. vol. 2. & in cons. 10. in fin. vol. eod. secus quando duplex inhabilitas, qui a fœmina, & non agnata. quia tunc non valet dispositio facta in eam de feudo. ita Bal. in c. j. §. donare, qual. feud. olim pote. alie. vbi inquit, †
32 ꝙ si feudum est concessum alicui, & hæredibus quibuscunq; quòd feudum non potest transire in vxorem: quia duæ sequerentur improprietates, vna quòd feudum transiret in fœminam, alia in non agnatam. sequitur Alex. in consil. 2. col. 4. vol. 5. dixi in cons. 3. num. 69. vol. 1. Ruin. in cons. 25. col. 3. in princ. vol. 2. Cagnol. in d. l. & alijs suprà citatis.

Prætereà, si verum esset quòd in casu præsenti appellatione descēdentium venirent masculi & fœminæ, sequeretur absurdum, videlicèt quòd stante pacto apposito in dicto vinculo, quòd si venirent dicta bona in dominam Annam Despes, vel eius descendentes, quòd filius secundò genitus dictæ dominæ Annæ mortua eius matre habeat, & succedat in dictis bonis deferendo cognomen, & arma Despes sine mixtura aliqua, quòd si secundò genitus esset fœmina & cæteri filij masculi, quòd fœmina deberet succedere, & non alij masculi: quod esset absurdum
33 dicere † & quæ absurditas omninò euitanda est. l.
34 nam absurdum. ff. de oper. liber. nam † si consideretur voluntas contrahentium, quæ attendi debet. l. fin. C. quæ res pigno. oblig. pos. ibi, cùm sit iustum voluntates contrahentium magis quàm verborum conceptionem inspicere. gloss. in l. si in venditione. ff. comm. præd. l. blanditus, de fideiusso. Dec. in cons. 555. vbi inquit, quòd in contractibus mens & intentio partium attendi debet, in consil. 374. num. 1. 492. num. 26. & 696. nume. 3. Anan. in consil. 58. Paris. in consil. 12. num. 39. vol. 3. & in consil. 32. num. 57. vol. j.
35 vbi ait, † quòd mens contrahentium potissimùm attendi debet, & non debet impediri propter nimiam subtilitatem. l. j. in fi. C. vt actio. ab hęred. & con-
36 tra hæredes, † & in contractibus magis attendimus mentem quàm verba. l. iuris gentium. §. pactorum. de pact. l. semper. de reg. iur. vbi Moder. dicunt in contractibus primitus attendi mentem contrahentium, & quod actum est, & non dictum & expressum, nemini dubium est, quòd voluntas paciscentium fuerit prouidere de masculis, & non de fœminis in succesione dictarum Baroniarum. nam si dicti contrahentes fuissent de hoc interrogati, vtique verisimiliter est, quòd respondissent hanc fuisse eorum intentionem. quod equidem attendendum est. l. tale pactum §. fin. de pact. quæ etiam habet locum secundùm Bal. ibi in contractibus. Dec. in consil. 555. num. 7. Iaf. in consil. 171. colum. 2. volum. 4.

37 Vlteriùs dicitur, † quòd graue est fidem frange-
38 re. l. j. ff. de constit. pecu. † nihilque est tam naturale, quàm quod inter partes conuentum est, seruetur. i. 1. ff. de pact. & promissa adimpleantur. l. vnica. C. de suffrag. sed inter paciscentes actum est & conuentum, quòd pacta dotalia tempore matrimonij celebrandi inter dominam Annam Despes & don Blasium de Sastago ratificentur, vt constat ex illis verbis, & laudent, & de nouo firment præsentia pacta dotalia, & omnia in eis contenta iuxta illorum seriem & tenorem, ad quod teneantur, & obligati existant don Blasius de Alagon auus, & nepos sub pœna periurij, & alijs pœnis pecuniarijs arbitrio domini Regis. quæ quidem ratificatio subsequuta non fuit, vnde cùm non fecerint dicti auus & nepos ratificationem præmissam, sequitur, quòd † qui non fecit
39 quod debuit, non consequitur quod oportet. glos. in l. si non fuerit. ff. de iureiur. l. si in emptione. §. item
40 si emptor. ff. de actio. empt. † sic & frustra petit, qui quod debet non impendit. c. frustra. de reg. iur.
41 in 6. Bru. in consil. 48. colum. j. ver. & moueor. nam † quis non tenetur obseruare conuenta, quando altera pars prius contrauenerit. l. si quis maior, vbi not.
42 omnes. C. de transact. & in c. peruenit, de iureiur. † quod ampliatur procedere, etiam si fit adiecta clausula, quòd etiam pœna commissa vel soluta pactum remaneat firmum: quia talis clausula non prodest non obseruanti. l. cùm pater. §. liberis, vbi Bart. ff. de lega. 2. Dec. in consil. 451. column. 2. Gozad. in consil. 31. colu. j. Vnde ex his sequitur, quòd sicut don Blasius propter dictam conuentionem non potuisset se iuuare dicto vinculo, ita nec domina Anna de Bardaxi filia dicti don Blasij & dominæ Annæ Despes.

Aut vult facere fundamentum in pactis dotalibus Comitis Ripacurtiæ & dominæ Isabellæ Despes gestis, & pactis in ciuitate Lucroni, sub die 18. Octobris anni 1512. vbi inter dictos iugales & don Raymundum Despes conuentum fuit, ꝙ si domina Isabella Despes decederet sine aliquibus filijs sui matrimonij & descendentibus ex eis legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis, dicto casu dicta bona videlicèt Baronia, castra & loca Despes, & de Alphaiarin debeant venire, & peruenire in alias sorores dictæ dominæ Isabellæ de maiori in maiorem, & in descendentes earum legitimos, & de legitimo matrimonio

pro-

procreatos de maiori in maiorem præferendo masculos fœminis in paritate gradus de vno in alium, seruato inter eos ordine primogenituræ, cùm hoc quòd qui succedet in dictis bonis debeat deferre, & deferat cognomen & arma Despes sine aliqua mixtura. Quia aduertendum est, quòd donatio facta de dictis Baronijs, villis, castris & locis dictæ dominæ Isabellæ Despes & eius filijs & descendentibus, fuit collata post mortem dictorum don Raymundi Despes & dominæ Isabellæ Fabræ coniugum, & cuiuslibet eorum, & sine filijs masculis vel sine descendentibus ex eis legitimis & de legitimo matrimonio
43 procreatis, quo casu † cùm ipsa domina Isabella mortua fuerit ante decessum eius parentum, donatio ipsa effecta fuit caduca, & per consequens nulla. l. non putauit. §. à primo. ff. de bon. pos. contra tab. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tol. §. j. instit. quib.
44 mo. testa. infir. Alexand. in consil. 14. 9. vol. 4. † vbi institutio censetur inutilis & in causa caduci, quando institutus non viuebat tempore mortis testatoris. Paris. in consil. 26. num. 46. vol. 2. consil. 60. num. 1. 61. nu. 1. 62. nu. 4. & nu. 64. vol. eo. Vlteriùs dicitur quòd dicta donatio non fuit sortita effectum nec habuit locum, quia actum fuit inter ipsas partes, quòd si dicta domina Isabella Despes decederet sine filijs, vel sui filij minores ætate 14. annorum, quòd dicta do-
45 natio non sortiatur effectum nec habeat locum, & quòd dicti don Raymundus Despes & domina Isabella Fabra coniuges in vita, & in morte possint ordinare & disponere de dictis bonis in dicto casu, cum illis vinculis, & conditionibus eis bene visis, prout per vnum quemlibet ipsorum coniugum fuit dispositum & ordinatum, vt infrà dicetur. quo casu stantibus præmissis clarissima resultat conclusio, quòd dicta domina Anna de Alagon nullo modo potest se iuuare de dictis pactis dotalibus celebratis inter ipsas partes: quia donatio ipsa fuit resoluta, ac si nunquam fuisset celebrata. † Contractus enim ex par-
46 tium conuentione legem accipiunt. l. j. §. si conuenerit, depositi. capitulo contractus. de reg. iur. Nam ponderanda sunt illa verba, quòd dicta donatio non sortiatur effectum, quæ verba important, ac si dictum fuisset, † quòd donatio ipsa nullius sit efficaciæ & valoris, quæ important nullitatem ipso iure. l. non dubium, in fi. C. de legib. l. cùm hi. §. si in annos. ff. de transact. Imol. in consi. 128. colum. 3. in fi. volum. 3. & tantò magis propter alia verba sequentia, nec ha-
47 beat locum, † quæ virtute geminationis multò magis operatur resolutionem ipsius donationis, iuxta
48 l. balista. ff. ad trebellia. Item † propter illa verba, non aliter nec alio modo, quæ habent vim conditionis, & inducunt formam specificam, & non recipiunt alium intellectum & modificationem separatam à verbis, vt Alex. scribit cons. 3. Viso instrumento, col. 2. lib. 1. per nota. per gl. in l. si quidem. quam ibi Bald. valde not. de excep. & in c. j. §. denique col. fin ver. sed pone pater. quæ fue. prima cau. benef. amit. Fel. in c. delicta, colu. 8. versic. septimum signum, de rescrip. Dec. in cons. 528. num. 10. Alex. in cons. 110. in fi. vol. 6. Dec. in cons. 61. col. 2. & in consil. 281. num. 4. Ripa in responso j. num. 3. in 3. par. in consil. 16. num. 15. vol. 2. post Soc. in consi. 251. col. 4. ver. postremo, vol. 2. vbi ait talia verba adeò precisa, & prægnantia esse, adeò quòd non patiuntur dispositionem, cui adijciuntur recipere alium sensum quàm verba ipsa sonant. Gozad. in consil. 3. nume. 23. Prætereà considerandum
49 est, † quòd sub duplici conditione donatio fuit facta dom. Isabellæ, videlicèt quatenus superuiueret parentibus: item quòd succederet in dictis Baronijs vt primogenita, & vtraq; conditio debuit impleri: quia vna deficiente non est locus dispositioni. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. §. si plures, instit. de hæred. instit. l. si quia ita stipulatus fuerit decem. ff. de verbo. obliga. gl. in clem. in plerisque in verbo & populo, de elec. Petr. de Ancha. in consil. 266. Iste magister, circa fi. Paris. in consil. 8. num. 17. vol. 4. & in consil. 109. nu. 6. vol. 3. & in consil. 14. num. 17. volum. 2. vbi inquit, quòd vocatus sub duplici conditione venire non potest nisi ambæ sint verificatę: quia non sufficit implementum vnius. Sed in occurrenti casu dicta Isabella decessit ante parentes, & parentes illi superuixerunt, & non potuit succedere in dictis bonis eo,
50 quòd fuit positum in conditione, † quia viuens non habet hæredem. l. quidam. §. j. ff. de dona. l. fin. C. de pact. l. ex eo. C. de inutil. stip. Et licèt aduocati dom. Annæ dicant, quòd illud verbum succedat, intelligatur de successione in spe: ista tamen est nugatoria
51 responsio: quia verbum succedat denotat exequutionem, & per consequens requiritur, quòd successerit cum effectu in bonis, & ita de verb. succedat, ponit Bar. in l. Centurio, post medium, versic. quæro circa prædicta, dixi quòd si ista substitutio. ff. de vulga. cum alijs concordant. adductis per Alex. consil. 1. Perspectis verbis testamenti, colum. 3. versic. confir-
52 mantur ex his, lib. 1. vbi idem dicit † de verbo si hęres erit, vt intelligatur de eo qui adierit hæreditatem, non autem intelligatur, si talis fuerit scriptus hæres per auctoritates ibi per eum allegatas. Idem tradit Dec. in l. hæredem in fin. ff. de reg. iur. & vltra eos idem ponit Bar. in l. qui plures, la j. ff. de vulga. & pupil. iuncta l. si tu ex parte. ff. de acqui hæred. & facit quod scribit Bald. in l. fin. in princ. C. si pend. appel.
53 mors interue. vbi inquit, † quòd hæres non dicitur quis antequam testamentum sit aditione confirmatum, vt l. si seruus communis Mæuij, in princip. ff. de stipu. seruo. & hoc confirmatur ex alijs verbis ibi po-
54 sitis, & quæ dicta Isabella habebit. nam † illud verbum habere, importat dominium, & intelligitur cum effectu. l. habere. ff. de verbo. sign. & l. stipulatio ista. §. habere. ff de verbo. oblig. Sed circa hoc non est opus insistere, quia illud est indubitatum, quòd dicta Isabella primogenita decesit ante mortem parentum, vnde sufficit quòd ista sola conditio defecerit, vt fideicommisso non sit locus per supradicta. Nec iuuat dicere id quod affert vnus dominorum iudicum, qui pro parte contraria votum dedit, dicens se non videre differentiam quare magis prædicti Raymundus & Isabella Fabra voluerint in defectum filiorum si superuiueret parentibus transire bona ad d. dom. Annam, quàm si in vita eorum decederet. est
55 enim hæc fragilis consideratio: † quia in conditionibus merè voluntarijs non fit extensio ad similem casum, cùm disponens non considerauerit de effectu, sed de forma specifica, quæ venit secundùm illum modum adimplenda, vt inquit Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, col. 2. versi. contra hoc oppo. ff. de lib. & posthu. per text. in l. qui hæredi, in princip. & l.
* Mæuius. ff. de condi. & demon. cuius doctrina ibi * communiter approbatur per scribentes. Rui. in consil. 4. num. 4. volum. 5. Non obstat etiam si diceretur quòd posito quòd Isabella non succesisset, quia mortua est viuis parentibus, & sic posito quòd donatio facta dominæ Isabellæ haberetur pro non facta & scripta à principio quò ad dom. Isabellam, tamen bona remanserunt subiecta vinculo, & substitutioni factæ in fauorem d. dom. Annæ, per text. in l. vnica. §. j. C. de cad. tol. & in l. & qui in mortis. ff. de dona. cau. mortis. Bald. in l. quandiù. l. vltima. ff. de acqui.
* hæred. quia * communiter dicitur, quòd etiam si primus substitutus moriatur ante primum grauatum, & conditio suæ substitutionis defecerit, etiam eo mortuo ante grauatum vbi super existentia eiusdem requirebatur pro validitate suæ vocationis, nihilomnius non deficit secunda substitutio compendiosa vel fideicommissaria, imò veniunt bona restituēda secundo substituto, per ea quæ copiosè fuerūt allegata per dominos consulentes ex parte d. dom. Annæ. Nam prædictis respondetur, quòd d. Raymundus & Isabella Fabra coniuges apposuerunt donationi collatæ in d. Isabellam primogenitā conditionem, si dicta Isabella superuiueret eius parentibus, & ad ea bona peruenirent, quo casu defectus conditionis nedum reddidit inutilem vocationem d. dom. Isabellæ à sui principio, & pro non facta, ve-
56 rùm etiam extinguit vocationem dom. Annæ. Nam † etiam est locus sequenti substituto vbi conditio priori apposita non extitit neque fuit verificata. & isto casu non habent locum ea quæ dicuntur in d. l. quandiù, de acquir. hæred. hoc voluit Ang. in l. qui habebat, per vltimam gloss. ibi. ff. de vulga. & pupil. vbi etiam not. illum tex. ad hoc, quòd quando tollitur medium propter quod attingitur ad extremum,

57 tollitur disposítio etiam in extremo, & hoc etiam ponit ibi Imol. dicens, † quòd destructo medio per quam necessariò peruenitur ad finem, destruitur, & ipse finis. Idem etiam expressè tenet Paul. de Castro cons. 152. Præsens dubium videtur formari & decidi, col. j. lib. j. secundùm nouissimam impressionem. & ante eum hoc etiam voluit Bal. in cons. 162. Quidam fuit substitutus lib. j. per dictam. l. qui habebat, & cons. 279. factum tale proponitur, Quidam nomine Paulus, eo. lib. hoc etiam expressè decidit Alex. consi. 1. Perspectis verbis testamenti, colum. 3. lib. 1. quia ibi testator filium posthumum instituerat, & si contingeret vxorem non esse prægnantem vel esse, & partum in lucem non peruenire, vel si peruenire & decedere in pupillari ætate, vel quandocunque sine filijs legitimis substituerat Raymundum eius filium hæredem seruantem legem testamenti circa quasdam particulares dispositiones, & dicto Raymundo quandocunque decedenti sine filijs legitimis & naturalibus substituit Antonium Speciforam eius nepotem, deinde accidit quòd dictus Raymundus decessit viuo testatore, & sic non potuit esse hæres: deciditur ibi quòd ex quo testator requisiuerat in substitutione facta filio quòd esset eius hæres & sibi succederet, quòd quia non potuit euenire casus substitutionis primæ, quia dictus Raymundus decesserat viuo testatore perempto hoc primo gradu substitutionis, substitutio secundo loco facta de Antonio Specifora non procederet, ex quo testator voluit substitutum esse hæredem, & seruare legem testamenti, & tunc dicit non procedere. l. quandiù, l. vltima. ff. de acqui. hæred. quia hoc esset contra mentem testatoris si aliter diceremus. quia noluit esse locum substitutioni, nisi ille esset hæres sibi seu posthumo, & seruaret legem testamenti, & conditio non fuit impleta. & hoc idem latè voluit Corn. qui in eodem casu consuluit cons. 199. In præsenti consultatione, lib. 2. Inuenio etiam quod Roma. in dicta. l. quandiù, l. vltima, colum. 7. ff. de acqui. hæred. in q. Bart. ibi de pupillo dicit, quòd si vltimo substitutus debet succedere per fideicommissum si substitutio facta fuerit sub conditione, ea non verificata, non est locus substitutioni: quia conditio deficit, ita intelligendo text. in prælegata. l. qui habebat. ff. de vulga. & pupil. Potest etiam non improbabiliter dici, quod leges quæ inducuntur ad hoc quòd peremptо primo gradu substitutionis est locus secundo, loquuntur in vltimis voluntatibus, vnde non potest fieri extensio

58 ad ea quę fiunt in contractibus, † quia in vltimis voluntatibus latior & plenior fit interpretatio, quàm in cõtractibus, qui sunt stricti iuris. cap cùm dilecti, de dona. l. in testament. ff. de regu. iur. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. facit quod voluit Bar. in l. liberorum, colu. 2. vers. quid si appellatio filio-

59 rum, de verbo. sign. vbi concludit, † quòd & si appellatione filiorum veniunt nepotes in vltima voluntate. l fi. ff. de hæred. instit. secus tamen in contractibus. Alexa. in cons. 128 num. 12. vol. j. Ias. in l. si quis id quod. col. 5. de iurisd. om. iud. & in cons. 115. col. penult.

60 volu. 5. Item videmus, † quòd in vltimis voluntatibus monasterium loco filij habetur, c. in præsentia, de proba. secus in contractibus secundùm Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. vers. 120. quem sequitur Bald. in l. filium diffinimus, de his qui sunt sui vel alie. iur. Ias. vbi suprà. col. 5. secus in vltimis voluntatibus, quæ pendent à voluntate vnius: quia non potest imputari hęredi, vel substituto, quòd non fecerit vt testator apertius loqueretur. Hinc videmus, quòd si testator fecerit substitutionem hoc modo: si hęres moriatur sine filijs legitimis & naturalibus non solùm intelligitur de filijs masculis, sed etiam de filiabus, iuxta vulg. decis. Io. And. in c. Raynaldus, de te-

61 sta. & † tamen secus est in contractibus, quia appellatione filiorum non veniunt filiæ. Ancha. in cons. 341. Curt. Iun. in consil. 181. num. 2. Rui. in consil. 13. col. 2.

62 vol. 1. Vnde † si quis acquisiuerit emphyteosim pro se & filijs suis, non veniunt filiæ fœminę, ex quo non sunt expressę: ita originaliter not. Guid. de Suza. in dicta. l. veteribus, per illum text. ff. de pact. & in l. quicunque. C. de seru. fugit. quem refert & sequitur Archi. in c. si quis suadente. 17. q. 4. refert & sequitur Io de Imol. dicens se ita pluries consuluisse in l. si ita scriptum, de lega. 2. & in l. cum vir. ff. de condi. & demon. & in cap. potuit, circa fin. de loca. facit quoque quòd voluit Sal. in l. 2. quæst. 21. C. de iur. emphy. vbi

63 † emphyteosis acquisita pro se & filijs, non comprehendit nepotes. sequitur ibi Ias. col. 25. ver. sextò quęrit. & in d. l. si quis id quod, col. 5. vbi inquit hoc perpetuo notandum, l. si extraneus. §. fin. de cond. caudat. & in l. Gallus. §. instituens, col. 9. versic. ego addo. de lib. & posthu. si igitur voluissent disponẽtes quòd dicta bona peruenirent ad dominam Annam, siue Isabella superuiueret parentibus siue non, & siue succederet siue non, hoc debebant clarè exprimere, aliàs quicquid est omissum in cõtractibus censẽtur omissum, ita quòd altera partium non potest interpretari, & dicere se hoc modo intellexisse & non illo, vbi nihil dictum fuit, & ex verbis colligi non potest, vt habetur in d. l. quicquid astringendæ, & in l. si cum dotem, in prin. ff solut matr. & in l. si extraneus. ff. de

64 condi. ob cau. Paris. in cons. 117. num. 6. vol. j. Et † contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, sed arctatiuã, etiã si sine ea promissio stare non posset, vt per pulchra exẽpla consuluit Bald. cons. 145. Casus talis est, in quodã instrumento. col. pen. lib. 3.

Aut vult se fundare in vltimo vinculo celebrato inter dominam Isabellam Fabram & dominam Annam Despes, & pariter non potest, cùm vinculatæ fuerint ipsæ Baroniæ in fauorem filiorum masculorum d. dominæ Annæ, & descendentium ex matrimonio inter d. Annam, & don Blasium celebrato cum prælatione masculorum, vt legitur expressè in ipso vinculo: quo casu, cum ex d. dom. Anna exiterit tempore mortis ipsius don Franciscus eius filius, qui in dictis Baronijs succesit exclusa domina aduersante, merito sequitur, quòd ipsa amplius admit-

* ti non posit: cùm* recepta sit doctorũ sententia, † q

65 fœmina semel exclusa à feudo per masculum, in perpetuũ censeatur ab ipso exclusa. c. j. §. quin etiam, Episcopum vel Abba. c j. de succes. feud. in c. j. de eo qui sibi & hęred. in vers non enim. vbi expressè dicitur, quòd donec supereset masculus ex illo primo, qui fuit inuestitus, fœmina nunquam succedit, licèt inuestitura facta fuerit pro masculis & fœminis. quod glos.

66 ibi dicit esse mirabile Brun. in cons. 65. vbi inquit, † quòd si fiat inuestitura in qua copulentur descendentes inuestitam masculi quàm fœminæ, quòd intelligitur de fœminis non existentibus masculis: quia ipsis viuentibus debent admitti ex natura feudali, quæ est quòd masculi prę ferantur fœminis, neque illis mortuis debent admitti: ea ratione, quia reperiuntur exclusæ per prælationem masculorum. Nec obstat, quòd fœminæ sint vocatæ simul cum masculis copulatiuè, quia dicitur quòd non debent admitti cum illis, sed ita demũ si masculi aliqui non non fuissent, vt in d. c. j. §. quin etiam, & in c. j. de eo

67 qui sibi & hæred. mascul. † quia ipsa copulatiua masculis & fœminis, apposita in inuestitura, attenta natura consuetudinis feudalis copulat verbum, & non sensum, & potius intelligitur esse apposita in vim ordinis, quàm vt si non extarent masculi, tunc fœminæ deberẽt admitti, aliàs secus. si ergo in casu prædicto ita à legum conditoribus statuitur vbi solùm ex natura feudi masculi præferuntur, non obstante dicta copula, quantò magis id dicendum venit vbi expressè datur prælatio masculis, & non est apposita aliqua copula, videlicèt quòd ipsa tanquam exclusa amplius admittenda non sit, quamuis postea masculus moriatur. c. j. §. in filiam, de succes. feud. Rursus idem Bru. in cons. 78. col. 2. vers cæterum. vbi tradit,

68 † quòd fœmina semel exclusa à feudo in perpetuum est exclusa nec mortuo masculo, qui eam exclusit, amplius admittitur: in tantum quòd nullo existente descendentia vel agnatione masculo etiam non admitteretur. Iterum in cons. 108. col. 7. Alex. in cons. 9. col. 2. circa. fin. vol. 5 glo. in c. j. de nat. succes. feud. vbi Afflic. in num. 12. dicit quòd si in inuestitura dicatur, concedimus facultatem tibi, & hæredibus tuis masculis, siue fœminis, quòd seruatur sexus prærogatiua: quia succedit fœmina quãdo nunquam fuit masculus descendens illius de cuius successione agitur, sed si fuit masculus soror primo loco exclusa

per

per existentiam masculi, amplius non succedit. Rui. in cons.9.nu.7.vol.j.Paris.in cons.18 num.5.vol.4. & in cons.72.num.79.vol.eod.Dec.in cons.193.col.3.in vers.agitur enim.Fulgo.in con.228.colum.2.Paris.in cons.9.colum.penult.& fi.vol.j.& in cons.12.num.17. vol.eo.quando inuestitura dicit pro masculis & fœminis.& in cons.72.num.79.volum.4.vbi loquendo de maioricatu inquit, quòd ex quo soror fuit exclusa à fratre,censetur perpetuò excluſa,ita vt deficientibus masculis postea nullo modo potest admitti.Et pro prædictis facit bona ratio, quam adducit Paul. de Castro in l.fin.ff.de acquiren.hæred.dicens,quòd quando ex statutaria dispositione fœmina excluditur per masculum, si deinceps masculus moriatur, fœmina nũquam admittitur,quia ex quo semel fuit excluſa,habetur pro mortua, l j.§.fin.ff.de bon. pos. contra tab.l.si necem. §. si deportatus. ff. de bono. liberto.& in l.j.§.si quis.ff.de coniun.cum eman. liber. & in specie hoc consuluit Alex.in cons 29. Quoniam
69 abundè,col.penult.lib.j.vbi concludit,† quod stante constitutione Regni, quòd maior in feudo præferatur minori,& masculus fœminæ, isto casu nepos ex fratre excludit amitam, quæ per fratrem iam fuerat excluſa per istam regulam, quòd fœmina semel excluſa perpetuò intelligitur excluſa: & si hoc est in feudo, idem videri debet in maioricatu, qui accedit ad
70 naturam feudi.† Immo æquiparatur feudis Regalibus, attento quòd primogenitus in eo succedit,& ei non potest præiudicari per contrariam alicuius dispositionem, vt Socin. ostendit cons.47. Facti narratione & dubijs,colum.3.ver.tertia ratio.lib.3. vbi adducit simile de donatione causa mortis, quæ in eo quòd participat de natura cõtractus, iudicari debet secundum naturam contractus,& in eo in quo participat naturam vltimarum voluntatum, regulariter secundum iura vltimarum voluntatum,vt concludunt Bald.Ang.Imol.& omnes Moder.in l.2.ff.de
71 leg.j.& vltra eum melius facit,† quia contractus innominati regulantur secundum naturam contractuum nominatorum, quibus magis assimilantur, l.j.§.si quis seruum.ff depo.l.eum qui.§.j.ff.commo.l. naturalis.§.fi.ff.de præscri,verb.

Secũdò dicitur, quòd etiã in hoc vinculo nullum fundamẽtum facere potest, cùm non probauerit se esse in causa succedendi vigore dicti vinculi,quod e-
72 quidem per eam probandum erat,† cùm sit fundamentum intentionis suæ, l.ei qui dicit.ff de proba.l. actor quod asseuerat.C.eo.l.qui accusare. C.de eden. etiam quòd rei nihil præstiterint, vt ibi.nam dici potest contra eam,dispositio paciscentium de te non loquitur: sicut in simili dicitur in substitutionibus fideicommissorijs, vbi habet locum illa regula & do-
73 ctrina,† quæ vult semper dici posse.hoc casu non loquitur substitutio,qui vult dicere hunc casum includi illud probet, vt per Soci.cons.62. col.3.volu.3.& in cons.63.col.8.vol.eo.Paris.in cons.86.num.11. vol.2.& Goza.in cons.21.nu.8.Soc.Iun.in cons.155. col.3. vol.2. Craue.in cons.161.nu.16.

Tertiò respondetur, quòd licèt in dicto capitulo dicatur,quòd ex prædictis descendentibus dom. Annæ maior præferatur minori,& masculus fœminæ, tamen hoc venit intelligendum, quòd donec extat aliquis masculus præferatur fœminę, etiam si sit maior natu,vbi habita fuit ratio agnationis, vt decidit Alex.cons.29. Quoniam abundè & eleganter, col.penult.lib.j. vbi consuluit, quòd stante constitutione regni quòd in quibusdã bonis maior præferatur minori, & masculus fœminæ, quòd masculus semper præferatur fœminæ, etiam quòd sit in dispari gradu: quia hoc modo videmus esse decisum in feudalibus, c.j.§. filia.de succes.feud.c.j Episc.vel Abb.cum alijs authoritatib.per eum adductis.Et ideo concludit,quòd filij fratrum excludunt amitam,qui est casus nunc occurrens,& ante eum idem voluit Io.Fabri.licèt Alex. eum non alleget.in §.cæterum. circa fin. instit. de legit.agna. succes.vbi in specie loquens de Baronia, di-
74 cit,† quòd fœmina non succedit in Baronia extantibus masculis etiam in remotiori gradu ad exemplũ feudalium bonorum,c.j.de succes.feud.c.j.de benef. fœm. Et si dicatur, quòd in capitulis secundo loco initis de anno 1512, fuit conuentum inter prædictos Raymũdum & Isabellam Fabram, & Isabellam Despes eorum filiam primogenitam, & Comitem Ripacurtiæ partes diuersas, quòd deficiente d. do. Isabella sine filijs & descendentibus succedant aliæ sorores illius & earum descendentes præferendo masculos fœminis in paritate gradus: Respondetur, quòd dictæ conuentiones fuerunt & sunt inualidæ, & an-
75 nullatæ deficientibus conditionibus appositis, † & vbi principalis contractus annullatur, omnes clausulæ accessoriæ in eo contentæ pariter corruunt, vt est bona gloss. in l. si patronus. §. patronum. in verb. fauiana.ff.si quid in fraud.patro.tradit Bal. in l.ex testamento.C.de fideicomm.& probatur per text. in l. fin.ff.de consti.pecu.quem pro singulari not.Bald.in l.si absentis.in fin.C.si cert. petat. cum alijs multis similibus adductis per Iaſ.in l.non dubium.col.penul. C.de ll. vbi ponit de confessione, constituto, renunciatione & pœnis, quæ principali contractu annullato non tenent. Et tantò magis id venit dicendum, quia dicti paciscentes in istis vltimis capitulis conueniunt,quòd in non correctis stent firma pacta in capitulis initis de anno 1511. & per consequens viden-
76 tur excludere cõuentiones initas de anno 1512.† quia vnius inclusio est alterius exclusio, l. cùm prætor. ff. de iud.

Nec habet obstare quod ex aduerso obijcitur, videlicet conuentos non posse obtinere d. Baronias quia ipsi non debent esse melioris cõditionis, quàm don Artaldus eorum pater, quia expresè excluſus fuit a dictis Baronijs, vt est videre ex primo vinculo,
77 † nam magis dilecti non debent esse deterioris conditionis,quàm minus dilecti,l.publius.§.j. ff. de cõd. & demon.Ruin.in cons.111.num.16.volum.j.item nec debent dicti nepotes, qui sunt in tertio gradu excludere amitam,quæ est in gradu secundo,l.j.§.2.& 3.ff.
78 de gradib. † Nam primus gradus excludit alios sequentes.Paris.in cons.18.num.6.vol.3. Quia respondetur,quòd d.dominę Annæ nõn competit aliquod ius ita dicendi,cùm sua non interſit,per text. in l. ille
79 à quo.§.si de testamento. ff. ad Trebellia.† vbi is cuius nihil interest, non admittitur ad agendum.Cro. in l.si constante.num.119. ff.solut.matr. vbi si deficit interesse, actio desinit competere. Alexand. & cæteri in l.ex conuentione.C.de pact.Ceph.in consil.112.nu.
80 6.volumine j. Accedit quod dici solet,† quòd frustra admittitur id,quod admissum nõ releuat, l. ad probationem.C de probatio. & ideo quòd rectè dici potest, per conuentos, quòd ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit.ff.si ser.vend. Vlteriùs stantibus supradictis pro veris, à quibus non est recedendum,adhuc dicitur pro maiori declaratione, licèt opus non esset,quòd & si don Artaldus eius filius primogenitus don Blasij de Alagon, & dom. Annæ Despes per paciscentes fuerit excluſus à d.Baronia Despes,& castris de Alphaiarin, id tamen non processit ex mala intentione,sed iusta ex causa: quia cogitantes ipsi contrahentes,quòd nõ erat honestũ, iustum, nec rationabile,immo indecorũ, & indecẽs, quòd d. don Artaldus, qui tanquam primogenitus debebat (vt decẽs erat) succedere in comitatu de Saltago, quæ est dignitas principalis in bonis de Alagon, ac manutenere cognomẽ illius familiæ,& ferre arma domus illius sine aliqua mixtura, & conueniens non erat, quòd ratione d.Baroniæ Despes & aliorum castrorũ de Alphaiarin deberet deferre cognomen,& arma in totum ipsius domus, & susc ipere cognomẽ Despes, & arma agnationis suæ deferre, ideo disposuerũt vt d.don Artaldus posset conseruare decorem domus de Alagon, quòd Franciscus secundo genitus, qui commodè poterat susc ipere cognomen Despes,& arma illius familiæ deferre, in dictis Baronia & castris succederet,& licèt ex causa præmiſſit id disposuerint, tamen nunquam fuit intentionis & mentis ipsorum,quòd si d.Franciscus secundo genitus decederet sine filijs masculis,quòd do. Anna de Bardaxi deberet excludere secundo genitũ don Blasium filium d.don Artaldi à succes sione dictorum Baroniæ & castrorum iuxta formã vinculi primi, quod nõ discordat ab isto,nec ab eo videtur correctum nec mutatũ, scientes peroptimè cognomen, & familiam Despes, ac eius arma posse, & debere conseruari magis per

81 masculos quàm per fœminas † nam per fœminas familię nullo modo cõseruãtur, quinimo extinguuntur, cùm filij nati ex eis familiam patris sequantur, §. fi. instit. de patr. potesta. Bald. in cons. 433. volum. 5. Paris. in cons. 22. num. 54. volu. 2. l. j. §. sed si seruus. ibi, publicè enim interest. ff. de ventr. in spici. l. lege. C. de legit. hæred. nam in fœminis finiunt familiæ suæ, l. pronuntiatio. in fin. vbi Bart. ff. de verb. signifi. item
82 † considerarunt paciscentes conseruationem familiæ Despes & ipsius decorem recipere per masculos augmentum, dignitatem, & honorem. §. cæterùm. §. media. instit. de legit. agna. succes. Paris. in consil. 93. num. 21. volu. 2. Nam si fœminæ vocarentur, sequeretur, quòd cognomen Despes modò esset in familia de Alagon, modò in aliena familia: ideo ex coniectu-
83 rata mente ipsorum fuit, † vt tot circuitus euitẽtur, l. Domitius testamento. ff. de cond. indeb. quòd semper & in perpetuum deberent dicta Baronia, & Castra, ac cognomen Despes, & arma illius domus permanere in masculos de Alagon, ad effectum perpetuæ conseruationis ipsius domus. & ista interpretatio mentis, & verisimilitudinis est omninò capienda: quia si paciscentes viuerent, & de hoc interrogati fuissent, vtique ita respondissent, ergo pro expresso haberi debet, dicta l. tale pactum. §. fi. vbi communiter scribentes. ff. de pact. Alex. in consil. 167. nume. 12. vol. 7. Dec. in cons. 227. num. 10. & in materia maioricatus, ita arguit Paris. in dicto cons. 72. nu. 55. vbi inquit, quod in successione bonorum maioricatus, de quibus ibi, contrahentes & disponentes principaliter considerarunt cõseruationem familiæ, agnationis, bonorum, & dignitatis, quæ per masculos, & nõ per fœminas progreditur, & dietim durat & con-
84 seruatur, quorum mens apertissima est, † consideratis prædictis coniecturis, inducentibus probationem manifestam & liquidissimam, l. licet Imperator. de lega. j. l. si quis loculpes. in fi. ff. de manu. testa. Nec obstat, quòd remotior excludat proximiorem, quia respõdetur inconueniens non esse, quòd ex causa proximior à remotiori excludatur. Alex. in consil. 38. colum. fin. volum. sextò. Craue. in con. 98. colum.
85 penult. in fi. Et ideo nos videmus, † quòd stante statuto, quòd stantib. masculis filia non succedat, quòd nepos ex filio, quamuis remotior amita eam excludit, Bart. in l. liberorum. colum. 5. vers. his præmissis. ff. de verb sign. Rui. in cons. 58. num. 5. vol. 5. doct. in l. venia. C. de in ius vocan. & hoc non alia ratione, nisi vt bona cõseruentur in agnatione masculina, vt per doct. in d. l. venia. Ruin. in cons. 46. num. 5. volum. 3. & in consil. 203. num. 11. volu. 2. Paris. in cons. 100. num. 10. volum. 2. & in cons. 21. num. 22. volu. 2. His omnibus sic vt suprà consideratis, & attenta causa finali
86 ipsorum contrahentium, † quæ in contractibus attendi debet, l. j. C. de cond. ob. cau. Socin. in cons. 251. colum. 4. versic. comprobatur. vbi vult in contractibus causam finalem significare principalem intentionem, vt prosequitur Dec. in con. 350. nu. 4. ex mente ipsorum, quæ debet attendi, nec debet impediri propter subtilitatem nimiam, l. j. in fin. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. concludendũ videtur d. do. nullo modo posse facere validum fundamẽtum in dictis vinculis ex causis & rationibus suprà citatis & allegatis. Hoc præsens consilium fuit communiter redditum inter me & insignem dominum Marcum Antonium Nattam collegam meum.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LIX.

1 *Appellatione filij venit nepos.*
2 *Mens in contractibus prædominatur, & attenditur, modò de ipsa appareat.*
3 *Impedimentum non præstat, quod inualidum est, et de iure non sortitur effectum.*
4 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
5 *Referens est nullum, vbi de relato non appareat.*
6 *Paria sunt non esse, vel non apparere.*
7 *Cõditione deficiente corruit donatio, & perinde est, ac si à principio facta non fuisset.*
8 *Paria sunt, nihil fieri aut fieri sub conditione, quæ non purificetur.*
9 *Conditio antequam impleatur, nihil ponit in esse, & implemento deficiente non sortitur effectum.*
10 *Verba & eo casu, posita in substitutione operantur, vt ipsa ad alium casum extendi non possit, præterquam ad expressum.*
11 *Verba non aliter nec alio modo, habẽt vim cõditionis, & inducũt vim specificam, nec recipiunt alium intellectum & modificationem separatam à verbis.*
12 *Relatiuum iunctum verbo futuri temporis, importat conditionem.*
13 *Conditio tacita, secundum communem impedit natiuitatem actionis sicut expressa.*
14 *Conditio duplex vbi debet impleri, vna deficiente non est locus dispositioni.*
15 *Viuens non habet hæredem.*
16 *Verbum, succedat, denotat exequutionem.*
17 *Verba, si hæres erit, intelliguntur de eo qui adierit hæreditatem, non autem de eo, qui fuit scriptus hæres.*
18 *Hæres quis non dicitur, antequam testamentum sit aditione confirmatum.*
19 *Verbum, habere, importat dominium, & intelligitur cum effectu.*
20 *Extensio non fit de casu ad casum in cõditionibus merè voluntarijs.*
21 *Declaratio ad notata per Bald. in l. quandiu. ff. de acquir. hæred.*
22 *Interpretatio latior & plenior fit in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, qui stricti sunt iuris.*
23 *Appellatione filiorum in vltima voluntate, veniũt nepotes, secus in contractibus.*
24 *Monasterium in vltimis voluntatibus habetur loco filij, secus in contractibus.*
25 *Omissum quicquid est in contractibus censetur omissum, ita quòd altera partiũ non potest interpretari, & dicere se hoc modo intellexisse, & non illo, vbi nihil dictum fuit, & ex verbis colligi non potest.*
26 *Impugnans non potest se iuuare ex impugnato.*
27 *Verbo, illius & illorum, non solùm relationem important, sed etiam personalitatem quandam, ita vt possint non ad alios referri, sicuti qualibet alia pronomina.*
28 *Dictio, ipse, est personalissima.*
29 *Prohibitio facta ipsi hæredi de nõ alienando tanquam personalis, non comprehendit filios hæredum.*
30 *Princeps si scribit alicui, per te exerceas, rescriptum est personale, adeò quod nec per subrogatum potest exerceri.*
31 *Papa si deleget examinationem tribus, cum clausula, quòd per se examinent, hi non possunt alteri subdelegare.*
32 *Contractus quia stricti sunt iuris, terminos suos non egrediuntur.*
33 *Interpretatio lata fieri solet in donationibus.*
34 *Substitutio continet onus & grauamen, ideo restringenda.*
35 *Forma contractus ad vnguem est obseruanda.*
36 *Forma dat esse rei, cui nihil addi vel detrahi potest.*
37 *Perfectum quod est, non suscipit ex interuallo magis et minus.*
38 *Formæ defectus est fortior, quàm defectus renuntiationis.*
39 *Testator si dedit tutorem filijs, non dicitur dedisse tutorem illi filio quem ignorabat habere.*

40 Pacta

40 *Pacta in contractibus non extenduntur ad alias personas.*
41 *Vltima derogant prioribus.*
42 *Mens & si in cõtractibus potius sit inspicienda, quàm verba, tamen istud procedit, quando de mente clarè constat, aliàs secus.*
43 *Voluntatem quis habere videtur prout verba sonant, & illud quod non dicit scriptura, nec nos dicere debemus, cùm ipsa suos limites habeat.*
44 *Scripturæ beneficio non vtitur, qui in ea non est nominatus.*
45 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
46 *Testatorem non sufficit velle, nisi disponat.*
47 *In testamentis nihil est ita proprium sicut claritas.*
48 *Clausula generalis, quæ subijcitur, non refertur ad eos de quibus contrahentes specificam fecerunt prouisionem.*
49 *Baroniæ de consuetudine deferuntur ad primogenitos.*
50 *Legitima non debetur secundo genito in baronia.*
51 *Armis alienis & insignibus non licèt vti.*
52 *Dispositio pœnalis de casu ad casum non extenditur.*
53 *Casus pœnales non recipiunt interpretationem extensiuam seu similitudinariam.*
54 *Casus pœnales sunt stricti iuris.*
55 *Testator si mandat hæredi vt faciat monumẽtum sub pœna priuationis hæreditatis, & hæres decedat & transmittat ius accrescendi, hæres hæredis non tenebitur eadem pœna.*
56 *Pœna apposita in vno contractu, non censetur repetita in secundo.*

CONSILIVM LIX.

IN causa agitanda inter Illustriss. don Artaldum, & don Petrum fratres de Alagon, & in qua dubitari contingit, an Baronia Despes peruenire debeat ad d. Illustr. don Petrum secundo genitum alterius Artaldi genitoris communis, videtur prima facie dicendum, partes d. Petri esse iustiores, attentis pactis dotalibus, de quibus in facti narratione continetur. Et primò sumit fundamentum d. Petrus ex primis pactis dotalibus initis inter don Raymũdum & Isabellam Fabram coniuges, & don Blasium de Alagon, & dom. Annam Despes contrahentes matrimonium per verba de futuro de anno 1511. vbi apparet, quòd dicti capitulantes & paciscentes voluerunt duos maioricatus cõstituere, alterum de castris, villis, & locis dicti Comitatus de Sastago, in quib. deberet succedere filius primogenitus don Blasij de Alagon & dom. Annæ Despes coniugum. Alterum verò de castris, villis, & locis dictæ Baroniæ Despes, in qua deberet succedere filius secundo genitus d. do. Annæ Despes & don Blasij, qui deberet deferre nomen & arma Despes sine mixtura aliqua: Vnde prætendit dictus don Petrus, quòd cùm don Artaldus eius frater successerit in comitatu de Sastago debeat ipse succedere in alio maioricatu, ex illa præsertim clausula priorum capitulorum ibi, & deueniendo dicta bona in d. dom. Annam Despes, vel eius descendentes, vt dictum est, est concordatum inter dictas partes, quòd filius secundo genitus d. dom. Annæ mortua eius matre succedat in dictis bonis deferendo cognomen & arma Despes sine mixtura aliqua, & ex clausula statim sequenti ibi, & non existentibus duobus filijs, & descẽdentibus, &c. quòd dicto casu, si filij dicti vnici filij erunt duo vel plures, quòd secũdo genitus debeat succedere, in dicta domo, deferendo semper cognomen & arma Despes sine mixtura aliqua, & idem seruetur in descendentibus, vt cognomen & arma Despes conseruentur. Certum est aũt, quòd d. don Petrus est de descendentibus dictæ dominę Annę, & secundo genitus, & appellatione descendentium veniunt omnes in infinitum. §. j. in auth. de hęred. ab intesta. coll. 9. & l. liberorum. ff. de verb. sig. ergo debet obtinere cõtra don Artaldum iuniorem primogenitum.

Secundò, quia dicti contrahentes clarius voluerunt id obseruari in secundis pactis dotalibus anni 1515. ibi, & si dicta domina Anna Despes habebit duos aut plures filios masculos præsentis matrimonij, filius secundo genitus debeat succedere, & succedat in dictis Baronia, castris, villis, & locis, &c. Cum hoc tamen, quòd d. filius secundò genitus, qui succedet in dictis bonis deferat cognomen, & arma Despes sine
1 mixtura aliqua, &c. † & appellatione filij venit nepos, l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthu. vbi Bar. l. filij. & l. iusta. ff. de verb. sign. & per Bart. in l. liberorum. col. 3. ff. de verb. sign.

Tertiò, quia in dictis primis, & secundis pactis dotalib. voluerunt dicti paciscentes idem seruari in filijs secundo genitis descendentibus ex filijs dicti matrimonij, quòd secundò genitus deberet succedere in Baronia Despes, vt constat ex primis pactis, ibi, & idem debet seruari in descendentibus, & ex secundis pactis anni 1515. ibi, & vadant dicta bona de vno in alium masculos legitimos, & ex præsenti matrimonio procreatos, & in descendentes illius, seu illorum masculos legitimos & legitimo matrimonio procreatos de maiori in maiorem cum dictis cõditionibus, & qualitatibus & priuationibus in deferẽdo cognomen & arma, vt dictũ est. Vnde ex dictis verbis prætendit d. don Petrus, quòd sicut filius secundò genitus dicti matrimonij deberet succedere in Baronia Despes, excluso primogenito successore d. Comitatus, ita firmiter d. don Petrus nepos secundò genitus ex dicto matrimonio prætendit attento tenore dictorum pactorum, mente & voluntate dictorũ contrahentium debere succedere in d. Baronia Despes, excluso don Artaldo eius fratre primogenito successore in d. Comitatu de Sastago.

Quartò, quia attento tenore dictorum pactorum videtur resultare, quòd successor d. comitatus de Sastago non debeat succedere in d. Baronia, sed debeãt esse diuersi successores in d. Baronijs, vt per eos separatim nomen, & arma de Alagon, & Despes cõseruarentur sine mixtura aliqua, quę non possent conseruari in eodem successore obstãtibus conditionibus dictorum maioricatuum.

Quintò etiam prætendit, quòd successor in comitatu de Sastago, tunc demũ posset succedere in d. Baronia, quando vnus duntaxat filius masculus remaneret, vt constat ex primis pactis ibi, & non existentibus duob. filijs, & descendentib. & remanente duntaxat vnico, in quo deuenient d. duæ domus de Alagon, & Despes, & ex pactis secundi anni 1515. ibi, videlicet, quòd si d. dom. Anna Despes morietur ante vel postquam successerit in d. Baronijs superstitib. filijs masculis præsentis matrimonij, si remanserit vnus solus, ille debeat succedere in d. Baronijs, villis, & locis: cùm ergo ex don Artaldo de Alagon, & dom. Maria de Luna remanserint d. don Artaldus primogenitus, qui successit in dicto comitatu, & don Petrus secundo genitus nepotes ex dictis don Blasio de Alagõ, & do. Anna Despes prætendit d. don Petrus d. Baroniam Despes eidem pertinere, excluso eius fratre successore d. comitatus, & in contractibus primò inspicimus quid sit actum, l. semper in stipulationib. ff. de
2 reg. iur. † & mens in contractibus prædominatur, & attenditur, modò de ipsa appareat. l. si. C. quæ res pig. obli. pos. l. in conuentionib. ff. de verbo. sign. & l. promittendo. ff. de iur. dot. & glo. in l. si in venditione. in verb. veritas. ff. commu. præd.

Sextò, quia ex dictis pactis dotalib. resultat, quòd primò genitus successor comitatus est exẽptus à delatione nominis & armorum, non tamen quando superfuerunt plures fratres, quo casu prætenditur secundò genitum debere succedere in d Baronia, cùm primò genitus successor d. Comitatus non possit deferre cognomen & arma Despes, sed de Alagon.

Septimò, quia etiam si ex don Blasio de Alagon, & dom. Anna Despes contrahentibus non remansisset, nisi don Artaldus pater d. don Artaldi Comitis de Sastago moderni, & don Petri, & ipse succes-

sisset,

fisset,in omnibus Baronijs de Saſtago & Deſpes:quia tamen don Artaldo ſeniori remanſerunt d.duo filij, don Artaldus & don Petrus remanente d.don Artaldo primogenito ſucceſſore d. Comitatus, deberet d. don Petrus ſuccedere in d.Baronia Deſpes,vt conſtat ex dictis primis pactis recitatis, ita pariter & à fortiori in caſu occurrenti,vbi ex dictis don Blaſio & dom. Anna remanſerunt plures filij maſculi,& in d. Baronia ſucceſsit ſecundogenitus don Raymundus Deſpes aliàs vocatus don Franciſcus, per cuius obitum præſens contentio eſt ſuborta inter dictos fratres,& eorum amitam dom. Annam de Alagon, & ſic ſicut don Raymundus aliàs don Franciſcus ſecundogenitus ſucceſsit excluſo fratre primogenito don Artaldo de Alagon, ita debeat ſuccedere d. don Petrus excluſo d.don Artaldo eius fratre primogenito:procedendo de ſimilibus ad ſimilia: quia eadem eſt ratio,ergo idem ius eſſe debet,l.illud.ff.ad l.Aqui.& iſta ſunt, vt relatum fuit, quibus armare conatur cauſam prædictus don Petrus aduerſus don Artaldum primogenitum.

Quibus tamen non obſtantib contraria ſententia videtur verior & de iure ſuſtẽtabilior.Nam aut vult d.don Petrus fundare ſe ex duobus primis capitulis dotalibus,quorum prima fuerũt celebrata de anno 1511.altera de anno 1512.Aut ex vltimis pactis dotalib. quę fuerunt celebrata de anno 1515.& ex nullo dictorum pactorum fundare ſe poteſt, quod ſic oſtenditur:Nam veniendo ad duo prima pacta dotalia celebrata de anno 1511. & 1512. ea ſunt nulla & inefficacia,
3 & ſumus in regula,† quòd non præſtat impedimentum, quod inualidum eſt, & de iure non ſortitur effectum,c.non præſtat.de regu. iur. in 6.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud l.non putauit.§.non quæuis.ff. de bono.poſ.contra tab. cum multis ſimilib. Quod autem dicta j. & 2. pacta dotalia fuerint inualida, & nullum ſortita fuerint effectum,demõſtratur.Nam ibi don Raymundus & Iſabella Fabra coniuges conuenerunt & diſpoſuerunt, quòd totum illud, quod donauerunt aut donabunt Iſabellæ eorum filiæ primogenitæ in contemplationem ſui matrimonij, & id quod ipſa quouis titulo habebit & acquiret à d. don Raymundo patre, vel d.don Raymundus pater eidem relinquet,aut dabit,modò fuerint bona & loca ſedẽtia & in eis ſuccedet vt primogenita vinculabunt prout tenore dictorum capitulorum vinculãt caſu quo d.Iſabella eorũ filia primogenita decedat ſine filijs legitimis & ex eo matrimonio legitimè procreatis in d. dom. Annam & eius deſcendentes, quo caſu cùm nihil reperiatur donatũ ante præſentem contractum, nullum poteſt in illis verbis fieri fundamentũ ex defectu qualitatis non apparẽtis: † quia
4 non entis nullæ ſunt qualitates, c.ad diſſoluendum,
5 de deſpon. impu. l.6. † Et referens eſt nullum,vbi de relato non apparet, l. in teſtamento. ff. de condit. &
6 dem.auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.† Et paria ſunt non eſſe vel non apparere,l.duo ſunt Titij.ff.de teſta. tutel.l.ſi fuerit.ff.de reb.dub. Dum autem dicitur de donandis per d. don Raymundum & Iſabellam Fabram d.Iſabellę primogenitę,quòd tunc d. dom.Anna,ſeu eius deſcendentes in eis ſuccedant,hæc donatio,de qua non apparet niſi in ſecundis capitulis,facta ſub multis conditionibus, quæ non extiterunt, videlicet ſi d.Iſabella ſuperuiueret eius parentib.donantibus,& ſuccederet vt primogenita, & ſi poſtquã ſucceſſerit decederet ſine filijs legitimis & naturalib. quæ conditiones defecerunt: quia deceſsit viuis parentibus donantib. & non ſucceſsit in baronia & a-
7 lijs rebus donatis: † vnde ex defectu conditionis dicta donatio corruit,& perinde eſt, ac ſi à principio facta non fuiſſet,l.pecuniam.l.perinde.ff. ſi cert.peta.l. neceſſariò.ff.de pericu.& commo.rei vend.Soci.Iun. in conſ.4.nu.16.volu.2.& in conſ.180.num.40.vol.eo.
8 †paria enim ſunt nihil fieri,aut fieri ſub conditione, quę non purificetur.Ripa.lib.j.reſponſo.c.2.num.23.
9 Cur.Iun.conſ.92.num.6.† Nam conditio antequam impleatur,nihil ponit in eſſe.Pariſ.conſil.48.num.11. vol.j.& implemento deficiente non ſortitur effectũ. Pariſ.conſ.19.num.145.cum ſeq.vol.2. Et eò magis id
10 dicendum venit propter illa verba ſequentia † & eo caſu, quæ faciunt, quòd ſubſtitutio ad alium caſum extendi non poteſt,prę̃terquam ad expreſſum,vt inquit Pet.de Anch.in conſ.356.Ex ſerie teſtamenti,col. 2.verſ.3.hoc probatur.tradit Rom.con.131.Prima dubitatio in princip.& repetit conſ.138. Noua ſuperuenit circa princip.Idem etiam tradit Soc.conſ.250.Viſis & conſideratis,col.3.verſ.confirmantur præmiſſa,lib.2. vbi dicit, quòd huiuſmodi deciſiones ſtant taxatiuè,ita quòd ſubſtitutio non extendatur ad alium ſimilem caſum,cùm de natura dictionum taxatiuarum ſit excludere alios caſus præter incluſum.& dicit Dec.in l.quamuis. col.2.C.de impub. quòd licèt vulgaris expreſſa trahatur ad alios caſus ſimiles, tamen hoc non procedit vbi ſunt appoſita illa verba, tunc & eo caſu,quia ſtant limitatiuè & taxatiuè, & latius hocidem proſequitur in conſ.315. Superioribus diebus,col.j.verſ.confirmatur hoc quia clarũ. Item
11 propter illa verba,non aliter nec alio modo,quæ habent vim conditionis, & inducunt formam ſpecificam,nec recipiũt alium intellectum, & modificationem ſeparatam à verbis,vt Alex.ſcribit conſil.3. Viſo inſtrumento,col.2.lib.j.per nota. per gloſ.in l.ſi quidem,quam Bal.ibi valde notat.C.de excc. & c. j.§. denique.col.ſi.verſ.ſed pone pater,quæ fue. pri.cau. benef.amit. Dec.in conſ.61. col.2.280. nu.4.& 528.nu.10. Alex.in conſil.111 in fi.vol.6.Ripa in reſponſ.j.nu.3.in 3.par.Pariſ.in conſ.19.nu.15.volu.2. vbi ait,talia verba adeo præciſa & prægnantia eſſe, quòd non patiũtur diſpoſitionem,cui adijciuntur recipere aliũ ſenſum, quàm verba ſonant,Gozad.in conſ.3. num.23. Confirmatur prædicta cõcluſio, quia dum prædictę don Raymundus Deſpes & Iſabella Fabra vinculant totum id quod dederunt aut dabunt prædictæ dominæ Eliſabetæ Deſpes, & totũ id quod ipſa ab eis quocunq; titulo habuerit,vel dictus Raymundus ei reliquerit aut dederit,hæc enim omnia verba importãt conditionem,cùm ſint iuncta relatiuo: quia dicitur totum id quod,&c.& interpretari debent ſi & quatenus d.dom Raymundus & Iſabella dabunt & relin-
12 quent,† quia hoc importat relatiuum iunctum verbo futuri temporis,l.Stichũ qui meus erit.& ibi Bar. & omnes.ff.de lega.j.l.nuper.in fi.ff.de lega.3.& Bart. in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.col.3.ver.venio. ff.de verb.oblig.& l.j.9.quæſt.ff.de iur. Codicil.Alexan. in conſ.232.nu.4.vol.6.Gozad.in con.40.nu.9.& Ceph. in conſ.144.num.36.vol.j.ad idem tex.in l.ſi debitor. §.veriſimile.ff.de contr.empt.quem tex.ibi not.Bar. ad hoc quod relatiuum iunctum verbo futuri temporis,vel quòd habeat vim futuri tẽporis, facit conditionem & non collectiuè ſed diſtributiuè, ac ſi dictum fuiſſet quatenus,ſed d. Raymundus & Iſabella Fabra nihil donarunt poſteà d. Iſabellæ filiæ eorum primogenitæ in ſecundis pactis matrimonialibus, niſi ſub conditione, ſi ipſa ſuperuiueret parentibus, & poſt mortem eorum, quæ conditio non extitit,& poſito, quòd prædicta cõditio de dando eſſet tacita,
13 ſicuti voluerunt quidam, † tamen iſta tacita conditio impedit natiuitatem actionis, ſicut expreſſa, vt no.in l.item quia,in princ.ff.de pac.& in l.interdum. ff.de verb.oblig.gl.in l.2.in §. creditum.in.verb.poſt nuptias,vbi Iaſ.ſi cer.pet.Dec.in conſ.2.nu. 4.per gl.
* in d.l item quia.quam dicit*communiter approbatam. Alci.in l.cedere diem.de verb.ſig. Goza.in conſ. 27.nu.4.Præterea conſiderandum eſt, quòd ſub duplici conditione donatio fuit facta d.Iſabellę,videlicet ſi ſuperuiueret parentibus. Item ſuccederet in d.
14 Baronijs vt primogenita,†& vtraq; conditio debuit impleri:quia vna deficiente non eſt locus diſpoſitioni,l.hæredi plures.ff de condi.inſti.§.ſi plures. inſtit. de hæred.inſtitu.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit 10.ff.de verb.oblig.glo.in clem.in pleriſque.in verb.& populo.de elec. Petr. de Ancha. conſ.266.iſte magiſter,c.ſi. Pariſ.in conſ.8.num.17.volum.4.109.nu.6. vol.2.con. 14.num.17.volum.2. ſed in occurrenti caſu d. Iſabella deceſsit ante parentes, & parentes illi ſuperuixerunt, & non potuit ſuccedere in dictis bonis, quod
15 fuit poſitũ ſub conditione, † quia viuens non habet hæredem.l.quidam.§.j.ff.de dona.l.fin. C.de pac. l.ex eo.ff.de inuti.ſtip.Et ſi dicatur,quòd illud verbũ,ſuccedat, intelligitur de ſucceſsione in ſpe, reſpõdetur,
16 quòd iſta eſt negatoria reſponſio, † quia verbum, ſuccedat,denotat executionem,& per conſequẽs requiri

quiritur, quòd succesſerit cum effectu in bonis, & ita de verb. ſuccedat, ponit Barto. in l. centurio poſt medium. verſicu. quæro circa prædicta. dixi, quòd ſi iſta ſubſtitutio. ff. de vulga. cum alijs concor. adductis per Alexand. conſilio j. Perſpectis verbis teſtamenti, colum. 3. verſ. confirmantur ex his. lib. j. vbi idem dicit † de verbo, ſi hæres erit, vt intelligatur de eo, qui adiuerit hæreditatem, non autem intelligatur ſi talis fuerit ſcriptus hæres per authoritates ibi per eum allegatas, quia talis hæres relictus dicitur ſolùm habere ius adeundi, & non hæreditatem habere, quod differt, vt Bartol. declarat, & cæteri ſequuntur in l. is poteſt. & in l. egerit. de acquiren. hæredita. Docto. in l. delata. ff. de verbor. ſignificatio. idem tradit Dec. in l. hæredem in fine. ff. de regul. iur. & vltra eos idem ponit Bartol. in l. qui plures. la j. ff. de vulga. & pupil. iuncta l. ſi tu ex parte. ff. de acquiren. hæredit. & facit quod ſcribit Bald. in l. fin. in principio. C. ſi penden. appel. mors interue. vbi inquit, † quòd hæres non dicitur quis antequam teſtamentum ſit aditione cõfirmatum, vt l. ſi ſeruus communis Meuĩ in princip. ff. de ſtipula. ſeruo. & hoc confirmatur ex alijs verbis ibi poſitis, & quæ dicta Iſabella habebit: nam illud † verbum, habere, importat dominium, & intelligitur cum effectu, l. habere. ff. de verbor. ſignificatio. & l. ſtipulatio iſta. §. habere. ff. de verbo. obligatio. Bartol. in l. centurio. colum. penult. in fin. verſic. tertiò dubitatur. de vulga. & pupil. ſed circa hoc non opus eſt inſiſtere: quia illud eſt indubitatum, quòd dicta Iſabella primogenita deceſsit ante mortem parentum, vnde ſufficit, quòd iſta ſola conditio defecerit, vt fideicommiſſo non ſit locus per ſupradicta. Nec iuuat ſi diceretur, quòd non videtur poſſe conſtitui differentiam, quare magis prædicti Raymundus, & Iſabella Fabra voluerint in defectum filiorum, ſi ſuperuiueret parentibus tranſire bona ad dictam dominam Annam, & eius deſcendentes, quàm ſi in vita eorum decederet: eſt enim hæc fragilis conſideratio: † quia in conditionibus merè voluntarijs non fit extenſio ad ſimilem caſum, cùm diſponens non conſiderauerit de effectu, ſed de forma ſpecifica, quæ venit ſecundum illum modum adimplenda, vt inquit Bartol. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. columna 2. verſic. contra hoc oppo. ff. de lib. & poſthum. per text. in l. qui hæredi. in princip. & l. Mæuius. ff. de condi. & demonſt. cuius doctrina ibi* communiter approbatur per ſcribentes. Ruin. in conſil. 4. num. 4. vol. 3. non obſtat etiam, ſi diceretur, quòd poſito quòd Iſabella non ſucceſsiſſet, quia mortua eſt viuis parentibus, & ſic poſito, quòd donatio facta d. Iſabellæ haberetur pro non facta & ſcripta principio, quò ad d. Iſabellam, tamen remanſerunt ſubiecta vinculo & ſubſtitutioni factæ in fauorem d. do. Annæ, & eius deſcendentium per text. in l. vnica. §. j. C. de cadu. tol. & in l. & qui in mortis. ff. de donatio. cau. mor. Bald. in l. quandiu. l. vltima. ff. de acquiren. hæred. quia* communiter dicitur, quòd etiam ſi primus ſubſtitutus moriatur ante primum grauatum, & conditio ſuæ ſubſtitutionis defecerit, etiam eo mortuo ante grauatum, vbi ſuperexiſtẽtia eiuſdem requirebatur pro validitate ſuæ vocationis, nihilominus non deficit ſecunda ſubſtitutio compendioſa vel fideicommiſſaria: Imò veniunt bona reſtituenda ſecundo ſubſtituto, vt probatur etiam in l. ſi Titius. & in l. cohæredi. in princ. ff. de vulga. & pup. & in d. l. quandiu. verſ. his autem. Nam prædictis reſpondetur, quòd d. Raymundus & Iſabella Fabra coniuges appoſuerunt donationi collatæ in d. Iſabellã primogenitam conditionem, ſi d. Iſabella ſuperuiueret eius parentibus, & ad eam bona peruenirent, quo caſu defectus cõditionis nedum reddit vocationẽ inutilem d. dom. Iſabellæ à ſui principio, & pro non facta, verùm etiam extinguit vocationem dom. Annę. Non enim eſt locus ſequenti ſubſtituto, vbi cõditio priori appoſita nõ extitit neq; fuit verificata, † & iſto caſu non habent locum ea, quæ dicuntur in d. l. quandiu. de acq. hęre. hoc voluit Ang. in l. qui habebat. per vltimam gl. ibi. ff. de vul. & pup. vbi etiam not. illum text. ad hoc, quòd quando tollitur medium propter quod attingitur ad extremum, tollitur diſpoſitio etiam in extremo, & hoc etiam ponit ibi Imol. dicens, quòd deſtructo medio, per quem neceſſariò peruenitur ad finem, deſtruitur & ipſe finis. Idem etiã expreſsè tenet Paul. de Caſtr. conſ. 152. Præſens dubium videtur formari & decidi, col. j. lib. j. ſecũdum nouiſſimam impreſsionem, & ante eum hoc etiam voluit Bald. in conſil. 162. Quidam fuit ſubſtitutus, lib. j. per d. l. qui habebat. & con. 279. Factum tale proponitur, Quidam nomine Paulus, eod. lib. hoc etiam expreſsè dicit Alexan. conſil. j. Perſpectis verbis teſtamenti, col. 3. lib. j. quia ibi teſtatur, quòd filium poſthumum inſtituerat, & ſi contingeret vxorem non eſſe prægnantem, vel eſſe, & partus in lucem non peruenire, vel ſi peruenire, & decederet in pupillari ætate, vel quandocunque ſine filijs legitimis ſubſtituerat Raymundum eius filium hæredem ſeruantem legem teſtamenti circa quaſdam particulares diſpoſitiones, & domino Raymundo quandocunq; decedẽti ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituit Antonium Speciforam eius nepotem: deinde accidit, quòd d. Raymundus deceſsit viuo teſtatore, & ſic nõ potuit eſſe hæres, deciditur ibi, q; ex quo teſtator in ſubſtitutione facta filio requiſiuerat, quòd eſſet eius hæres, & ſibi ſuccederet, quòd quia non potuit euenire caſus ſubſtitutionis primę, quia d. Raymundus deceſſerat viuo teſtatore, perempto hoc primo gradu ſubſtitutionis, ſubſtitutio ſecundo loco facta de Antonio Specifora non procederet, ex quo teſtator voluit ſubſtitutum eſſe hæredẽ & ſeruare legem teſtamenti, & tunc dicit nõ procedere, l. quandiu. l. vltima. ff. de acquir. hæred. quia hoc eſſet contra mentem teſtatoris ſi aliter diceremus, qui noluit eſſe locum ſubſtitutioni, niſi ille eſſet hæres ſibi ſeu poſthumo, & ſeruaret legem teſtamẽti, & conditio non fuit impleta. & cum Alexan. pertranſit Ruin. in conſ. 155. col. 2. circa ſi. vol. 3. & hoc idem latè voluit Corn. qui in eodem caſu conſuluit con. 199. In præſenti conſultatione, lib. 2. Idem etiam conſuluit Alexan. conſ. 59. Attentis verbis teſtamenti, col. 3. ver. Quartò probatur. lib. 3. Inuenio etiam quòd Roma. in d. l. quandiu. l. vltima. col. 7. ff. de acqui. hæred. in q. Bar. ibi de pupillo dicit, quòd ſi vltimò ſubſtitutus debet ſuccedere per fideicõmiſſum, ſi ſubſtitutio facta fuerit ſub conditione, ea non verificata, non eſt locus vltimæ ſubſtitutioni: quia conditio defecit, ita intelligendo text. in præallegata l. qui habebat. ff. de vulg. & pupil. Poteſt etiã non improbabiliter dici, quòd leges quæ inducuntur ad hoc, quòd perẽpto primo gradu ſubſtitutionis, eſt locus ſecundo, loquuntur in vltimis voluntatibus: vnde non poteſt fieri extenſio ad ea quæ fiunt contractibus, † quia in vltimis voluntatibus latior & plenior fit interpretatio, quàm in contractibus, qui ſunt ſtricti iuris, ca. cùm dilecti. de dona. l. in teſtamenti. ff. de regul. iur. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. obligatio. Et facit aperta ratio, quia illi, qui ſe fundat in verbis, poteſt imputari cur legem apertius non dixerit, l. veteribus. ff. de pac. l. ſtipulatio iſta, habere licere. §. in ſtipulationibus. ff. de verbor. obligat. Accedit quod voluit Bart. in l. liberorum. colum. 3. verſ. quid ſi appellatio filiorum. ff. de verb. ſign. vbi † appellatione filiorum in vltima voluntate veniunt nepotes, l. ſi. ff. de hęred. inſt. ſecus in contractibus. Alex. in conſ. 128. num. 12. vol. j. Iaſ. in conſ. 115. col. penult. volum. j. Rui. in conſ. 13. colum. 2. vol. j. Item videmus, † quòd in vltimis voluntatibus monaſterijũ habetur loco filij, c. in præſentia, de proba. ſecus tamen in contractibus. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 120. Iaſ. in l. ſi quis id quod. col. 5. de iuriſd. om. iudic. ſecus in vltimis voluntatibus, quæ pendent à voluntate vnius: quia non poteſt imputari hęredi vel ſubſtituto, quòd non fecerit, vt teſtator apertiùs loqueretur.

Si igitur voluiſſent diſponentes, quòd dicta bona peruenirent in d. dominam Annam, & eius deſcendentes, ſiue Iſabella ſuperuiueret parẽtibus, ſiue nõ, & ſiue ſuccederet ſiue non, hoc debet clarè exprimi, † aliàs quicquid eſt omiſſum in contractibus cenſetur omiſſum, ita quòd altera partium non poteſt interpretari & dicere ſe hoc modo intellexiſſe, & non illo, vbi dictum fuit nihil, & ex verbis colligi non poteſt, vt habetur in d. l. quicquid aſtringendæ, & in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolut. mat. & in l.

extra-

extraneus.ff.de cond.ob cau. Pariſ. in conſ.117.num. 6.volu.j. Et contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, etiam ſi ſine ea promiſsio ſtare non poſſet, vt per pulchra exempla conſuluit Bal. in conſil.145. Caſus talis eſt in quodam inſtrumento, col.pen.lib.3. Prætereà non videtur eſſe locus diſputationi, vtrum peremptо primo gradu ſubſtitutionis admittatur ſecundo ſubſtitutus, ex quo non conſtat de bonis donatis, vel poſito, quòd conſtaret, fuerunt ſub conditione, quæ non euenit, & hoc tollit omnem ſcrupulum. Idem dicendum videtur, attento quòd prædicti Don Raymundus, & Iſabella Fabra voluerunt, quòd præmoriente d. dom. Iſabella primogenita ſine filijs legitimis & naturalibus, eis relin queretur libera diſponendi facultas : qui etiam ſuperſtites diſpoſuerunt, & cùm d.Don Petrus impugnauerit contra amitam agentem materiam cõtentam in dictis primis capitulis ſuum ſortita effectum fuiſſe, ex defectu conditionum non debet poſſe nũc
26 contrarium aſſeuerare: † quia ex eo quod quis impugnat, ſe iuuare non poteſt, c. ex eo de reg. iur. in 6. ponit Bartol. in l. poſt legatum. ff. de his quib. vt indig. Poteſt etiam dici, quòd dict. Don Petrus non eſt comprehenſus in prædictis capitulis dotalibus, poſito (ſed non conceſſo) quòd valida fuiſſent ex his, quæ in themate narrantur, attamen non expedit: quia ſuperius fundamentum eſt firmiſsimum ad eius excluſionem, prout etiam bene oſtẽdetur reſpondendo ad contraria.

Oſtenſo igitur, quòd d.Don Petrus non poteſt ſumere fundamentum ex dictis duobus primis pactis dotalibus, ſupereſt vt videamus, an poſsit ſe iuuare ex dictis vltimis pactis celebratis per dom. Iſabellam Fabram cum dom. Anna Deſpes eius filia, & Don Blaſio Comite de Saſtago de anno 1515. & clariſsimè conſtat quòd non comprehenditur. Nam ibi dicitur formaliter, quòd ſi prædicta dom. Anna Deſpes habebit duos aut plures filios maſculos præſentis matrimonij, filius ſecundò genitus debeat ſuccedere, & ſuccedat in dictis Baronia, caſtris, villis, & locis deſuper recitatis, cum hoc, quòd filius ſecundò genitus, qui ſuccedet in prædictis bonis teneatur deferre & deferat cognomen & arma Deſpes, ſine mixtura aliqua, modò non ſit religioſus, & c. & ſi recuſauerit vel non detulerit cognomen & arma Deſpes, prout dictum eſt, quòd ipſo facto ſit priuatus & non habeat dicta bona, & in eis ſuccedat & ſuccedere teneatur alter filius maſculus præſentis matrimonij procreatus à dicta domina Anna Deſpes ſi fuerit repertus ſequens in gradu, qui erit obediẽs, & ita vadant prædicta bona, de vno in alium maſculos legitimos, & ex præſenti matrimonio procreatos, & in deſcendentes illius ſeu illorum maſculos, & de legitimo matrimonio procreatos de maiori in maiorẽ, cum dictis conditionibus, qualitatibus, & priuationibus in non deferendo cognomen & arma, vt dictum eſt. Pondero, quòd habente dicta domina Anna duos vel plures filios, vocantur filij maſculi præſentis matrimonij: expeditum eſt autem, quòd nepos non venit appellatione filiorum maſculorum præſentis matrimonij procreatus ex d.domina Anna. Vnde d. don Petrus nepos d.dominæ Annæ ex his verbis excluditur, nec venire poteſt ex ſequentibus verbis, & ita vadant prædicta bona de vno in alium maſculos legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos, & in deſcendentes illius ſeu illorum maſculos legitimos, & ex præſenti matrimonio procreatos de maiori in maiorem, &c. Nam ſuperius fuerat facta mentio, quòd ſi haberet d.Anna plures filios maſculos ſecundò genitos, deberent ſuccedere in dictis Boronia, & locis, cum hoc, quòd dictus ſecundò genitus deberet deferre nomen, & arma Deſpes, & ſi recuſauerit, admittatur ſequens filius maſculus procreatus à dicta domina Anna ex dicto matrimonio. Vnde illa verba, quibus vocantur deſcendentes illius, & illorum maſculi, de maiori in maiorem, vocant tantùm deſcendentes illius, & illorum, ſcilicet, qui vt ſecundò geniti ſucceſſerint in dicta Baronia, ſicut in præſenti caſu occurrit, in quo ſucceſsit in dicta Baronia don Franciſcus ſecundò genitus. ipſe autem Franciſcus nullos reliquit deſcendentes, qui videantur vocari, & dictus dom. Petrus, qui vellet venire nũc ad dicta bona non eſt de deſcendentibus illius, ſed collatera-
27 lis eſt domini Franciſci. illa enim † verba illius & illorum, non ſolũm relationem important, ſed etiam perſonalitatem quandam, ita vt non poſsint ad alios referri, ſicuti quælibet alia pronomina, l. generaliter, in fin. ff. de offic. præſid. l. vnica. §. ne autem. ibi, cum in certum locum abire, & domum ſuis manibus conſtruere. C. de cadu. tollen. l fideicom. §. fin. ibi per ipſum id fieri. ff. de lega. 3. tradit Fel. in ca. fin. col.
28 j. de off. deleg. Et quòd † dictio, ipſe, ſit perſonaliſsima, ponit Bald. conſil. 304. Nobilis vir lib. 5. vbi vult,
29 † quòd prohibitio facta ipſi hæredi de non alienando, tanquam perſonales non comprehendit filios hæredum, tanquam illa demonſtratio, ipſe, perſonam ipſam veluti ad oculum demõſtraret, nec eam aggrediatur, quod dictum vti mirabile ſequitur ibi Iaſ. in 2. lectura colum. penult. verſic. pro ampliatione. Ferd. Loaz. num. 498. & Ripa num. 111. Catel. Cotta in memor. incip. hæredis appellatione. gloſ. eſt notabil. in §. fuerat. in verſicu. cum ipſa. inſtit. de actio. Soc. Iun. in conſil. 144. num. 14. volum. 3. ad quod etiam facit quod Bald. ſcribit in l. apud Iulianum. §. ſi
30 quis alicui. ff. de legat. j. vbi vult, † quòd ſi Princeps ſcribit alicui, per te exerceas, reſcriptum eſt perſonale, nec per alium ſubrogatum poteſt exerceri, & ſequitur ibi Imo. & Petr. de Anch. in cap. priuilegium, circa fin. de regul. iur. in 6. facit quod voluit Specu. in tit. de iud. delega. §. iam nunc dicendum, ver. item
31 quid ſi recep. vbi tenet, † quòd ſi Papa deleget examinationem tribus, cum clauſula, quòd per ſe examinent, non poſſunt alteri ſubdelegare, ſequitur Iaſ. in l. à iudice. colum. 5. verſic. ſextò limita, vbi etiam tenet quod ſuprà dictum eſt. Et tantò magis id dicen-
32 dum eſt, † quia ſumus in contractibus, qui ſunt ſtricti iuris, & terminos ſuos non egrediuntur, l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obligat. l. veteribus. ff. de pac. & in l. in vendendo. ff. de contrahen. empt. Et licet in eo quod domina Iſabella Fabra donat Baroniam, & loca filijs maſculis d. dominæ Annæ natis ex
33 præſenti matrimonio, & legitimè procreatis, † deberet fieri lata interpretatio, ſi verba paterentur, ſicut fieri ſolet in donationibus, c. cùm dilecti de dona. tamẽ ex quo ſubſtituit deinde d. filijs maſculis ſecundò genitis deſcendentes ipſorum, hoc continet
34 onus, & grauamen, † & ideo fideicommiſſa odioſa ſunt & reſtringenda, l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. iuncto c. odia. de reg. iur. in 6. & l. cùm quidam. ff. de lib. & poſthum. Iaſ. in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam. Dec. in conſil. 465. num. 14. Pariſ. in conſilio 86. num. 26. volum. 2. Confirmantur præmiſſa, quia in dictis vltimis pactis continetur, quòd concordatum fuit inter dominam Iſabellam Fabram, & dominam Annam Deſpes eius filiam, quòd dicta Baronia & bona debeant peruenire in dictam dominam Annam ſi erit in rerum natura, & ſi non erit in rerum natura, in eius deſcendentes ſub forma & modo ſequentibus. Vnde dicendum, quòd ex quo dicta ſubſtitutio de deſcendentibus fuit facta ſub certa forma, non poteſt ab ea recedi, & trahi ad alios deſcendentes præterquam ad deſcendentes deſcentium ex filijs maſculis ſecundò genitis, qui tenebantur deferre nomen & arma Deſpes, † quia forma
35 contractus ad vnguem eſt ſeruanda. Bald. in l. ceſſante. C. quomodo & quando iud. in cap. ex literis.
36 colum. fin. de conſtit. Nam † forma dat eſſe rei, &
37 for mæ nihil addi, vel detrahi poteſt: quia † quod perfectum eſt, non ſuſcipit ex interuallo magis, & minus, vt Bald. dicit in l. quoties. colum. 2. verſic. ex hoc elicitur. C. de ſuis & legit. Pariſ. in conſilio 19. num. 188. volum. 2. & in conſ. 161. num. 15. volu. 3. & vbi aliquid requiritur pro forma, videtur cogitatum non de effectu ſed de modo. Ideo non licet extra ſuos limites addere alia, vt nec etiam poſsit per æquipollens impleri. c. cùm dilecta. de reſcripto. l. diligenter. ff. manda. & Bartol. not. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 2. verſicu. contra hoc oppono. ff. de lib. & poſthum. Bald. Angel. & alij in l. j. eod. tit. Dec. in conſil. 466. in
38 fin. 531. colum. 2. in princip. & 612. colum. 2. † nam formæ defectus fortior eſt, quàm defectus renunciationis. Pariſ. in conſilio 19. numero 60. volumine 2.

Accedat

Accedit huic sententiæ, quia licèt substitutio facta in vnum casum extendatur ad alios casus, vt in terminis, l. fin. vbi Bart. C. de instit. & substit. & in l. fin. C. de posthum. hæred. instit. tamen istud non procedit quando extensio fieri deberet de persona ad personam, vt in casu præsenti, dato quod in alia persona militaret eadem ratio, & præsumpta mens testatoris. Item etiam dato, quòd testator verisimiliter ita statuisset in ista alia persona si de ea fuisset interrogatus, & istud probatur per tex. not. in l. si quis. §. pen.
39 ff. de testa. tutel. vbi † si testator dedit tutorem filijs suis, nō dicitur dedisse tutorem illi filio, quem ignorabat se habere, & tamen ex præsumpta charitate, & mente patris, si pater de tali filio fuisset interrogatus, verisimiliter idem disposuisset, & ita per illum text. decidit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum, versicu. secundò adde. ff. de lib. & posthum. vbi etiam ad hoc allegat gloss. in l. Titius. in princip. ff. eo. tit. & istam decisionem Aret. sequuntur duo præstantissimi ex modernis doctoribus Iaſ. consi. 228. In isto themate primo dubio. lib. 2. & in l. cùm res. colum. 3. in 6. notab. de lega. j. & in consilio 220. colum. 4. volum. 2. & in consilio 66. colum. 8. volum. 3. Dec. in consilio 211. Subtilis est casus. colum. 3. vbi hoc confirmat ex dictis Oldra. consil. 21. Thema tale est testator. Rursus in consil. 214. colum. 2. 287. colum. 2. & 394. col. 5. in princip. Paris. in consilio 14. colum. 2. volum. 3. 20. num. 34. 108. num. 41. volum. eod. & in consi. 86. num. 35. volum. 2. Craue. in consil. 165. num. 2. & vltra eos bene facit, quod dicit Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de testa. §. in primis, in addit. magna in 4. q. vbi concludens in casu suo substitutionem non trahi de casu scripto ad alium casum omissum, dicit nō obstare illud, quòd in vltimis voluntatibus mens & voluntas testatoris prædominatur, l. 3. C. de lib. præterit. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demonst. quia per hoc non fit, quin casus omissus habeatur pro omisso, licèt eadem æquitas versetur in omisso, quę in expresso versatur, & hoc fortius quando in dilatando casum versatur odium, & ita respondet Petr. de Ancha. in consilio 356. Ex serie testamenti colum. fin. dicens, quòd licet testator interrogatus in casu omisso, idem respondisset, tamen postquam in hoc casu nō prouidit legalis interpretatio ad hūc casum omissum extendi non debet. Ex his igitur patet, quòd dispositio facta inter Isabellam Fabram, & dominam Annam Despes de descendentibus filiorum secundo genitorum, non debet extendi ad descendentes ex primo genito tanquam ad alios & diuersas personas, & quia talis dispositio facta in vno casu non debet extendi ad casum omissum, si enim hoc procedit in vltimis voluntatibus, multò fortius debet procedere in substitutionibus, quæ fiunt ex contractu, quarum natura est vt magis stricte intelligantur, c. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de reg. iur. Paris. consi. 52. num. 9. volum. j. consil. 24. numero 93. volum. 2. Gozad. consil. 70. num. 11. vbi stri-
40 ctissimè verba contractus intelligenda sunt. † Nam etiam in contractibus pacta non extenduntur ad alias personas, l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & casus omissus habetur pro omisso, l. si cum dotem. in princip. ff. solut. matrim. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. ex prædictis infertur clara resolutio ad argumenta. quæ fiebāt in oppositum pro parte dicti don Petri: nam omnia illa argumenta tendunt, quòd ex pactis dotalibus colligitur mentem fuisse dictorum contrahentium, quòd secundò genitus ex descēdentibus dominæ Annę Despes haberet Baroniam cum delatione nominis & armorum, & hoc est falsum: quia non potest fieri fundamentū ad ostendendum talem fuisse dispositionem dictorum cōtrahentium ex dictis pactis dotalibus. Nam ex primis & secundis pactis hoc non potest colligi: quia fuerunt facta sub conditionibus, quæ non extiterunt, & ideo ex defectu conditionū contractus illi redditi fuerunt nulli, cessante voluntate contrahentium. Paris. in consil. 12. numero 104. volumi. 2. propter quod fit, quòd ex contractu conditionali, vbi non est verificata conditio non possit agi, l. cedere diem, in princ. ff. de verb. sign. cum alijs vulgarib. Et in primis ponderandum est, quòd dicti don Raymundus & Isabella Fabra in defectum conditionum reseruarunt sibi facultatem disponendi liberam, quod etiam fecerunt. Nam dictus don Raymundus instituit hæredem Isabellam Fabram vxorem in dicta Baronia, & Isabella Fabra fecit alia pacta dotalia cum dicta Anna Despes eius filia, propterea non veniunt attendenda prima pacta, quę nulla sunt & fuerunt, sed vltima, cùm etiam
41 hoc statutum sit, † quòd vltima pacta derogent prioribus, l. pacta nouissima. C. de pac. Paris. in consil. 21. num. 21. volum. 4. Alex. in consilio 58. nume. 3. volumine 4. & ideo dicit Iurisc. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. j. quòd nouissima scriptura spectanda venit.

Sin autem dictus don Petrus vult se fundare in dictis vltimis pactis factis per dictam solam Isabellam Fabram, dilucidè ostensum fuit in superioribus dictum don Petrum non esse vocatum: quia verba eum non comprehendunt, sed excludunt: nam illud
42 quod dicitur, † quòd mens in contractibus potius inspicienda est, quàm verba, l. fin. C. quæ res pigno. obliga. pos. cum concord. istud procedit, quando de mente clarè constat, & verba propriè, vel saltem impropriè conueniunt menti, aliàs standum est verbis, l. in ambiguo. & ibi Bart. ff. de reb. dub. dum respondet ad l. non aliter. ff. de lega. 3. & tradit Alexan. cons. 55. Ponderatis his, quæ in themate circa fin. lib. 3. &
43 actum videtur quod ex verbis colligitur, † & quis videtur habere voluntatem prout verba sonant, l. Labeo. §. idem Tubero. ff de suppel. lega. in l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. & egregiè dicit Bald. in cap. Rodolphus. in 3. colum. de rescrip. quòd illud quod non dicit scriptura, nec nos dicere debemus, cùm scriptura suos limites habeat, per tex. in l. fideiussores magistratuum. §. Aurelius. ff. de fideiuss. & dici potest dicto don Petro: Tu es excluſus, quia scriptura de te non loquitur, iuxta not per Gozad. in consil. 21. nume. 8. Soc. iun. in consil. 153. colum. 3. volu. 2. Craue. in consi. 161. num. 16. nihil enim aliud inquiri debet, nisi quod in instrumento scriptum est, vt not. Bald. in l. fin. per
44 illum text. C. de falſ. cau. adiec. lega. † & non vtitur beneficio scripturæ, qui in ea non est nominatus, l. si binæ. ff. de iniust. rup. testa. & ibi Bald. & Ang. ad hoc no tant, & idem tradit Bal. in l. ad probationem. la j. per illum text. C. de proba. Præterea non sufficit quem
45 velle nisi etiam disponat: † quia propositum in mente retentum nihil operatur, l. si repetēdi. C. de cond. ob cau. vnde dicunt Bald. & Imol. in l. quidam cum filium, quod non ex voluntate testatoris agitur, sed
46 solùm ex ea quæ transit ad dispositionem. Vnde † nō sufficit testatorem velle, nisi disponat. Dec. in consil. 61. colum. 2. 186. colum. 2. 205. nume. 5. Iaſ. in consi. 228.
* colum. 3. volum. 2. vbi citat hanc esse * communem. Et in interpretanda voluntate testatoris non debe-
47 mus diuinare, † quia in testamentis nihil est ita proprium sicut claritas. authen. de testa. imperfect. circa fin. coll. 8. per quem tex. ita arguit Bald. in consil. 235. quòd dicta clausula. lib. 5. Nec aliquid facit, quòd sit eadem ratio in descendentibus ex primogenito, quæ est in descendentibus ex secundo genitis; cùm idem militet fauor conseruandæ agnationis: nam in superiorib. opportunè est ostensum, quòd in huiusmodi substitutione, quæ continet onus & grauamen de casu expresso, non potest fieri extensio ad casum non expressum, & casus omissus habetur pro omisso.

Nec obstat prædictis, quòd in vltimis capitulis matrimonialibus fuerit conuentum & concordatum, quòd in non mutatis, correctis, emendatis, seu additis, firma remanerent prima capitula de anno 1511. confecta: quia respōdetur, quòd stantibus etiam firmis primis capitulis, non potest venire d. don Petrus tanquam ibi non comprehensus: quia non fuit ibi actum, quòd veniendo bona ad secūdo genitum si ille decederet sine filijs masculis, ea deuenirent ad secundo genitos primi geniti, qui ante fuerat excluſus, & sic cùm iste casus ibi fuerit omissus, non potest interpretatione suppleri iuxta superius demonstrata. Præterea illa verba, quòd maneant firma contenta in primo capitulo, debent referri ad alia multa pacta, quæ (vt præsupponitur) ibi continebantur, de quibus in istis vltimis capitulis non fuit dictum:

non autem ad maioricatum, de quo specialiter fuit facta prouisio & intentio partium, verbis expressa:
48 † nam clausula generalis, quæ subijcitur, non refertur ad ea, de quibus contrahentes specificam fecerunt prouisionem, l. vxorem. §. felicissimo. in fin. ff. de lega. 3. l. cohæredi. §. qui patrē. ff. de vulg. & pupil. l. doli clausula. ff. de verb. oblig. cum alijs suis concordantibus.

Habere autem intentionem fundatam præd. don
49 Artaldus videtur, † quia huiusmodi Baroniæ deferuntur de consuetudine ad primogenitos, vt testatur Ioan. Fabri. in §. cæterum. circa fin. in stit. de legit. agnat. successio. quod est etiam satis conforme iuri communi, c. imperialem. §. ducatus. de prohi. feud. alie. per Feder. cap licèt de voto vbi glo. dicit, † quod
50 nec etiam secundo genito debetur legitima. Habet etiam fundatam intentionem d. don Artaldus primogenitus ex quodam capite dictorum vltimorum pactorum dotalium, vbi cautum est, quod si secundo genitus, ad quem peruenerint dicta bona, decesserit sine filijs masculis existentibus seu deficientibus filiabus, tunc bona eius deueniant in fratres, seu consanguineos propinquiores masculos illius successoris, qui mortuus fuerit sine masculis de maiori in maiorem: & sic casus contingit, quia don Franciscus secundo genitus dictæ dom. Annæ Despes, qui successit in dictis bonis, decessit nullis relictis filijs masculis nec fœminis, & per consequens bona peruenire debent in dictum don Artaldum, qui est proximior defuncto, & maior natu. Et sic ibi ex mente contrahentium clarè est casus decisus. Ista tamen, quæ de bono iure don Artaldi dicuntur, dicta sint ex abundanti, quoniam cùm ipse possideat dictam Baroniam, & futurus sit reus, sumus in regula, quòd actore non probante reus absoluitur, etiam si ipse nihil præstiterit, c. j. in fi. vt si ecclesia. benef. l qui accusare. C. de eden. l. fin. C. de rei vendi. Ius enim metimur ex persona actoris, vt inquit Iurisc on. in l. j ff. si pars hæred peta. Et istud est magnum commodum possessoris, quòd etiam si eius res non sit, qui possidet, si modò actor non potuerit rem suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam causam, cùm obscura sunt vtriusq; partis iura, contra petitorem iudicari solet, secundum quod scribit Imperator in §. commodum. in stit. de interdic.

Ex prædictis etiam colligitur decisio alterius dubij, in quo quæritur vtrum dictus don Artaldus primogenitus teneatur deferre nomē & arma Despes, & concludendum est, non teneri, ex quo nulla pacta dotalia eum comprehendant, nec obligant, poterit tamē deferre si sibi videbitur, propter successionem
51 in dicta Baronia, aliàs † non liceret vti alienis armis & insignibus, vt Bartol. scribit in tract. de insignijs & armis, colum. j. per text. in l j. C. de his qui pot. nom. & per not. in §. penult. in authen. de mand. princ. coll. 3. latè per Paris. in consil. 29. colum. j. in fin. volum. j. Ex alio etiam videtur, quòd non teneatur deferre nomen & arma Despes, scilicet ex verbis positis in vltimis capitulis dotalibus, quia secundo genitus gratiatur tantummodò deferre, non etiam primogenitus, & pœna priuationis hæreditati secundo genito, quando recusat deferre nomen & arma, non debet
52 intelligi repetita in primogenito, † quia dispositio pœnalis de casu ad casum non extenditur, vt est tex. in l. pater Seuerinam, in princ. quam Barto. not. ff. de cond. & demonst. Dec. in consi. 273. colum. fi. in prin. Soc. in consil. 259. colum. 3. & dicit Bald. in l. Gallus §. & quid si tantum. colum. 3. ver. & ex hoc infero. ff. de lib. & posthum. quòd pœnæ non extenduntur ad similem casum, licet alias fieret extensio: ita intelligendo text. in ca. susceptum. de reseri. in 6. Et dicit etiam Bald. in l. cum proponas. circa fin. C. de hæred. instit.
53 † quòd casus pœnales non recipiunt interpretationem extensiuam seu similitudinariam, l. mulcta. & l. in testamento. ff. de cond. & demonst. Alex. in consi. 113. colum. fin. volum. 2. Dec. in cons. 290. colum. pen.
54 Et ratio est, † quòd dicti casus pœnales sunt stricti iuris. Ideo nimirum, si nō recipiunt interpretationem extensiuam seu similitudinariam. Rursus in consil. 273. col. fin. in princ. & in cons. 406. in fin. Curt. Iun. in cons. 119. col. pen. Comprobatur ex eo quod Bal. scri-
55 bit in l fi. 22. q C. de hæred. instit. vbi inquit, † quòd si testator mandat hæredi, quòd faciat monumentum sub pœna priuationis hæreditatis, si decedit hæres, & transmittit ius accrescendi, hæres hæredis non tenebitur eadem pœna, per d. l. mulcta. & dicit esse notandum, & in proposito, quòd pœna in vno capitulo posita non intelligatur repetita in alio, vult gl. in clem. 2. in verb. sanctioni, de vit. & honest. cler. & gl. fi. in clem. fin. de pen. Bald. in l. in testamento. Ja j. ff. de cond. & demon. & Bald. in l. cùm pater. §. pater certā. post Dyn. ff. de lega. 2. dicens, pœnam non esse de na-
56 tura contractus, † & ideo in vno contractu appositam, non censeri in secundo repetitā. Roma. in cons. 155. Dec. in cons. 290. col. 2. vers. secundò pœna. in cons. 437. colum. j. in fin. duplicato in consil. 672. & hoc in casu nostro intrepidè videtur tenendum: quia non potest dici, quòd casus sit similis cùm sit dare rationem differentiæ inter primogenitum & secundo genitum de Alagon, quia primogenitus, qui succedit in Comitatu, debet deferre nomen & arma domus suæ, quæ ratio non ita militat in secundo genito, qui non est successor comitatus, & fatuum esset ad diuersos casus pœnam extendere propter odium pœnæ, l. si præses. & l. si in interpretatione. ff. de pœnis. c. in pœnis. de reg. iur. in 6.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LX.

1 *Feudo priuatur vasallus ipso iure per alienationem factam sine consensu domini.*

2 *Commercium in feudis sine consensu domini est prohibitum.*

3 *Vasallus si alienet feudum antiquum sine consensu domini, illud reuertitur ad dominum, et non ad agnatos: sed contra secundum magis communem, nu. 8. & seq. & maximè 11.*

4 *Vasallus alienando feudum, irrequisito domino videtur ipsum contemnere & ei fidem non seruare.*

5 *Cautela, per quam succurritur agnatis, si vasallus alienet feudum paternum vel antiquum, sine consensu domini, reprobatur, vt in num. 14.*

6 *Argumentum de emphyteusi ad feudum valet, sed contra in terminis nostris, vt in nu. 14.*

7 *Emphyteota si alienet rem emphyteoticam irrequisito domino, res ipsa reuertitur ad dominum, & non ad agnatos.*

8 *Delictum patris in feudo antiquo operatur vt feudum reuertatur ad dominum.*

9 *Agnatus sicut præfertur domino in prohibendo, ita & in reuocando.*

10 *Vasallus si peccat in alium, quàm in personam domini, agnatus præfertur domino.*

11 *Vasallus offendens dominum in feudo paterno siue antiquo. si offendit directè redit ad dominum, si indirectè, ad agnatos.*

12 *Vasallus si alienet feudum antiquum sine consensu domini, aperit viam agnatis reuocandi feudum morte alienantis non expectata.*

13 *Text. in capit. 1. §. calidis. de prohib. feud. alie. per Feder. & in capit. denique. quæ sit prima causa benef. amit. & in cap. 1. de vasallo qui contra constitut. Lotharij. & in cap. 1. quid iuris si vasallus post alienationem. & cap. 2. extra de feudis, habent locum in feudo nouo & non in paterno vel antiquo, vel quando nulli extant agnati, qui feudum recuperare possint.*

14 *Alienatio feudi paterni vel antiqui, nedum est prohibita fauore domini, sed etiam agnatorum.*

CONSI-

CONSILIVM LX.

IN præsenti cõsultatione, in qua quæritur, an per alienationem feudi Salegij facta per magnificum dom. Hectorem de Rouetis in magnificum dom. Sigismundum de Saluetis sine consensu directi domini, † & per quã
1 feudum ipso iure amittitur, cap. j. vbi not. omnes de
2 prohi. feu. alie. per Feder. † quia omne commercium in feudis sine consensu domini est prohibitũ, gl. in c. j. §. hoc quoq; de succes. feud. & feudum ipsum reuertitur ad dominum, vel ad agnatos, & ad magnificos D. Euasim, & Annibalem de Rouetis ipsius alienantis proximiores agnatos. Prima facie dicendum videtur, quòd ad dominum reuerti debeat, per tex. in c. j.
3 §. calidis de prohi. feu. alie. per Feder. vbi dicitur, † q; si venditor & emptor ad illicitas alienationes deueniunt, feudum amittunt, & ad dominum liberè reuertitur. Secundò per text. in c. j. §. fi. quæ sit pri. cau. benef. amit. vbi si vasallus contra constitutionẽ Lotharij Imperatoris beneficiũ alienauerit: quia dominum contemnere videtur, illud pertinet ad dominum. Tertiò per tex. in c. j. de vasallo, qui contr. constit. Lotha. vbi si vasallus contra constitutionem Lotharij beneficium alienauerit, si totum, perdit totũ, si partem, illam perdit, & ad dominum reuertitur: ad idem est tex. in c. j. §. item si fuerit. quib. mod. feud. amit. vbi si fratres feudũ ea conditione obtineãt, vt alter alteri succedat, illudq; posteà inter se diuidãt, & alter suam portionem illicitè alienet, ea non ad fratrem alterum, sed ad dominum reuertitur. & in §. libellario. eo. tit. vbi dicitur, quòd vasallus feudum aut pignorans, aut in alium transferẽs sine domini voluntate, feudo priuatur, & ad dominum deuoluitur. facit etiam text. in c. j. quid iuris si vasal. post alie. feud. & c. idem quoq; disponitur in c. 2. extra de feu-
4 dis. Ratio etenim est, † quia vasallus alienando feudum irrequisito domino videtur ipsum contẽnere: & ei fidem non seruare: & ideo ei datur vt iniurię suę vltionem habeat, c. deniq;, quæ sit 1. cau. benef. amit. & hanc opinionem tenuit Pet. de Cer. in c. j. in §. hoc quoq;. de succes. feud. Odofr. in summa sua sub rubr. ad quos feud. reuerta. & Ioan. de Faxo. in summa sua sub rubr. in aliena. amit. feud. vt refert Bald. in ca. j. si vasal. feud. priue. Bal. in cons. 276. vol. 5. vbi ait de consuetudine feudorum verius esse, quòd in tali casu feudum reuertatur ad dominum, & nõ ad agnatos: quia ista est natura feudi, vt rescindatur ipsius feudi cõtractus per talẽ alienationẽ, & quòd id conceditur domino, vt saltem iniuriæ suæ habeat vltionem, ne delictum remaneat impunitum: quod esset absur-
* dum, & hanc esse *communem opinionem, & veriorem non cauillando iura feudorum, inquit Are. in
5 cons. 141. col. 9. in fi. vers. venio ad secũdum. † Et ideo dat cautelam agnatis. Bal. in d. c. j. §. denique, quòd agnati se opponant pro eorum interesse, ne fiat traditio possessionis feudi emptori, & quòd requirant dominum directum, vt prohibeat traditionem dicti feudi: & si dominus hoc non faciat, dicitur esse in dolo, nec debet lucrari de dolo suo: & si prohibet fieri traditionem, non diceretur feudum alienatum, l. alienatum, de verb. sig. sequitur Iacob. de S. Georg. in inuesti. sua. in verb. Et cum pacto de non alienan. col. pen. vers. sed quæro de pulchra quæstione. Pro cuius
6 confirmatione facit: nam † valet argumentũ de emphyteusi ad feudum, gloss. in ca. j. in verb. vtrunque. an agna. vel fil. Alex. in consil. 5. in princ. volum. 5. Bru.
7 in consil. 81. col. j. in fin. † sed si alienatur res emphyteotica irrequisito domino, res ipsa reuertitur ad dominum, & non ad agnatos, l. 2. C. de iur. emphy. c. potuit, loca. ergo idem in feudo venit dicendum. Vltimò facit quod not. Bar. in l. j. ff. de interdic. & relega.
8 † vbi per delictum patris feudum antiquum reuertitur ad dominum.

Præmissis tamen non obstantibus, contraria sententia est de iure verior, quòd immo feudum antiquum illicitè alienatum deuoluitur ad agnatos proximos, & non ad dominum, vt est text. in c. j. §. sed etiam res per quas fit inuesti. vbi dicitur, quòd si facta fuit infeudatio in fraudem legis Lotharij aut Fride-
rici, quòd feudum proximiori agnato restituitur, & ideo ibi inquit Frider. Schenc. quòd ille tex. momentum obtinet ad confirmãdum nostrorum interpretum opinionem, feudum antiquum videlicet illicitè alienatum nõ ad dominum, sed ad proximos deuolui agnatos. Secundò est text. & glo. in ca. j. in §. hoc quoque. de succes. feud. vbi si frater meus alienauit partem feudi, & moriatur sine filio, frater succedit, aut eo deficiente proximi agnati ad septimum vsq; gradum, & ita per dictum tex. & glo. concludunt ibi Andr. de Iser. Iacob. de Beluis. Nicol. de Neap. Mart. de Laude. Alua. Præpos. & Frider. Schenc. Iacob. de Beluis. in ca. imperialem. in fin. princip. de prohi. feud. alie. per Feder. Bal. in d. §. hoc quoque. in j. notabili inquit, nota quòd per alienationem feudi paterni, feudum reuertitur ad agnatos. & cum Bal. ibi pertranseunt communiter omnes feudistæ. Nec mirum secundum patres prædictos in d. §. hoc quoque. post gl.
9 quia † sicut olim agnatus præferebatur domino in prohibendo, ita & in reuocando: quia qui potior est in iure prohibendi, debet esse potior in iure reuocandi, arg. l. in concedendo, & l. in diem. ff. de aqua plu.
10 arcen. Item † cum vasallus peccat in alium, quàm in personam domini, agnatus præfertur domino, ca. si vasallus an il. qui interf. fratr. dom. sui, sed vasallus alienando feudum non peccat in personam domini, Iacob. de Beluis. in c. j. in §. porrò, qualiter feud. olim pot. alie. Idem volunt scrib. in ca. j. in §. denique, quæ sit prima cau. benef. amit. & maximè Affl. num. 7. vbi dicit, quòd si vasallus alienauit feudum sine consensu domini contra constitutionem Lotharij Imperatoris, per quam alienationem amittit feudũ, si feudum est nouum, applicatur domino: quia vasallus alienando feudum sine ipsius consensu videtur ipsum cõtemnere, & sibi iniuriam facere, & ideo domino applicatur: si autem est paternum, non applicatur domino, sed collateralibus agnatis. Iser. in c. j. de alie. feud. pater. in d. cap. Imperialem. in princ.
11 & in ca. j. si vasallus feudo priuetur, vbi dicit, † quòd si feudum est paternum seu antiquum, & vasallus offendat dominum, aut offendit indirectè, aut directè: si indirectè, tunc feudum redit ad agnatum, per d. §. hoc quoque. cum gl. & exemplificat in vasallo alienante feudum irrequisito domino: quia tunc videtur quodammodo cõtemnere dominum. Aut directè, & tunc redit ad dominum, & hanc sententiam veram tradit Bald. in d. §. denique. dicens, quòd aliàs aperiretur via vasallo delinquendi & priuandi agnatos feudo antiquo, quãdo in nulla culpa essent: quia non consensissent traditioni possessionis. Io. Blanchi in summa quib. mod. feud. amit. in vers. quandoque feudum reuertitur ad agnatos. Pract. Pap. in form. libelli, quom. agn. ad reuoca. feud. in gloss. in verb. superstitibus. col. 9. in princ. Grammat. in deci. 77. num. 13. Laud. in ca. sancimus. il 2. col. j. in fin. quo tempore miles. Socin. in cons. 4. vers. videmus. volu. 3. Curt. Sen. in consi. 48. colum. 21. vers. secundò respondetur. & in consil. 82. col. 2. vers. si etiam Dec. in consilio 208 colum. 3. in fin. Ruin. in cons. 143. in fin. volum. 3. & 112. numero 10. volumine 4. Alba. in consilio 76. numero 4. vers. & prædicta. Frider. Schenc. in tract. suo feud. in tit. quib. mo. feud. amit. numero 2. & in §. Item si fuerit, eodem titulo. numero j. & in c. j. §. Titius. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. & in cap. j. quid iur. si post alie. & in d. §. calidis. Zas. in tractat. suo de feud. in titul. ad quem feud. apert. reuerta. numero 94. Paris. in cons. 5. num. 25. volum. j. & in consilio 13. colum. 3. in princip. volumine eod. Imol. in cap. ex parte. de feud. vbi inquit, ab hac opinione non esse recedendum, & hanc esse receptam doctorum sententiam, firmant Curt. Iun. in tractat. suo feud. in 5. part. in 3. princ. conclusione. Bru. in consilio 36. in princ. Ruin. in consil. 7. nume. 12. volum. j. cons. 45. num. 19. 165. num. 9. & 214. nu. 16. volu. eo. Zas. in tractat. de feud. in 10. part. in 2. particula. verficu. quarta conclusio. Socin. Iun. in consilio 112 numero 2. volum. 2. Ioan. Ferrer. in vsib. feud. in titu. feudum sine agnatorum consensu. in vers. 3. circa fin. & ma-
* gis * communem Ioann. Raynerij in cap. Imperialem. §. penul. de prohib. feud. alie. per Feder. quem sequitur Iacob. de sancto Georg. in inuest. sua feud. in

verb.Et cum pacto de non alienando, colum penul. verſ.ſed quæro de quæſt. Alex.in conſ.30.col.3. vol.j. repetito in conſ.2.vol.5.Ruin.in conſ.2.col.j.vol.j.& in conſ.67.num.17.vol.3.Soc.Iun.in conſi.77.num.121. vol.j.& in conſ.101.num.6.vol.2.Fridor.Schenc.in d. §.hoc quoque.& in §.denique. num.4. quæ ſit prima cauſa benef.amit. Io.Raynaudi in comprehenſorio feudali.in §. pœna. chart.2. Clar. in §.feudum. quæſtione 66. Vlteriùs dicitur,quòd ſi vera eſſet opinio
* contraria,quòd deſtrueretur* communis Theorica
21 ſcriben.qui volunt, † quòd vbi facta eſt alienatio irrequiſito domino in extraneum,quòd vaſallus non expectata morte alienatoris, poteſt reuocare rẽ feudalem venditam,vt per Iacob.de Beluiſ. & alios communiter in d.§.hoc quoque.Idem Iacob. de Beluiſ.in d.cap.Imperialem.in fi.principij. Mart. de Laude.capitulo primo.§.Titius.colum.2.in fin. verſic. circa aliud.ſi de feud fuc.controuer.inter dom.& agna. Alua.in capitulo primo.§.fin.concluſio.27. quæ ſit prima cauſa benefic.amit. Iacob. de S.Georg.vbi ſuprà. Ceph.in conſilio 133.numero 69.volumine j.Alba. in conſilio 76. verſicu. & prædicta. vbi dicit omnes in hoc conuenire.Ruin.in conſilio 69.numero 17. volu. 3. Et ratio eſt ſecundum Bald. & alios in dicto §. hoc quoque.quia propter vitium alienationis deficit initium,& ideo nimirum,ſi ſtatim reuocatur,vt etiam per doctor.in dicto §.Titius. Ad quid enim fuiſſet opus elaborare, an agnati debeant admitti ſtatim ad reuocationem alienationis factæ ſine conſenſu domini, ſi feudum reuerti deberet ad dominum? vt igitur dicta concluſio, communi calculo recepta, ſuum habeat locum, neceſſariò dicendum videtur, quòd dictum feudum reuertatur ad agnatos, & it aliàs conſulendo,& ſequendo ſupradicta, ſecundum magis communem doctorum ſententiam, dixi in conſilio ſexageſimoquarto, numero 2. volum.2.

Supereſt modò, vt reſpõdeamus adductis in con-
13 trarium. Et primò † non obſtat text.in dict.§.calidis. quia reſpondetur,text.ipſum procedere in feudo nouo,& non in paterno vel antiquo, vt per Mart. de Laude.in d.§. calidis.glo.& docto.in d.§.hoc quoque. Præpoſ. in d.§. prædictis. colum.6. quæ fuerit prima cau.benefic.amit. Curt.Iun. vbi ſuprà. Idem reſpondetur ad d. §.fin. vt illud etiam habeat locum in feudo nouo,vt per ſcriben.in d.§.hoc quoque. Alexand. in d.conſilio 30.colum.4.verſic.& ad dictum capitulum ex parte. Afflict. in §. aut ſi libellario. nu.91. quæ ſit prima cau.benef.amit.Ad text.in dicto cap.j.de vaſallo,qui contr.conſtit.pariter reſpondetur, vt procedat in feudo nouo,& non in paterno vel antiquo, vt per Iaco.de Beluiſ.Præpoſ.& alios in d.§. hoc quoque.& per Affl.ac Cur.Iun.vbi ſuprà. idemq; dicitur de text.in c.j.in §.quid iuris. vt ibi per Fride.& alios, ac Cur.vbi ſuprà. Non obſtat etiam text. in cap.2.extra de feud. quia illud vendicat ſibi locum in feudo nouo,vt per Laud. & alios in dicto §. hoc quoque. & Alexand.in citato conſil.30. colum. 4.in fin. verſi.ad d.c.ex parte. Vlteriùs ad omnia dicta iura ſuprà allegata poteſt reſponderi, etiam vt procedant quando nulli extant agnati, qui feudum recuperare poſſint: quia tunc reuertitur ad dominum, aliàs ſecus ſecundum gloſſ.Præpoſ.& alios in d.§.hoc quoque.Nec habet obſtare,quòd ex quo dominus contemnitur,per dictam alienationem ratione dicti contemptus,feudum ad ipſum reuertatur: quia aduertendum eſt,
14 †quòd huiuſmodi alienatio nedum eſt prohibita fauore domini,ſed etiam familiæ agnatorum,& in honorem familiarum ipſarum, vt per Bald. in dicto §. hoc quoque.colum.2.in princi.argumento l.j. §. primo.ff de ventr.inſpicien. Et ad cautelam Bald.aduertendum eſt,illam non eſſe generalem, vt inquit Lauden.in d.§.fin. quid enim ſi filij vaſalli ignorarent alienationem & emptorem, quomodo poterũt prohibere emptorem & venditorem,quos ignorant? & ideo ſubijcit, ipſe poſſe dari aliam cautelam, quòd agnati compareant coram iudice feudi, & fieri faciant proclamata, quòd nullus emat feudum à vaſallo:& ſic interdicitur alienatio vaſallo, adeo quòd ſi poſteà alienabit, ea non valebit. argument. text.in l.ſi eo tempore. C. de remiſ. pigno. quod inquit eſſe menti tenendum : cuius verba ibi tranſcribit Præpoſ.tacito autore.ſed de iſtis cautelis nulla eſt habenda ratio, vt dicit Curt. vbi ſuprà, vbi ait non eſſe neceſſarium deuenire ad iſtas cautelas,ex quo communis opinio eſt,quòd in feudo antiquo,ſi vaſallus priuetur feudo propter alienationem factam irrequiſito domino, feudum non reuertitur ad dominum, ſed ad agnatos.& idem dicit Io.Ferrarij in tracta.ſuo feudali in capit.benef.quo vaſal.priua.in verſ.tertiò. in fin.Non obſtat dictum Bald.in dicto conſilio 267. quoniam ipſe fuit ſibijpſi contrarius in pluribus locis. Vnde attendi debet quòd ab eo ſcribitur in pluribus locis,& non in vno vel in duobus, vt per Bald. in l.precibus.col.12.in fin.C.de impub.& aliꝭ ſubſtit. quem ſequitur Iaſ.in conſil.130.colum.6.fin. volum. 4.Secundò reſpondetur,& iſta reſponſio etiam ſatisfaciet aliꝭ doctoribus ſuprà citatis, quòd contra eos eſt nedum communis,ſed magis recepta doctorum ſententia,à qua minimè tam in iudicãdo,quàm conſulendo eſt recedendum. Non obſtant nota. in l.2. C.de iure emphy. & in c. potuit, loca.quia reſpondetur ſecundum Imol.in d.c.ex parte,loca.quòd nõ debemus per hoc inferre, quòd idem ſit in feudo: quia non procedit argumentum de vno ad reliquum, vt notat Bartol.in l.iuſiurandi. §.vt liberi.ff. de oper. libert.& Imol.ſequitur Alexand.in citato conſ.30. nu. 18.volum.j.idemq; dicit Ruin. in conſil.165. nume.9. volum.j. & Pract. Pap. in forma libelli quom agitur ad reuo.feud.in verbo, nec ſuperſtitibus. col.9. circa princip. vbi dicit, feudum hoc caſu differri à re emphyteotica alienata. Vltimò nõ obſtant not.per Bar. in d.l. j. de interdictis, quia reſpondet Alexander in iam ſæpius allegato conſ.30.col.4.in fin.verſ.non obſtant,quòd ibi Barto.quærit,an delictum patris noceat filio in feudo, & quòd quæſtio ipſa non habet aliquid commune cum quæſtione præſenti: quia iura apertè volunt,quòd in feudo delictum patris noceat filio,non autem agnato,vt eſt caſus in cap.j.ſi vaſallus feu.priue.& in c.ſi vaſal.culp.ſi de feu. fue.contro.inter dom.& agnat.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONſilij LXI.

1 *Verborum prolixitas reijcienda eſt,cùm potius tendat ad pompam,quàm ad bene eſſe.*

2 *Conſulentem decet reſpondere ad rem ſine verborum multiloquio,truffis,& generalibus,quæ ſolẽt apponi ornatus cauſa.*

3 *Approbationem & interinationem priuilegij petens, totius priuilegij approbationem,& interinationem petijſſe videtur.*

4 *Petens rem aliquam ſimpliciter, totam rem petere videtur.*

5 *Rei appellatione venit tota res.*

6 *Dotis appellatione venit tota dos.*

7 *Iudex ſi pronuntiat rem eſſe meam, obſcurè non dicitur pronuntiare: quia de tota pronuntiaſſe videtur.*

8 *Appellatione rei domus,poſſeſſionis, & molendini, intelligitur de tota,& non de parte.*

9 *Forma petitionis & ſupplicationis attendi debet.*

10 *Verba generalia & ſimpliciter prolata, ſimpliciter et generaliter intelligi debent.*

11 *Confirmatio in vno,inducit infirmationem in reliquo & econtrà.*

12 *Comiti ſi eſt conceſſa facultas,& poteſtas reuidẽdi ſtatuta,& illa confirmandi,& infirmãdi,ſi confirmat aliqua,alia infirmare videtur,& econtrà.*

13 *Caſſatio partis inducit in reliquis confirmationem.*

14 *Interpretatio in quacunq; diſpoſitione ſemper eſt facienda,vt verba non ſint ſuperfluè appoſita,& ſine virtute operandi.*

15 Intelle-

15 *Intellectus nunquam est dandus, per quem incidamus in superfluitatem, quando alius potest accommodari.*

16 *Superfluitas, vt in statuto euitetur, possunt & debent verba impropriari.*

17 *Verba in priuilegijs contra ius & in rescriptis ita debent interpretari, vt non remaneant superflua.*

18 *Verbum minimum quodlibet, debet aliquid operari.*

19 *Syllaba etiam vna non debet esse superflua.*

20 *Absurdum est euitandum.*

21 *Pronomen, ipsum, est demonstratiuum ad oculum concessionis recitatæ.*

22 *Verba prout iacēt posita in priuilegio, aliter importare non videntur, nisi vt in ipso priuilegio legitur.*

23 *Actus quilibet interpretari debet, vt potius valeat quàm pereat.*

24 *Plura instrumenta si reperiuntur succeßiuè scripta, præsumi debet, illud præcessisse ex quo resultat validitas actus non attento ordine scripturæ.*

25 *Instrumentum donationis factæ per patrem filio in potestate si præcedit, & sequatur instrumentū emancipationis, præsumitur, quòd emancipatio præcesserit: quia aliàs donatio non valeret.*

26 *Actus humani ita sunt interpretandi, vt potius quàm pereant, aliqua ratione sustineantur.*

27 *Præsumptio ista, quòd actus sic dicatur gestus vt valeat, & vt nullitas remoueatur, superat omnes alias præsumptiones.*

28 *Indefinita æquipollet vniuersali, & maximè cùm concurrit rationis identitas.*

29 *Verba generalia rescripti extenduntur ad omnia, quæ sub eis extendi possunt.*

30 *Verbis inseruiēdum est in impetratione cuiuslibet dispositionis.*

31 *Verba vbicunque sunt apertißima, ab eis non licet recedere.*

32 *Plenitudo potestatis est nulli necessitati subiecta, nullisq; iuris publici regulis limitata.*

33 *Papa potest de potestate absoluta, & sine causa quemcunq; beneficijs eidem collatis priuare.*

34 *Verbum, inuiolabiliter, significat incorruptibiliter.*

35 *Verisimilitudo multùm attendi debet, cùm habeatur pro lege.*

36 *Iudex in deprehendenda veritate inprimis debet attendere quod verisimile sit.*

37 *Dictio, omninò, significat indistinctè & omni casu.*

38 *Verbum, iubemus, importat necessitatem.*

39 *Clausulæ geminatæ magis demonstrant voluntatem Principis donantis, & concedentis.*

40 *Verba geminata censentur prolata cum maiori deliberatione, & fortius si triplicata sunt.*

41 *Confirmatio quando fit per Cæsarem cum clausula ex certa scientia, ipse facere videtur.*

42 *Inferior non potest apponere manum pro approbatione vel reprobatione priuilegij concessi à superiore.*

43 *Confirmatum à supremo Principe, per inferiorem reuocari non potest.*

44 *Princeps si aliquid confirmat ex certa scientia, inferior aliquid declarare non potest.*

45 *Confirmatio quando est facta ex certa scientia, nō potest apponi manus per aliquem ad illum actum, præterquam à Principe confirmante: nā, qui habet verbum superioris, non indiget verbo inferioris.*

46 *Clausula de plenitudine potestatis, est validior quàm sint clausulæ ex certa scientia, & non obstante.*

CONSILIVM LXI.

1 REiecta verborum prolixitate, † quæ potius ad pompam facit, quàm ad esse, vt exordiar cum Bart. in l. edita. in princ. C. de edendo. & Ias. in cons. 8. in prin. volum. j. quæ, vt vtar verbis Senecæ, fastidiunt stomachum, & calcando vestigia subtilis Are. dicentis in consil. 6.
2 in princ. bene † consulentem debere respondere ad rem sine verborum multiloquio, truffis, & generalibus, quæ solent apponi ornatus causa, ideo in præsenti consultatione, in qua quæritur, an in interinatione & approbatione aliàs facta per excellentißimum Senatum status Mediolani ad petitionem Illustris Mercurini Comitis Valentiæ, priuilegij iam concessi per quondam Illustrißimum Franciscum Sforciam Ducem Mediolani Illustr. Mercurino Arborensi de Gatinaria apud Cæs. Maiest. olim supremo Cancellario, & demum confirmati ab inuictißimo quondam Carolo V. Imperatore comprehendatur etiam locus Refrancorij: & omittendo allegationes ad partes, quandoquidem illas non expedire cognoscam, dico interinationem ipsam comprehendere etiam locum Refrancorij, ad quod dicendum
3 moueor ex infrascriptis. & in primis considero, † q9 cùm dictus Illustr. Comes petierit approbationem & interinationem dicti priuilegij, quòd videtur petijsse approbationem totius priuilegij, quod demon-
4 stratur: nam nulli dubium est, † quòd qui petit rem aliquam simpliciter, videtur totam petere, Bar. in l. si
5 in rem. ff. de rei vend. † nam appellatione rei venit tota res. Bart. & cæteri in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de no. oper. nunt. Rui. in cons. 206. num. 17. vol. 2. 134. num. 12. vol. 3. cons. 15. num. 18. volum. 4. in consil. 94.
6 nu. 10. vol. eo. & in cons. 110. num. 4. vol. 5. † vbi appellatione dotis venit tota dos, si quis simpliciter eam
7 petit. item videmus, † quòd si iudex pronuntiat rem esse meam, obscurè non dicitur pronuntiare: quia videtur de tota pronuntiasse, vt traditur in l. Pomponius. §. sed & his. ff. de procura. Alexan. in cons. 198.
8 col. 2. volu. 6. vbi ait, † quòd appellatione rei, domus, possessionis, & molendini, intelligitur de tota, & nō de parte, Alcia. in cons. 727. ergo idem dicendum venit, vt qui petit confirmationem priuilegij simpliciter, videtur petere approbationem totius priuilegij: quia appellatione priuilegij totum & non pars, vt constat ex suprà citatis.

9 Secundò facit, † nam forma petitionis & supplicationis attendi debet, capitulo inter dilectos, de fide instru. vbi Feli. in nu. 14. §. præterea. instit. de verb.
10 obliga. † Sed verba ipsius petitionis sunt generalia & simpliciter prolata, ergo simpliciter & generaliter intelligenda, & sic de omnibus contentis in priuilegio. l. j. & generaliter, de lega. præstan. l. de pretio. ff. de publicia. Paris. in cons. 92. num. 8. vol. j. & 48. num. 5. volum. 4. Ruin. in cons. 127. nume. 10. volum. 3. Soc. Iun. in cons. 93. num. 6. volum. 2. 10. num. 23. volum. 3. consil. 44. num. 3. 94. num. 15. volu. eod. item & quod dicitur dictum Comitem de toto priuilegio sensisse, pariter id dicendum venit de Senatu excellentißimo, dum inquit, attenta petita confirmatione huius priuilegij ordinat, &c. quia dicta verba sunt generalia, ergo generaliter intelligenda de toto priuilegio, & eò magis hoc dicendum venit, cùm Senatus dicat, quòd petita est approbatio priuilegij prout iacet.

Tertiò dicitur, quòd per limitationem, & moderationem factam per excellentißimum Senatum de Valentia, omnia alia censentur approbata, & sic etiam interinatio dicitur facta de Refrancorio: quo-
11 niam indubitata est iuris conclusio, † quòd confirmatio in vno inducit infirmationem in reliquo, & econtrà infirmatio vnius inducit confirmationem in reliquo, vt probatur ex not. per Dyn. Bart. & alios in l. legata inutiliter, circa fin. ff. de lega. j. vbi dicunt
12 † quòd si Comiti est concessa facultas & potestas reuidendi statuta castri, & illa confirmandi, & infirmandi, quòd confirmando aliqua videtur alia infirmare, & econtrà, argum. l. cùm prætor. de iud. sequitur Rui. in cons. 23. col. 4. in princ. vol. j. & in cons. 84.

nume.11. volum. 2. Bologn. in consil. 31. colum. 7. Accedit quoque quod scribit Bru. in tract. de muta. & transfor. mo. nu. 70. vbi inquit † quòd cassatio partis inducit in reliquis confirmationem, allegat. l. tribunus & ibi Bal. ff. de testa. milit. & Paul. de Castr. in cons. 366. circa princip. secundùm antiquam impressionem. Socin. Iun. in cons. 102. nu. 6. vol. 2. Ex his igitur infertur quòd cum excellentiss. Senatus viso dicto priuilegio respectu Valentiæ aliquid mutauerit, quòd in reliquo & sic respectu Refrancorij illud approbasse & ratificasse videtur.

14 Quartò accedit, † nam in quacunq; dispositione semper facienda est interpretatio, vt verba non sint superfluè apposita & sine virtute operandi, l. si quando. de lega. 1. Bal. in rubrica. C. de contrahen. emp. in nona quæstio. Paul. de Castr. in consi. 436. secundum
15 antiquã impressionem, vbi dicit, quòd † nunquam dandus est intellectus, per quem incidamus in superfluitatem, quando alius potest accommodari & Paul. sequitur Socin. Iun. in consi. 6. num. 5. volum. j.
16 vbi in numer. sequenti plus dicit, † quòd vt in statuto euitetur superfluitas, possunt & debent verba impropriari. Abb. in cap. pastoralis, in secundo notabili. de appella. Ruin. in consi. 101. numer. 5. versic. 3. vo-
17 lumin. j. vbi dicit, † quòd in priuilegijs contra ius verba debent ita interpretari, quòd non remanent superflua, & similiter in rescriptis per decisiones ibi
18 per eum citatas. Et in tantũ hoc est verũ, † vt quodlibet minimum verbum debet aliquid operari, vt
19 est gloss. singu. in l. j. ff. quod met. cau. † vbi etiam vna syllaba non debet esse superflua. Paris. in cons. 66. nu. 9. volu. 2. Soc. Iun. in consil. 6. num. 5. volu. j. Cur. Iun. in cons. 85. nume. 4. Sed si nos diceremus, quòd dicta approbatio non extenderetur ad Refrancorium, sequeretur, quòd illa mentio, quam facit Senatus singulariter & indiuiduò de verbis concessionis Refrancorij, & quam etiam ponderat antecedens integerrimus Dominus consultor frustratoria, inanis, & sine virtute aliquid operandi facta fuisset: quod vtiq; de tam excellentissimo & oculatissimo Senatu dicendũ non venit, qui diligenter omnia bene ponderat, & nihil in vanum in suis decretis & approba-
20 tionibus solet exprimere, ergo † vt omnino euitetur hoc absurdum. l. nam & absurdum. ff. de oper. liber. indubitanter dicendum venit, huiusmodi approbationem extendendam ad Refrancorium: & eò magis hoc dicendum venit, cùm post mentionem verborum dictæ concessionis Refrancorij Senatus inquit, ei supplicatum fuisse vt concessionem ipsam
21 confirmare dignaretur. Nam põderandũ est † illud pronomen, ipsam, quod est demonstratiuũ ad oculum concessionis recitatæ, vt per Tiraquel. latè in tract. de retra. fo. mihi 849. nu. 15. vbi ait, id pronomẽ esse demonstratiuum habereq; præcisam aliquam ac veluti personalem demonstrationẽ eius rei, cui adijcitur, præsertim cũ Senatus non semel sed plures repetierit Illustr. Mercuriũ petijsse confirmationẽ pri-
22 uilegij † prout iacet: quæ verba aliter importare nõ videtur, nisi vt legitur in d. priuilegio, iuxta not. per Bald. in l. 2. C. de partibus qui fil. distr. & Socin. Iun. in consil. 16. nume. 6. volumin. j. ergo inuitis dentib. dicendum est, quòd & in ea sit comprehẽsum Refrancorium.

23 Quintò considerandũ est, † quòd quilibet actus interpretari debet vt potius valeat, quàm pereat, l. quotiens. ff. de verborum obligationib. hinc dicunt Cyn. Bal. & Imol. in l. cùm in testamento. §. 1. de hæ-
24 red. instit. † quòd si reperierunt plura instrumenta successiuè scripta, quòd præsumi debet illud præcessisse ex quo resultat validitatis actus, nõ attento or-
25 dine scripturæ. Et ideò subdunt, † quòd si præcedit instrumẽtum donationis factæ filio in potestate per patrem, & sequatur instrumentũ emancipationis, quod conuerso ordine literæ præsumitur, quòd emancipatio præcesserit: quia aliàs donatio non valeret. sequitur Rui. in cons. 108. nu. 8. vol. 5. & in cons.
26 206. nu. j. vol. j. † Actus humani ita sunt interpretãdi vt potius quàm pereãt, aliqua ratione sustineantur. l. quotiens in stipulationibus. de verbor. oblig. l. 4. ff. de testa. mili. Crot. in l. j. §. qui præsens. versicu. 18. de verbo. obligat. quod ampliatur procedere etiam si recedatur à próprio sensu verborum. Alex. in cons. 248. nume. 6. lib. 6. quem sequitur Socin. Iun. in cons.
27 79. nume. 70. volu. 3. vbi subdit, † quòd ista præsumptio, quòd actus sic dicatur gestus, vt valeat, & nullitas remoueatur, superat omnes alias præsumptiones, vt dixit Dec. in c. quoniam Abbas. de off. deleg. & in cons. 344. sed si in approbatione huiusmodi priuilegij non comprehenderetur Refrancorium, cõcessio ipsa respectu huius capitis ratione omissæ interinationis redderetur nulla, ergo vt ipsa concessio valeat, in dubio dicendum est interinationem, & approbationem ipsam Refrancorium amplecti.

Sextò aduertendum venit, quòd Senatui supplicatum fuit, vt dignaretur concessionem ipsam confirmare, & sic indefinitè petita fuit ipsius priuilegij approbatio, & similiter per Senatum sancitum fuit
28 memoratum priuilegium approbandum esse, quo casu sequitur, † quòd cùm indefinita æquipollet vniuersali. l. si plures, de lega. 3. Dyn. in rubr. de reg. iuris. Socin. Iun. in consilio octuagesimo, numero 32. volumine 3. quòd includuntur in dicta interinatione omnia contenta in dicto priuilegio. l. Iulianus, in princip. de legat. 3. l. à procuratore, cum gloss. C. mand. Ruin. in consilio 138. numero 5. volumine 3. Et tantò magis id admittendum venit, cùm rationis identitas concurrat. gloss. & docto. in ca. vt circa. de electio. in sexto. Soc. Iun. in consil. 118. nu. 3. vol. 3. & in cons. 110. nu. 30. vol. eod. vbi dicit quòd indefinita omninò æquipollet vniuersali, vbi est eadem ratio, & in cons. 115. nu. 6. vol. eod.

29 Septimò facit, nam † verba generalia rescripti extenduntur ad omnia, quę sub eis extendi possunt. Innoc. cum quo transeunt alij in c. cùm olim, il j. de offi. deleg. Bal. in l. si de proprietate. C. si à non comp. iud. Ruin. in cons. 5. nu. 9. volum. 4. sed nulli dubium est, quòd sub dicto rescripto comprehẽdi potest Refrãcorium, maximè stante petitione simpliciter facta de approbando dictum priuilegium, & rescripto
30 Senatus ipsum approbante: † nam in impetratione cuiuslibet dispositionis verbis est inseruiendum l. j. §. si is qui nauem, de exercit. l. non aliter, de lega. 3.

31 Octauò accedit, † vbicunq; verba sunt apertissima, ab eis non licet recedere, nec vltra est quærendum. l. ille aut ille. §. cùm in verbis, de leg. tertio. Soci. Iun. in cons. 3. nu. 36. vol. primo. 63. nu. 56. 85. numer. 8. vol. eodem, & in cons. 160. num. 47. volum. secundo. sed si inspiciantur verba petitionis recitata per Senatum, clarè liquet quòd petitur confirmatio priuilegij prout iacet. quæ verba aliter importare non possunt nisi id quod in eo legitur & continetur, & sic etiam de Refrancorio. Item & similiter si videantur verba rescripti Senatus, ea sunt clarissima dũ in eo dicitur, memoratum priuilegium acceptando, igitur: &c.

Vlteriùs dicitur, quòd stantibus verbis dicti priuilegij, non fuit opus interinatione, vel approbatione Senatus iuxta disposita in capitul. de Senatorib. in §. cognoscent. Ratio etenim est, quia illud procedit in priuilegijs concessis in forma communi, non autem in priuilegio concesso per Principẽ de potestate suprema & absoluta. vt in casu nostro, vbi Illustrissimus Franciscus Dux secundus Mediolani tale priuilegium & donationem fecit de plenitudine potestatis etiam supremæ, & absolutæ, quoniam plenitudini potestatis nihil resistit, ex quo Principi ita libet. Bald. in cap. j. column. 11. de constit. Bald. in l. 2. column. septima. versicul. est autem plenitudo. C. de
32 seruit. & aqua. vbi sic inquit: † Est autem plenitudo potestatis arbitrij plenitudo, nulli necessitati subiecta, nullíque iuris publici regulis limitata. sequitur Ias. inter consilia Brun. in consil. 8. colum. 2. & in consil. 101. column. 3. volum. 4. Curt. Sen. in consil. 48. colum. 12. Curt. Iun. in cons. 1. numer. 19. & in consil. 174. num. 9. facit quod inquit Ripa in respon. 19. nu.
33 6. in 2. part. vbi † Papa potest de potestate absoluta priuare quemcunque beneficijs eidem collatis sine causa. si ergo nulli necessitati est subiecta, ergo nec ipsi approbationi. Et tãtò magis hoc dicendũ venit, cùm sit facta nedũ de plenitudine potestatis supremæ & absolutę, sed etiã motu proprio, ex certa scientia, diligenti deliberatione præhabita, ac maturo

secreti

secreti senatus, & consilij ducalis accedente consensu: quis enim tã hebetis ingenij est, qui cogitare possit, quòd Dux prædictus, qui fecit illud priuilegium cum tanta deliberatione, de suprema & absoluta potestate voluerit huiusmodi concessionem comprehendi sub regula d. §. cognoscent? Certè ridiculum est dicere, quod voluerit dictam regulam extendi ad huiusmodi cõcessionem. Et eò magis hoc suadetur, cùm mandet Princeps in dicta concessione Illustr. Præsidi, & Senatoribus & alijs officialibus, quatenus huiusmodi priuilegium, ac omnia & singula in eo concessa inuiolabiliter teneant, obseruent, & exequantur, ac per eos, ad quos pertinet, teneri, obseruari & exequi faciant. Ponderandum est illud verbum, † inuiolabiliter, quod significat incorruptibiliter, vt per Abb. in suo dictio. in vers. inuiolabiliter. nam si dictũ priuilegium deberet interinari per Senatum, cui data est facultas approbandi, limitandi, & restringẽdi donationes, & priuilegia suas, vel sua, certè sequeretur, quòd incorruptibiliter non obseruaretur, cùm per Senatum posset restringi. Item sequeretur, stante præcepto facto Præsidi & Senatoribus, quòd omnia concessa in eo inuiolabiliter teneant, obseruent, & exequantur, ac per alios teneri, obseruari, & exequi faciant, quòd illa clausula esset sine virtute operandi, si ex vi dicti §. cognoscent, possent priuilegiũ pręsens restringere & limitare, quod non est dicendum, l. si quando. de leg. j. Bald. in rubrica. C. de contrahen. empt. in 9. quęstio. Item non est verisimile, quòd Dux voluerit, quòd facta cum diligenti deliberatione ac cum maturo secreti Senatus consilij consensu, & cum alijs tot clausulis subijceretur iudicio Senatus, † quæ verisimilitudo multùm attendi debet, cùm habeatur pro lege. Oldra. in cons. 13. in fin. Craue. in consil. 135. nu. 33. nam dicit Aret. in cons. 9. colum. 2. quòd † iudex in deprehendenda veritate debet in primis attendere quid verisimile sit. sequitur Craue. in consilio 61. num. 9. Et quòd pręsens priuilegium vel concessio non subiaceat dictæ regulæ, ex alio demonstratur: quia in finalibus verbis ipsius dicitur: quia sic est inuiolabilis mentis & voluntatis nostræ, sicq; omnino fieri volumus, & iubemus: per quæ verba apparet, Principem velle, quòd indistinctè illud obseruetur, vt probatur † per dictionem, omninò, quæ significat indistinctè, & omni casu. Rui. in consil. 154. num. 8. vol. j. per glo. & Bart. in l. si cum exceptione. §. quatenus. quod met cau. & in consilio 133. num. 8. vol. 2. vbi dicta dictio est præcisa, vniuersalis, & quæ significat indistinctè & totaliter. & in cons. 150. num. 17. volu. 2. Bulg. in l. j. nu. 25. ff. sol. matr. Item ponderandum etiam est verbum, † iubemus, quod importat necessitatem, l. etiam. C. quod cum eo. l. j. §. si ferui. quod iussu. Quod fortificatur ex alia clausula, non obstantibus quibuscunq; legibus, decretis, statutis, ordinibus, consuetudinibus, & quibuscunque alijs in contrarium facientibus vel aliter disponentibus, vel aliam formam dantibus, vel aliquid pro solennitate intrinseca vel extrinseca requirentibus: quibus omnibus ex eisdem nostris certa scientia, motu proprio, ac potestatis plenitudine derogamus, & derogatum esse volumus, etiam si speciales & indiuiduam derogationem exposcant, & decreto disponente specialem mentionem debere fieri de decretis & ordinibus, quibus derogatum est, & quibuscunque alijs decretis & ordinibus in contrarium facientibus, ac omnibus cõtentis in eis, de quibus omnibus protestamur habuisse, & habere plenam & integram notitiam, & sciẽtiam, per quam clausulam non obstantibus, amplissimam, videtur derogatum dispositioni d. §. cognoscent, per ea quæ scribit Ruin. in consil. 81. num. 14. volum. 3. Et tantò fortius hoc dicendum est, concurrentibus † tot clausulis geminatis, quæ magis demonstrant mentem Principis donantis, & concedentis priuilegium, iuxta not. in l. balista, ad Trebel. Dec. in consilio 51. in secunda columna. nam † verba prædicta geminata censentur prolata cum maiori deliberatione. cap. & si Christus, de iureiur. imo triplicatis, quæ latiorem effectum important. Dec. in cons. 504. colum. fi. Barb. in consil. 43. volum. 2. & Craue. in consilio 54. colum. 2.

Ex alio etiam capite dicitur, quòd dicta interinatio & approbatio Senatus non fuit necessaria, quoniam dictum priuilegium fuit confirmatum per inuictissimum diuæ memoriæ Carolum V. Imperatorem, cum clausula, ex certa scientia, quo casu succedit * communis conclusio doctorum, quæ habet, † quòd quando fit confirmatio per Cæsarem cum tali clausula ipse facere videtur, Barto. in l. & quia. ff. de iurisdictio. om. iudic. tradit Roma. in consil. 58. in princip. Abb. & Dec. in cap. de confirmationibus, de confir. vtil. vel inutili. sed clarissimi iuris est, quòd Cæsar donationem dismembrationem & alia descripta in priuilegio ipsius concessionis fecit, vt admittunt omnes prædicti patres, ergo necessariò dicendum est, † quòd inferior, vt est Senatus, manum apponere non potest pro approbatione vel reprobatione dicti priuilegij, cap. cum in distribuendis, de tempo. ordina. Et ideo inquit Dec. vbi suprà colum. 2. quòd † tali modo confirmatum à supremo principe, per inferiorem reuocari non potest, vt not. Bart. in l. omnes populi. quæstio. 15. verfic. iuxta prædicta quæro. ff. de iustit. & iure. Et ideo eleganter tradit Bald. in proposito in cap. ea quæ, de re iud. † quòd si princeps aliquid confirmat ex certa scientia, inferior aliquid declarare non potest, quod inquit notabile Dec. in loco suprà citato. Ruin. in consil. 208 numero 13. volum. j. Bos. in tracta. suo crimin. in titu. de princip. numero 355. vbi ait, † quòd quando confirmatio est facta ex certa scientia, non potest apponi manus ad illum actum, præterquam à principe confirmante: nam qui habet verbum superioris, non indiget verbo inferioris, Bald. in l. 2. C. quando decr. opus non est. Item inferiores non possunt se impedire de facto superioris. cap. cum inferior. de maio. & obed. Gozad. consi. 6. num. 28. Et ideo sequitur, quòd confirmatio ipsa facta per Cæsarem cum dicta clausula, omninò debet obseruari. Socin. Iun. consil. 77. numero 19. volum. j. Et ideo videmus, quòd statutum confirmatum à Principe dicitur esse confirmantis iuxta l. j. §. omnia. C. de ver. iur. enucl. & in terminis statuti, Abb. in cap. cum accessissent. in 4. notabili. de constitut. Alex. in consilio 123. numero 17. volumine 4. Marsi. in sing. 567. Et eò magis hoc dicendum venit, cùm vltra dictam clausulam, ex certa scientia, adsit † clausula, de plenitudine potestatis, quæ clausula est validior, quàm sint ambæ clausulæ ex certa scientia, & non obstante. Felin. in cap. nonnulli, in princip. num. 48. de rescr. sequitur Ceph. in consi. 28. num. 78. volum. j. Item & id pro certo haberi debet, cùm Dux ipse Franc. concessionem ipsam fecerit saluo semper & reseruato assensu & beneplacito inuictissimi Caroli V. Imperatoris directi ac supremi domini sui, cui supplicauit vt donationem, concessionem, infeudationem, trãslationem, abdicationem, separationem ac renouationem suis patentibus literis confirmare, ratificare, & approbare vellet, & quatenus expediat de nouo dicto magno Cancellario concedere, cum multis alijs verbis sequentibus, quod equidem per dictum Carolum V. factum fuit. Vnde stantibus his, ab omni iure alienum videtur, vt dictum fuit, quòd gesta per Cæsarem remaneant sub regula d. §. cognoscent, circa lapsum temporis non auderem verbum facere, nec in dubium reuocare, quæ gesta sunt à tam sacro consilio, in quo sedent tot cõsummatissimi & oculatissimi patres conscripti, qui si vidissent interinationem ipsam ex defectu dicti lapsus temporis non fore concedendam, vtiq; illam non concessissent, cùm omnia quæ fiunt in illo Senatu, non procedant, nisi maxima cum deliberatione, & summa iustitia.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXII.

1 *Statutum deferens lucrum dotis marito vxore prædecedente sine communibus liberis, non derogat l. hac edictali. C. de secund. nupt. sed contrà nume. 27. & sequent.*

2 *Statutum disponens simpliciter, quòd vxore præmoriente sine liberis, maritus lucretur dotem, non derogat secundum communem d.l.hac edictali.*
3 *Legitima filiorum primi matrimonij non cõfunditur in portione, quæ eis debetur ex vi d.l. hac edictali.*
4 *Legitima deduci debet tanquam æs alienum.*
5 *Legitima peti potest etiam renuntiata hæreditate, & similiter ipsa repudiata.*
6 *Verba posita in statuto strictè debent intelligi.*
7 *Interpretatio fieri debet in statutis secundum ius commune.*
8 *Quod amplia procedere, etiam si verba impropriarentur.*
9 *Correctio repentina in quacunque dispositione euitanda.*
10 *Argumentum valet de pacto ad statutum.*
11 *Legitima non venit in renuntiatione secundum communem, nisi in ea fiat expressa mentio de legitima.*
12 *Qualitas à verbo declaratur.*
13 *Verba statuti debent intelligi propriè.*
14 *Dictio, simul, importat copulatiuè.*
15 *Dotis appellatione venit tota dos.*
16 *Appellatione rei paratæ intelligitur de tota.*
17 *Iudex si pronuntiat rem esse meam, obscurè non dicitur pronuntiare: quia videtur de tota re pronuntiasse.*
18 *Statutum disponens de domum lucndo, intelligitur de tota, & non de parte.*
19 *Legitima filiorum est triens si sunt quatuor, si quinq; semis.*
20 *Verba statuti debent intelligi simpliciter, & non secundum quid.*
21 *Verba generalia statuti generaliter intelligẽda sunt.*
22 *Verba statuti vbi sunt clara, & sensus est manifestius, nunquam interpretatio tantum valet vt melior sensu existat.*
23 *Verba quando sunt clara, nec quidem secundum naturam actus sunt interpretanda.*
24 *Ratio statuentium regulat statutum, & inde vitam accipit, sicut corpus per animam.*
25 *Expressum habetur, quod dispositum fuisset à testatore si interrogatus fuisset: quod procedit in omnibus dispositionibus.*
26 *Statutum deferens lucrum totius dotis secundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonij tanquam fauorabile secundum communem valet.*
27 *Statutum deferens lucrum totius dotis secundo marito, aufert legitimam filijs primi matrimonij, & alia, de quibus in l.hac edictali. C. de secund. nup.*
28 *Statutum disponens, quòd vxore præcedẽte sine filijs, maritus lucretur dotem in omni casu, excludit filios primi matrimonij, & derogat d.l.hac edictali. C. de secund. nup.*
29 *Statutũ disponens, quòd vxore præmoriente sine filijs ex eis, vel sine filijs communibus, vel amborum, vel quòd maritus nihil restituere teneatur, de dote præiudicat filijs primi matrimonij.*
30 *Statutum vnum declaratur per aliud.*
31 *Sensus & intellectus nunquam dandus est, per quem incidamus in superfluitatem, quando alius accommodari potest.*
32 *Superfluitas, vt in statuto euitetur, possunt & debent verba impropriari.*
33 *Interpretatio in statutis semper debet fieri, vt verba eorum aliquid operentur.*
34 *Verbum quodlibet minimum, debet aliquid operari.*
35 *Statuti sensus est fugiendus, per quem statutum remaneret superfluum.*
36 *Statutum si extet, quòd statuta seruẽtur ad literam, nunquam in eis fit extensio: quia de litera dicitur, quod oculo corporeo videtur, nõ quod solo intellectu percipitur.*
37 *Declaratio ad statutum prohibens interpretationem, quòd dicitur tantùm prohibere friuolam.*
38 *Illud dicitur ad literam in statuto comprehensum, quod legi potest, non quod per subauditionem agitur.*
39 *Legitima est debita filiabus.*
40 *Statutum si disponat, quòd filia quacunque dote sit contenta, ea non potest petere supplementum legitimæ.*
41 *Legitima non dicitur propriè æs alienum, quia non dicitur debitum proprium.*
42 *Legitima detrahitur deducto ære alieno, et funerũ impensa.*
43 *Legitimæ computatio fit, detrahendo æs alienum & debitum hæredi.*
44 *Legitima tanquam quoddam quasi lucrum dicitur percipi per filium.*
45 *Statutum non recipit interpretationem à iure communi, quando venit derogatiuè ad ius commune.*
46 *Statutum si disponat, quod pater teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum suorum pro legitima, non intelligitur, quòd debeat relinqui iure institutionis, licèt inspecto iure communi ipsa relinqui debeat iure institutionis.*
47 *Statutum quotiens aliquid addit vel detrahit tacitè vel expressè iuri communi, efficitur ius municipale, nec recipit subauditum intellectum à iure communi: quia lex, quæ corrigit nouam legem, non interpretatur.*
48 *Illatio non fit ex diuersis.*
49 *Natura relatiui, est restringere, limitare, & coarctare, quod in attendente dictum fuit.*
50 *Text. in l. si quando. in §. generaliter. C. de inoffic. testam. procedit in dispositione hominis, non autem legis.*
51 *Exclusio legis est fortior, quàm hominis.*
52 *Statutum si excludit matrem à successione filij intestati, excludit etiam ipsam secundum communem opinionem à legitima.*
53 *Filia, quæ ab intestato excluditur per statutum, à petitione etiam legitimæ secundum communem excluditur.*

CONSILIVM LXII.

STatuto veteri inclytæ ciuitatis Mediolani cauetur, quòd maritus non existentibus cõmunibus liberis, præmortua vxore iam ad maritum traducta, vel matrimonio per copulam carnalem consummato, lucretur dotem datam, & cætera bona, quę ipsa domina habuisset ex domo viri, vel soceri, vel eorum, vel alterius eorum occasione, etiam ante matrimonium, saluo, quòd per hoc statutũ non derogetur iuri liberorum alterius matrimonij.

Altero verò statuto nouo disponitur, quòd maritus non existentibus communibus liberis, præmortua vxore iam ad maritum traducta, vel matrimonio per copulam carnalem consummato, lucretur dotem datam & promissam, vbi etiam data non sit ab eo, vel ea, qui vel quæ promiserit, vel suo hærede existente in mora soluendi dictam dotem promissam, vt suprà. Cætera verò bona, quæ cõstaret ipsam dominam habuisse, & ante matrimonium consummatum ex domo viri, vel soceri, vel eorum, vel alterius

rius eorum occasione, siue existant communes liberi, siue non, remaneant marito, vel hæredibus suis: saluo quòd per hoc statutum non derogetur iuri liberorum alterius matrimonij, siue aliorum matrimoniorum, quibus existẽtibus succedat maritus in dote vxori simul cum ipsis liberis in capita. Alio verò sic scriptum reperitur, quòd verba statutorũ communis Mediolani seruentur vt litera iacet.

Quibus stantibus, nunc oritur lis inter Illustriss. dominum Franciscum Sfortiam Marchionem Carauagij ex vna, & Illustrem dominum Ludouicum Vicecomitem hęredem Illust. Comitis Annibalis secundi mariti quondam matris eiusdẽ domini Marchionis, super dote ipsius: quia prætendit in primis prædictus Marchio detrahere legitimam de dote dictæ quondam eius matris, & deinde in reliquo dotis succedere in capita simul cum dicto hærede secundi viri. Ideo videndum erit, quis ipsorũ iustius induat arma. Arguendo igitur ad vtranq; partem (vt decet) prima facie dicendum videretur, quòd dictus Illustrissimus Marchio debeat non obstante dicto nouo statuto ante omnia detrahere dictam legitimam, & posteà in reliquo succedere in capita cum dict. Illust. hærede secundi viri, ad quod dicendum moueor ex
1 infrascriptis. Et primò quia videtur, † quòd per dictum statutum deferẽs lucrum dotis marito vxore prædecedente sine cõmunibus, non intelligatur derogatum esse legitimæ debitę dicto Illustr. Marchioni in dote materna, nec l. hac edictali. C. de secund. nup. vt per Rui. in cons. 59. col. 10. vers. prætereà, vol. 3. & in cons. 61. in 2. dub. volum. 2. vbi inquit, quòd vbi etiam verbum communibus, nõ fuisset expressum, sed tantum dictum non extantibus filijs, intelligeretur de communibus & natis ex vxore & viro, cui defertur lucrum: & sic talis expresio est superflua, vt probatur in l. cum vir, vbi Barto. & alij. ff. de cond. &
2 demon. ergo datur intelligi, † quòd dicta verba nullo modo habeant derogare dispositioni, d. l. hac edictali. nec filijs anterioris matrimonij in legitima prę-iudicare, sed quòd tantum maritus consequi debeat quantum vnus ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum est, ac si statutum simpliciter disponeret de lucro dotis non existentibus liberis: vt voluerunt Iac. de Butrig. Franc. de Alberico, Bal. Bar. & alij in d. l. hac edictali. Paul. Iaſ. Dec. & alij in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. quam opinionem * communem esse demonstraui in tract. meo de lucro dotis. q.
3 26. in quo casu nemini dubium est, † quòd prius detrahenda est legitima per dictos filios primi matrimonij, & deinde inter ipsos & vitricũ fieri diuisionẽ de reliquo iuxta dispositionẽ d. l. hac edictali. Et tantò magis id dicendum venit in terminis nostris, vbi per statutum non est derogatum iuri filiorum prioris matrimonij, per quę verba satis declaratur statuentes voluisse dispositionem suam reduxisse ad terminos iuris communis, vt in casu prę-senti dixerunt Dec. in cons. 284. nu. 4. Alci. in tract. de præsump. in 2. reg. præsump. 28. nu. 3. & Rui. in d. cons. 59. & in terminis nostris ita consuluit Alci. in cons. 82.

Et quia tota controuersia consistere videtur in illis verbis, quibus existentibus, &c. ex quibus sumitur coniectura, quòd ante partem per d. Illustr. Marchionem deduci non debeat: quia vir in dote succe-
4 dere non diceretur in capita cum ipsis liberis. † idcir co potest dici, quòd legitima deduci debeat tâquam
5 æs alienum, l. quanquam. C. ad l. Falcid. † cum etiam renuntiata hæreditate pęti possit, l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. & similiter repudiata hæreditate, vt per Aret. in l. si. C. de pac. nu. 6.

Secundò responderi potest, quòd cùm dicta verba
6 sint posita in dicto statuto, † quæ strictè intelligi de-
7 bẽt, l. 3. §. hęc verba. vbi Bart. de nego. gest. † Et debeat in eo fieri interpretatio secundum ius commune, c. cum dilectus. de consuet. & in l. 2. C. de noxa. action.
8 Rui. in cons. 129. nu. 2. volu. 2. † vbi ampliat hoc etiam procedere si impropriarentur verba, Socin. Iun. in cons. 5. num. 4. volum. 2. & in cons. 75. num. 4. volum. eod. doct. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. quòd dicta verba, quibus existentibus, debeant intelligi detracta prius legitima, vt ius commune dispo-nit, vt in quæst. mea 27.

Tertiò respondetur, quòd si illud, quod auocatur per filios prioris matrimonij iuxta dispositionem d. l. hac edictali. non computatur in legitimam eis debitam resultare videntur, quòd cùm statutum reser-uet iura filiorum dicti anterioris matrimonij iuxta d. l. hac edictali, quòd illa verba sequẽtia, quibus existentibus. & c. secundum verba præcedentia debeant sic intelligi, quòd successio non computetur in legi-
9 timam: quia si aliter diceretur, sequeretur † correctio repentina, quæ in quacunq; dispositione euitanda est, vt per Alcia. in d. præsump. 28.

10 Quartò dicitur, † quòd valet argumentum de pacto ad statutum, gloss. in rubr. C. de decur. lib. 10. in l.
11 non impossibile, vbi docto. de pac. † sed per pactum quis renuntiando sibi in legitima non præiudicat, nisi expressa fiat mentio de legitima, d. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. Bald. Angel. & alij in l. de his. ff. de transac. Ruin. in consil. 52. num. 5. volum.
* 2. cons. 84. num. 5. volum. eo. Paris. in consil. 43. num. 36. volum. 3. vbi attestatur hanc esse * communem, ergo idem dicendum in statuto, vt quis per illud nõ excludatur à legitima nisi expresè hoc fuerit, vt per Salic. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & in auth. res quæ. C. communia de leg. Alex. in cons. 68. volu. 3. & 83. volum. 4.

Vltimò dicitur, quòd illa verba, quibus existentibus, & c. non possunt referri ad legitimam: quia cùm statutum loquatur per verbum, succedat, debet in-
12 telligi de eo, in quo cadit successio, † vt qualitas declaretur à verbo. l. in delictis. §. si extraneus, de noxa. Vnde cùm ipsa non deferatur titulo successionis, sed tanquam debita, & ante partem detrahenda, verba ipsius noui statuti ad ipsam legitimam referri nõ debent.

Sed prędictis non obstantibus, altera sententia est de iure verior, quòd immo per dictum Illustrissimum Marchionem legitima ante partem deduci nõ debeat, vt probatur ex infrascriptis. Et primò, quo-
13 niam ambigui iuris non est, † quòd verba statuti debent intelligi propriè. l. 3. §. hæc verba. de nego. gest. Bart. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de fonte. & l. si pater. ff. de lib. & posthum. l. non aliter. de l. j. sed statutum nouum dicit, quòd existentibus liberis prioris matrimonij, maritus simul cum liberis in dote succe-
14 dat in capita, & sic copulatiuè, vt importat † illa dictio, simul. Bald. in l. j. §. his itaque. colum. j. vers. putant quidam. C. de cad. tol. ergo de tota dote intelle-
15 xerunt statuentes, † cùm appellatione dotis propriè venit tota dos, vt probatur in l. legatis vxori. ff. de lega. 2. vbi in legato facto vxori de rebus causa sui paratus, non veniunt res paratæ pro parte, gratia vxoris, sed quæ sunt paratæ in totum: & hoc secundum
16 Bar. ibi, † quia appellatione rei paratæ intelligitur de tota, glo. & Bar. in l. si in rem. ff. de rei vend. vbi qui petit rem simpliciter, videtur totam rem petere. Simi-
17 liter videmus, † quòd si iudex pronuntiat rem esse meam, obscurè non dicitur pronuntiare: quia videtur de tota re pronuntiasse, vt traditur in l. Pomponius. §. sed & his. ff. de procur. Alex. in cons. 195. col. 2. vol. 6. vbi ait, quòd appellatione rei domus, possessionis, seu molendini intelligitur de tota & nõ de parte. Alcia. in cons. 227. vbi inquit, † quòd statutum dis-
18 ponens de luendo domum, intelligitur de tota & nõ de parte: quia appellatione domus vel sediminis intelligitur de tota. Rui. in con. 206. nu. 17. vol. 2. vbi dicit, quòd appellatione rei de propria significatione
* venit tota res, secundũ Bar. in l. de pupillo. §. qui nuntiat, cum quo * communiter cæteri transeunt, de no. oper. nunt. & in cons. 134. num. 12. vol. 3. in cons. 5. nu. 8. volum. 4. & 94. num. 10. vol. eo. Bal. & Ang. in l. Titia cum testamento. §. j. de lega. 2. & in terminis nostris loquendo de dote ita dixit Rui. in cons. 110. nu. 4. vol. 5. vbi dicit, quòd sicut appellatione rei venit tota res, ita & appellatione dotis intelligitur de tota. si igitur, vt dictum est, statuentes intellexerunt, quòd maritus simul cum liberis in dote tota succedat in capita, vtique dicere non possumus, quòd per filios primi matrimonij posit deduci legitima: quia si ea detraheretur, non dicerentur filij & vitricus succedere in tota dote in capita, sed tantùm in duabus
19 partibus ex tribus, † cùm legitima filiorum hodie

fit

sit triens si sunt quatuor filij, si verò plures, semis, vt per doct. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. Ceph. in cons.5.nu.45.vol.j.

20 Secundò facit, † nam verba statuti debent intelligi simpliciter & non secundum quid, l.hoc legatum. de lega.3.doct.in l.2.ff.de verb. obliga.in princ.quod etiam procedit, quando dispositio est fauorabilis. Rui.in cons.28.nu.13.vol.2.consil.80.num.17.volum. 3.& in cons.103.nu.13.vol.eod.sed si diceremus, quòd maritus simul cum filijs prioris matrimonij nō succederet in dote tota, sed in parte, detracta legitima, certè sequeretur, quòd verba ipsius statuti non intelligerentur simpliciter, sed secundum quid, quod v-

21 tiq; non est dicendum: † nam verba generalia statuti generaliter intelligenda sunt & indistinctè, l.j.§.& generaliter. ff. de lega. præstan. l. de precio. de publicia. Ruin.in cons.3.in princ.volu.3.Ceph.in cons.138. nu. 10.vol.j. Socin.Iun.in cons.3. num.33.vol.j. consil.4. num.15.vol.eo.

22 Tertiò accedit, † vbicunque verba statuti sunt clara,& sensus est manifestus, nunquam interpretatio tantum valet, vt melior sensu existat, l.3.in fi.C.de liber.præter. Ias.in con.99.col.2.vol.j.quod etiam procedit in verbis consuetudinis claris, vt per Dec. in cons.49.col.2 quem sequitur Ceph. in cons.138.col.j.

23 vol.j.vbi quoque inquit, † quòd quando verba sunt clara, nec quidem secùdum naturam actus sunt interpretãda: sed in casu nostro verba sunt clara & sensus manifestus, quòd maritus simul cum filijs in dote succedat in capita, ergo non est sumenda interpretatio, scilicet deducta legitima: nam (vt dictum fuit) statuti verba vbi sunt clara, non est vlterius quærendum. Soc.Iun.in cons.4.num.6.

Quartò considerandum est, & perscrutanda mens

24 † & ratio statuentium, cùm illa reguler statutum, & inde vitam accipiat sicut corpus per animam. Soci. in cons.5.num.24.volu.j. & cui inhærere debemus, teste ipso Soci.cons.4.num.4.vol.eod. Paris. in consi. 85.num.9.vol.2.44.num.15.vol.j. 110.num.12.volu.3. 61.num.24.vol.eod & in cons.20.col.j.volu.4. Quare stãte dicto statuto veteri, in quo disponebatur, quòd maritus non existentibus communibus liberis præmortua vxore ad domum viri traducta, vel matrimonio per copulam carnalem consummato lucretur dotem, cum clausula tamẽ, quòd per dictum statutum non derogetur iuri liberorum alterius matrimonij seu aliorum matrimoniorum, voluerint 60.annis post dictum statutum aliud condere, quòd existentibus filijs primi matrimonij vitricus simul cum liberis prædictis in dote succedat in capita. profectò credo, quòd omnes vno ore dicẽt, quòd statuentes ad id moti non fuerunt, nisi quia stante dicto statuto veteri, per quod derogabatur iuri liberorũ prioris matrimonij, sed illud eis reseruabatur, virtute cuius reseruationis poterant mortua matre sine filijs ex secũdo matrimonio prius detrahere legitimam de dote materna, & posteà relinquã diuidere cum vitrico, cum hoc tamen, quòd non posset plus lucrari, quàm quod esset relictum vni ex filijs cui minus relictum esset, vt in dicta l. hac edictali, viduæ non reperiebant maritos, quod bono publico repugnabat, iuxta not.in l.j.ff. solu. matr. & ideo quòd dictum nouum statutum fecerunt cum dicta clausula quibus existentibus, &c. vt non in totum excluderẽt filios anterioris matrimonij à dote, sed vt succurrerent mulieribus viduis, & reperirent maritos, qui vigore supradicti statuti antiqui se retrahebant à celebrandis matrimonijs & nuptijs cum ipsis viduis. quod summa cum ratione factum fuit, & ideo voluerunt consulere vtrique parti dando hoc temperamentum, vt tantùm filij debeant in dote succedere cum vitrico in capita sine aliqua detractione. Et cer-

25 tè † si de hoc interrogati fuissent, vtique ita respondissent, ergo perinde habetur ac si fuisset expressum,

* vt est glo. *communiter approbata in l. tale pactum. §.fi.vbi doct.ff.de pac.Soc.Iun.in con.j.num.127.vol. j.& in cons.128.num.17.vol.eod. vbi dicit ipsam glos. procedere etiam in alijs dispositionibus. Dec.in con.

26 19.col.4. nam † si statutum deferens lucrum dotis totius marito secundo in præiudicium filiorum primi matrimonij tanquam fauorabile valet secundum

**communem, vt per Bald. cons.495.col.4. versi.item quia.in fi.vol.5.Pau.de Castr.in l.1.C.de inoff. do.vbi ait, se recordari, quòd cùm esset vnus ex compilatoribus nouorum statutorum Florẽtiæ, quod poni fecit in illo statuto, & addi, quod prius non erat, videlicet quòd maritus lucretur dotem etiam extãtibus filijs primi matrimonij: quia viduæ non reperiebãt maritos, quando habebant filios ex primo matrimonio.docto.in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Paris.in cons.191.col.3.vol.3.Pau.de Cast.in cons.227. secundum antiquam impressionem. Curt.Sen.in con.

27 78.dixi in d.tract. de lucr. dot.q.24.† & per illud auferatur legitima filiorum, & alia de quibus in d.l.hac edictali. vt per Dec. in consil.19.col.2. Paris.in citato consil.91.col.3. ac alios, de quibus in dicta q.24. ergo idem & fortius hoc dicendum est in casu nostro, vbi vigore huius statuti noui & fauorabilis, non auferetur in totum dos filijs prædictis, sed in ea succedunt simul in capita cum vitrico seu eius hærede, & sic in viriles partes.

Nec obstat si dicatur, quòd in casu Bald.Castr. & aliorum suprà citatorum, statutum expresè excludebat filios primi matrimonij, quod non est in casu præsenti: quia respondetur satis esse, quòd hoc possit constare ex mente & verbis statuentium, quòd voluerint excludere, vt in q. mea 25. Et ideo videmus,

28 † quòd quãdo statutum disponit, quòd maritus prædecedente vxore sine filijs maritus lucretur dotem in omni casu, quòd excluduntur filij prioris matri-

29 monij, vt est videre in q.mea 29. Item † & quando diceretur, quòd vxore præmoriente sine filijs ex eis, vel sine filijs communibus, vel amborum, vel quòd maritus nihil restituere teneatur de dote: in quibus casibus præiudicatur filijs prioris matrimonij, & derogatur d.l.hac edictali. vt dixi in q.30.31.32.& 33. ergo & similiter in casu præsenti idem statutum esse videtur ex mente & ratione statuentium, de quibus suprà in dicto vltimo statuto, quod factum fuit ad declarationem primi, quod equidem inconueniens

30 non fuit vt succurreretur dictis viduis. † Nã admittitur vt vnum statutum declaretur per aliud, vt per Bart.in l.omnes populi.in 2.q.6.principalis.in princ. ff.de iust.& iure. Alex.in cons.123.vol.4. Dec.in consi. 11.col.3. Anch.in cons.429.col.fin.& Soc.Iun.in consi. 7.num.6.vol.1. l.non est nouum, cum duob.seq.ff.de ll. nam quando statutũ specialiter loquitur siue præcedat, siue sequatur, dicitur esse recessum à generali, vt generale non procedat in casu de quo specialiter est prouisum: quia semper generi per speciem derogatur. Socin.Iun.in consi.4.1.num.6.vol.1. Et eò magis id admittẽdum est, quia si aliter diceretur, quòd dictum statutum vltimum ad hũc effectum factum non fuisset, sequeretur, quòd si dicta verba quibus existentibus, &c. deberẽt intelligi detracta legitima, & habita ratione l. hac edictali. quòd superfluo edi-

31 tum fuisset, quod minimè dicendum venit, † nam nunquam dandus est intellectus, per quem incidamus in superfluitatem, quando alius potest accommodari. Paul.de Castro.in consil.436.quem sequitur Socin.Iun.in cons.6. num.5.vol.1. vbi plus voluit in

32 nume. 6. quòd, † vt in statuto euitetur superfluitas, possunt & debent verba impropriari. Abb. in ca. pastoralis.in 2.not.de appel. Paris. in cons.49. num.54.

33 vol.1.& in cons.66.num.10.volum.2.nam † in statutis semper debet fieri interpretatio, vt verba eorum aliquid operentur, l.si quando. de lega.1. Bald. in rubr.

34 C. de contrahen. empt. q 9. Et † adeò, vt quodlibet minimum verbum debeat aliquid operari, vt est gl. sing.in l.1.ff.quod met.cau.nam, vt inquit Socin.Iun.

35 in d.consil. 6.num.17. † statuti sensus est fugiendus, per quem statutum remaneret superfluum. Paris. consil.66.num.9.volu.2.& maximè sumenda est hæc interpretatio accedente dispositione alterius statuti

36 Mediolani disponentis, † quòd verba statutorum ipsius ciuitatis seruentur vt litera iacet, & hoc per doctrinam singularem Bald. in l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. vbi inquit, quòd quando extat statutum generale disponens, quòd statuta seruentur ad literam, nunquam in statutis fit extensio: quia de litera dicitur, quod oculo corporeo videtur, non quod solo intellectu percipitur, l.1.ff. de his quæ in testam.

delen.

delen. Alexand. in consil. 45. col. 2. in princ. vol. 6. & in consil. 198. in fin. volum. eod. & in consil. 50. colum. j. volum. j. vbi dicit, quòd stante dicto statuto verba statutorum sicut prolata sunt sic fideliter exponantur ad literam absque alia expositione, nisi fortè per quam ipsa verba sensus, seu constructio quasi grammaticaliter ad literam, seu intelligibiliter exponatur, ne intellectus verborū ad aliud trahatur quàm litera sonet. Paris. in consil. 118. num. 19. vol. 1. Corn. in consil. 276. litera l. & in vol. 4. & in consil 324. litera
* d. & o. vol. 3. Cur. Sen. in consil. 35. col. 7. & hanc esse * communem attestatur Soc. in l. j. num. 44. limit. 9. ff. de vulg. & pup. Soc. Iun. in consil. 16. num. 6. vol. 1. vbi declarando dictum Bart. in l. omnes populi, in 6. q.
37 principali. ff. de iust. & iure. volentis † quòd statutum prohibens interpretationem dicatur tantùm prohibere friuolam, dicit quod illud procedit quando statutum simpliciter prohibet interpretationem, secus quando vltra procedit vt intelligatur ad literam prout iacet, prout in casu nostro: quia tunc legalis interpretatio etiam dicitur sublata, iuxta dicta per Bal. in l. precibus, in 3. c. l. C. de impub & aliis substit. vbi vult quòd in expressa vulgari non continetur tacita pupillaris quando verba testamēti essent ad literam
* intelligenda. cum quo transeunt ibi * omnes doct. & inquit quòd hanc differentiam inter prædicta statuta facit Soc. patruus suus in d. l. j. suprà citata. Et ra-
38 tiò est, † quia illud dicitur ad literam in statuto comprehensum, quod legi potest, non quod per subauditionē additur, iuxta l. j. ff. de his quæ in testa. delen.

Non obstant modò quæ in contrarium allegata fuerunt: quia ad primum argumentū respondetur, quòd imò statutum disponens, quòd vxore præmoriente sine filijs communibus, maritus lucretur dotem, derogat dispositioni d. l. hac edictali, & per illud præiudicatur filijs primi matrimonij in tota dote, vt per Dec. in citato consil. 19. colu. 2. Paris. in consil. 91. colum. 3. in fin. vol. 3. Et quia de hoc aliàs scripsi in q. mea 32. ideò ad ibi scripta me remitto. Addo etiam Alcia. ita tenentem in cons. 52. num. 21. & tantò magis hoc dicendum venit in terminis nostris vt voluerit statutum d. l. derogare, & filijs præiudicare, & dispositionem suam non reducere statuentes ad terminos iuris communis ex dictis verbis, quibus existentibus, maritus simul cum liberis in dote succedat in capita. quæ verba non possunt conuenire dispositioni d. l. vt suprà ostensum fuit. Nec obstat quòd Dec. Rui. & Alcia. aliter tenuerint in locis suprà citatis, & vlterius idem Alciat. in consil. 82. secundùm impressionem meam: quia aduertendum est quòd ipsi loquuntur in terminis statuti veteris, & non noui. Quis enim tam supinus est, qui velit redarguere tot excellentissimos patres? quid respondissent ad dicta verba statuti noui, quibus existentibus, &c. si illud statutum fuisset eis præsentatum? certè ridiculum est hoc dicere, & ideò cum loquantur tantùm in terminis antiqui statuti, non potest fieri aliquod fundamentum in dictis ipsorum, & pro certo teneo quòd si vidissent dictum vltimū statutum, aliter dixissent quàm scriptum reperiatur in locis suprà citatis, & ad consilium Alciat. 82. satis responsum videtur ex suprà dictis, & infrà dicendis.

Similiter non obstat quòd ex quo legitima debeatur filijs in dote materna tanquam æs alienum, quòd de ea statuentes non videntur sensisse: quia respondetur, quòd attenta hac ratione sequeretur, quòd nec eis præiudicaretur in legitima quando statutum disponit, quòd vxore præmoriente sine filijs, maritus lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, & tamen hoc est falsum: quia cōmunis est in contrariū, vt dixi in d. q. 24. Item & sequeretur aliud, quod etiam eis non præiudicaretur in alijs casibus de quib. in q. meis 29. & quatuor alijs sequentibus, & tamē hoc est ab omni veritate alienum, vt ibi
39 patet. Item etiam esset dicendū † quòd cum legitima sit debita filiabus, vt in auth. nouissima, vbi omnes.
40 C. de inoff. testa. si statutum disponeret, † quòd filia quacunq; dote sit cōtenta posset petere supplementum legitimæ tanquam æs alienum, quod tamen à doctoribus non admittitur. Bald. in auth. res quę. C. com. delega. versic. quando statuto cauetur, Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. & in consil. 121. vol. 6. Ceph. in consil. 34. in prin. vol. 1.

41 Vlteriùs dicitur † quòd legitima non dicitur propriè æs alienum, quia non dicitur debitum propri-
42 um. quod patet, † quia detrahitur legitima detractis prius debitis & funeris impensa. l. Papinianus. §. quarta, ff. de inoff. test. Alex. in consi. 57. in 2. dub. vol. 3. vbi inquit, quòd legitima portio debita filijs debet taxari secundum quantitatem bonorum testatoris deducto ære alieno. sequitur Craue. in consil. 165. nu.
43 3. vbi inquit, † quòd legitimæ computatio fit detrahendo æs alienum etiam debitum hæredi. Dec. in consil. 299. col. 2. Soc. Iun. in consil. 132. num. 6. volu. 1.
44 & in consil. 137. num. 11. volu. eod. Præterea dicitur † quòd legitima tanquam quoddam quasi lucrum dicitur percipi per filium. Bal. in l. quoniam in prioribus, colu. 2. versic. sed iuxta hoc quæro. C. de inoff. testa. Soc. Iun. in consil. 131. num. 18. circa fin. vol. 1.

Pariter non obstat quòd dictum statutum vltimum dum dicit, quibus existentibus, &c. debeat recipere interpretationem à iure cōmuni, & sic quòd maritus cum filijs debet succedere in dote in capita,
45 deducta legitima: quia respōdetur † quòd statutum non recipit interpretationem à iure cōmuni, quando venit derogatiuè ad ius commune, vt inquit Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. col. penult.
46 vbi concludit, † quòd si statutum disponit, quòd pater teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum suorum pro legitima, non intelligitur quòd debeat relinqui iure institutionis, licet inspecto iure communi legitima debeat relinqui iure institutionis. §. aliud in auth. vt cum de appel. cogno. coll. 8. & hoc dicit Bald. ex eo, quia dictum statutum se habet ad ius commune derogatiuè, & ideò non recipit interpretationem à iure communi, sed simpliciter debet intelligi, prout iacet, per l. j. §. hinc igitur. C. de iust. C. confirm. quod dictum tanquam singulare sequitur Paul. de Castro in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Rursus Bal. in l. properandum, in princip. C. de iud. in l. ita pudor. C. de adult. & in cap. cum non liceat, de præscrip. Ancha. in c. j. quæst. 14. principali de constit. Socin. consil. 89. num. 9. volu. 4. & in consil. 42. num. 10. vol. eod. Paris. in consil. 66. num. 8.
47 volum. 2. † nam quotiens statutum aliquid addit vel detrahit tacitè vel expressè iuri communi, efficit ius municipale, nec recipit subauditum intellectum à iure communi: quia lex, quæ corrigit nouam legem non interpretatur. l. fin. C. de ind. vidui. tol. Alex. in consil. 55. num. 8. volum. 6. 227. colum. 2. vers. & idem, & in consil. 249. col. fin. vol. eod. Soc. Iun. in consil. 74. num. 24. vol. 5. Soc. in l. cum filiusfa. colum. 4. versic. & in quantum, de verb. oblig. qui dicit hoc singulare. Bald. in tract. de præscr. in vlt. q. 4. par. sextæ eiusdemq; vlt. par. prin. Corn. in dicto §. in computatione. circa fin. Cacialup. in l. omnes populi, num. 203. de iust. & iure. Crot. in l. nemo potest, num. 98. ff. de leg. j. & in terminis statuti disponentis quòd maritus decedente vxore absq; communibus liberis lucretur dotem, non fiat restrictio secundùm ius commune, de quo in d. l. hac edictali, sed quòd debeat generaliter intelligi, etiam in præiudicium filiorum prioris matrimonij, tradit Alcia. in cita. cons. 52. num 21. sed in casu nostro istud statutum, quod disponit, quòd existentibus filijs primi matrimonij maritus in dote simul cum eis succedat in capita, venit derogatiuè ad ius commune, ergo &c.

Non obstat, quòd si non computatur in legitimam illud quod auocatur per filios primi matrimonij ex vi d. l. hac edictali, videtur resultare, quòd cum statutum vetus reseruet iura filiorum dicti matrimonij iuxta dictam l. quòd illa verba statuti noui, quibus existentibus, &c. debeant intelligi secundum præcedentia, & intelligi, quòd successio non imputetur in legitima, vt euitetur correctio repentina, quæ sequeretur: quia respondetur hoc nihil facere ad terminos nostros, quoniam & si verum sit quòd illud quod auocatur vigore d. l. hac edictali, non computetur in legitimam, id procedit in odium & pœnam matris transeuntis ad secūda vota, & ideò cum contra eius voluntatē capiatur in legitimam, non imputatur, vt dixi in q. 27. nu. 8. sed nos sumus in terminis

diuersis

diuersis videlicèt in statuto fauorabili inducto in fauorem ipsarum mulierum viduarum, vt dictum fuit, & vt etiam tenet Bertran.in d. l.hac edictali,nu. 36. vnde cum illud quod maritus habet ex vi dicti statuti noui,consequatur ex iusta, rationabili, & fauorabili causa,nimirum si illud imputatur in legitimam: quia concurrunt verba ipsius statuti ac mens & ratio ipsorum statuentium, vt satis liquet ex iam
48 dictis. Vnde † ex diuersis non bene infertur. l. Papinianus exuli.ff.de mino.l.fi.ff.de separat. Nec verum videtur quod inducatur repentina correctio si alio modo verba intelligantur,imò restrictio coarctatio,
49 & limitatio ad ipsa verba præcedentia, vt constat † ex relatiuo, quibus de cuius natura est quòd restingat, limitet, & coarctet quod in antecedenti dictum fuit.Bar.in l.à filio.§.fi.ff de alim.& ciba.lega. l. ea tamen adiectio, de leg.3.Alex.in consil.29.num.6.vol.j. Ruin.in consil.30. num.6. vol. j. Bart.in l.omnes populi, in 1. oppositione, & ibi Cacialup. num. 4. ff. de iust.& iure. Coras. in l. qui liberis.numero 9.de ritu nupt.

Similiter non obstat,quod sicut per pactum & per renunciationem non tollitur legitima, si non fiat specialis mentio de ea, ita nec pariter per statutum, dicto §. & generaliter, & per decisiones & auctoritates suprà citatas etiam loquentes in statutis: quia †
50 primò ad tex. procedit in dispositione hominis pro-
51 ut loquitur, nõ in dispositione legis vel statuti:† quia fortior est exclusio legis quàm hominis. Soc.in consil.150.col.4.Dec.in consil.392.col.fin.consil. 505.col. 2.in fin.& in cons.525 col. 2. in consil. 299. colum.2.in fin.& in consil.303.col.pen.in fin & in l. humanitatis. nume. 9. versic. prætereà. C. de impub.& aliis substit. Curt. Iun. in consil. 10. colum. 2. & Ceph.in consil. 5. num.55.vol.j. Gozad in cons.43.num.23.& 27.Corn. in consil.150.colum.2.volum.2.sed nos sumus in dispositione legis & sic statuti,ergo tex.ille nihil ad propositum facit,& in specie loquendo in statuto ita vo-
* luit Dec. in citato consil. 299. colum. 2. vbi inquit *
52 communem esse opinionem † quòd mater excluditur à legitima si ex statuto non admittitur ad successionem filij ab intestato,& in consil.296.col.2.vbi pa-
53 riter dicit communem esse sententiam doctorum † quòd filia quæ ab intestato excluditur per statutum à petitione etiam legitimæ excluditur,& in cons.264. col. fin.203.col. pen.versic.circa secundum.26.num. 4.276.col.2.Soc.Iun.in consil.127.num.2.vol.4.& in consil.89.num.24.vol.eod.vbi.asserit hanc esse communem.Rui.inconsil.41.num.8.vol. 3. vbi etiam citat hanc esse receptam docto. sententiam. Curt. Iun. in consil.35.col.10.Ceph.in consil.4.num.2.volum. j. & in consil. 5. nume. 45. volum. eod. quod suadetur ex
* alia * communi sententia,quæ habet quòd stante statuto quòd decedente vxore cum filijs primi matrimonij maritus lucretur dotem,excludutur filij prædicti à legitima,vt per Dec.in d.consil.19. & aliis locis citatis, & tamen in prædictis statutis nulla facta reperitur mentio de legitima specificè.

Non obstat vltimum, quia dicitur quòd etiam in legitima datur successio,patet: quia oportet quòd relinquatur titulo honorabili institutionis, adeò quod si relinqueretur alio titulo putà legati, fideicõmissi,vel donationis causa mortis,filius diceretur
* præteritus, vt indifferenter notant * omnes in authen.nouissima.C.de inoffic.testa.per tex.in §.aliud, vt cum de appel.cogno.Castren.in l.ita tamen. §. qui rogatus, ad Treb. Picus in l.in quartam,num.180.ad l.Falc.Cortas.in l.filium quem. nu. 87. C. de inoffic. testa. Vlterius dicitur, quòd cum dictum statutum nouum sit factum in præiudicium filiorum primi matrimonij, & in fauorem viduarum, & per quod (vt dictum est) ipsis aufertur legitima,quòd de ea amplius mentio habenda non est, sed quod tantùm dictus Illustrissimus Dominus Marchio debet se contentare de succedendo in dicta dote iuxta formam dicti statuti. Aliæ etiam accommodantur responsiones per dominum consulentem, qui consilium suum tacito authore impressioni tradidit, ad quas me remitto.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXIII.

1 *Crimen hæresis est maximum & publicum, cùm per ipsum offendatur diuina Maiestas, ac turbetur, & iniurietur vnitas sanctæ Romanæ ecclesiæ, & fides catholica.*

2 *Peccatum nullum est grauius hæresi.*

3 *Hæreticorum infidelitas grauius est peccatum, quàm infidelitas Iudæorum.*

4 *Multiloquium solet prudentissimos stomachari.*

5 *Veritas super omnia amanda est.*

6 *Pœna hæreticorum perseuerantium in hæresi, est ignis corporalis, & bonorum publicatio.*

7 *Abiuratio hæresis fieri debet publicè ad arbitrium episcopi regionis.*

8 *Abiuratio mitior fieri debet, vbicunq; in abiurãte concurrunt propria cõstitutio, confessio delicti simplex, & voluntaria diuturnitas delicti, vita emendata, nobilitas, & senectus.*

9 *Præsumptio magna oritur pro eo, qui se sponte constituit.*

10 *Pœna minuitur data diuturnitate temporis commissi delicti.*

11 *Delictum taciturnitate temporis aboletur.*

12 *Regula, semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali, locum non habet, quando quis per triennium posteà bene vixerit, bonaq; conuersationis fuerit.*

13 *Vltimus status attendi debet.*

14 *Meretrix, quãuis propter meretricium non possit filiã exhæredare, tamen fallit, quando mater fuisset emendata, & ad honestam vitam reducta.*

15 *Nobilitas est iusta causa, ob quam pœna delicti alleuiatur.*

16 *Nobilis mitius punitur in pœnis corporalibus.*

17 *Pœna qualibet corporalis & si maior sit qualibet pecuniaria, hoc tamen procedit in personis nobilibus, non autem in vilibus.*

18 *Nobili regulariter non imponitur pœna ignominiosa.*

19 *Mulier nobilis non potest in metallum damnari.*

20 *Regulæ iuris rumpuntur fauore nobilitatis.*

21 *Senes mitius puniuntur, quàm iuuenes.*

22 *Iudex qui de hæresi iudicat, ex causa potest pœnam infligere à iure contra hæreticos minuere, augere, vel mutare.*

23 *Delinquens quando non probatur aliàs deliquisse, per iudicem potest puniri mitiori pœna, quàm ordinaria.*

24 *Hæreticus rediens ad fidem ante cõdemnationem, recuperat ius patronatus, quod prius habebat.*

25 *Qui pro criminibus suis dignè Deo pœnitẽtiam egerit, authoritate Gregorij, Augustini, Hieronymi, & Isidori in pristinum restituitur, & perinde habendus est, ac si nunquam mortuus fuerit.*

26 *Hæretico hodie non auferuntur bona, nisi verbo, vel opere, siue facto pertinaciter asserat, vel sentiat contra fidem, nec posteà in continenti reuertitur ad fidem.*

27 *Condemnato de hæresi, postmodum tamen reuerso, & ecclesiæ catholicæ incorporato, honores, dignitates, & pristina bona debent restitui.*

28 *Dauid qui post crimen mortiferum pœnitentiã egit, ea peracta, in honore & dignitate permansit.*

29 *Petrus Apostolus, qui Christũ abnegauit, & postmodum reuersus, Apostolatum retinuit.*

30 *Clericus beneficiatus, qui est paratus corrigi, & corde*

non

non ficto sponte reuertitur ad vnitatẽ Christianæ fidei ante sententiã vel negationem, deponi nõ debet, & per consequens retinebit beneficia sua.

31 *Imò etiam episcopatum.*

CONSILIVM LXIII.

REQVISITVS ab intimo amico, quẽ meritò vt fratrem obseruo, vt sibi respondere velim quid sentiant doctores in articulis infrascriptis, quorum primum est, an clerico beneficiato ætatis annorum septuaginta vel circa, de nobili, generosaq; prosapia, q vltrò sponte; se constituit in manibus Inquisitoris, vt erroré hæresis per ipsum commissum iam annis viginti elapsis cõfiteretur, à quo tempore citra vitã suam emendauit, cum viris probæ & timoratæ conscientiæ conuersando, missas quotidie audiendo, peccata sua confitendo, & Eucharistiam recipiendo, nedum in temporibus à sacris legibus ordinatis, verùm etiam & in alijs, necnon & recipiendo lubilea à sancta sede Apostolica emanata, in abiuratione per eum faciẽda mitiori via per ipsum Inquisitorem procedendum sit, quàm fieri soleat in alijs, in quibus nõ concurrunt tot & tantæ qualitates suprà recitatæ, & quibus datur abiuratio publicè in ecclesijs, in altiori loco, & cum sagulo rubeo, viridi in dorso, cum aliquibus signis, & demonstrationibus tendentibus ad infamiam.

Secundus est articulus, an talis abiuratus possit retinere bona, beneficia, & pensiones. Antequam igitur satisfaciam voto tanti viri, protestor firmiter, quòd si requisitus fuissem consulere in causa alicuius hæretici condemnati, & pertinaciter viuentis in hæresi, prout non fui, sed in huiusmodi casu vbi tantùm tractatur de minoratione abiurationis nobilis, qui sponte redit puro & cõtrito corde ad fidem, & an possit retinere bona, & beneficia sua, vtiq; verbũ non feciſſem, per ea quæ notantur in cap. aduersus, de hæret. & tantò magis prouinciã hanc non suscepiſſem, neq; in futurum susciperem, cum sciam
1 peroptimè † hoc delictum hæreseos maximum esse, & publicũ, cum per ipsum offendatur diuina maiestas, ac turbetur & iniurietur vnitas S. Romanæ eccle siæ & fides catholica, vt per Affl. in constit. regni, in
2 constitut. Incõsutilem, † nam si graue est lędere maiestatem temporalem, multò magis diuinam. auth. Gazaros. C. de hæret. c. vergentis eo. tit. Paul. Grilland. in tract. de hæret. in prin. officium enim cuiuscunq; viri esse debet, non tantùm hos cõdemnatos, & pertinaciter viuentes in hæresi, vt infideles euita-
3 re: † quia infidelitas ipsorum peccatum est grauius quàm infidelitas Iudæorum & Gentiliũ, nunquam fidem Euangelij susceperũt, teste Gundisal. in tract. de hæret. q. 5. sed contra ipsos vitiali ac forti animo insurgere, vt pœnam ignis sibi à lege statutam cõsequantur. Hostien. Io. And. & alij in c. ad abolendã, de hæret. Carer. in tract. de hæret. nu. 132. Accedẽdo itaq;
5 ad rem, & omittendo multiloquiũ, † quod prudentissimos solet stomachari vt exordiar cũ Aret in cõs. 6. in princip. & amplectendo veritatem, quæ super omnia amanda est. l. ita legatũ. ff. de cond. & demon. Et ideo Isidorus de summo bono sic exclamat: Magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias & calliditates superat, quæ contra ficta simulataq; figmenta seipsam defendit: quæ deniq; post Deum colenda est. Hinc dixit Bald. in cons. 343. column. pen. vers. nam veritas, vol. j. quòd veritas est basis & fundamentũ iustitiæ, qua virtute nulla præclarior. dico nullã penitus esse dubitationẽ apud scribentes, † q;
6 etsi hæreticis perseuerantib. in hæresi sit pœna ignis corporalis, vt per Abba. & alios in c. ad abolẽdam, de hæret. & publicatio. bonorũ, vt ibidem in cap. ver-
7 gẽtis, eod. tit. & in c. cũ secundũ eo. tit. in 6. tamen, † q; huiusmodi pœna mortis remittitur hæretico, hæresim publicè abiurauit ad arbitriũ episcopi regionis, vt per Abb. & alios in d. c. ad abolendam. Bar. in cons. 6. inter consilia crimin. per Ziletum collecta. Et ideò quòd licèt abiuratio ipsa debeat fieri publicè in ecclesijs, & in altiori loco, concurrente vniuerso populo ciuitatis, nihilominus, quòd sentẽtia ipsa posset pro-
8 cedere regulariter, † secus quando in abiurante concurrerẽt multa digna mitiori abiuratione, vt in casu nostro, vbi adest constitutio propria, cõfessio delicti simplex & voluntaria, diuturnitas delicti, vt infra dicetur, vita emendata, nobilitas, & senectus. Nã
9 clarissimi iuris est, † q; pro spõtaneè cõstituto multum præsumitur, vt per Cæpol. in cons. 31. quem sequitur Aegid. in tract. suo crim. in tit. de mand. nu. 22.
10 Item ambigui iuris nõ est, † quòd pœna minoratur data diuturnitate temporis commissi delicti, vt inquit iurisconsultus in l. si quis diuturno. ff. de pœn. Abb. in c. cum haberet, de eo qui dux. in vxo. quam pol. per adui. Grãmat. in decis. 39. col. j. Affl. in decis.
11 287. nu. 2. Imo plus dicitur † quòd delictũ taciturnitate tẽporis aboletur. l. si cum exceptione. §. fin. quod met. c. a. l. diuus, de iure patro. Vlterius considerandum est, † quòd & si semel malus semper præsumatur malus. c. qui semel malus, de reg. iur. in 6. & in eodem genere mali. Bar. in l. Cassius. ff. de Senato. l. de pupillo. §. si quis ipsi. de no. oper. nunt. Grã. decis. 25. nu. 7. Ceph. in cons. 82. nu. 34. vol. j. tamen quòd sententia ipsa cum grano salis intelligenda venit, nisi quis per triennium continuũ bene vixerit, bonæq; fuerit cõseruationis: quia tunc amplius nõ præsumitur malus, neq; suspectus. Ang. in §. hinc nobis, in auth. de monach. coll. j. Sal. in l. si minorẽ, col. 3. de in integr. restit. Alexan. in l. si fideiussor. §. si. qui satisda. cogan. Ias. in l. si prius, colu. 15. ff. de no. oper. nuntia. Cur. in l. vnica, nu. 36. C. de prohi. sequestr. pecu. si ergo per spatium triũ annorum continuorũ fuit bonę vitæ Christianè ordinatæ ab ecclesia, & bonę cõuersationis, tollitur præsumptio mali, quãtò magis hoc dicẽdum est in casu nostro, vbi nedum datur in hoc nobili viro bonitas vitæ religiosæ per trienniũ, sed per quindecim annos, & vltra, vbi per dicta tempora ipse confessus est peccata sua, Eucharistiam susce-
13 pit, necnon indulgentias, horas canonicas dicens, & cum probis viris religiosis timoratæ vitæ & conscientiæ conuersatus fuit, † qui vltimus status multùm attendi debet. l. Mella. §. pen. de alimen. lega. Et ideò dicunt scriben. in l. in arenã. C. de inoffic. testa.
14 † quòd quamuis meretrix propter meretricium nõ possit filiam exhæredare, tamen hoc fallit quando mater fuisset emendata, & ad honestam vitam reducta: quia vltima consuetudo attendi debet, sequitur Marsi. in l. j. nu. 20. vbi multa alia adducit ad propositum. C. de rapt. virgi. Accedit † etiam & nobilitas vitæ, ob quam pœna delicti alleuiatur. text. est in l. ne-
16 mo, vbi Cy. C. de sum Trini. & fide Catholic. vbi † in pœnis corporalibus mitiùs punitur nobilis quàm popularis. c. fi. de pœn. c. qui contra. 24. quæst. j. ratio differẽtię est in promptu: nã magis affligitur nobilis ex parua qualibet pœna corporali, quàm ex magna ignobilis: ideóque modica pœna maior in eo censetur, quàm magna in plebeio. Pro cuius confirmatione facit, qd' inquit Bar. in l. j. §. fi. de pœn. vbi scri-
17 bit, † quòd id quod dici solet, quamlibet pœnã corporalẽ minimam esse grauiorem qualibet pœna pecuniaria maxima, non procedere in personis vilibus, per l. hoc opere, in fi. ff. de oper. libert. Hinc videmus, quòd sicut nobili maxima pœna siue iniuria est etiam sola facti infamia. l. non debet. ff. de dolo: ita ignobili quælibet infamia quantumcunque magna est illi modica vel nulla pœna. lege 2. C. vt intra cert. temp. Bald. in consil. 116. in princip. volum. 3. Vnde ait Cicero lib. 2. Rhetor. dum de deprecatione docet, vt hæc ignoscendi ratio quæreretur ex his locis, si plura aut maiora officia quàm maleficia videbuntur constare, si qua virtus aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit. Et hoc adeò verum est vt si pœnalis constitutio expressè dicat nullam misericordiam ex quopiam delicto delinquentem consequuturum, vt in casu capit. secundi. de maledi. tamen secundum Hostien. ibi in verb. misericordiam, si is qui ita deliquit sit nobilis, quem non decet publicè pœnitẽtiam agere. de qua text. ille loquitur, & paratus est ipsam magno pretio siue eleemosynis redimere, audiẽdus est, quod dictum tanquàm satis ęquum sequuntur ibi Abb. in 5. notab. & Tiraq. in

tract.de nobilit.char.159.num.109.Gram.in decis.32.
18 vbi dicit † quòd regulariter nobili non imponitur
pœna ignominiosa, vt per Fulgo.in cons.167. quem
sequitur Afflict. in constit. quicunq; toxicum. & ideò
dixit tex.cum gloss.in l aut damnum §.in ministeri-
19 um.ff. de pœn. † quòd pro delicto pro quo mulier
potest in metallum damnari,si fuerit nobilis,nō po-
terit ei inferri huiusmodi pœna.Luc. de Penn. in l.
20 mulieres, in 2.priuilegio.C. de dign. lib. 12. vbi ait,†
quòd rumpuntur regulæ iuris fauore nobilitatis.
Concurrit etiam senilis ætas huius nobilis viri,cu-
ius ætatis causa tradit Bald.in l. quid ergo in §.pœna
grauior.colum. 5. vers. quæro iux. prædicta.ff.de his
21 qui not.infam. † quòd in pœnis corporalibus mi-
tius agēdum est cum senibus, siue pœnæ sint instan-
taneæ, siue successiuæ. quod etiam iudicibus hære-
ticorum in consideratione esse debet, vt per Gundi-
22 salu.in tract.de hæret.quæstio.17. Quærit † enim ibi
doctor prędictus,an pœnam inflictam à iure contra
hæreticos possint iudices,qui de hęresi iudicant mi-
nuere,vel etiā ex causa augere,& mutare:& respon-
det quòd sic:quia hoc est generale in omnibus crimi
nib.vt in d.§.pœna grauior,& in l.si seuerior. C. eod.
tit.& ideò subdit, quòd cum hæc regula nō reperiatur
violata in crimine hæresis,debet idē in eo, quod
in alijs iudicari, dicens causas iustas minuendi pœ-
nam delictorum multas esse.& in specie ponit quòd
iusta causa minuendi est senectus vel iuuentus, per
l.auxiliū.§. in delictis.ff.de mino. Gand.in tract ma-
lef.in tit.de pœn.nu.30.plura ad hoc adducit Deci.in
l.si fugitiui,nu.76.C.de ser.fugit.

23 Vltimò aduertendum quoq; censeo, † quòd hu-
iusmodi nobilis nō est assuetus delinquere, nec pro-
batur aliàs deliquisse nisi in hoc casu,quod etiam ad-
iuuat ad minorationem pœnæ, vt per Gramma. in
vot.23.num.24.vbi multos citat.Ex prædictis igitur
concludendum videtur, quòd licèt regulariter ab-
iuratio fieri debeat modo quo suprà, tamē quòd ra-
tione qualitatum prædictarum mitiori via est pro-
cedendum ad dictam abiurationem,& profectò suf-
ficeret,si in ecclesia horā ordinaria,ea fieret,stan-
tib. nonnullis nobilibus, vel in sacristia sine sagulo
& alijs,quæ solent regulariter apponi in dorso abiu-
rantib.in signum infamiæ.

Quò verò ad secundum caput,succinctè loquen-
do,dico,quòd huiusmodi nobilis,q paratus est spon
tè redire,& bono zelo ante sententiam aliquā de hæ-
resi ad fidem, nō perdit beneficia,nec pensiones. qd
probatur ex decisionib. infrascriptis. Et primò per
24 glo.in c.maximū, j.quæst.7. vbi † hæreticus rediens
ad fidem recuperat ius patronatus, quod prius ha-
bebat.quod& voluit Abb.in c.quia diligētia,col.fi.de
elect.vbi distinguendo inquit, quòd si præcesit bo-
norū publicatio ab homine,vel a iure, nō recuperat
quis bona per pœnitentiā: quia semel commissum
non retractatur,c.pen.de hęret.nisi Princeps de gra-
tia restitueret eum in pristina bona,si autē non præ-
cesit publicatio bonorum, sed solùm quis perdidit
exercitium iurium suorum, vt contingit in excom-
municato, & schismatico, tunc isti integrè recupe-
rant bona sua,ex quo redeunt ad vnitatem.& subdit
quòd in casu intelligitur tex.in dicto cap.quia,quo-
niam ecclesia non perdit iura sua, sed solùm exercī-
tium, si prælati, & electi labuntur in hæresim: ideò
per reuersionem ad vnitatem exercent pristina iu-
ra,& cū Abb.transit etiam Pau.de Citadinis in tract.
25 de iure patro. quæst.7. vbi inquit † quòd quicunq;
qui dignè Deo pœnitētiam egerit authoritate Gre-
gorij,Augustini,Hieronymi,& Isidori,in pristinum
restituitur, & perinde habendus est quasi nunquàm
mortuus fuerit,per l.3.§.si deportatus patronus.ff.de
bon.libert. vbi patronus deportatus restitutus,bo-
norum possessionem contra tabulas libertorum
habebit. Idem repetit in 9. part. q.21. in fi. & 14. nu-
mero. 3. Accedit quoque, quod scribit Squillacen.in
26 tract. de fide catho. capit. 23. in fin. vbi sic inquit, †
hodie qualiscunque sit hæreticus non auferuntur
ab eo bona, nisi verbo, vel opere, siue facto pertina-
citer asserat, vel sentiat contra fidem,& ob hoc per-
mittat se clamari:nec postea statim reuertitur ad fi-
dem.Rursus in c.30. vbi tradit, quod etsi bona con-
demnatorum, & reconciliatorum debeant confi-
scari, vel sint confiscata à die commissi criminis,li-
cèt occupatio fieri nō possit ante latam sententiam
super crimine, tamen si damnati, vel deprehensi in
hæresi statim reuertantur, si bona non sunt occu-
pata,non sunt occupanda, secundùm Paul.in clem.
j.de hæret. quia si potest fieri gratia, & secum eis in-
dulgere vitam,quando statim redirent,sic & ad bo-
na.Squillacen. in dicto tract. de fide catho. capit.27.
num.4.vbi concludit,quòd post abiurationem hæ-
resis abiuranti debent restitui bona, & illud latiùs
prosequitur Paris.in consil.2.num. 185. volumine 4.
vbi inquit,quòd propter reuersionem absoluendus
est hæreticus ab excommunicatione, quam incurre
rat, & bona maximè sunt ab eo auferenda.subdens
27 etiam vnū, quod est fortius,videlicèt † quòd secun-
dùm * communem opinionem æquiorē, humanio-
rem, ac benigniorem condemnato de hæresi, post-
modum tamen reuerso, & ecclesiæ catholicæ incor-
porato,honores,dignitates& pristina bona debeant
restitui:& eo mortuo ad illa admitti eius filij,seu alij
hæredes,& successores,vt probatur in c. pōderet.50.
28 distinct.vbi legitur † de Dauid,qui post crimen mor
tiferum pœnitentiam egit,& illa peracta in honore,
29 & dignitate permansit. prout etiam legitur ibi de †
Petro apostolo,qui Christum abnegauit,& postmo-
dùm reuersus Apostolatum retinuit. Hanc quoque
sententiam amplectitur Alber. de Rosa. in authent.
idem in princ.C. de hæret. vbi ait bona debere resti-
tui hæreticis ad fidem reuersis, per text. in c. accusa-
tus. §. porrò, de hæret. & ibi per Archid.Imol.in cle.
j.in fi.de hæret.Et accedendo magis ad proxima, fa-
cit gl.c.nunc autem 21.distinct.in verb. Marcellinus
20 in fi.quæ vult,† quòd clericus beneficiatus,qui est pa
ratus corrigi,& corde non ficto reuertitur ad vnita-
tem Christianę fidei,deponi non debet,& per conse-
quens retinebit omnia beneficia sua.quam sequitur
Arch.in c.vt cōmisso de hæret.in 6.quod inquit Gril
land.in tract.suo de hæret. vers. septimò quæro, in
fi.procedere quando spontè & à principio(vt in casu
nostro) quis reuocauit errorem suum, non autem
quando post negationem, aut sententiam, per iura
ibi per eum citata, & Grilland. sequitur Carer. in
pract.sua crim. in tract.de hæret.num.159.vbi etiam
postquam posuit plures pœnas quæ imponūtur hæ-
reticis, inter quas est priuatio beneficij, officij,& di-
gnitatis,inquit quòd euitantur dictæ pœnæ si hæ-
reticus abiurauerit hæresim, & ad catholicam, & or-
thodoxam ecclesiam veraciter, & non fallaciter re-
dierit:quia non priuatur supradictis. Item Carer.in
repertorio suo in verb. hæreticorum pœnæ ordina-
riæ. vbi etiam concludit, hæreticum recuperare be-
neficium, si redierit ad fidem ante sententiam.plus
31 voluit gl.in summa 23.q.7.† quòd etiā Episcopatum
recuperat,quam sequitur Philip.Franc.in c.vt com-
missi,col.2.vbi etiā allegat aliam glo.de Episcopo lo-
quentē in c.vergentis, de hæret.vbi etiam cōcludit
cū Archi.vbi suprà,quòd si clericus sit paratus corri-
gi, & redire ad vnitatem ecclesię, quòd deponi non
debet,per gl. in d.c. nūc autem.referens etiā in hanc
sententiā residere ibi Ioan. And.Et ideò subdit men-
ti tenendum,quòd licèt glo. in c.nunc autem,loquā-
tur in Papa hæretico, tamen extenditur ad alios cle-
ricos, vt eodem modo non priuentur dignitatibus
suis si redire velint. & tradit idem sentire Archidia-
co. 8. distin.in c.quo iure.& cum hac sententia etiam
pertransit Geminia.in d.c.vt commissi. colum. fin.
in princip.

Rolandus à Valle.I.C.

Quoniam abundè & plenissimè scriptum est su-
per præcedentibus dubijs per Illustr. D. Rolandum
à Valle Præsidem Senatus Montisferrati dignissi-
mum, adeo quòd in substantia nihil adijci potest:
ideo ego Marcus Antonius Natta Astensis Sena-
tor Illustrissimi & excellentissimi Ducis Mantuæ
Marchionis Montisferrati sola subscriptione con-
tentus in eius sententiam transeo tanquam veram
& iuridicam, & sacris canonibus consentaneam:
in quorum fidem & testimonium præsentem sub-
scriptio-

scriptionem per Scribam meum fieri feci, & nomen meum propria manu subscripsi, & sigillum apposui consuetum.

Marcus Antonius Natta, Iurisconsultus, qui suprà, manu mea.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXIIII.

1 *Vasallus à nouo domino inuestituram non petens infra annum & diem, cadit à feudo, & illud reuertitur ad dominum, & nu. 3. sed contra num. 14. vbi de communi. opi.*

2 *Inuestituram petere, est quidam quasi census deuotionis, recognitionis, & reuerẽtiæ, quæ domino præstari debet, & si non fiat, res incidit in cõmissum.*

3 *Vasallus alienans feudum inconsulto domino, illud perdit & applicatur domino, & nõ agnatis, sed contrà, vt ibid. & nu. sequen. secundum magis communem opinionem.*

4 *Culpa grauior est quæ committitur in faciendo quàm in negligendo,*

5 *Culpa leuis quando est in faciendo, punitur criminaliter, secus in negligendo.*

6 *Damnum cõmissum culpa leuissima in omittendo non venit in actione legis Aquiliæ, secus in committẽdo.*

7 *Culpa quælibet minima in faciendo est maior qualibet alia non faciendo.*

8 *Culpa commissa in faciendo non compensatur cũ alia, quæ consistit in negligendo.*

9 *Vasallus si committit delictum in personã domini, priuatur nedum ipse feudo, sed etiam filij & agnati transuersales.*

10 *Delictũ dicitur commissum in personam domini, quando offenditur in persona, secus si extra.*

11 *Interpretationem mitiorem sequi debemus in materia pœnali.*

12 *Pœna capitalis, quando per legẽ imponitur, intelligitur de pœna exilij.*

13 *Bannitus simpliciter intelligitur bannitus ab honoribus & in dignitatibus, non autem à territorio.*

14 *Interpretatio illa eligitur in concursu plurium significationum, quæ tendit ad diminutionem pœnæ.*

15 *Opinionem benigniorem sequi debemus in dubijs, maximè in iudicando.*

16 *Opiniones doctorũ licèt in aliquo articulo sint variæ, tamen quando aliqua opinio corroboratur æquitate in iudicando & consulendo, est sequenda.*

17 *Opinio æquior, benignior, & magis humana interpretationem benigniorem in re dubia sequi, non minus iustius est, quàm tutius.*

18 *Interpretatio illa sumitur, per quam minus derogatur iuri communi, etiamsi verba impropriarentur.*

CONSILIVM LXIIII.

1 NEMINI dubium est, † quòd si vasallus mortuo domino infra annum & diem à morte ipsius domini non petit ab eius successore renouationem inuestituræ, & debitum fidelitatis iuramentum, non exhibeat, priuatur feudo, & idem si domino superstite vasallus moriatur: quia tenetur eius filius, vel agnatus intra dictũ tempus idem facere, aliàs cadit à feudo. tex. est apertus in c. j. quæ fue. pri. cau. benef. amit. Alexan. in cõs. 79. col. pen. circa fi. volu. j. Curt. Iun. in tract. feud. in 4. par. in 23. causa priuationis. Mar. de Syllima. in tracta. de feud. in rub. quib. mod. feud. amit. numer. 134.

2 Et ratio est secundum* cõmuniter scribentes, † quia *petere inuestituram est signum deuotionis, & reuerentiæ, quæ domino debet præstari, & si nõ fiat, res incidit in commissum: ita Curt. vbi suprà. Clar. in §. feudum, quæst. 49. & Ias. in cons. 64. col. 4. volu. 3. Sed quia difficultas oriri videtur, quia dominus Maximilianus de Trottis non petijt inuestituram feudi antiqui Collegij infra tempus à lege præstitum, an illud deuoluatur ad dominum vel ad agnatos: ideò operæpretiũ est varietatem istius articuli bene discutere, arguendo ad vtranq; partem. Et prima facie dicendum videtur, quòd & si feudum prædictum sit antiquum, quòd illud redire debeat ad dominũ, per tex. in c. j. §. præterea si quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Feder. vbi inquit tex. q; si vasallus sua incuria, vel negligentia per annum & diem steterit, quòd feudi inuestituram à proprio domino non repetierit, transacto hoc spatio temporis feudum amittit, & illud ad dominum redit. quo casu cùm text. ipse simpliciter dicat, quòd feudũ pertinet ad dominum, nulla facta distinctione an sint agnati vel ne, debet generaliter intelligi, quòd ad solum dominum redire debeat, quæ opinio videtur esse de mente glo. in c. j. §. Item si fuerit, in verb. reuertitur, quib. mod. feu. amit. Et ratio est, quia vasallus, q negliget infra tempus à iure determinatum inuestituram petere, videtur dominum contemnere. Vnde, vt suæ iniuriæ vltionem habeat, feudum ipsi applicari debet, vt probatur in c. j. §. denique, quæ fuit prima cau. benef. amit.

Secundò facit, nam nos videmus, quòd feudum alienatum per vasallum incõsulto domino applicatur domino, & nõ agnatis c. j. §. calidis, de proh. feud. alien. per Feder. & in d. §. item fuerit, c. j. de vasallo q contr. consti. Lotha. c. j. quid iuris si post alienationem. Et hoc ideo, quia per dictam alienationem videtur contemni dominus, & ob id, vt vltionem suæ iniuriæ habeat, sibi applicatur, vt etiã voluerũt Petr. de Ceruoti. in c. j. §. hoc quoq; de succes. feud. Odofr. in summa sub rubr. ad quos feudum reuertatur. Io. de Faxol. etiam in summa sua sub rubr. an alienatione amittitur feudũ, vt refert Bal. in c. j. si vasal. feud. priue. Bal. in cons. 276. volu. 5. Barba. in c. 2. de feud. & * hanc esse * communem opinionem, & veriorẽ non caui lãdo iura, inquit Are. in cons. 14. col. 9. in fi. vers. venio ad secundum.

Tertiò & vltimò in terminis quæstionis nostræ ita dixit Bal. in c. quæ in ecclesiarũ, col. 6. vers. quæro pater vel auus, de constit. vbi sic quærit: Pater vel auus, qui habebat feudum decesit trib. relictis filijs hæredibus legitimæ ætatis, vnus petit inuestituram partis suæ infra annũ, alij fuerunt contumaces, & partẽ suam perdiderunt: quæritur, vtrùm accrescat fratri inuestito, vel consolidetur domino? & respondet, quòd & si prima facie dicendum videretur q, ex quo feudum est paternum, & antiquum, locus esset iuri accrescendi, tamen quod secus videtur: quia pœnæ contractuũ debent applicari creditoribus. l. quod à quoq;. ff. de reg. iur. sed hæc pœna est consequutiua cõtractus, ideo debet applicari domino vti creditori, non autem accrescere agnatis, nec ad eos deuenire iure agnationis, licèt soleat aliàs ad eos deuenire, vt in c. j. §. donare, qual. feud. olim. pot. alien. Idem tenuit Ioan. Rayne. in d. §. præterea si quis infeudatus. Ioan Andr. in addit. ad Spec. in titu. de feud. §. quoniã, in addit. incip. directè, in fin. Odofr. in summa sub rub. ad quos feu. reuert. quan. amit. quem sequitur Bal. in d. c. j. si vasal. feu. priue. Ale. in cons. 30. col. 3. in prin. vol. j. consi. 10. col. 2. in fi. vol. 3. & in cõs. 2. nu. 11. vol. 5. Pau. de Castr. in l. adoptiuum, il. j. ff. de in ius vocan. Pract. Pap. in forma libelli quom. ad reuocat. feud. in verb. superstitibus, ver. 3. casu Iacob. de S. Georg. in sua inuest. feudali in verb. Qui quidem inuestiti, colu. 12. vers. rursus quæro. vbi inquit, ita aliàs iudicatum fuisse Taurini in sacris audiẽtijs Lotho. in 13. par. operis sui. nu. 10. Franch. Sonsbech. in commentarijs suis feudalibus in 13. par. nu. 13. versic. prima erit conclusio, ad quos feuda. mis. deuolua. & * hanc esse * communem opinionem citat Anan. in consil. 32. in 2. dubit. vbi etiam Bologn. in additionibus.

His tamen nō obstantibus.contraria sententia est de iure verior,& tanquam benignior,ęqua & magis humana amplectenda venit. Et primo moueor ad sic dicendū ex cōclusione communi calculo recepta, quæ quidem est,quòd vasallus alienat feudum antiquum illicitè,id est sine consensu domini,nō deuoluitur ad e,sedū ad agnatos,vt vult tex.& ibi gl.in c.j. in §.hōc quoque de succes. feud. vbi si frater meus alienauit partem feudi & mortuus est sine filijs, frater succedit, & eo deficiente proximi agnati admittuntur ad septimū vsq; gradum.& ita per d.tex.& gl. ibi concludunt Andr. de Iser.Iacob.de Beluis.Nicol. de Neapol.Bald.Mart. de Laud.Alua. Præpos.Affli.& Frider. Schenc. Imol.in d.c.2 vbi inquit ab hac opinione non esse recedendū. & verum dicit, quia tutū esset recedere à receptissima scribentiū censura, cùm hanc partē vti cōmunem sequantur Curt.Iun. in tract.feud.in 5 par.in 4. principali cōclus.Brun.in con.36.in prin.Ruin.in cons.7.nu.12.vol.j.imo ipsam esse* receptissimā attestantur Raynerius in c.1 imperialem.§. pen. de prohi.feu.alie.per Feder.quē sequitur Iacob.de S.Georg.in inuestit.sua feudali in verb. Et cū pacto de non alienan. col. pen. vers. quæro de quæstio. Alex. in cons. 30. co.l 3. vol. j.Ioseph. Cum. in tract. feud in §.mortis.nu. 34. quam etiam & ego multos alios citando sequutus sum in cons. 64.vol. 2.si igitur in casu isto per huiusmodi alienationem per quam quis quodammodo videtur contemnere dominū,feudum deuoluitur ad agnatos,ergo idē dicendū videtur in præsenti casu,vt propter non petitā inuestituram feudū deuoluatur ad agnatos, & non
4 ad dominū:qa clarissimi iuris est, †qp grauior est culpa,quæ cōmittitur in faciendo, quàm in negligēdo. gl.in l.si mora. ff.sol. matr.l.iniuriarū actio.§.si qs.ff. de iniur.Bal.in l.data opera,col.3.vers.non obstat lex
5 q̄des.C.quis accusa.nō pos.vbi inquit,† q̄leuis culpa quādo est in faciendo,punitur criminaliter,secus in negligendo: qa quodāmodò maior est culpa facere quàm omittere l.sicuius.§. de prēteritis.ff.de vsufruct.quē sequitur Gramma. in decis. 46.nu. 7. cum
6 seq.Alex.in l.domos,de leg.j.vbi firmat,† q̄ in actione l.Aquilię non venit damnū commissum culpa leuissima in omittendo, secus in cōmittendo. & cum Ale.pertransit Affl.in decis.57.nu.7.in fin.& dicit Ange.de Peril.in l.4.§.Cato.numero 27.de verbo.oblig.
7 † quòd quælibet minima culpa in faciendo est maior qualibet alia in non faciendo.Rebuf.in l.j.nume. 373.C. de sen. quæ pro eo quod interest profert. Gozad.in cons.31. nu. 19. vbi dicit,quòd grauior est culpa. quæ committitur in faciendo quàm in omitten-
8 do, † & adeò quòd non compensatur vna cum alia, per l.si obstetrix.§. fi.ff.ad l.Aquil. cui sententiæ accedit quod notat Dyn.in l.j.§. impubes.ff.ad Sylan.vbi dicit, quòd licèt infans & pupillus doli capax non excusetur à delicto propter ætatem, istud est verum in delicto cōmisso in faciendo, secus in delicto commisso in omittendo vel negligendo:quia tunc excusantur siue sint doli capaces siue non.sequitur Marsi. in l. infans. num.7. ad l. Corne.de sica. vbi etiam refert Cyn. & Salic. in l. j. Cod. de falsi. mone.dicentes quòd in his quæ commituntur omittendo, & sic ex negligentia, non puniuntur impuberet immo, excusantur etiam si sint doli capaces, per illum tex.Ex quo infert Sali. ibi quòd si statuto caueatur, q̄ quilibet teneatur ponere bona sua in castro,& describere quicquid sibi ab alio debetur,aliàs debitor teneatur:& occurrat quòd pupillus sibi debitum describi non facit, quòd propterea debito nō priuabitur,sed eius tutor bene tenebitur.

Secundò hanc opinionem in terminis nostris tenet Iser. in c.j. §. deniq;, circa fi. quæ fue. prima cau. benefi.amit. vbi etiam Præpos.col.pen.vers.sed quęro si vasallus. Alua.in conclus. 20. & Laud.col.fin.in verb.existentibus autem. Rursus Iser.Alua.Laud.in d.§.præterea si quis in feudatus:iterū Iser. Alua. Præ-
9 pos. in c.j. quo tempore miles, vbi etiam Affl.nu.6 vers.sed quæro alibi.idem Affl. in c.j.colu. 2.versic.2. verò casu,si vasal.feud.priue.& in c.j.§.sed & res numer.31. per quos fiat inuestitura. Curt. Sen.in cons. 40.colum.71. versi. & si ex præmissis. vbi limitando tex. in d.§. denique per quem mouentur docto.contrarij ad dicendum† quòd ob delictum commissum in personam domini,non solùm descendentes, sed & transuersales priuantur feudo, quia delictum etiam dicitur commissum in personam domini siue
10 pater alienet,siue nō,petat inuestituram intra tempus debitum,dicit illud debere limitari† quādo delictum directò fuisset commissum in personam domini,secus si extra eius personam, & si intra ipsius personam,vt per Bald. in l. fi. C.de liberal.cau.Curt. Iun. in trac. feud. in 5.par. in 5.concluſ.Soc. in consi. 4.vers.videmus,vol.3.& in con.66.nu.18.vol.eod.vbi inquit, quòd licet Bald. post. Odofr. in c. 1. si vasal. feud. priue. videatur voluisse contrarium, tamen quòd altera opinio est tenenda. Zucard. in l.j nu.121 C.q admit.vbi idē tenet,& inquit quòd licèt Anan. in con.32.in.2 dub.contrarium dixerit, tamen quòd sic est tenendū. Sylua.in tract.de recogn. feud.in 4. quæst.Lofred. in c.1 si vasal. feudo priue. col.2. dum remittit ad notata per Iser.in d.§.deniq;.Ioan.Ferrarij in vsib.feud.lib.2.c.6.vers.insuper beneficiū,vbi sic ait , insuper beneficiū sic taciturnitate perditum si antiquum sit ad agnatos filiósve,si supersint peruenit,vt qui & ipsi ius in eo quæsitum habent,quod citra culpam ipsius adimi facto alterius etiam domini non potest:quib.non existentibus ad dominum.Nouum autem quod à solo patre pēdet,cuius culpa hoc casu in filios quandoq; redundat, ad dominum reuertitur.& inquit Franciscus Sonsbech.in cōmentarijs suis feudalib. in 13. par. in titu. ad quos amis. feud.deuolu.nu.13. vers.prima erit conclusio,quòd Alua.in d.§. fi.sequuntur omnes doctores. Et pro hac
11 sententia bene facit conclusio , quæ habet † quòd in materia pœnali (vt est casus noster) sequi debemus mitiorem interpretationem ll.si de interpretatione.
12 ff.de pœn. Et ideò videmus † quòd quando per legem imponitur pœna capitalis,intelligitur de pœna exilij. gl. est in l. j. C. ne mancip. Christia. quam ad hoc reputat singularem Imol. in l.2. col. 5. de publ. iud.similis glo.in l.in criminali, in verbo capitalem. C.de iurisd.om.iud. Alcia. in tract.de præsump. in 3. regul.præsump.45.Imo fortiùs si statutum imponat pœnā capitis, intelligitur nō de pœna amputationis capitis,sed de pœna capitali, & sic perpetui exilij.Ioan Andr. & alij in c.quanto , super glos.j. de iureiur. Felin in c.qualiter & quando.col.fi. de accusa.Iaf.in l. transigere, column.3.C de transac.Et ideò dixerunt Imol. Castren. & Alexand. in l. ex facto.§.ex facto,ad
13 Trebellia.† quòd quando aliquis simpliciter bannitur,intelligitur bannitus ab honoribus & dignitatibus,non autem à territorio. sequitur Curt. Sen. in l.vt vim,numer.26.de iust.& iure. Accedit quod not. Crot.in l.4.in §. Cato. numer. 105. de verb. obligat.
14 † quòd in concursu plurium significationum illa eligitur, quæ tendit ad diminutionem pœnæ.argu. text. in l. si pupillus, in princ. & quod ibi not.Barto. ad l.Fal.

Non obstant modò quæ in contrarium adducta fuerūt:& in primis tex. in d.§.si quis in feudatus,vbi text. dicit quòd ad dominum redit: quia secundùm Iser.Alua.& alios debet intelligi , si non habet agnatos,quando feudum est antiquum,quoniam si extarent agnati,qui vellent feudum, tunc præferuntur domino: secus quando feudum esset nouum , tunc bene agnati excluderentur. & ista est communis interpretatio doctorum ibi.

Secundò non obstat,quòd quando vasallus alienat feudū irrequisito domino illud deuoluatur ad dominū,& nō ad agnatos,qa respondetur, q̄ omnia iura allegata in contrarium procedunt in feudo nouo,vt ibi latè per doct.& in c.j.§.hoc quoq;,de succes. feud.post glos.Similiter nō obstat quod Pet.de Ceruot.& alij de quib.in secundo fundamento partis affirmatiuæ concludere videantur, quòd imo ad dominum reuertatur,quia respondetur magis doctorum receptam sententiam esse in contrarium , vt latè demonstrauimus suprà in j.argum. partis negatiuæ.

Pariter non obstat,quòd in terminis nostris communis opinio sit, quòd feudum deuoluatur ad dominum & non ad agnatos , quando vasallus non petijt inuestituram infra annum & diem: quia aduerten-

uertendum est, quòd feudistæ communiter tenẽt contrarium in d.§ præterea si quis infeudatus, in c. j. quo tempore miles, & in d.§. iii. quæ sit prima cau. benef. amit. cum quibus pertranseunt alij doctores per me suprà citati in secundo argumento partis negatiuæ. & ita etiam alias dixi in cons. 64. vol. 2. & tanto magis sequenda est ista opinio tanquàm communis, cùm habeat doctores maioris ponderis & authoritatis secundum Alexand. cons. 262. volu. 7. quem sequitur Gozad. in con. 39. nu. 17. nam illa dicitur magis communis opinio, quæ prævalet authoritate, nõ numero, Ale. con. 202. in fi. vol. 2. Gozad. cons. 59. num. 21. & si hoc dici non debeat in casu nostro, cum totidem sint doctores pro parte ista, quàm pro alia, tamen maioris authoritatis.

Vlteriùs dicitur, quòd dato (sed non concesso) quòd istæ opiniones essent dubiæ, † tamen in dubiis debemus maximè in iudicando, sequi opinionem benigniorem. regul. in pœnis, de reg. iu. in 6. l. si præses, de pœn. facit quod dicit Paris. in cons. 72. nu. 41. vol. j. vbi inquit † q licet opiniones doctorum in aliquo articulo sint variæ, tamen quando aliqua opinio corroboratur æquitate, quod illa in iudicando & consulendo sit sequenda, vt probat Curt. Sen. in cons. j. sed in casu nostro ista opinio qua præferantur agnati domino in feudo antiquo, in quo succedũt primo acquirenti ex cõcessione domini, fauet æquitati, ergo per consequens tenenda. Rursus in con. 32. nu. 4. vol. 2. † vbi opinio æquior, benignior, & magis humana amplectenda est. l. in libello. §. codicilli, illi humanitatis rationi cõgruum est. ff. de capt. & postlim. reuer. iterum in cons. iii. nu. 7. vol. j. vbi ait, quòd interpretatio quæ est humanior, & æquior, amplectẽda venit. l. in his. ff. de cond. & demonst. Accedit q voluit Abb. in c. j. de constit. vbi in varietate opinionũ q æquitate contra rigorem pronuntiandum est. nam in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quàm tutius, vt dicit text. in l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen. l. ea quæ. §. in re dubia, de regu. iuris. l. si fuerit, in fi. ibi, hoc valere benignum est. de legat. 3. sed ista opinio pro agnatis est magis æqua, ergo illi inhærere debemus, vt vult Curt. Sen. in cons. 49. versicul. ii. quem sequitur Grat. in cons. 2. num. 19. volum. j. & tantò magis etiam sequenda est opinio ista, † cùm per eam minus derogetur dispositioni iuris communis. argum. l. præcipimus. C. de appel. l. si serui. C. de noxa. actio. l. fi. §. in computatione, vbi doct. C. de iure delib. Abb. in c. cum dilect. de consuet. vbi etiam hoc procedit si aliqua verborum improprietas sequatur. Grat. in cons. 39. nu. 12. vol. j. Paris. in cons. iii. num. 10. vol. j. secundùm quam disponitur, quòd alius nõ debet priuari iure suo ex facto alterius. regul. non debet. de reg. iur. & pœna non debet egredi suos authores. l. sancimus. C. de pœn. prout isto casu priuarentur agnati propter culpam ipsius non petentis inuestituram feudi antiqui. & pro hac parte bene facit, quod scribit Matthæs. in notab. 19. vbi dicit quòd quando constat articulum esse dubium, quòd iudex in dubio pro regula iuris communis, quę habet vt ex delicto vnius alius nõ puniatur, pronuntiare debet. Deci. in l. j. ff. de regu. iur. Ex his igitur resultat vera conclusio in fauorem agnatorum, quam etiam tenet Iacob. Ardizo. in summa quib. mo. feud. amit. vt refert Alua. in d.§. præterea si quis infeudatus.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXV.

1 *Suspicio debitoris suspecti de fuga probatur per iuramentum, declara vt in nu. 26. cum sequentib.*

2 *Fuga instans debitoris quando adest, vel quando allegantur signa, vel indicia de ipsa, iudex tenetur eum capi facere, aliàs tenetur in syndicatu.*

3 *Captura debitoris suspecti de fuga modici est præiudicij, cum debitor fideiussionẽ præstãs ab ea liberetur.*

4 *Probatio suspicionis per iuramentum sicut sufficit ad consequendam missionem in possessionem ex primo decreto, ita & in captura personæ sufficere debet.*

5 *Captura debitoris suspecti de fuga cõcessa per iudicem incompetentem valet. Sed contra nu. 6. declara tamen vt in nu. 31. 32. & 33.*

6 *Faciens incarcerari aliquem scienter per iudicem incompetentem perdit causam suam.*

7 *Iudex incompetens incarcerans aliquem, tenetur actione iniuriarum.*

8 *Captura debitoris suspecti de fuga vt fieri possit, requiritur quòd suspicio superuenerit post cõtractum debitum, aliàs imputandum est creditori.*

9 *Mutatio qualibet non reddit debitorẽ suspectum, sed insignis, & notabilis.*

10 *Probatio facta iudici per creditorem post capturam debitoris, quòd ipse mutauerit cõditionem post contractum, non valet.*

11 *Debitor suspectus de fuga vt capi possit, debet fieri probatio suspicionis plenè vel per duos testes.*

12 *Vel per instrumentum publicum.*

13 *Aut per scripturam scribentis.*

14 *Vel per confessionem debitoris.*

15 *Vel per saltem summariè.*

16 *Captura personæ dicitur magni præiudicij, quia per eã infamatur debitor, & sibi infertur præiudicium irreparabile.*

17 *Missio in possessionem ex primo decreto & sequestratio rerum dicitur modici præiudicij.*

18 *Captura debitoris suspecti de fuga, vt fieri possit, opus est vt constet de debito claro & liquido.*

19 *Declaratio ad Bal. in l. apertissimi, ad finem, C. de iudi.*

20 *Captura facta contra formam rescripti est nulla.*

21 *Verba constito de supplicatis, important conditionem.*

22 *Forma si est data à lege mortua vel à viua, & non sit seruata, actus redditur nullus.*

23 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*

24 *Conditio specificè debet adimpleri.*

25 *Conditio importat formam.*

26 *Captura facta contra formam statuti, non valet.*

27 *Cautioni iuratoriæ & si sit standum quando obligatus satisdare non inuenit fideiussores, tamen id verum esse arbitratur, quando iuramentum præstitum fuisset ad dilationem iudicis, secus si motu proprio.*

28 *Iuramentum vt probet impedimentum ad concedendum secũdam dilationem, oportet quòd sit delatum à iudice, secus si à parte, quia assignatio dilationis est ipso iure nulla.*

29 *Iudex secularis & si clericum malefactorem fugientem capere possit, tamen ad iudicem ecclesiasticum remittere debet.*

30 *Captura inciuilis & inordinata non valet.*

31 *Debitor iniustè captus relaxandus venit, nulla præuia satisdatione.*

32 *Capto indebitè licet propria authoritate recedere, & aufugere.*

33 *Iudices caueant, ne perfunctoriè ad capturas personarum procedant, ne ignorantiæ ipsorum hoc ascribatur.*

CONSILIVM LXV.

Captura cõmissa contra Augustinum de Tortis ad instantiam domini Præcialis de Puteo ipsius Augustini creditoris, prima facie iustificari videtur ex infra scriptis. Et primò, quia per creditorem iudici narratũ fuit quòd

erat creditor notabilis summæ pecuniarum ipsius debitoris: Itemq; allegauit eum suspectum de fuga, cum expressione causæ: quia bona immobilia non possidebat, & si aliqua, non tamen sufficientia ad solutionem debiti: † idque iuramento firmauit, quod sufficere videtur ad semiplenam probationem, iuxta notata per scribentes in l. in bonę fidei, de iureiur. & in l. admonendi. ff. eo. tit. quæ sanè probant suspicionem aptam ad detentionē debitoris, ad effectum tamen vt cogatur satisdare de stando, parendo iuri, & iudicatum soluendo: vt inter minus decidere videtur Paul. de Castro. in consil. 40. secundum antiquam impressionem. vbi inquit, quod quando creditor petit à iudice capturam debitoris suspecti de fuga, primò debet narrare debitum, secundò causam suspicionis: quia non sufficit dicere, habeo debitorem suspectum, sed opus est dicere propter quid, siue propter quam causam habet ipsum suspectum. 1 Item si suspectus, vbi etiã gl. ff. de procura. quæ quidē causa potest esse duplex: primò, quia debitor non possidet immobilia, vel non ad sufficientiam: nam etiã si non instat fuga vel signa aliqua de fuga nō appareant, tamē hoc solū, qa non possidet immobilia, ad sufficientiam eum reddit suspectum. glos. in l. si fideiussor. ff. qui satisda. cogan. quod inquit intelligendum quantùm ad hoc vt iudex ad partis instantiam facta sibi de hoc fide posit si velit debitorē capi facere, & detineri quousq; caueat de stando iuri, &c. 2 non autem vt cogatur si nolit. Secunda causa est † instans fuga, vel quando allegantur de ipsa aliqua signa, vel indicia: quia tunc iudex tenetur eũ fieri capere, & contra ipsum familiam cōcedere, aliàs tenetur in syndicatu, per notata in l. ait prætor §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. & inquit Paul. de Castro quòd totus mundus ita obseruat. Idem voluerunt Angel. Imol. & Ias. in l. 2. ff. solut. matr. Alex. in 3 cons. 19. vol. 3. Crot. in d. l. 2. nu. 58. † quia hic agitur de modico præiudicio (cum debitor dans fideiussorem debeat admitti. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cogan. ergo sufficere debet probatio iuramentalis. & subdit vidisse hanc opinionē in practica sępius obseruari. Soc. in l. si ab arbitro. nu. 9. & Ias. nu. 8. qui satisd. cog. Ang. in l. nemo carcerē. C. de exacto. tribut. 4 li. 10. Paris. in cons. 107. nu. 54 vol. 3. Et ratio est, † quia sicut ad consequendã missionem in possessionē ex primo decreto sufficit probatio suspicionis per iuramentū, ita & in captura personæ sufficere debet, vt per Imo. in d. l. 2. per l. 2. cùm proponas. C. de bon. autho. iud. posti. facit quod voluit Bal. in l. j. C. de proh. sequestr. pecu. vbi inquit, quòd causæ cognitio requiritur in sequestratione: quæ requiritur in primo decreto propter similitudinē, quam habet cum ipso. & idem ibi tenet Sali. arg. l. thesaurus. ff. ad exhiben. Accedit decisio Paul. de Castr. in l. iusto. ff. de vsuca. vbi ex d. tex. in fi. vult, q; in his, quæ multum frequentantur propter publicam vtilitatem si aliquid statuitur, quòd non statueretur si non ita frequentaretur, infertur, quòd si creditores faciũt capi suos debitores tanquam suspectos & fugitiuos præstito solo iuramento de suspicione, & non facta fide, quòd ipsa emerserit de nouo, & cōtra capturā opponatur per debitorē q; non valeat quòd huiusmodi querela admitti non debet propter frequentem vsum, & ne multæ capturæ irritentur, quod inquit notandum * Marsi. in sing. 282. & hanc esse * communē doctorum sententiam firmat Paris. in cons. 99. nu. 32. vol. 3.

Nec habet obstare q; huiusmodi captura facta fuit per iudicem incompetentem: quia respondetur 5 † quòd etiam captura facta per iudicem incōpetentē valet, adeò quòd pro impugnatione ipsius capturę non potest allegari incompetentia iudicis, vt per Ancha. in cons. 192. quem sequitur Roma. in cōs. 242. dicens conclusionem Ancha. fore singularem & mirabilem. Felin. in c. si verò, il j. col. 2. de sent. excom. & in c. 2. col. j. de homicid. Bologn. in addit. ad Ana. in con. 53. col. fi. & 55. col. 2. Dec. in cons. 49. col. 2. in fi. Et ratio est, quia si debitor suspectus de fuga potest capi per creditorē, & sic per priuatam personam. d. l. ait prætor. §. si debitorem, vbi Bar. Ang. Aret. & Ias. in §. j. instit. de actio. multò magis per iudicem, quanuis aliàs incompetentem. arg. l. fin. C. de maled. & hanc *esse * communem opinionem firmat Bos. in tract. crim. in tit. de confes. num. 54. Picus in l. 2. ff. de iurisd. om. iud.

Sed premissis non obstantibus contraria sententia in casu nostro est de iure verior, & à doctoribus communiter magis recepta, vt ex infra dicendis luce clarius apparebit. Et primò ad sic dicendum mo- * ueor ex * communi conclusione, quæ habet quòd captura facta à iudice incompetenti regulariter non valet. Bal. in cons. 285. col. j. vol. j. & in cons. 38. vol. 4. Soc. in cons. 99. col. 2. vol. 3. Dec. in cons. 75. col. fi. Curt. in tract. de sequestr. quæst. 27. Ias. in §. j. num. 95. instit. de actio. Bologn. in addit. ad Anan. cons. 55. col. 2. Cur. Iun. Purpur. Parpal. & Iacob. de S. Geor. in l. 2. de iurisd. om. iud. Aret. in con. 95. Et in tantum hoc est verum, q; inquit Bal. in c. causam matrimonij, circa fi- 6 nem de off. deleg. † quòd faciens carcerari aliquem scienter per iudicem incompetentē, debet perdere causam. Ias. in l. 2. col. 6. in fi. vers. nota tamen diligenter. ff. de iurisd. om. iud. Dec. in cons. 75. col. j. & Ripa in respon. 13. col. 2. in princ. Roch. in c. at si clerici, in 3. notab. de iud. Neuiza. in cons. 52. nu. 26. vbi etiam in- 7 quit † quòd tenetur ei actione iniuriarum. l. penult. C. qui bon. ced. pos. & per authoritates ibi per eum citatas.

8 Secundò dicitur † quòd ad hoc vt aliquis tanquam suspectus capi possit, debet fides fieri iudici, quòd suspicio quæ allegatur contra debitorem superuenit post contractum debitum, aliàs si nil noui superuenit, imputādum est creditori, cùm eius personam à principio approbasse videatur. Barto. in l. si creditores. ff. de priuil. cred. & in d. §. si debitorē, col. j. vers. quærit. Dyn. Soc. in regula 34. prima fallen. vbi * inquit, opinionem Bar. * cōmuniter approbatam, & in reg. 78. in secūda fallen. Bologn. in addit. ad consilium Anan. 55. col. j. in fi. Marsi. in sing. 282. Ripa. in l. 2. num. 37. ff. solut. matri. Et ideò dicit Ang. notabiliter in l. si ab arbitro. ff. qui satisda. cogan. reprobari practicam Aduocatorum qui faciunt capi debitorem suspectum, & nō probant iudici saltē per duos testes quod debitor tempore obligationis erat diues & idoneus: quia talis captura non valet, subdens se propter hoc fecisse destrui mille capturas debitorum. sequitur Ias. ibi col. j. vers. tertiò nota, & in §. j. num. 84, instit. de actio. Dec. in cons. 75. col. 2. vers. tertiò, quia Alexand. in cons. 19. vol. 3. & in cons. 241. col. 2. in princ. vol. 3. Paul. de Castro in cons. 40. col. 2. vers. tertiò requiritur. Bal. in cons. 338. vol. 4. Parpa. in l. 2. nu. 71. in fin. ff. solut. matr. & ibi Crot. numer. 59. Paris. in cons. 101. col. 2. volu. 3. & in cons. 107. numer. 55. volum. eo. Et adeò recepta est huiusmodi communis 9 sententia † quòd quælibet mutatio nō reddit suspectum debitorem, sed insignis & notabilis: ita singulariter Bald. in l. si pro ea. colum. j. C. mand. Ias. in d. l. si ab arbitro, col. 2. in princ. vers. tertiò. & in versicu. tertiò limita, ac in d. §. j. nu. 87. de actio. vbi inquit q; non omnis dilapidatio facit debitorem suspectum. Bald. in authen. sed iam necesse. C. de don. ante nup. Curt. in l. j. nume 42. de prohib. sequestr. pecu. vbi inquit, quòd articulari debet. Roma. cons. 320. colum. j. vers. vltimò. Cacialup. in tract. de debitore suspecto, in 6. quæstione. num. 7. & Dec. vbi suprà col. 2. cum igitur hoc in casu nostro non sit probatum minus q; capitulatum, sequitur quòd dictus captus omninò relaxari debet. & adeò à doctorib. recepta est huius- 10 modi sententia, † quod nō sufficeret post capturam facere probationē, q; dicta suspicio orta fuerit post contractum debitū, vt inquit Roma. in cons. 241. vbi vult, quòd captus nō præcedente legitima suspicione fugæ, debet relaxari, etiam q; post capturā fuerit facta legitima probatio suspicionis: quia pro forma requiritur quòd præcedat summaria cognitio. sequitur Dec. in alleg. con. 75. col. 2. vers. & ideò. Felin. c. dum dilecta de rescrip. Ripa. in respon. 13. num. 24. in j. parte.

Tertiò facit, nã nulli dubium est, quòd ad hoc, vt quis tanquam suspectus de fuga capi possit, debet probari suspicio aliter quàm per iuramentum. Bald. in lege apertissimi, in fin. C. de iud. Vnde instruit iudicem vt sit cautus ad interrogandum creditorem de qualitate causæ, & de causa suspicionis. l. sciendum

dum,in prin.col.3.ff.qui satisda.cogan.in l. creditor, si cert.peta.in l.2. in princ.solut.matr. & in consi.285. nu 3.& seq.vol.j.Ange.& Imol.in l.qui bona.§. damni.ff.de dam.infec.Angel. dicta l.apertissimi.Aret.in §.j.instit.de actio.Alexand.in consi.78.in 5. volu. Aret. Ang.Alexan. & Hercula. in dicta l. 2. Idem Alexan.in consi. 241.col.2.in prin.vol.7.Lanfranc.in tract.recusationū.nu.7. Ang.in l.si arbitrio. §. qui ex causa nu. 9.ff.qui satisda.cogan.& in §.si vero, in auth.de exhibendis reis. Catel. Cotta in memorialib. suis in verbo debitor il. j. Petrus Duenas in regulis suis vtriusque iuris regu.175.ver. amplia tertio.Cur.in l.j.C.de prohib. sequestr.pecu. Ripa in allegato responso. 13.
* vbi ait post Aret. hoc dictum *communiter practicari,& à doctoribus receptum, & hanc sententiam vt frequentiori calamo receptam sequuntur Dec.in consi.75.colum.2.vers.hoc quartò deducitur.Paris.in consi.101.in prin.vol.3.& Parpa.in l.2.nume.75. solut.
11 matr.† debet enim huiusmodi probatio suspicionis
12 fugæ probari per duos testes,† vel per instrumētum
13 publicum, † vel per propriam scripturam scribentis,† aut per cōfessionem propriam: vt de primo per Ang.Aret.in §.j. instit.de actio. Alexand.in consi.241. in princ. volu. 6.post Ang. in d.l.si ab arbitro.§.si. vbi etiam Ias.col.3.vers.quicquid tamen.Dec.in consi.75. col.2.ver.sexto etiam tacit. Dec.secundo vt per Matthæsilla.in tract.de carcere,vbi inquit quod captura personæ debitoris suspecti de fuga nō valet,nisi constet de debito per publicum instrumentum, quam decisionem notabilem inquit Curt. in d.l.j.numero 48. de prohi. sequestr. pecu.Iaso.in l.si fideiussor.§.si. col.2.ff.qui satisda.cogan. vers.aduerte tamen. Alex. in consi.241.in princ.vol.6. Bolog. ad consiliū Anan. 55.col.3.vers.ad secundum.Dec.in consi.75.col.2.vers. 6.Bart.in l.per hanc. C.de erog. milita. anno. libr.10. & Ias.in d.l.si ab arbitro.colum.3.vers.quicquid.Imo plus voluit Ang. in dicta l.nemo, de exact.tribut. ꝓbationem fieri debere,quæ sufficiens , & plena esset ad condemnationem si pars fuisset præsens. quem sequitur Corn.in consi.136. litera d,volum.4. dicens
* quòd ita *communiter tenetur,& seruatur in practica. De tertio, vt per Bologn. vbi suprà, arg.l.scripturas C. de fide instru. & l.rationes.C. de probatio. Et de vltimo de confessione, vt per Bologn. vbi suprà,& Bald.in consi.177.& in consi.seq.columnn.2.in 2. causa, vol.2. vel saltem requiritur semiplena probatio secundum Alexand. & alios in d.l. si fideiussor. §. si. Alexan.in consi.78.in 5.volum. vbi inquit, quòd si
15 peto cautionem propter suspicionem † debet suspicio probari summarie,sicuti habeo probare de debito ante capturam saltem semiplene. Parpa. in d.l.2. nume.75.solut. matr. Nec est verum quod ex aduerso præsupponitur iuramentum sufficere ad probationem capturæ cum agatur de modico præiudicio, cum debitor dans fideiussorem debeat admitti:quia
16 respondetur † quòd imò agitur de magno præiudicio,cùm vnicuiq; captura ignominiosa sit, qa infamat : & ideò dicitur afferre præiudicium irreparabile.Bal.in l. si clericus. col.2.C. de epis.aud. Ias.in l. 4.§. condemnatum nume.31.de re iud.Neuiza. consi. 52. num.8.Ange.Aret.in d.§. instit. de actio. in princ. dum dixit,quòd cum agatur de maximo præiudicio propter verecundiam, debet probari suspicio fugæ per duos testes idoneos. sequitur Dec.in d. consi. 75. col.2.Cur.in d.l.j.num.43. C. de probi. sequest. pecu. vbi ait dictam probationem iuramentalem nō sufficere, quoniam vbi agitur de captura personæ, non dicitur agi de modico,quoniam fit iniuria personæ,
17 † secus in primo decreto & sequestratione rerum,vbi dicitur agi de paruo præiudicio, prout in his terminis loquuntur Bald. Sal. & alij supra in d.l.j. idem etiam dixit Parpa. in d.l.2.nu.75.ff.solut.matr. Cum igitur in casu præsenti nō appareat quòd vlla ex dictis probationibus de quibus supra interuenerit,ergo captura redditur nulla.

Quartò dicitur capturam huiusmodi nullam,
18 † quia iudici nulla reperitur facta fides de debitto claro & liquido, prout fieri debeat , vt in terminis dixit Bald.in d.l.apertissimi,ad finem. C. de iud.in l. consentaneū, col.5.vers.quæro. C.quom.& quand. iudex Alex.in consi.241. col.j.vol.6.& in consi.90.columnn.fin.in princip.volum.3. Curt.in d.l.vnica.nu. 48. Dec.in d.consi.75.colum.2.vers.quintò suadetur. Neuiza. in consi.52.nume.13.nec obstat,quòd pro debito conditionali quis capi possit, vt per Bart. in l. quæsitum ff.de pigno. & quòd dictum Bal. reprehendit Paul.de Castro in d.con.40.col.pen. quia respon-
19 detur † dictum Bal.militare & locum habere, quando debitum est incertum ratione quantitatis, vt in terminis nostris , vt per Cacialup.in tract. de debit. fugit.in 6.quæst.principali.col.7.quia posset esse par ua quantitas pro qua quis non deberet capi:& refert ita consuluisse Soci.& alios ibi per eum citatos,secus si debitum esset incertum ex alio capite. & cum hac declaratione etiam pertransit Dec. in citato consil. 75.col.2.

20 Vltimò dicitur † quòd dicta captura redditur nulla,quia contra formam rescripti, quæ diligenter obseruāda erat, quamuis competens esset.l.diligenter,ff.mand Alex.in consi.81.col.4. versi.& hoc.vol.3. Nam in rescripto mandatur iudici , quòd constito
21 de supplicatis detineat debitorem,† quę verba,constito &c.important conditionem, l. à testatore.ff.de cond. & demon.de qua constare debuit, aliter gesta redduntur nulla, vt constat ex nota.per Paris.in cōs. 41.nu.14.vol.4.vbi inquit,quòd illa verba, constito de supplicatis, sonant in conditionē siue in modum formæ , adeo si de narratis non constiterit , omnia sunt nulliter gesta.c.fi.cum ibi nota.de pręben.Nam
22 † si est data forma à lege mortua siue à viua,id est, à Principe viuente,& nō fit seruata,actus sic gestus subiacet vitio nullitatis , & omnia inde sequuta redduntur nulla, & iudicio nullitatis reuocanda, iuxta tex. & gloss. in clem.j.in verb. donec. de re iud.Inno. & alij in c.ex insinuatione,de procurato. Iterum Paris.in consi.45.nu.5.vol.4.vbi dicit, quòd huiusmodi clausula constito de assertis, idem operatur ac si dictum fuisset,si constitisset de assertis. d.l. à testatore, & sic important conditionem,quo casu iudex datus sub conditione , non censetur habere iurisdictionem nisi prius conditio purificetur, nec ante potest dici vt ex c.ab excommunicato , & sibi scribentes de rescrip. Et dato quòd non sonent in conditionem, prout sonant, saltem tradunt modum in procedendo, qui si exacta diligentia non seruetur, reddit processum nullum.c.cùm dilecta,de rescrip. idem Paris. in consil.108.numero 24. volum. eod. & in terminis nostris ita decidit Natta in consi.430.nu.16. vbi concludit, quòd si iudici per rescriptum committitur, vt constito de supplicatis,quem detineat,& ille absq; eo quòd sibi de narratis aliquid constiterit, talē de-
23 tineat, quòd captura est nulla: quia illud † verbum constito , est ablatiuus absolutus importans con-
24 ditionē. dicta l.à testatore, † quæ conditio specificè debet adimpleri.l. qui hæredi. ff. de cond. & demon.
25 † cùm importet formam.Bal.in auth. matri & auię. C.quando mulier tutel. off. fungi potest.qua nō seruata, actus redditur nullus.l.non dubium. C. de legib.Accedit quod dixit Ripa in d.respon. 13.colum.2.
26 versi. secundò peccat. vbi ait † capturam nullius esse momenti, quia non fuit seruata forma statuti, quæ ad vnguem obseruanda erat , secundùm Bald. in l. 2. C. de patrib. qui fil.distrax. nec sufficit q; seruetur per equipollens.Ale.in consi.137.col.4.vol.2.

Restat modò vt remoueantur,quæ in cōtrarium allegata fuerunt:ad quorum confutationem iter arripio.In primis igitur nō obstat quòd per iuramentum probetur suspicio fugæ: quia respondetur primò,hoc dictum nō esse verum, vt constat ex his quę dicta sunt suprà in vers. tertiò facit, quib. etiam addo Neuiza in con.52.nu.13. in vers.sextò , secundùm Dec.vbi plura alia ad hoc adducit. Vel & secundò respondetur , quòd illa opinio posset procedere & locum habere vbicunque periculum esset in mora,aliàs secus, vt videtur sentire Ange. in d.l nemo carcerem, vers.credo.breuiter,dum vult sufficere iuramētum, quia periculum erat in mora: quasi sentiat, vt vbi periculum non esset in mora , deberet plenè ꝓbari causa suspicionis. & istud videtur satis habere æquitatis:quoniam hoc etiā voluit glo. & Inno.in c. quoniā frequenter,vt lite nō contestata. & ita etiam concludit Caçialup. in tract. de debitore suspecto.

in 6. quæst. principali num. 12. vbi inquit, quòd ita communiter practicatur. Et si quis solùm peteret debitorem capi, quia forensis, & non possidens immobilia, aut alia indicia fugæ non essent, aut in mora periculum, quòd tunc debet constare de suspicione per duos testes, vel alias probationes, id est taliter quòd sufficeret si parte citata fieret. pro cuius confirmatione facient ea quæ infrà dicentur, dum respondebitur ad incompetentiam iudicis. & miratur Cacial. vbi suprà quòd Castren. dicat ita communiter seruari per totum mundum, cum in patria sua cõtrarium obseruetur, & quòd vidit ita pluries consultum per excellentes viros, qui Ang. secuti sunt. Paris. in cons. 99. nu. 32. vol. 3. & Dec. in allega. cons. 75. col. 2. vers. & istud.

Secundò dicitur quòd etiam præsuppositâ opinione Paul. de Castro quòd sufficiat iuramentum, tamen quòd in casu nostro non sufficeret probatio facta per iuramentũ, cùm illud à iudice creditori non fuerit delatum, sed creditor ipse iurauerit à se ipso. quod probatur ex nota. per Socin. in cons. 120. col. 3.
27 circa fi. vol. 3. vbi tradit † q licèt iuratoriæ cautioni standum sit quando obligatus satisdare non inuenit fideiussores, tamen quòd id verum esse arbitratur, quando iuramentum præstitum fuisset ad delationem iudicis quòd fideiussores inuenire nõ poterat, secus si motu proprio iurasset. Bar. in cons. 97. in fin. vbi concludit, quòd iuramentum non releuat nisi deferatur à iudice vel à parte, per l. 3. §. deferre. ff. de in lit. iur. vbi id q fieri debet à iudice, vt necessarium non potest fieri à parte. facit quod voluit Bal. in con. incipiẽte, In quæst. prædicta, vbi dixit † quòd ad hoc
28 vt iuramentum probet impedimentũ ad concedendum secũdam dilationem, oportet quòd sit delatũ à iudice, aliàs autem parte iurante sine iudicis dilatione, assignatio dilationis est ipso iure nulla. & ita in terminis nostris determinare videtur Cacialup. in dicto suo tract. de debitore suspecto. in vers. sextò principaliter, numer. 21. vbi dicit aduertendum esse, quòd si in his, quæ suprà dixit, sufficeret fidem esse factam per iuramentum, quòd cautus esse debet iurans vt non iuret ex seipso, sed iudice deferente, aliàs tale iuramẽtum nullam fidem faceret, nulliusq; esset valoris. c. vltra tertiam, de testib. vbi Io. Andr. vult quòd ille, qui petit quartam dilationem: debet iurare, & quòd non sufficit illud esse præstitum nisi exigatur à iudice, & quod in terminis nostris, quando iuramentum est contra fugitiuum, seu contra suspectum, consultum viditper Ludouicum de Inter. quo † inquit valde notandum. & Cacialup. sequitur Paris. in consilio 101 columna 2. in princ. vol. 3.

Tertiò non obstat, quòd captura facta per iudicem incompetentem, valet: quia respondetur pluribus modis. Et primò quòd secundum Aret. in cons. 95. opinio Ancha. est falsissima, & quod Petr. de Ancha. non fundauit tunc se super firmam petram, sed quòd aurum & pecunia corruperunt eum, & fecerunt malè consulere: item & quòd rationes eius sunt somnia. & mouetur multis fundamentis, quæ non transcribo. & cum Aret. transit Dec. in d. con. 75. in fi. quam sententiam etiam contra Ancha. tenet Curt. Iun. Papar. Purpura. & Iacob. de Sanct. Georgio in l. 2. de iurisd. om. iudic.

Secundò respõdetur, quòd decisio Ancha. potest procedere, quando periculũ est in mora, ne perdatur debitũ, pter fugam, vt ipsemet considerat: quia res erat têpore peritura: secus quando non instabat fuga, sed tantũ allegabatur quòd erat suspectus: qa non possidebat immobilia. Socin. in cõs. 99. col. 2. & in cons. seq. vol. 4. Bolog. in addit. ad consiliũ. Anan. 55. col. 2. Cur. Iun. in tract. de sequestr. quæst. 17. Dec. con. 75. circa fi. Paris. in cons. 99. col. j. vol. 3. Ias. in l. si ab arbitro, qui satisda. cogan. & in l. 2. col. 6. vers. concludo, de iurisd. om. iud. Cacialup. vbi suprà in 4. quæstio. nu. 4. Sapia ibi nu. 10. Iacob. & omnes vbi supra, Neuiza. in d. cons. 52. nu. 18.

Vlterius dicitur, quòd dato quòd proximè dicta sunt vera, tamen istud habet locum cum hoc quòd posteà eum consignet iudici competenti, sicut quando creditor propria authoritate capit, & non aliter. vt per Bar. in d. §. debitorem, Bologn. vbi suprà col. 2. vers. prætereà. vbi ait quòd vbicunq; aliquis ratione fugæ potest capi, non attenditur competentia, vel incompetentia iudicis, quia dato quòd sit incompetens, debet ad alium iudicem duci, qui summatim cognitis de causis capturę debet captum remittere ad iudicem competentẽ per l. j. C. vbi quis decur. & in l. j. C. vbi causa status. Feli. in c. si verò, il. j. col. 2. vers. tamẽ limita. de sent. excom. vbi inquit, q; ita seipsum restrinxit Ancha. in cons. 201. in fi. & in c.
29 2. de homicid. col. j. Sapia. in d. l. 2. nu. 10. Et † ideò inquit Roma. in d. l. 2. licere iudici seculari capere clericum malefactorum fugientem, dummodò talis iudex eum reponat penes competẽtem. Ias. in d. l. vinum, col. 4. vers. secundò infero. ff. si cert. peta. Curt. in tracta. de sequestr. quæst. 17. Purpura. in d. l. 2. nu. 30. de iurisd. omni iud. Neuiza. cons. 52. nu. 7.

Penultimò respõdetur, quòd decisio Ancha. procedit quotiescunq; quis capitur vt suspectus, nõ possidet bona immobilia etiam in foro suo, secus si possideret vt in casu nostro: quia tunc à iudice incompetenti nullo modo capi potest: ita concludit Aret. in d. cons. 95. colu. 3. quem sequitur Dec. in iam sæpius allegato cons. 75. col. fi. Bald. in cons. 312. libr. 5. & Ripa respon. 13. num. 29.

Ex istis igitur concludendum venit, quòd cùm
30 dicta captura fuerit nulliter concessa, † qa inciuilis & inordinata, vt per Bal. in dicto cõs. 318. vol. 4. & Ri-
31 pa in dicto responso 13. nu. 28. quòd † dictus Augustinus captus, de iure statim relaxandus veniat absque vlla præstatione satisdationis: quia spoliatus ante omnia est restituendus. l. si quis à se fundũ. C. ad l. Iul. de vi pub. Nam sic captus dicitur sua libertate spoliatus. l. j. & 2. ff. de lib. hom. exhib. ergo illi restituendus. Bar. in disputatione incip. Lapus quem sequitur Alexand. in cons. 241. col. 2. vol. 6. vbi plus voluit,
32 † qd ipsamet capto indebitè licuisset propria authoritate recedere & aufugere, vt notat Bar. in aliquib. lecturis in l. vis eius, C. de probatio. Neuiza. in cons.
33 52. nu. 11. Paris. in cons. 101. col. 2. in fi. cum seq. vol. 3. † Caueant iudices ne ad capturas personarũ procedant ita leuiter, ne ignorantia ipsis attribuatur, vt inquit Neuiza. in d. cons. 52. nu. 25.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXVI.

1 *Domini directi cauti esse debent, ne cogant vasallos ad demonstrandum feuda, pro quibus seruitia præstant.*

2 *Ratio ponitur.*

3 *Doctus qui esse debet, non debet ab alijs doceri.*

4 *Feudatarius qui fatetur se vasallum, tenetur domino indicare bona feudalia, quæ ab ipso tenet.*

5 *Et si non vult ostendere, omnia bona sua præsumuntur feudalia.*

6 *Fictabilem meũ si interpello vt mihi designet possessiones pro quibus præstat afflictum, eas cõsignare tenetur.*

7 *Vasallus ostendens bona feudalia quorũ valor proportionetur, seruitio vlterius grauari non potest.*

8 *Vasallus ductus iusta causa ignorãtiæ, vt quia successit in ius alterius, ad indicationem bonorũ feudalium non tenetur.*

9 *Vasallus si feudum est paternum vel antiquum, non tenetur illud demonstrare, secus si sit recens.*

10 *Dominus vasallum cogere potest, vt sibi ostendat per scripturam feudum, quod dixit in voce se ab eo tenere, non autem inuestituram.*

11 *Inuestitura potest probari per testes.*

12 *Item & ex lõginqua possessione cũ præstatione seruitij.*

13 *Nouus vasallus non tenetur primam concessionẽ seu infeudationem factam prædecessoribus, & authoribus suis demonstrare.*

14 Succes-

14 *Successor in regno vel inducatu, quando habet confirmare vasallum, non habet necesse feudatarius primam concessionem sibi ostendere.*

15 *Dominus si agit contra vasallum vt indicet bona feudalia, si neget se illa possidere, domino incumbit probatio bonorũ feudalium: qua probatione facta vasallus feudo priuatur.*

16 *Quod declara procedere si feudatarius scienter neget feudum, secus si ignoranter.*

17 *Vasallus ductus iusta ignorantia si dominum in seruitutem petijt, feudo non priuatur.*

18 *Vasallus ignorans rem feudalem esse, si illam, vt Burgensaticam alienet sine consensu domini, feudũ non perdit: nam ignoranti succurritur vbi agitur de damno euitando.*

19 *Hæres emphyteotæ vendens ignoranter feudum emphyteoticum sine licentia domini, quem liberum esse credebat, non cadit à iure suo, ita quòd domino reuocare volenti incumbit onus probandi scientiam.*

20 *Titulum possessionis suæ quis demonstrare non cogitur.*

21 *Dominus si facit citare Baronẽ suum vt ostendat iura quæ habet in castris, citatio huiusmodi est ipso iure nulla.*

22 *Ordo iuris ita in causis fiscalibus, vel Principis seruandus est, velut in priuatis, quod tamẽ intellige, vt inibi.*

CONSILIVM LXVI.

ILlustrissime Princeps, si scirem specificè causam, quæ moueat suam excellentiã ad requirẽdum præsens responsum, vtiq; possem latiùs fimbrias extendere: sed postquam intentionis suæ est, vt illa sub silentio pertrãseat, voto suo satisfaciam omni meliori modo, quo potero. Verùm antequàm ad illud deueniam, præmittendum esse vnum censeo, quod nedum commodum, & vtilitatem suæ excellẽtiæ respicere videtur, sed etiam aliorũ Principum habentiũ ius directum in feudis vasallorum suorũ, videlicet id quod inquit Affl. in c j. §. illud nu. 22. de proh. feud. alie. per
1 Feder. vbi ait, † quòd male faciunt domini, qui agũt contra vasallum suũ, vt ostendat feudum pro quo
2 seruitium præstat: quia † si dominus caret probatione, posset calidus & malitiosus feudatarius demonstrare modicum cespitem terræ proportionabilem seruitio, & dicere, pro isto modico terræ tibi seruio, hocq; feudũ est illud, qd' à te teneo. & sic dominus remaneret deceptus, qd' in dubio verũ esse existimat, secus si dominus haberet probationes quantum est feudũ, quod retinet vasallus ab eo, sed ipsum vult explorare an neget feudum, & dicat feudatario, cui non potest cadere ignorantia, ostende feudum pro quo seruis, & ille ostendat feudum, quod proportionetur seruitio, tunc poterit dominus eundem conuincere de mendacio & priuare feudo. c. vasallus si feudum, si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. admonet tamen ibi Affl. post Iserniã, dominũ, quòd sit cautus vt per scripturam sciat fines feudi, & non
3 petat illas sibi doceri à vasallo: qa † qui debet esse doctus, nõ debet ab alijs doceri. §. 1. in auth. de sanctiss. epis. coll. 9. & cum Affl. pertransit Bos. in tract. crim. in tit. de Principe, nu. 257. Hoc igitur sic præmisso, qd' obliuioni tradendũ non est, pro resolutione ipsius
* puncti duas mihi assumo conclusiones * frequẽtio-
4 ri calamo receptas: quarũ prima est, † quòd si feudatarius cõfitetur se vasallum domini ipsum interpellantis ad indicandum & demonstrandũ bona feudalia, quæ ab ipso tenet, quòd id facere tenetur. Hostien. in summa de feud. §. quibus modis, versicul.
5 quid si vasallus confiteatur, vbi concludit, † quòd si vasallus confiteatur se vasallum domini, & non vult ostendere feudum, quòd omnia bona præsumuntur feudalia. sequitur Cassanæ. in consuet. Burgen. colum. 430. in princ. versic quid autem. Bald. in l. instrumenta, col j. versicul. quæro an feudatarius. C. de fideicom. Io. Blanc. in summa feudorum de contentione feudi, versicu. pone quòd dominus. Iacob. de Beluiso in capit. j. §. vasallus. si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. Iacob. de S. Georg. in inuestitura sua, in verb. Denique vasalli promiserunt recognoscere, columna 8. Dec. in cons. 61. colum. 2. in fin. Affl. in cap. j. numer. 88. circa fi. de contro. inuest. & in decis. 265. nu. 17. Luc. de Pen. post Ioann. de platea in l. 2. C. de fund. limito. libr. 11. vbi tradit quod vasallus confitens se feudatarium tenetur iure actionis & ex natura contractus ostendere domino confinia feudi: quia ex quo fatetur se vasallum, sine feudo esse non potest. cap. j. vbi etiam Bald. de vasal. qui contr. constit. Lotha. Alber. de Rosa. in l. si certis
6 annis. C. de pact. in l. Titius. ff. de actio. emp. vbi determinat † quòd si aliquis est factabilis, emphyteo. vel vasallus meus, & peto quòd mihi designet possessiones pro quibus præstat afflictum, canonem, vel seruitium, quòd hoc facere tenetur. Bart. de Capu. in quæst. 33. vbi citat Pileum ita aliàs tenuisse. Boer. in consuetud. Burdegal. §. 12. Rebuff. in 2. tomo reg. constitu. in tit. de constit. red. charta 438. nu. 12. Alcia. in cons. 141. num. 28. & 168. numer. 12. Ripa in respon. j.
7 num. 5. in tit. de vi. & restit. spolia. † Et si ostenderit aliqua bona feudalia, quorum valor proportionetur seruitio, illud sufficere videtur, vt p Iser. in dicto §. illud, & in cap. j. de contro. inter mas. & fœm. aliàs (vt dictum est) præsumuntur omnia bona feudalia. Et ideo dicit Affl. in d. §. illud, nume. 22. quòd si seruitium esset decem ducatorum & vasallus vellet ostendere territorium, quòd esset fructus decem ducatorum, non liberaretur, cum non proportionetur seruitio, & quòd dominus isto in casu posset dicere q; omnia bona sta bilia, quę possidet vasallus, sunt feudalia. arg. l. pluribus, in princi. ff. de verbo. obligatio. & quia demonstrando vasallus cespitem non proportionabilem seruitio est in mendacio, & ratione ipsius mendacij præsumitur, quòd pro omnibus bonis præstat seruitium, nisi ostendat quòd illa bona sint allodialia, vel Burgensatica, vel quòd ab alio domino teneat, est enim necesse vt bona feudalia sint proportionabilia seruitio decem vnciarum, quòd vasallus demonstret prædium reditus annuatim viginti vnciarum. Affl. in c. j. numer. 30. versicu. secunda conclusio, de contro. inter mas. & fœm. Et de præmissis cõclusionib. nullatenus dubitandũ est.
* Verum etenim erit dicere prout concluditur * com-
8 muni calculo scribentium, † quòd si requisitus à domino habuerit iustam causam ignorantiæ, vt quia successit in ius alterius, ad prædictam indicationem non tenebitur. ita Ioan. Blanchi vbi suprà, dicens q; propter ignorantiam excusatur, quia si vellet ostendere, non posset. subdens † quòd præcipuè datur iu-
9 sta causa ignorantiæ, si feudũ est paternũ vel antiquum: quia in alterius locũ succedit, iustam habet ignorantiæ causam. l. fi. ff. pro suo. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. l. qui cũ alio. eo. tit. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua vers. 60. Alber. de Rosa. in d. l. si certis annis, col. pen. in princ. Bal. in d. §. vasallus, col. fin. vbi etiam Iacob. de Beluis. inquit quòd si feudum est antiquum, quòd non tenetur vasallus illud demonstrare, quia iustam habet ignorantiæ causam, secus si feudum est recens: quia tunc tenetur. Roma. in cõs. 70. versi. ego idem teneo. Iacob de S. Geor. in d. verb. Dictiq; vasalli promiserunt recognoscere, column. 8. vers. vos potestis. Affl. in d. c. j. numero 27. vers. in contrarium. de contro. inter mas. & fœ. Cagnol. in dicta l. qui in alterius. Cassanę. vbi suprà. Catel. Cotta in memorial. suis in verb. Emphyteota, ill j. Zas. in tract. feud. in 2. par. num. 49. Natta in cons. 2. column. pen. circa. finem, & Iacob. Rebuff. in d. l. 2. numero 8.
10 C. quando & quib. Erit tamen aduertendum, † quòd dominus & si cogere possit vasallum vt sibi ostendat per scripturam illud, quod dixit in voce, non ta-
11 men vt det feudũ per inuestituram † cùm ipsa probari possit per testes, vt est glo. ordinaria in c. j. quid

12 erit inueſtitura. & † quòd etiam probari poteſt ex longinqua poſſeſſione cum prętatione ſeruitij.cap. j.§. ſi quis per triginta, ſi de feudo fue.contro.inter dom.& agna.ita Iſer.in d.§.illud,vbi etiam Afflic.nu. 30.Et tantò magis hoc haberet locum in nouo vaſallo, qui non teneretur primam cõceſſionem,ſeu infeudationem de feudo prædeceſſoribus factam oſtendere,per ea quæ decidit Io.And.in addit.ad Spec. in titul.de feud.§.j.in gloſſ.incip.inſtrumentum.vbi
14 inquit,† quòd quando ſucceſſor in regno,vel in ducatu vult confirmare vaſallum, non habet neceſſe feudatarius ſibi oſtendere primam conceſsionem. & mouetur per legem ex hac ſcriptura.ff.de dona. & per alias deciſiones, quæ fuerunt Oldra. in conſil. 121.columna 2.verſicu. ad 2. quæſtio.Iaſ.in vſib.feud. chart. 17. in fin. verſicul. iſtis. adde Boer. in conſuetud.Burdegal.fo.mihi 43.§.12. col. 2.Bello. in conſ.30. nu.11.vbi etiam ampliat hanc ſententiam.

15 Secunda eſt cõcluſio,† quòd ſi dominus agit contra vaſallum vt indicet bona feudalia, ſi neget ſe illa poſsidere,quòd domino incumbit probare,quę ſint feudalia,quo probato priuabitur vaſallus feudo c.j. §.vaſallus feudum,vbi notãt omnes,ſi de feudo fue. contro.inter dom.& agna.Ro.in cõſ.70.verſ.ſed ego, idem & in l.ſi vero,in §.de viro,nu.279.ff.ſolut.mat. Chaſſanæ in d.conſuet.Burgund.col.431. verſ.intellige etiam.Iaſ.in l.quod te,col.12.ſi.cer.peta.Boer.vbi ſuprà,Feli. in c.cæterùm.col.6. de iud Rebuff.in d.2.
16 tomo regiarum conſtit.fo.48 nu.12.Iaſ.in dict. vſib. feud.in loco ſuprà citato.Quod† ſane arbitrãtur docto. in d.§. vaſallus , intelligendũ eſſe ſi feudatarius ſcienter negauit feudum,ſecus ſi ignoranter.Roma. in d.§.de viro.nu.280.cui ſententiæ accedit,quod voluit Affl.in c.j.§.ſed & qui delator.nu.42. quæ ſit prima cau. beneſi. amit. † vbi ſi vaſallus ductus iuſta i-
17 gnorantia dominum in ſeruitutem petijt,non pri-
18 uatur feudo.& in d.c j.§.ſi vaſallus,nu.2.ſi de feudo fue.contro.inter dom. & agna.vbi † ſi vaſallus ignorans rem feudalem eſſe, illam vt Burgenſatica alienet ſine conſenſu domini, feudum non perdit:quia ignoranti ſuccurritur quando tractatur de damno euitando.l. errore.ff. de iur. & facti igno.Nam ignorans factum principis non videtur eum contemnere.l.ſi duas.ff.de excuſa.tuto.idem Affl.in c.j.nu.5.de contro.inter maſ.& fœm.de benef.Et ideò videmus
19 † quòd ſi hæres emphyteotę ignoranter vendit fundum emphyteoticũ ſine licentia domini,quem liberum eſſe credebat, non cadit à iure ſuo:ita vt dominus reuocare volens habet probare ſcientiam venditoris.ita Bal.in d.§.ſi vaſallus,& Afflic.in fin.vbi inquit.hoc eſſe notandum. Et iſto caſu debet intelligi
20 quod dicitur per ſcribentes † quòd quis cogitur demonſtrare titulum ſuæ poſſeſsionis, vt per Bar.in l. j. C. de conducto.& procurato. regiorum fiſcalium,
21 libr.11.vbi inquit, † quod ſi dominus facit citare Baronem ſuum vt oſtendat iura,quę habet in talib.caſtris , q̃ huiuſmodi citatio eſt ipſo iure nulla, cùm nemo cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis,
22 per dictam l. cogi. quia † etiam in cauſis fiſcalib. vel Principis ſicut in cauſis priuatorum ordo iuris ſeruãdus eſt,vt ibi eſt tex.quod & voluit ibi prius And. de Barulo dicens, quòd in facto per d.l.j. vidit caſſari, & annullari quandam citationem & proceſſum factum per curiam Illuſtriſsimi domini Manfredi, qui ita citari fecerat quendam nobilem ſuum ad oſtendendum quo iure tenebat quædã caſtra, quę dicebantur ad curiam pertinere, aliàs priuaretur dictis caſtris.fuit enim pronunciatum quòd ipſa citatio & proceſſus fuit ipſo iure nullus:quia factus nullo iuris ordine ſeruato,qui etiã in cauſis Principum ſeruandus eſt. Ioann. de Plat.in dicta l. j. Iacob. de S. Georg.in dicto verſicul. Dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere, col.8. Decius in conſilio 61.columna j. Iaſ.in dictis prælud.feudo.charta 17. verſ. an autem, & in l.2. quæſtione 15. verſicul. vnum tamen perpetuò.C.de iure emphyteo.Caſſanæ.vbi ſuprà colum. 431.in princip. Afflict in dicto §.illud,numero 32.in cap. j. numero 25. de contro.inueſt. Præpoſ.in capit. j.§.vaſallus feudum, ſi de feudo fuer.contro.Verùm hæc ſententia locum ſibi vendicat, quando ille, qui poſsidet caſtrum fatetur ſe feudatarium : quia tunc tenetur bona feudalia indicare, ſecus quando poſſeſſor negat ſe vaſallum,& prætendit caſtra ad ſe pleno iure:& ſic quoad proprietatẽ pertinere, nec confitetur ſe illa tenere in feudum : quia tũc ea indicare non tenetur,ſed dominus:ita Bald.in l.2.C.quom.& quando iudex. Iacob. vbi ſuprà , Afflict. in deciſ. 265.verſicu.tenetur,& in dicto §.illud, numero 32.in fin. Alua. in capitu.j.in principio.colum.fin.de contro.inueſt.Deci.in conſil.61.colu.2. Iaſ.in dictis prælud.feud.charta 17. circa finem. Caſſanæ. vbi ſuprà col.431.verſ.ſi autem negauerit.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ LXVII.

1 *Legitimatus etſi excludat ſubſtitutũ vocatũ ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib. tamen id locum non habet, ſi fideicõmittens eſt nobilis genere*

2 *Vel erat in dignitate conſtitutus.*

3 *Naturalis non excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus,ſi fideicommittens erat in dignitate conſtitutus.*

4 *Legitimatus non admittitur ad feudum.*

5 *Naturales ſunt magis dedecori viro nobili, quàm ignobili.*

6 *Nobilitas patrum vel aui prædefuncti per illegitimos non conſeruatur.*

7 *Illegitimi cenſentur infames infamia facti.*

8 *Protonotarius dicitur in dignitate conſtitutus.*

9 *Doctor artium & medicinæ dicitur eſſe in dignitate.*

10 *Eques dicitur in dignitate conſtitutus.*

11 *Subſtitutus non excluditur à filio naturali quãdo teſtator eſſet honeſtæ vitæ,vel honorabilis cognationis, ita quòd ei verecundia eſſet, ſi domus ſua deueniret ad baſtardos.*

12 *Filia naturalis dicitur nata ex ſoluto & ſoluta,retenta in domo inſchemate concubinatus procreãdorum liberorum cauſa.*

13 *Cohabitatio eſt de eſſentia concubinatus.*

14 *Legitimatus dicitur habere fundatam intentionẽ per reſcriptum ſuæ legitimationis,adeò quòd contrariũ aſſerenti incumbit onus probandi.*

15 *Habilitas perſonarum præſumitur ad validitatem actus.*

16 *Legitimatus ſecundum magis communẽ excludit ſubſtitutum vocatũ ſub conditione ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus.*

17 *Filij legitimati nihil differunt à legitimis.*

18 *Numerus duodecim liberorum qui de iure communi immunitatem præbet à collectis , procedit etiam in legitimatis per reſcriptum.*

19 *Legitimati dicuntur ſui.*

20 *Legitimatis debetur legitima in bonis patris ſui ſicuti filio verè legitimo.*

21 *Legitimati ſuccedunt ab inteſtato patri ſimul cum alijs filijs legitimis & naturalibus.*

22 *Legitimati præteriti à patre in teſtamento habẽt ius dicendi nullum teſtamentum de iure ciuili, & ius contra tabulandi de iure prætorio.*

23 *Legitimato exhæredato ſecundum communem datur querela.*

24 *Agnatio per legitimatos conſeruatur.*

25 *Legitimatus per reſcriptum ſecundum communem agnaſcitur nedum patri,ſed & omnibus.*

26 *Nobilitas non ineſt à natura, ſed eſt aduentitia.*

27 *Popularis quis præſumitur niſi probetur Magnas.*

28 *Nobilis*

28 Nobilis præsumitur, quem vulgus & communis æstimatio nobilem reputat.
29 Filius naturalis q. ex forma statuti succedere potest, facit deficere conditionem si decesserit sine filiis.
30 Principis maior est authoritas, quàm statuti.
31 Princeps potest derogare statutis municipalibus.
32 Quod amplia etiam procedere in statuto iurato ab alio quàm à principe.
33 Consuetudo dicitur esse sub potestate principis.
34 Consuetudo est potentior statuto.
35 Declaratio ad tex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia.
36 Legitimatus non dicitur infamis.
37 Ratio quare naturales non admittuntur ad feuda.
38 Legitimatus excludit substitutū nisi testator esset tantæ nobilitatis, & authoritatis, quòd esset dedecus tales successores habere.
39 Legitimatus restitutus ad honores & dignitates, excludit substitutum, siue testator & grauatus sint nobiles, siue in dignitate constituti, vel honestæ conuersationis.
40 Itemq; si sit legitimatus in omnibus & per omnia, ac si esset procreatus de legitimo matrimonio.
41 Aliquis si habetur pro tali quò ad omnia, pro præsente gaudet omnib. quæ præsenti cōpetunt, etiā de iure speciali, secus si pro præsente quò ad vnum effectum.
42 Statutū si disponit quòd scholares habeantur in omnibus & per omnia pro ciuibus, cum habeātur tanquàm veri ciues, omnia tā actiuè quàm passiuè, tam commoda quàm incommoda, ad eos spectant.
43 Verba in omnibus, & per omnia, tanta sunt substantiæ, quòd inter duo subiecta nō debet esse aliqua differentia.
44 Statutum loquens de veris ciuibus comprehēdit eum, qui tenore alterius statuti habetur pro ciue in omnib. & per omnia.
45 Legitimus verè & propriè dicitur, qui in omnibus, & per omnia legitimatur.
46 Statutū excludens filias fœminas extantib. masculis, licèt non habeat locum in legitimatis, tamen fallit quādo in legitimatione dictum fuit, quòd in omnib. & per omnia ad omnes iuris effectus efficiatur agnatus & cognatus.
47 Declaratio ad Bald. in c. per tuas, de maior. & obedient.
48 Legitimatus quò ad omnia dicitur nobilis.
49 Legitimatus vt excludat substitutum, requiritur citatio substituti in legitimatione.
50 Legitimatio est quædam species alienationis.
51 Primogenitus non potest ad instantiam patris legitimari in præiudicium fratris, & ad quem regnū deferebatur de consuetudine mortuo Rege, eo non vocato.
52 Donans si habet filium spurium, quem postea fecit legitimari, in tali legitimatione est citādus donatarius de cuius præiudicio agitur, aliàs illi non nocet.
53 Adoptio non valet in præiudicium substituti non citati.
54 Arrogatio non est passim permittenda, sed fieri debet cum causæ cognitione.
55 Libertus quando restituitur natalib. debet fieri citatio patronorum, quorum interest id non fieri.
56 Actum quando quis potest facere absente & ignorante substituto, illum facere potest eo non citato.
57 Princeps quando apparet, quòd voluerit alicui omninò præiudicare, citatio illius non requiritur, quo inuito potuisset actus expediri.
58 Clausula, ex certa scientia, apposita in legitimatione tollit citationem.
59 Clausula de plenitudine potestatis, excludit citationem.
60 Clausula, non obstante, tollit citationem.
61 Verba geminata plus operantur quàm simplicia, & multo fortiùs triplicata.
62 Clausula non obstante sufficit ad derogationem omnium iurium in contrarium vel aliter disponentium.
63 Citatio in legitimatione non requiritur quando Comes, qui legitimauit, potuit substitutus etiam non citatis præiudicare.
64 Licentia vbi in aliquo actu conficiendo requiritur, illa debet præcedere actum.
65 Licentia peti debet, & obtineri vt actus teneat.
66 Licentia quando in aliquo actu requiritur, opus est quòd interueniat verbis expressis.
67 Ens non fit ex non ente.
68 Decretū Principis disponens, quòd illegitimatio fieri non possit sine ipsius licentia, est validum.
69 Legitimatio facta à Comite Palatino, censetur facta ab Imperatore.
70 Proœmium demonstrat causam finalem decreti.
71 Proœmium restringit, ampliat, & declarat dispositionem
72 Proœmiū in quacunque dispositione denotat causam finalem dispositionis, & ostendit enixā voluntatem disponentis.
73 Leges sacratiss. mæ sunt leges ciuiles.
74 Spurij penitus repellūtur ab omni successione paterna tam ab intestato quàm ex testamēto, nec naturales nominandi, nec secundùm ius ciuile alendi.
75 Donatio iurata facta filio spurio non tenet.
76 Naturales succedere possunt patri ex testamento in vncia extantibus filiis legitimis & naturalibus, & ipsis non extantibus in totum.
77 Naturalis ab intestato succedere potest patri decedenti sine sobole ciuili, nec superstite coniuge legitima in duabus vnciis cum matre diuidendis.
78 Quod amplia procedere etiam de iure canonico, & in terris ecclesiæ.
79 Filius naturalis sicut succedit patri, ita & pater eodem modo succedit filio naturali.
80 Filius naturalis excludit substitutum.
81 Filius naturalis occisi potest facere pacem cū occisore patris naturalis.
82 Dictio, ipsos, inducit repetitionem præcedentium, sicut dicitur de dictionibus, eos, & prædictos.
83 Dicta in præcedentibus videntur repetita in sequentibus, quādo præcedentia sunt præparatoria sequentium, secus si sint distincta & separata.
84 Præfatio vbi est generalis, & dispositio specialis, dispositio intelligitur esse generalis.
85 Decretum prohibens legitimationē sine licētia domini, quia restringit facultatem concessam Comitibus Palatinis per Imperatores, strictè debet intelligi & in casu expresso, & non in omisso.
86 Interpretatio illa sumenda est, per quā minus læditur dispositio iuris communis.
87 Aliud est petere legitimationem à patre, & aliud est legitimationi consentire.
88 Aliud est vendere, & aliud vendenti consentire.
89 Rem meā si alteri vendidisti me consentiēte, & pretium participante, tibi tātùm competit beneficium l. 2. C. rescind. vend. & non mihi.
90 Priuilegiū concessum motu proprio patri, maiori fauore est

uore est dignum, quàm concessum ad petitionem filij.

91 *Ciues qui facti sunt ex priuilegio, licèt cogantur subire onera, id tamen procedit, quando ciuilitas fuit concessa ad petitionem partis, secus si motu proprio: quia tunc nulla onera subire cogitur.*

92 *Tenor decreti inspiciendus est.*

93 *Tenor inuestituræ & concessionis potissimùm attendi debet.*

94 *Potestas & voluntas requiritur in quocunque actu, quorum alterum si desit, non valet quod agitur.*

95 *Imperator non potest legitimare nec alicui concedere facultatem legitimandi ad emphyteusim ecclesiasticam.*

CONSILIVM LXVII.

DOMINVS Iacobus de Ramo ciuis Mantuæ suum vltimum cõdidit testamentum, in quo hæredem vniuersalem instituit dominum Franciscum eius filium legitimum, & naturalem, & eo decedente sine filijs sibi substituit dom. Ioannam, & Antoniam etiã ipsius testatoris filias, & ipsis non existẽtibus filios earum. Euenit, quòd præfatus dominus Franciscus mortuus est sine filijs legitimis & naturalibus, suo prius condito testamento, in quo magnificam dominam Hieronymam eius filiam naturalem, & per rescriptum Principis legitimatã, hæredẽ vniuersalem reliqt superstitib. prędictis dom. Ioãna & Antonia. Quæ quidẽ dom. Antonia sorori cessionẽ fecit omnium iurium suorum sibi competentium in fideicommisso paterno. Dubitari modò contingit, an prædicta magnifica domina Hieronyma excludere habeat dominam Ioannam à fideicommisso prædicto. Prima etenim facie dicendum videtur, quòd sic: quoniam,
1 & si communis sit Theorica scribentium, † quòd legitimatus excludat substitutum vocatum sub conditione, si decesserit sine filijs legitimis, vt per docto. in l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti. & substi. Imol. & alios, in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Barba. abundè in l. cum acutissimi. C. de fideicom. tamen sententia ipsa limitatur nõ procedere communiter, quotiescunq; fideicommittens est nobilis genere: quia tunc legitimatus non excludit substitutũ. sicut nec eadem ratione secundum eum non veniũt in feudis legitimati propter nobilitatẽ concedentis, nec etiam in emphyteusi ecclesiastica propter ipsius ecclesiæ dignitatem, Bald. Sali. Ale. & alij in d. §. cum autem. Ruin. in consil. 27. num. 6. volu. j. 36. num. 7. & 158. num. 6. vol. eod. vbi inquit, quòd etsi legitimatus excludat substitutum vocatum sub cõditione, si institutus decesserit sine filijs legitimis & naturalibus,
2 † tamen hoc locum non habet, quando testator erat
3 in dignitate constitutus: quia † sicut de naturali hoc casu sensisse non præsumitur propter eius dignitatem, ita eadem ratione non dicitur sensisse de legiti-
4 matis, inquiens hanc etiam esse rationem † quare legitimatus non admittitur ad feudum: quia non est verisimile, nobilem feudum concedentẽ de tali persona vel prole sensisse. Rursus in cons. 167. nu. 5. vol. 5. Dec. in consi. 284. col. 5. vers. communis opinio. & in cons. 425. col. 4. ver. tertio in casu. Bru. in cons. 15. col. 3. Ale. in cons. 2. col. 2. vers. vndecimò probatur. vol. j. vbi determinat, quòd si persona fideicommittentis erat nobilis vel in dignitate, tũc ex eius persona consideramus & præsumimus, per quos descendentes videatur voluisse excludere substitutum: quia tunc quemadmodum filius naturalis per substitutũ excluditur dicto §. si quis rogatus, quia non præsumi-
5 tur de illis testatorem sensisse, † quia sunt magis dedecori, quàm esset in viro ignobili, l. si qua illustris.
6 C. ad Orficia. † per tales enim filios nobilitas patrum vel aui prædefuncti, non conseruatur, l. lex natur.
7 ff. de stat. hom. † Et tales illegitimi nati censentur infames infamia facti, vt per Azo. in summa. C. de infam. ita etiã per naturalem, & si legitimatum nõ excluditur substitutus, quãdo testator erat nobilis ge-
8 nere, vel in dignitate constitutus: † quia Protonotarius. l. j. C. de mand. princi. iterum in cons. 25. colum. 2. in princ. vol. eo. cons. 172. col. fi. vol. 7. & in cons. 94. col. 2. vers. tertiò probatur. volu. j. vbi loquitur de te-
9 statore, † qui erat doctor artium & medicinæ, qui est in dignitate. ca. quanto. de magistris. Ceph. in consil. 117. num. 23. vol. j. & in con. 111. num. 20. vol. eod. Ias. in cons. 68. colum. 3. vol. 3. Riminal. in cons. 41. num. 8. & in cons. 128. num. 6. Paris. in cons. 9. num. 47. volu. 2. & in cons. 12. num. 149. vol. eo. quia non debet esse in facultate grauati fideicommisso, illud subuertere per legitimationem, quæ est species alienationis, & curare, quòd bona testatoris nobilis deuoluantur ad alium à testatore exclusum, & priuare vocatos ab ipso, l. fi. §. sed quia. C. comm de lega. iterum in cons. j. num. 41. vol. eo. Soc. in l. Gallus. §. si eius. col. 2. versic. secundus casus. ff. de lib. & posthu. Gozad. in cons. 29. nu. 33. Affl. in decis. 386. num. 3. Tiraq. in tract. de nobilita c. 23. num. 15. Rui. in cons. 178. col. pen. vol. 2. vbi
10 loquitur de testatore nobili & in dignitate constitu-
to, † quia erat Eques. l. j. C. de equestr. digni. lib. 12. qui saltem de consuetudine dicitur fuisse in dignitate. Ruin. in cons. 65. num. 23. volum. 3. & in cons. 161. nu. 11. volu. 2. Ex his quoq; fit vt plerunque in priuilegijs Comitum Palatinorum & aliorum, quibus cõceditur facultas legitimandi filios bastardos, solet excipi filios nobilium, vt citat Cæpol. in tract. de Imper. mil. delig. in 10. priuilegio nobilitatis & ante eũ Pau. de Cast. in cons. 12. col. 2. vers. posset etiam. volu. 2. vbi huius rei rationem esse dicit: quia maius dedecus est nobilibus habere huiusmodi filios. Tiraquel. in d. tract. nobilitatis. c. 33. num. 20. Item & limitatur dicta communis opinio non habere locum, quando hæredes grauati essent in nobilitate vel in dignitate, vt notant Scribentes in d. §. si quis rogatus. Alex. in cons. 2. col. 2. vers. vndecimò probatur. vol. j. in consi. 25. col. 2. vol. eo. Rui. in cons. 76. num. 2. volu. 3. vbi inquit, quòd si testator instituit filium doctorem, & sic nobilem, l. iudices. vbi Bart. C. de dignita. lib. 12. ac etiam in dignitate constitutum, si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, videtur tantùm sensisse de filijs grauati natis ex legitimo matrimonio, & non de legitimatis. Idem Ruin. in cons. 30. nu. 7. & 14. vol.
11 j. Vlteriùs dicitur, † quòd etiam quando testator non esset nobilis, nec in dignitate constitutus, sed honestæ vitæ vel honorabilis cognationis, ita quòd ei esset verecundia, si sua cognatio siue domus sua deueniret ad bastardos, tali casu non excluditur substitutus à filio naturali legitimato: ita Bart. & alij in d. §. si quis rogatus. Dec. in cons. 284. colum. 5. vers. secundò communis opinio. & in con. 425. col. 4. vers. tertio in casu. Ale. in cita. con. 25. col. 2. vol. j. & 94. col. 2. in prin. vol. eo. Ruin. in cons. 161. nu. 12. vol. 2. & 76. nu. 12. vol. 3. vbi inquit, quòd cum Barto. vbi suprà transeunt alij. Bru. in cons. 15. col. 3.

Verùm his non obstantibus cõtraria sententia est de iure verior, quòd d. magnifica dom. Hieronyma virtute suæ legitimationis habet excludere d. dom. Ioannem, vt infrà demonstrabitur. Verùm antequã deueniam ad fundamenta fauorem ipsius dom. respicientia, præmitto vnum, quod in facto est verisi-
12 mum, videlicet † ipsam dom. esse filiam naturalem præd. dom. Iacobi, quoniam nata ex d. do. Francisco, & Francisca, quæ in domo in schemate, hoc est, habitu concubinæ retenta fuit, quasi loco vxoris procreandorum causa, §. si quis autem defunctus, quibus mod. nat. effi. sui. ibi, libera muliere in schemate concubinæ sociata. Rui. in cons. 88. nu. 3. vol. 3. Nam con-
13 cubina dici non potest, nisi habitet in domo, † quia cohabitatio est de essentia concubinatus secundum Dyn. & Bart. post glo. in l. fin. ff. de concubin. quod equidem introductum fuit propter certitudinẽ prolis, aliàs de facili possent mulieres confingere, se habere filios cum magno & nobili viro, & successiones nostræ deuenirent ad extraneos & alienos: ita Bald. in cons. 129. colum. 2. volu. 2. quem sequitur Ruin. in cons. 109. num. 10. volum. 3. Bertran. in consil. 26. col. 3. vers. venio ad secundum. volu. 2. & in cõs. 40. num. 2. volu. eo. Bald. in l. parentes. ff. de in ius vocan. Cacialup. in l. si qua illustris. nu. 4. 13. 29. & 30. C. ad Orficia.

quo

14 quo stante dico † quòd cum d.magnifica Dom. Hieronyma per rescriptum suæ legitimationis habeat fundatam intentionem ipsius pro validitate prædictæ legitimationis, adeo quòd contrarium asserenti incumbit onus probandi, per notata per Abba. & a-
15 lios in c.in præsentia.per illum text.in verb. constet, de probatio. vbi dicũt, † quòd habilitas personarum præsumitur ad validitatẽ actus, & qui dicunt actum validum, non habent necesse probare se fuisse habiles, vt actus valeat, per tex.& ibi Bal.in l.cum te minorẽ.C.de probatio.Et ideo dixit Ioan.de Imol.in c. fi.in gl.in verb.idoneus, de præsump. quòd quando aliquis allegat aliquem esse illegitimum,&criminosum ad finẽ eum repellendi,debet hoc probare:quia impetrans prima facie habet intentionem fundatam virtute rescripti, & ideo qui vult eum repellere tanquam illegitimum,debet id probare.& in termi-
16 nis nostris ita dixit Gozad. in cons.48.nu.11.quòd ipsa habet excludere d.Dom.Ioannam,† quia * communis est doctor.sententia,quòd legitimatus excludit substitutum vocatũ sub conditione si hæres decesserit sine filijs legitimis & naturalib. vt attestantur omnes in l.ex facto,in §. si quis rogatus, ad Trebellia.Alexan.in cons.2.nu.41. vol.j.Dec.in cons.258. col.3.365.nu.6.366.num.4.425.nu.8.Rui.in cons.173. num.7.vol.j.87.nume.13.volum.3.76.in princ.& 106. in princip.vol.eod.Gozad.in cons.9.colum.4.Paris. in cons.9.27.volum.2.Socin.Iun.in cons.136.numer. 10.& 40.volum in.3.& hanc esse crebriorem sententiam doctorum firmant Ias.in cons.39.colum.2.vers. confirmantur,volum.3.Socin.Iun. in cons.77.col.2. vol.3.& Ceph.in consil. 17. numero 20. volum.j. Nec
17 mirum, quia videmus quòd † filij legitimati nihil à filijs legitimis differũt, vt dicit text.in §.liceat verò, in vers.nihil à filijs legitimis differentes,& in §. reliqui,in aut.quib.mod.nat.effic.legit.coll.6.& in §. si quis igitur filios,in auth.quib.mod.nat.effi.sui.coll. 7.Ias.in con. 202.col.2.vol.2.39.col.5.vers. quintò facit,vol.3.Cur.Iun.in cons.153.nu.11.Riminal.in cons. 28.in princ.Ruin.in cons.75.nume.8.cum duobus sequentib.vol.3.doc.in l.si is qui pro emptore, de vsucap.Gozad.in cõs.6. nu.77.& ideo inquit Rui in con.
18 124.nu.5.volu.4. † quòd inter numerũ duodecim liberorum,qui de iure communi immunitatem prębet à collectis, connumerantur etiam legitimati per rescriptum: quoniã sunt verè legitimi & naturales. & eò magis in proposito nostro hoc admittendum venit, cùm in legitimatione dicatur quòd d.Dom. Hieronyma legitimata sit,ac si esset de legitimo matrimonio procreata, vt tradit Ias.in d.cons.202.col.5.
19 Item † & qui habent existentiam sui hæredis & consequenter dicuntur sui.§.1.in verb.suorum iura nanciscuntur, instit. de hæred. quæ ab intesta.Bald.in l. eam quam,col.j.in fi.C.de fideicom.Ias.in allega.cõs.
20 202.col.5.Item † etiam eis debetur legitima in bonis patris sui sicuti filio verè legitimo. Bal. in c.de causis col.pen.de off.delega.& in addit.ad Spec.in tit de succes.ab intesta.in fi.Dec.in cons.267.col j.Ias.in d.con.
21 202.col. 5. * Pariter & succedunt ab intestato patri simul cum alijs filijs legitimis & naturalib.Bal. in l.si te parens.per illum tex.C. de suis & legit.hæred.Dec. in cons.254.col. j.288.col.j.365.num.7.& in cons.seq. num.5.Ias.in d.cons.202.colum.5.Et ex istis sequitur
22 † & filij legitimati præteriti à patre in testamẽto habent ius dicendi nullũ testamentum de iure ciuili,& ius contratabulãdi de iure prætorio,vt in locis proximè citatis,† & querelã si sunt exhæredati. Bald. in
23 l.cùm in adoptiuis,col.3.C. de adoptio. Alexan in ru
* brica de lib.& posthu.vbi asserit hãc esse *cõmunem,
24 quẽ sequitur Ias.vbi suprà col. 5.Hinc est † quòd etiam agnatio per legitimatos conseruatur.Alexãd. in d.cons.2.vol.5.vers.& prædicta.Rui.in cons.145.nu.3. vol.3. vbi legitimatus dicitur de agnatione.l.cõmu-
25 niũ,de nat.lib.Ruin.in con.95.nu.8.vol.3.† vbi legiti-
* matus per rescriptũ secundum *cõmunẽ agnascitur nedũ patri, sed etiam omnib. Socin.Iun.in cons.45. nu.34.volu.j. vbi attestatur hanc esse cõmunem opinionem.Gozad.in consi..6.numer.77.Alexan.in d.§. si quis rogatus, in prin. col. antepen.Ruin. in consil. 161.num.21.vol.2.& in cons.94.numer.7. vol.3.vbi etiam asserit hanc esse communem opinionem.Dec. in consil.393. colum. 2. versicul.quartò confirmatur.

Non obstant modò, quæ in contrariũ adducta & allegata fuerunt,qa plurib.modis respõdetur. Et primò,qp nobilitas ipsap testes nullo modo,pbata reperi
26 tur,quæ tamẽ omninò ,pbari debebat,† cùm ea non insit à natura,sed sit aduentitia.Bal. in l.qui ignorat.
27 C.qui accusa.non possunt.vbi inquit † qp quis presumitur popularis, nisi probetur Magnas, & in l.in actionib. §.planè,colu.j.in fin.de in lit.iur.vbi tradit q, quis presumitur ignobilis & popularis: & ideo quòd si quis dicit se Magnatem, vel nobilẽ,debet hoc probare:qa qualitas ista paucis inest, & ideo non præsumitur,cũ non sit prima qualitas, quæ veniat ex natura, sed illa locum habete x accidentib.& progenitorib Bald.L aud.Prepos.Alua.& Affl.in c.j.§.si rusticus,de pace tenẽ.Socin. in cõs. 246.col.j. Nec obstat si dicatur qp probata fuit ipsa nobilitas: qa aduerten-
28 dũ est † qp is nobilis præsumitur,quẽ vulgus & communis omniũ æstimatio nobilẽ reputat.Dy.in cons. 11.Pau.de Cast.in cons.22.vol.2.& 107. vol.eo. Soc.in cita.cons.246.colu. 2.vers. prima ratio. vbi inquit qp ad probandã nobilitatem non sufficit dicere,quòd quis sit nobilis, sed debet dici, quòd talis vulgò reputatur,tanq̃ scilicet nobilitas ex sola vulgi opinione pẽdeat. Ripa in respõ.26.col.2.in 2.par.Affl.in c.j. col.8.vers.9.nobilitas,qs dicatur Dux. Tiraq.in tract. nobilitatis c.9.6. Sed hoc probatũ nõ fuit, ergo,&c.

Secundò respondetur,quòd opinio Ang.in d.disputatione nõ videtur vera, vt clarè probatur ex nota.per Bar.in l.hæredib.§.fi.ff. ad Trebel. vbi vult per
29 glo.ibi † quòd si ex forma statuti filius naturalis succedere possit, quòd tũc faceret deficere illam conditionẽ, si decesserit sine filijs:qa est talis,qui tanquam legitimus succedit.& Barto. sequuntur Abba.in c.in præsentia,vbi etiam Dec.nu.36.de probatio.& loquitur Bar.eo casu quòd testator esset in dignitate secundum Imol.& Pau. de Castr.ibi in d.§.fi.quia secũdum eos dictum Bar. aliàs non haberet dubium. dicto §.fi quis rogatus, & ibi etiã Imo.& Alex.dicto modo intelligunt Bar.in d.§.si ergo,vbi naturalis est successibilis ex forma statuti,videtur testator etiam constitutus in dignitate de illo sensisse,quando de filijs loquitur etiã conditionaliter,eodem modo,& fortius de legitimato sensisse videtur, qui successibilis est authoritate Principis, ex quo verè legitimus est. ita Rui.in cons.161.nu.25.vol.2.cõs.76.nu.13.vers. vltimò potest vol.3.& in cons.104.nu.15.vers.tertiò dicitur,
30 vol.eo. Nam † maior est authoritas Principis quàm
31 statuti. † Et ideo videmus qp Princeps potest derogare statutis municipalib.Bal.in cons.187.col.2.volu.ij.
32 † quod procedit etiã in statuto iurato ab alio quàm à principe.Abb.in c.constitutus,de rescrip. Craue.in tract.de antiquit.tem.in princ.nu. 39.vbi idẽ dicit de
33 consuetudine, quæ dicitur esse sub potestate Principis,vt per Bal.in cons.430.in fi. vol. 4.quoniam constitutio Principis est fortior quàm consuetudo, si ergo est super cõsuetudinem,ergo fortius super sta-
34 tutum,† cùm consuetudo sit potentior statuto.Calca.in cons.3.col.12.Craue vbi suprà nu.42.

Vlteriùs dicitur quòd opinio Ang. videtur contra mentem doctorũ tenentiũ,quòd legitimatus excludat substitutũ. nam si verũ esset quòd vbi testator esset nobilis,vel grauatus,vel honestę conuersationis, secus esset, cõmunis opinio rarò locũ haberet, teste Rui.in d.cons.161.nu.23.volu.2.

35 Non obstat † tex.in d.§. si quis rogatus, quia loquitur de filio naturali tantùm, & nõ habet locũ in eo qui succedere potest etiam vt legitimus,secũdum Bar.in d.l.heredibus.§.fi.Et ratio diuersitatis est euidens secundũ Ruin.vbi suprà. quia spurius est de iure infamis,secundùm Bal.in l.3.ff.de lib.& posthu.&
36 in l.generaliter.§.cum autem.C.de instit.& substit. † Sed legitimatus vt dicitur in dictis locis non dicitur esse infamis.Galiaul. in l.Gallus.§. & quid si tantum nu.79.ff.de libe.&posth.Bal.in cons.146.col.3.vol.j.& in cons.387.col.fi.vol.3.Bon.Cur.in tract.nobilita.in 4.parte.col.5.

37 Non obstat c.naturales, † quia in feudis illud est, quia agitur de præiudicio domini, vel agnati,quib. in dubio non præsumitur, vel nõ potuit legitimans præiudicare, secundum Alua. ibi & Alex. in consi.2.

vol.2.& in conſ.59.vol.eo. Et ſimiliter eadem ratione emphyteuſis eccleſię non tranſit ad legitimatū quia hoc non cauſatur à dignitate eccleſię, ſed quia agitur de eius præiudicio, vel eſt ex eo, quia nō præſumitur q̃ eccleſia ſenſerit de nato ex coitu ab illa reprobato, & cui reſiſtit Ang.in cōſ.30. Geminia.in c.ſtatutum, el 2.in fi. princ. de hæret. in 6. & ita ad feudum & ad emphyteuſim de quibus ſuprà reſpondet Ruin.in d. conſ. ibi nu. 23. cum ſequent. 76. nu.13.cum ſequent. 76.nu.15.verſ.nec obſtat c.naturales.

38 Reſpondetur † & alio modo ad notata per Ange. quatenus eius opinio ſit vera, vt illa procedat quādo teſtator eſſet tantę nobilitatis & authoritatis q̃ eſſet ſibi dedecus tales ſucceſſores vniuerſales habere: ita Bal.in conſ.203.vol.5. vbi nō conſiderat nobilitatem ſimpliciter, ſed magnam, & in conſ.403.vol.eo.

39 Aliter & reſpondetur † quòd notata per Ang vbi ſuprà non habent locum, quando legitimatus per reſcriptum eſt reſtitutus ad honores & dignitates, vt per Ale.in conſ.2.nu.58. verſ.deniq; vol.1.vbi dicit q̃ ex quo per legitimationē filij fuerunt reſtituti ad dignitates & honores, ac ſi eſſent nati legitimi & naturales, vt in caſu noſtro, admitti poſſunt ad dignitates ac ſi omnis eſſet macula infamiæ abolita: vt dicit Bal.in l.Imperialis.§.itaq; per illū tex.C.de nup.idem vult Rui.in conſ.161.nu.25. vol.2.in conſ.104.nu.14. in fi.verſ.& primò, vol.3. vbi ingt q̃ opinio Ang locū non habet quando quis potuit legitimari, & fuit legitimatus ad honores & dignitates: quia tūc ceſſant omnes rationes. Ang & in conſ.109.num.14.verſ.nec obſtat vol.eo.Pariſ.in cōſ.1.nu.85. vol.2.vbi inquit in caſu ſuo non obſtare dictā limitationem nobilitatis, eo quòd Aluiſius fuerat expreſsè legitimatus ad omnes dignitates, honores & ad titulum agnationis & domus: & ideò quòd ex hoc ipſe dicitur nobilis de domo & familia patris, & talis qui non denigrauit nomen & familiā proaui.Iaſ.in conſ.40. col.3.verſic. Item ibi dicitur, vol.3.

Vltimò reſpondetur ad notata per Ang.vt ea etiam locum nō habeant in hac magnifica Dom.Hie-
40 ronyma, quæ fuit legitimata † in omnib.& per omnia, ac ſi fuiſſet procreata de legitimo matrimonio vt conſtat ex infraſcriptis.

Et primò ex nota.per Io.And.in c. fin.de conſuet.
41 vbi ait, † quòd ſi quis habetur p̃ tali quò ad omnia, puta pro pręſente, quòd gaudet omnib. quæ pręſenti cōpetunt etiam de iure ſpeciali veluti ſtatuto, vel cōſuetudine: ſecus ſi haberetur pro præſente quò ad vnū effectum videlicet fructuum percipiendorum: quia tunc quò ad alium effectum non debet haberi pro præſente. ſequitur Abb.in c.ex parte, il.2.de cler. non reſid.Bal.in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.

Secundò ex nota.per Ang.in l.2.in §.furioſus.per
42 illum tex.ff.de iure codicil. vbi tradit, † quòd ſi ſtatutum diceret, quòd ſcholares habeantur in omnib. & per omnia pro ciuib. quod iſta verba faciūt quòd cum habeantur tanquàm veri ciues, quòd omnia tam actiuè quàm paſsiuè, tam commoda quàm incommoda ad eos ſpectarent.& inquit ibi Ang. quòd non meminit aliàs legiſſe in iure ſimilem modum loquēdi niſi ibi.& Ang.ſequuntur Rom.in l.adoptiuū. in §. patronum.ff.de in ius vocan. Alexand.in l.ſi Ruffinus, vbi etiam Iaſ.in col. fi.verſ.ſecundò limit. C.de teſta.milit.Pariſ.in conſ.71.nu.7.vol.1.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.nu.302.de vſucap.Pariſ.in conſ.7.
* nu.49.vol. 2. vbi aſſerit hāc eſſe * cōmunem opinio-
43 nem. Nam † iſta verba ſunt tantæ ſubſtantiæ quòd inter duo ſubiecta non debet eſſe aliqua differentia,
44 vt inquit Angel. in l. in negotijs, de regulis iur. vbi † reducit ad ſtatuta loquentia de veris ciuib. vt comprehendant eum qui tenore alterius ſtatuti haberetur pro ciue in omnibus, & per omnia. Roma. in conſ.82.col.fi.Ang.in con.6. Bal.in l.omnes populi.ff. de iuſt.& iure. vbi inquit quòd ſi ſtatutum diſponit quòd aliquis habeatur pro ciue in omnib.& per omnia, quòd talia verba important veritatem, & reddunt illum verum ciuē: & quòd ſtatuta municipalia loquentia de ciuib. veris habent locum in tali caſu. & ideo inquit Barba.in conſ.13.colu.5. verſ.modò in propoſito, volu.2. quòd verba in omnib. & per omnia, important omnem ſubſtantiam, & qualitatem.

Accedit quod ſcribit Curt.Sen.in conſ.74. col.22.in
45 princ. vbi vult † quòd propriè & verè legitimus dicatur, qui in omnibus, & per omnia legitimatur: allegat notata per gl.in c.tanta, & in cap.per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Et ideò inquit Gozad.
46 in conſ.6.nu.39.& 76. verſ.9.conclu.† quòd licet ſtatutum excludens filias fœminas extantib.maſculis, non habeat locum in legitimato, tamen hoc fallit quando in legitimatione fuiſſet dictū, quòd in omnibus, & per omnia ad omnes iuris effectus efficiatur agnatus & cognatus: quia tunc legitimatus efficitur agnatus & cognatus. Idem Gozad. in conſ.25. col.4.verſ. ſecundò pondera. hoc quoq; vult Dec.in con.316.col.pe.verſ.& iſta concluſio & quòd dictum Ang.non habeat locum, quando fuit facta legitimatio in omnibus, & per omnia, ac ſi fuiſſet procreata de legitimo matrimonio. facit deciſio Rui.in dicto
47 conſ.161.nu.25.verſ.prætereà dictum.Bal.vol.2.† vbi declarando Bal.in c.per tuas de maio.& obed.qui voluit quòd legitimato nō poteſt plus relinqui, quàm reliquerit teſtator vni ex filijs cui minus reliquerit, dicit eius dictum locum non habere quando Imperator vult, quòd in omnibus & per omnia habeatur ac ſi natus eſſet de legitimo matrimonio: q̃a omnia iura loquentia de nato legitimè, locum habēt in iſto per interpretationem paſsiuā. & inquit ita declarare dominum Antoniū Roſellum in tract. legitimationis col.pen. in fi.vbi dicit, quòd illud non habet locum quando legitimatus plenè reſtituitur naturæ. Gozad.in conſ.48.col.3. verſ. aduertendum eſt, vbi ait quòd verba, in omnibus & per omnia, poſita in legitimatione operantur legitimatum haberi ac ſi eſſet ſecundū leges & canones natus.Barba.in l. cum acutiſſimi, nu.265.C.de fideicom. vbi dicit, quòd legitimatus ad conſtitutionem Imperialem in omnibus & per omnia dicitur verè legitimus. Accedit etiam quod dixit Pau.de Caſt.in l.ſed ſi hac.§.patro-
48 num, in fi.de in ius vocan. vbi † legitimatus quo ad omnia dicitur nobilis.Feli in c.in præſentia, col.10. verſ.quartò in quantum, de prob.quos ſequitur Pariſ.in conſ.58.nu.44.vol.4.Gozad.in conſ.85.colu.5. verſ.octauò pondero.vbi dicit quòd quando in legitimatione ſunt appoſita iſta verba, in omnib. & per omnia, cenſetur facta legitimatio eodem modo, ſicut continetur in priuilegio.& in conſ.92.col.5.verſic. prætereà datur poteſtas. vbi dicit quòd quando datur poteſtas à Principe legitimandi in omnib. & per omnia, ac ſi de vero & legitimo matrimonio nati eſſent in ampliſsima forma, q̃ iſto caſu ſubſtitutus excluditur, q̃ aliàs nō excluderetur ex voluntate teſtatoris. Idē tenuit Soc.in conſ.63.nu.22. verſ.prætereà. vol.3.

Circa ſecundum articulum in quo quæritur, an legitimatio dictæ magnificæ D.Hieronymæ valeat, ex quo in ipſius legitimatione non interuenit citatio d.Dom. Ioannæ ſubſtitutæ. Prima facie videtur dicendum, quòd non, quod primò probatur ex no-
49 ta.per Petr.de Anch.in con.427.col.1.vbi inquit, † q̃ ad hoc vt legitimatus ſuccedat, requiritur citatio & conſenſus agnatorum, quib. ius ſucceſsionis adimitur per prædictam legitimationem, iux.notata per Iacob.de Arena. in l.ſi. de nata.reſtit. quia non debet eſſe in poteſtate grauati poſt mortē grauantis per legitimationem ſubuertere ius fideicōmiſsi. l. fin. §. fin autem ſub conditione, & auth.res quæ.C.comm. de leg.ergo nec etiam eo non citato ad legitimatio-
50 nem † quæ eſt ſpecies quędā alienationis rerum fideicommiſſo ſubiectarum.Nam negari non poteſt, quin tempore legitimationis dictæ Dominę Ioannę fuiſſet acquiſitum ius in ſpe approbata, ſecundùm Bart.in l.is poteſt, de acquirēd. hæred.& iſtud eſt de mente Bartol. & aliorū in l.Gallus.§. & quid ſi tantū ff.de lib.& poſthu.dum vult quòd legitimatus ad inſtantiam illius de cuius ſucceſſione agitur, excludat venientes ab inteſtato non citatos: quia ille potuit alio modo eis præiudicare. quæ ratio ceſſat vbi illo mortuo ad inſtantiam grauati ſequitur legitimatio. Alexand.in conſi.67.numero 7.volu.1.& in con.94. colum. fin.volum.eod.per l.nā ita diuus.de adoptio.
* & hanc eſſe * communem opinionem firmat Dec.in conſilio 85.colum. penultim.& ideo inquit Domini.

de S

de S.Geminia.post Imol.in c.grandi, de supplen.negli.prælato.in 6. † quòd primogenitus non potest ad instantiam patris legitimari ad exclusionem fratris ipsius Regis,& ad quem regnum deferebatur de consuetudine.sequitur Rui.in cons.90.col.3.in fi.volu.3. & Dec.in cons.55.col.j.& in d.cons.85.col.pen.in fi.in con.84.col.pen.in princ.Soc.in cons.151.col.12.versic. præterea. vbi inter alia adducit quod notat Bal.in l. j.C. de inoff. dona. in vers.vlterius quæritur vbi te-
52 net † quod si quis donauit bona sua cum haberet filium spurium,quem postea fecit legitimari,quòd in tali legitimatione citandus est donatarius , cùm de eius præiudicio agitur, aliàs legitimatio illi non noceat.sequitur Dec.in d.cons.284.col. pen.in princi.in cons.42. col.3. & in cons.557.col.2.circa fin.Ruin.in cons.106.col.2.vers.sed istis non obstantibus,vol.3.vbi inquit citandum fore substitutum:quia grauatus ad cuius preces fuit legitimatus eius filius post mortem testatoris de bonis restitutioni subiectis, nõ potuit quomodo voluit disponere ad prejudicium substituti.l.fi.§.sed qa.C.com.de leg.sicut enim nõ potest alienare & hoc modo substitutum excludere,ita nec legitimando filium substituto præiudicare: quia talis legitimatio est quæd tu ipecies alienationis de rebus restitutioni subiectis. Accedit pro confirmatione quod notat Ioann. Andr. in regula sine culpa, de regul.iur.in 6.vbi vult quòd legitimatio facta etiam viuente patre non aufert spem,quam alius habet ratione primogenituræ in bonis patris, & cui pater præiudicare non potuit,ergo pari modo non debet præiudicare legitimatio substituto, qui vt dictum est, mortuo testatore & pendẽte adhuc conditione dicitur habere spem approbatã. facit quod dicit Imol. in c.cùm pridem. §. personæ, de renunt.vbi inquit, quod ad hoc vt filio legitimo & naturali præiudicetur in legitima ex legitimatione alterius filij, opus est illum citare,ex hoc,quia pater non potest illi præiudicare.Soci.in d.§.& quid si tantum.Curt. Sen.in cons. 7.& in consil.seq.Soci.Alex.in l.ex facto in princip.de vulg.& pup. Corroboratur hæc sentẽtia ex nota. per Bar.in l.in diem,de aqua plu.arc.dum quærit,quid si agatur contra aliquem, qui habet substitutũ, an ille sit citandus? & arguit quòd nõ,per l.j. §. denuntiari, de ventr.inspi.& concludit quòd in actu,qui voluntariè celebratur, vt venditio,& pari ratione legitimatio non valet sine consensu illius , ad quem res debet deuenire irreuocabiliter, secus in actu iudiciali d.§.denuntiari. & Bar. sequitur Rui.vbi suprà nu. 8.Idem Rui.in cons. 109.nu.15. circa fi.volu.eod.& in cons.99.nu.2.circa fi.vol.eod.in cons.161.nu.14.vol.2. & in cons.178.col.fi. vol. eod. facit quod voluit idem
53 Ruin.in cons.173 nu.10.vol.eod vbi inquit, † quòd non valet adoptio in præiudicium substituti non citati,& qui debuit citari , ex quo illius intererat:& quia de eius præiudicio agebatur. Item excludendo eum à fideicommisso ex quo illi erat quæsitum ius pendente etiam conditione, & viuente adhuc grauato,per l.nam ita diuus,&l.cum nepos,de adoptio.
54 facit tex.in l.nec ei.§.eorum.ff. eo. tit.vbi dicitur † q arrogatio non est passim permittenda , sed fieri debet cũ causæ cognitione, ne sit in potestate tutorum dando pupillum in arrogationem finire tutelam, & substitutionem extinguere. deinde tex.declarat circa quæ versetur causæ cognitio, & de quibus cognosci non potest,nisi citatis his quorũ interest.l. ius alimentorum.§.cum non essent : vbi pupillus educari debeat.& nu. 12. vbi etiam inquit,quòd communis opinio,quæ habet,quòd ad hoc vt substitutus sub illa conditione si grauatus decesserit sine filijs legitimis & naturalibus excludatur, per superexistẽtiam filij legitimati requiritur citatio substituti per fideicõmissum, de cuius exclusione tractatur per dictam legitimationem.Cur.Sen.in con.74.col.28.vers. extò ex capite.Rimin.in cons.82.nu.6.vol.j. & hanc esse
* * communem opinionem attestantur Curt. Iun. in cons.83.col.6.vers.vel aliter,& secundò Paris.in con. 9.nu.29.vol.2 cons.12.nu.154.vol.eod.& in cõs. 1. nu. 37.vol.eo.Ad idem facit tex.in l.2. & fi. ff.de nata. re-
55 stit. vbi † quando libertus restituitur natalibus, debet fieri citatio patronorũ , quorum intererat id nõ fieri, imo plus requiritur quòd ipsi consentiant.

Verùm præmissis non obstantib. contraria sentẽtia in casu de quo agitur,est de iure verior,& communiter ab omnib.recepta , quòd legitimatio facta per dictum Comitem Palatinum fuit & est de iure valida, & legitima , non obstante defectu citationis oppositæ per dictam dominam Ioannam, tanquam substitutam,& cessionariam: quoniam nemini du-
56 bium est, † quòd quando quis potest facere actũ absente& ignorante substituto,illũ etiam facere potest eo non citato.arg.l.qui potest.de reg iur.Alex.in cõs.
57 2.nu.47.vers.& dicit Paul.de Cast.vol.j.vbi inquit, † quòd non requiritur alia citatio quando apparet q Princeps voluit alicui omnino præiudicare : quia nõ oportet illum citare, quo inuito potuisset actus expediri. Dec. in cons.269.col. fi.in prin. vbi ait quòd Princeps potest legitimare in prejudicium substituti,quando vult, nec in tali casu requiritur citatio illorum de quorũ interesse agitur.quia cùm Princeps hoc possit,& velit facere illis inuitis, ergo pariter illis ignorantib.& in cons.191.col.4. Socin.in cõs.4.col. pen.in fi.vol.3.Paris.in cons.j.num.19.vol.2.sed in casu nostro constat prædict. Comitem Palatinum habuisse huiusmodi facultatem legitimandi à supremo Principe absentibus & ignorantib.prętendentibus ius nedum in spe, vt in casu nostro, sed etiam in re,vt clarè liquet ex eius priuilegio , & quòd ea vsus est in præsenti legitimatione , vt clarè legitur in ea, dũ ibi dicitur : ita quòd succedat & succedere possit & admittatur ad successionem & hæreditatem omniũ & quorumcunq; superiorum,& inferiorum suorum ascendentiũ,& descendentiũ transuersalium, fratrum, cõsobrinorum, consanguineorum,agnatorum,& cognatorum,attinentium,& propinquorum suorum ex testamento,vel ab intestato,& qualibet alia vltima voluntate, ratione, & iure , vel eorum descendentib. aut cognatis vel agnatis illorum affinibus quibuscunq; absentibus vel ignorantibus. Cum igitur verba priuilegij sint clara,& illa vsus fuerit Comes in præsenti legitimatione, non opus est recurrere ad coniecturas; l.continuus.§. cum ita.ff. de verb.oblig. Ancha.in cons. 308. in princ.ergo non opus fuit dicta citatione.

Secundò dicitur,quòd citationem ipsam exclu-
58 dit † clausula ex certa scientia , de qua in ipsa legitimatione,vt tradit Inno.in c.nisi cum pridem, de renunt.habetur in c.cum olim,de re iud. Dec.in cons. 269.nu.10.cum seq.Paris.in cons.j.nu.70. vol.2. Item
59 † & citationem ipsam excludit clausula de plenitudine potestatis Dec.in cons. 191. nu.6. 269. nu.10 in fi. 383.nu.7.Alex.in cõs.16.col.pen.& 30.col.2.vol.3.Cur. Iun.in cons.157.col.7.& 174.col.3.

Tertiò,sublata fuit citatio per derogationem factam in dictis priuilegijs, dum dicitur : Aliqua lege, constitutione,statuto,ordinamento,reformatione, extrauaganti, prouisione, priuilegio , rescripto,decreto,vel decretali,aut consuetudine etiam vetustissima in contrarium loquentibus,aut decretis, vel alijs quibuscunq; tam præsentibus quàm futuris,specialibus , vel generalib. in contrarium facientibus, cum clausula ex certa scientia , motu proprio,& de
60 plenitudine potestatis. † nam dicta clausula,non obstante,tollit ipsam citationẽ,cum æquiparetur clausulæ de plenitudine potestatis.gl.reputata singularis in c.ad hæc,vbi Abba.de rescrip.Ias. in cons.10.col.4. vol.4.& in specie q dicta clausula tollat citationem, voluit Ias.in cita.cons.110.col. pen. vers. secundò respondetur.quem refert & sequitur Soc.Iun.in cons. 93.num.39.volum.3.ex his igitur dicendum videtur, quòd quælibet ex dictis clausulis suprà citatis de per se tollit citationem,quòd multò magis id dicendum venit vbi concurrunt omnes,vt in terminis nostris. auth.multò magis.C.de sacrosanct.eccles.facit quod
61 dicitur † de verbis geminatis , quæ plus operantur quàm simplicia.auth. itaq; commu.de succes.l.Balista,cum ibi nota.ff.ad Trebellia.& multò fortius triplicata , quæ plus debent operari. argu. eius quod notat Ang.de tertio matrimonio,in §.hoc de eo,in fi. in auth. quom. oper. epis. coll.j.Dec.in cons.304.col. fi.& Cruet.in cons.54.col.2.

62 Vlterius dicitur, † quòd dicta clausula, non obstante,vt suprà concepta , sufficit ad derogationem

omnium iurium in cõtrarium vel aliter disponentium. Ancha. in cons. 337. col. 2. quem sequitur Las. in d. cons. 110. col. 5. in princ. vbi inquit, quòd dicta clausula idem operatur ac si diceretur, non obstante tali lege, ergo ad iura de citatione loquentia extenditur.

Præterea dicitur, quod huiusmodi legitimatio
63 valet non obstante defectu dictæ citationis, † quoniam Comes, qui legitimauit, potuit subtitutis etiam non citatis præiudicare, vt constat ex eius priuilegio, in quo sibi datur licentia legitimandi mortuis etiam parentibus, & sic hæreditate delata ac etiam adita ab alio, ac etiam non citatis illis ad quos hæreditas spectare posset, vel spectaret ex testamento vel ab intestato, & extantib. etiam alijs filijs legitimè natis, & alijs agnatis, & cognatis, ac illis quoq; ignorantib. & inuitis, & sic apparet quòd legitimans potestatem habuit præiudicandi in iure tam quæsito & delato quàm quærendo, inuitis & non citatis his quorũ interest. quæ omnia cũ Princeps ipse facere ex plenitudine potestatis potuisset, vt infra demõstrabitur, potuit etiã in alium trãsferre. teste Bal. in l. cũ filius, de testa. milit. & per Pau. de Cast. in cõs. 223. secundũ antiquã impressionẽ. si ergo potuit in iure tã delato, & similiter filijs legitimè natis in legitima præiudicare, multò magis fideicõmissario pendẽte adhuc conditione, ac in iure spe tantùm cõpetenti potuit nocere. Rui. in con. 161. nu. 26. vol. 2. & in cõs. 178. col. fi. vol. eo. vbi ait, q; licèt legitimatio fieri non possit in præiudicium filij non citati, qui citari debuit ad hoc vt legitimatio ei præiudicari possit, tamen id procedit, nisi legitimans habuisset potestatem legitimandi, illis non citatis, & constaret quòd præiudicare voluisset, secundum Alex. in consi. 2. volum. 5. quia nõ sufficeret quòd posset nisi appareret, quòd voluisset: quia in dubio præsumitur nolle. l. 2. §. meritò, & § si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. & in cons. 69. in princ. volu. 3. Gozad. in cons. 19. nu. 23. & sequenti, & in cons. 6. nu. 69. & in cons. 85. nu. 12. vbi propriè loquitur in terminis legitimationis, concessæ à Comite Palatino habente potestatem legitimandi citatis vel non citatis alijs, & in con. 91. col. 4. verf. & primò. Paris. in cons. 10. nu. 131. vol 2. Ruin. in cons. 28. num. 7. vol. 5. Socin. Iun. in cons. 154. numer. 11. vol. 2. & in con. 93. num. 36. volu. 2. Quod autem dictus Comes Palatinus, qui legitimauit prędictam magnificam Dominam Hieronymam, habuerit prædictam authoritatem, constat ex facultate sibi concessa per inuictissimum quondam Maximilianum Imperatorem, vbi sibi datur facultas legitimãdi naturales spurios, &c. & illos reducere ad pristinum statum naturæ, quo omnes legitimi nascebantur, siue legitimandi præsentes essent siue absentes, siue ratã legitimationem habuissent, siue non, natis Illustr. Principum, Comitum, Baronum duntaxat exceptis eorum parentibus præsentib. vel absentibus, viuis vel defunctis, furiosis & mente captis, ita quòd sufficeret etiam procurator nuncius, vel missus habens ad id speciale mandatum, vel ab ipsis legitimandis vel eorum parentibus: & si legitimandi essent infantes furiosi, vel mente capti citatis vel non citatis parẽtibus, vel absentib. illis ad quos hęreditas spectare posset, vel spectaret hereditate adita vel nõ adita, apprehẽsa vel nõ apprehẽsa, bonis hęreditatis alienatis, vel nõ alienatis ex testamẽto vel ab intestato, vel quocũq; alio modo, etiã virtute cuiusuis legis, aut statuti, vel consuetudinibus præsentib. præteritis, & futuris, quæsita vel non quæsita, extantibus fratrib. vel eorum descendentibus, aut cognatis, vel agnatis vel affinibus quibuscunq;, vel legitimis & naturalibus, vel nõ extantib. absentibus vel ignorantibus, etiam inuitis, ipsósque legitimandos ad legitima iura reducere & restituere, ac si ex vero & legitimo matrimonio nati & procreati essent, nulla iuris vel extante exceptione. Cum igitur Comes ipse virtute dictæ suæ facultatis & authoritatis legitimauerit ipsam dom. Hieronymã iuxta formam d. suæ facultatis, sequitur indubitata conclusio, quòd subtitutis prædictis potuit præiudicare, & iurib. ipsorum derogare, cum tollatur ius quærendum.

Nec obstat quòd etsi Comiti prædicta concessa esse videantur, tamen ea concessa fuerunt vt exerceat cum causæ cognitione, & quemadmodũ Princeps verisimiliter fuisset facturus, qui non præsumitur vti plenitudine potestatis. Quia respondetur quòd imo Principes ipsi supremi concesserunt Comiti prædicto quòd prædicta exercere possit cũ eadem plenitudine potestatis, cũ qua ipsi potuissent: ex quo concesserunt, quòd legitimare possit etiam non citatis, sed ignorãtibus & inuitis his quorũ interest, quod vtique haberi nõ potest, nisi de potestatis plenitudine, secundum Bar. & alios in l. Gallus. §. & quid si tantùm, de lib. & posthu. & per doctor. in c. cum olim, de re iud. non enim liquere potest Comiti, vtrum subsit iusta causa, vel non, parte non citata. l. penul. C. si per vim & alio modo, ita Ruin. in alleg. consi. 161. num. 28.

Præterea ex quo in priuilegijs d. Comiti cõcessis est clausula de plenitudine potestatis & clausula nõ obstante, & ex certa scientia, videtur data potestas Comiti, vt his etiã vti possit. & vbi etiam dictas clausulas non expressisset, haberẽtur tamen pro expressis in ipsa legitimatione, secundum Bal. in l. eã quam col. 7. verfi. interrogatus fui. C. de fideicom. Paul. de Castro in consil. 230. in 3. dubio. ex istis igitur cõstat, quòd Comes prędictus potuit ex potestate sibi attributa in amplissima forma etiam sine causæ cognitione substituto præiudicare, cũ legitimationes quæ fiunt à Comitibus habentibus authoritatem à Principe, perinde habeantur ac si factæ essent ab ipsomet Principe. l. sacra, ibi, vel dedicãdi dederint potestatem. ff. de rer. diuis. l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam.

Circa vltimum articulũ, primo aspectu dicendum videtur, quòd legitimatio ipsa viribus nõ subsistat ex defectu licentiæ nõ impetratæ ab Illustrissimo Duce Mantuæ, qui per decretũ suũ statuit quòd non possint huiusmodi Comites aliquem legitimare nisi habita licentia ipsius Ducis, & hoc propter temeritatem talium Comitum, qui passim & indifferenter spurios & quoscunque, ex illicito coitu procreatos legitimant, ob quod plurimæ lites ortæ sunt. Nam iuris ambigui non est, quòd vbi in aliquo actu conficiendo requiritur licentia, illa debet præcedere actum, aliàs actus non tenet, vt per Bart. & alios in l. si quis mihi bona, §. iussum. ff. de acquir. hæred. & in terminis nostris Curt. Sen. in consi. 19. in vltima addit. ipsius con. & ideo dixit tex. in c. cùm venerabilis,
65 in ver. nec habita nec petita, de cõsuet. † quòd licẽtia peti debet, & obtineri ad hoc vt actus teneat. plus di-
66 xit Io. And. in c. si Abbatẽ, de elec. lib. 6. quòd † quando in aliquo actu requiritur licentia alicuius, opus est quòd interueniat verbis expressis. quod dictum sequitur Lap. in allegatione 86. quem sequitur Rom. in l. 2. §. ina. ff. solut. matri. Galiaul. in l. 1 num. 62. de verb. sig. vbi etiam allegat Bal. in l. obseruare. §. post hæc, in fi. ff. de offi. Pro con. & lega. cùm igitur in casu nostro nõ interuenerit dicta licentia, quæ est de substantia actus: ex hoc sequitur q; legitimatio est nul-
67 la † Nam ex non ente non fit ens, iuxta Aristo. in j.
68 phylico. Nec † de validitate dicti decreti dubitandum est, vt in terminis consuluit Barba in cons. 58. col. 8. volu. 2. quem sequitur Curt. Sen. vbi suprà in cons. 158. col. antepen. Aegid. in tract. crim. in titu. de Principe. num. 184. & Portius in cons. 16. numero 76. vbi etiam allegat Alexan. Nec habet obstare si dicatur quòd inferior à supremo Principe, vt est Illustrissimus Dux non potuit impedire factum Imperatoris, & sic legitimationem faciendam à Comite Pala-
69 tino † cum videatur facta ab ipso Imperatore, vt in regu. iur. & iuxta illud quod voluit Dominica veritas, qui vos recipit, & me recipit, & qui vos contemnit, & me contemnit. & per Paris. in cons. 4. nu. 3 vol. 2. ac in cons. 5. nu. 3. vol. eo. quia ad hoc respondetur, quòd Illustrissimus Dux non aufert Comitibus Palatinis potestatem eis datam à supremo Principe, sed quia d. comites abutuntur aliquando potestate eis concessa, & inducunt scandalum & lites in territorio suo, ideo introduxit hoc temperamentum vt in legitimatione facienda penes quem legitimari obtineat licentiam à sua excellentia: ita respondet Barba. in d. cons. 58. col. 9. verf. & si quispiam dixerit.

Præ-

Præmissis tamen non obstantibus contrariam sententiam vti veriorem tenendam esse arbitror, q̃ dictum decretum nullo modo officere habeat legitimationi dictæ magnificæ dominæ Hieronymæ si
70 cõsideretur† proœmium dicti decreti, quod demonstrat causam finalẽ ipsius l.fi.de hære.instit. vbi Bart. inquit hoc signandum pro interpretatione statutorum. Soc.Iun.in cons.8.num 24.vol.2.facit tex.in l.regula.§.licèt. versic. initium.ff. de iur. & fac.igno. vbi Bar.dicit, quòd quando præfatio est generalis, & lex specialis, tamen lex ipsa generaliter intelligitur, ex
71 quo colligit † quòd præfatio ampliat, & restringit ipsam legẽ. quod & voluit Roma.in cons.15. vbi consuluit, quòd ex proœmio, dispositio & mens restringitur, ampliatur, & declaratur. & ratio, quare proœmium seu præfatio legem, seu voluntatem declarat, est, quia dispositio, & præfatio fiunt vnico contextu: ideo intelliguntur inesse in ipsa dispositione: ita Angel.in l.Item quia.§. Iuliano. ff. de pac. Bald. in l. hæc verba. C.de falsi.caus.adiec.leg. vbi ait quòd quicquid agimus, agimus propter finem, & quòd causa finalis probatur per proœmium, & ideo dicimus, à primordio tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de impon.lucr. descrip.lib.10. facit quod scribitur apud Liuium de secundo bello Punico in princ. vbi dicit, in princ. operis mei licet mihi præfari. Gozad. in con.j.
72 nu.14. vbi inquit, q̃ † proœmium in quacunq; dispositione denotat causam finalem dispositionis, & declarat mentem disponentis. & in cons. 87. nu. 10. Paris. in cons.24.nu.34.vol.2. vbi proœmiũ & præfatio ostendunt enixam voluntatẽ disponentis. & in con. 46.nu.24.vol.4. Dec. in cons.620. col.2. & in terminis nostris Cur.Iun. in citato cons. 158. col. antepenul. & sequen. Sed si ponderentur verba proœmij̃ in princ. ibi, non sine maxima honestatis, bonorumq; morum ratione sacratissimę leges spurios & quoscunq; ex illicito coitu procreatos ita abhorruerunt, vt etiam filiorum nomine illos indignos putauerint, eisdem ad paterna bona aditũ omnẽ pręcludentes: satis dignoscitur Illustrissimos conditores ipsius decreti tantum intellexisse de spurijs adulterinis, sacrilegis,
73 nefarijs, & incestuosis † qui secundum leges sacratissimas, quæ sunt leges ciuiles. l. leges sacratissimæ. C. de legib. auth. habita, ibi, sacrarum legum, vbi Cy. in j. col. & Bolog. in 3. notabili. C. ne fil. p patr. habẽtur pro procreatis ex illicito coitu, & pro abominabilib. & quibus præcluserunt omnem aditum ad bona paterna, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & in corpore vnde sumitur, & in auth. licèt. in fi. C. de nat. lib. & vnde sumitur, non autem de naturalibus natis ex concubina vnica retenta in domo sub affectu vxoris causa procreãdæ sobolis, vt in auth. quib. mod. nat. effi. legit. coll. 6. post principium, qui nõ dicuntur nati secundum sacratissimas leges ex illicito coitu, nec ita sunt abominabiles Deo, & mũdo, sicut spurij̃, vt notatur in l. si qua illustris. C. ad Orficia. Nã maxima constituitur differentia inter naturales, & alios, de quibus suprà, quoniam spurij̃ non sunt Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, nec in bello seculari fortes, nec in fide cõstantes, contra quos generaliter exclamat Bonifacius Martyr, scribens Regi Anglorũ in c. si gens Anglorum, 50. distinct. Bal. in l.j. col.3. C. de his qui pœnæ nom. Cur. Sen. in cons.16. col.6. Sed naturales nõ sunt tam odiosi, vt per Dec. in con.176. col.2. vers. secũdò respondetur, & in cõs. 433.
74 col. pen. Quod † demõstratur, quoniã spurij̃ penitus repellũtur ab omni successione paterna, tã ab intestato quã ex testamẽto, nec naturales nominãdi sunt nec alendi secũdum ius ciuile. d. auth. ex complexu,
75 & d. auth. licèt. Et in tantũ hoc est verum, † q̃ donatio facta filio spurio non tenet, quamuis etiam sit iuramento firmata, quia spurius est in totum incapax & penitus inhabilis secundum Bar. Bal. Ang. Paul. & alios omnes in l. hæreditas. C. de his quib. vt indign.
76 Rui. in cons.69.nu.10.vol.3. quod secus est † in naturalib. natis ex concubina, qui ex testamento succedere possunt patri extantib. filijs legitimis & naturalib. in vna vnica & nullis extantibus liberis legitimis & naturalibus in totum, vt in dicta auth. licèt Dec. in cons.403.col.pen. Paris. in cons.j.nume.29.volum.2.
77 Item † & ab intestato si decesit sine sobole ciuili nec superstite coniuge legitima in duabus vncijs diuidendis & partiendis cum matre, vt per Cacialup. in d.l.si qua illustris.nu.54. quod secus est in spurijs, vt per eundem authorem in nu.75. Et istud adeò ve-
78 rum est † vt procedat etiam de iure canonico, & in terris ecclesię, licèt illo iure talis coitus cõcubinarius sit reprobatus, vt vult gl. in c. nisi cũ pridẽ, de re-
nunt. & in c. lator. qui filij̃ sint legitimi. & hanc esse cõmunem doctorum sententiam firmat Cacialup.
79 vbi suprà nu.59. item videmus† quòd sicut filius naturalis ab intestato patri naturali succedit, modo quo suprà, ita & eodem modo poterit pater filio naturali ab intestato succedere, vt in d.auth. quib. mo. nat. effi. legit. col. pen. ver. in quib. enim casibus. Azo. in summa de nat. lib. Cacialup. vbi suprà nu.63. quod secus est in patre spurio, teste Azo. in titu. de legit. hæred. circa finem, Cacialup. vbi supra nu.77. Ceph.
80 cons.18.nu.20.vol.j. Item & à iure admittitur † quòd naturalis excludit substitutum. l. cum pater. §. volo, vbi Bar. de lega. 2. & late per doctor. in l. ex facto. §. si quis rogatus, per illum tex. ff. ad Trebel. & tamẽ hoc non habet locum in spurio, vt ibi per Bar. & cęteros, ac Dec. in citato cons. 403. col. pen. Item & pariter a-
81 pud scribentes recipitur† quòd filius naturalis occisi potest facere pacem cum occisore patris naturalis, & tamen spurijs hoc non permittitur, vt per Ang. in cons.401. & per Franciscum de Rampo. & Sali. in con. incipiente super primo dubio. quos sequitur Ang. in l.2. vers. quid si statuto. ff. de accusa. vbi etiam Alex. inq̃t, quòd à filio naturali tantùm potest haberi pax, & non à spurio. Item & istud verificatur etiam ex verbis proœmij̃ dicti decreti, ibi, eosdem verò natalibus restitui non nisi magna cum maturitate & quibusdam certis modis Imperatores sanxerunt. Nam illa verba, eosdem, sunt repetitiua spuriorum supra nominatorum. Ruin. in cons.101.nu.5.vol.2. & sic illa verba respiciunt spurios, & alios de quibus suprà, procreatos ex coitu illicito, secundum ius ciuile. Ponderanda sunt etiam alia verba subsequentia, ibi, Per rescriptum autem rarò ipsi quidem Cæsares, & tunc re bene cognita & ex magnis causis huiusmodi spurios ad legitimorum iura producere solent: & sic de spurijs loquitur.

Postremò quoq; aduertendum est ad illa verba sequentia, ita passim & indifferẽter ipsos legitimant,
82 † quæ dictio, ipsos, inducit repetitionem præcedentium, vt in simili dicitur de dictionibus eos, & prædictos, per quas relationes intelliguntur repetita ea ad quæ fit relatio. l. pluribus, in princ. de verb. oblig. Bar. in l. si quis seruum, de lega. 2. Ruin. in d. cons. 101. num. 9. vol. 2 & in cons. 117. nu. j. & 3. vol. eo. Vlterius quòd loquatur de spurijs, apparet ex illis verbis, Concedimus etiam ex nunc per prẽsentes nostras licentiam eis modi spurijs & viuente patre, &c. Vnde ex his merit, dicendum videtur, quòd dicti conditores decreti huiusmodi non habuerint intentionem, prout & verba ipsius decreti sonant ita dispo-
83 nendi de naturalibus, † cùm dicta in præfationibus videantur repetita in sequentibus. & prẽsertim cùm præcedẽtia in casu nostro sint præparatoria sequentium, iuxta notata per Petr. in l. per retentionem. C. de vsur. vbi dicit, quòd dicta in præcedentib. videntur repetita in sequentibus, quando præcedentia sunt præparatoria sequẽtium, secus si sint distincta, & separata. quod ibi inquit Bal. esse not. dignum & Barba. in cons.14.col.11. vers. item responderi posset,
84 vol.2. Quod † ampliatur procedere etiãsi præfatio sit generalis, & dispositio specialis: quia dispositio tunc intelligitur generalis esse, vt per Barto. in d.§. licèt, & Barba. in cons.19.col.3.vol.2.

85 Vlteriùs dicitur, † quòd cum huiusmodi decretum de licentia petenda restringat dispositionem iuris cõmunis: quia restringit facultatem concessam Comitibus Palatinis per Imperatores legitimandi simpliciter, sicq; pœnale ac strictè debeat intelligi. l. 3. §. hæc verba. vbi Bar. ff. de nego. gest. Alex. in consil. 190. numero 6. volum. 2. 107. numer. 4. volum. 5. & in consi. 144. numer. 10. volu. 6. Paris. in consi. 46. num. 71. volum. j. consi. 112. numer. 19. volu. eod. & in cons. 16. numer. 92. volum. 2. 22. numer. 16. vol. eo. & in con. 159, num. 15. volum. 4. quod debet intelligi in casu in

quo loquitur, & nõ in casu omisso, & sic in spurijs, & non in naturalibus. Alexand. in con. 212. nu. 17. volu. 6. & in cons. 6. numer. j. vol. 7. Paris. in cons. 159. num.
86 15. volum. 4. † quia per hanc interpretationem, quæ sumenda est, minus læditur dispositio iuris communis. Alex. cons. 19. nu. 6. volu. j. 20. nume. 9. 50. num. 12. vol. eod. in cons. 208. in fi. vol. 2. cons. 53. num. 32. vol. 3. & con. 85. nu. 10. volum. 4 Paris. in cons. 110. nume. 38. vol. 3.

Prætereà dicitur, quòd decretum ipsum locum sibi non vendicat in casu præsenti, in quo pater motu proprio, & non ad postulationem dictæ Dominę Hieronymæ petijt eam legitimari, sed tantùm permittitur spurijs viuente patre, & eius expresso in ipsa legitimatione interuenięte consensu, à quibuscunq; facultatem habẽtibus legitimari possint, & legitimatione obtenta ea vti cum modificatione de qua infrà, quo casu cũ tantùm disponat in hoc vltimo capite, & non in primo, meritò dicendũ venit, q̃ illud tãquàm omissum à decreto remaneat in dispositione iuris cõmunis. l commodissimè. ff. de lib. & posth. & sic quòd indistinctè potuit fieri dicta legitimatio absq; alia licentia, & q̃ ea valeat & teneat.
87 † Nam aliud est petere legitimationem à patre, &
88 aliud est alteri consentire. sicut dicimus † q̃ aliud est vendere, & aliud est vendenti consentire. l. aliud, de regu. iur. ita, quòd iura loquentia in vno casu non habent locũ in alio. l. si pater. §. fi. l. si minor, la j. ff. de manumiss. vẽd. Et ideo dixit Bal. in l. 2. quæst. 20. C. de rescind. vend. quem sequitur ibi Pantha. de Cremanu.
89 129. † quòd si tu rem meam vendidisti me consentiente & participante pretium, tibi tantùm competit beneficium dictæ l. 2. quia tu propriè vendidisti, & non ego, per dictam l. si pater. Nam diuersa est ratio inter vnũ casum & alium: quia in patre petente, magis demõstratur præcisa eius voluntas, quàm in consentiente, qui præsumitur potius legitimationi consentire per importunitatem filij, quàm ex mera sua liberalitate. nam propter importunitatẽ multa reportantur quæ aliàs non reportarentur, vt in iurib.
90 vulgaribus. Item † negari non potest quin priuilegium concessum motu proprio patri nõ sit dignum maiori fauore, quàm id quod est concessum ad petitionem filij, iuxta ea quę notantur per glo. & doctor. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. gloss. & Abba. in c. 2. de mut. petitio. vbi priuilegium concessum motu proprio alicui, solet fauorabiliùs interpretari, quàm id quod est concessum ad eius petitionem. Et ideò dixit Crot. in l. omnes populi. numer. 160. de iust. & iur. quòd licèt Bal. in l. fauore in 3 colu.
91 de legibus velit † quòd licèt qui facti sint ciues ex priuilegio, cogantur subire onera vt collectam, quòd id procedit quando ciuilitas alicui fuit concessa ad eius petitionem vel requisitionem, secus autem si alicui fuerit cõcessa ciuilitas motu proprio: quia tunc nulla onera subire cogitur, vt colligitur ex dictis Paul. de Castro in l. si Ruffinus. C. de testa. in primis verb. sequitur Iacob. de Nigris in l. j. numer. 13. de legat. j.

Postremò dicitur, quòd dictum decretũ quamuis loquatur de filijs naturalibus, quod tamen ab omni iure alienum esse arbitramur, cum tãtum loquatur de spurijs, & alijs de quibus suprà, locum habere non potest in legitimationib. factis per habentes authoritatem à sede Apostolica: quia in dicto decreto nulla penitus fit mentio nisi de legitimatis immediatè à Cæsarea Maiestate & mediatè à Comitib. Palatinis ab ipsa Cæsarea Maiestate creatis, vt clarè li
92 quet † ex tenore ipsius decreti, ad quem semper recurrendum est, c. porrò, de priuilèg. Paris. in cons. 4. nu. 6. volum. 2. in consilio 42. numero 78. volumin. j. vbi idem dicit de tenore libelli, & in cons. 3. numero
93 14 volumine j. vbi † tenor inuesturæ & concessionis potissimum debet attendi. consilio 4. numero 6. & 9. numer 29. volum. eod. Cùm igitur in decreto & eius declaratione de legitimationibus factis tam à summis Pontificibus, quàm ab eorum Comitibus nulla penitus facta mẽtio reperiatur, sequitur quòd cùm dicta domina Hieronyma legitimata fuerit per legitimationem habentem authoritatem à sede apostolica ad bona emphyteotica ecclesiastica subiecta ecclesiæ, quamuis sita in territorio Mantuano, quod dictũ decretum & eius declaratio ex defectu potestatis non extendatur ad bona emphyteotica ecclesiastica ad quæ ipsa domina Hieronyma legiti-
94 mata reperitur, † nam in quocunq; actu requiritur nedum voluntas, sed & potestas, quorum si alterum desit, non valet quod agitur. l. cum te. C. de donat. prop. nup. c. cum super, de offi. dele. sed in terminis nostris deficit potestas, vt patet, quia certissimi iuris est, quòd illustr. Dux Mantuæ nec alius non potest aliquam legem facere in territorio suo per quam restringatur potestas summi Pontificis, & dispositio super his, quæ illi sunt subiecta, adeò vt ipse vel habens authoritatem ab eo super his liberè non possit disponere, vt probatur ex his quæ notat Ruin. in cõs.
95 158. nu. 14. vol. j. † vbi Imperator nõ potest legitimare nec alicui facultatem concedere legitimandi ad emphyteusim ecclesiasticam, per ea quæ habentur in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. ex hoc enim inferretur præiudicium ecclesiæ: quia cogeretur habere alium emphyteotam, de quo non sensit & quem habere voluit: quod Princeps secularis facere non potuit. Et subdit Ruin. quòd ex ampla potestate & generali attributa Comiti per Cæsarem, non videtur in dubio voluisse q̃ ademphyteusim, vel ad feudum ecclesiæ posset legitimare, ex quo expressè hoc concedere nõ posset, si voluisset. idem Ruin. in cons. 164. nu.
* 4. vol. eod. vbi inquit, hanc esse * communem opinionem, quòd imperator, vel habẽs potestatem ab eo, non potest legitimare in terris ecclesiæ ad emphyteusim ecclesiæ: si ergo Imperator, qui est supremus Dominus non potest disponere, nec alteri concedere facultatem disponendi de emphyteusi ecclesię, tanquam sibi non subiecta, vtiq; & fortiùs dicere debemus, quòd illustrissimus Dux Mantuæ nõ potuerit facere aliquod decretum vel legem concernentem res emphyteoticas ecclesiæ in præiudicium summi Pontificis, vel habentis facultatem ab eo, ita vt ipse Papa, vel habens authoritatẽ à sede Apostolica, non possit aliquem legitimare ad emphyteusim ecclesiasticam existentem in eius territorio sine eius licentia, per ea quæ suprà dicta sunt.

Rolandus à Valle.

Viso elegantissimo, & locupletissimo consilio edito in fauorem Magnificæ Dominæ Hieronymę de Voltis, per illustr. D. Rolandũ à Valle Iurisc. celeberrimum, & Præsidem Montisferrati dignissimum, mihi videtur conclusionem per Illustrissi. Dominationem suam factam, iuribus & decisionib. maiorum nostrorum per eum allegatis esse consentaneam. & quia abundè & copiosè per eundem scriptum est, ita vt nihil in substantia addere valeam, & etiam quia de simplici fui requisitus subscriptione, ideò in fidem præmissorum hanc subscriptionẽ fieri iussi, meis propria manu, & sigillo roboratam.

Marcus Antonius Natta.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXVIII.

1 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur secundum communem aduersus præscriptionem 30. annorum.*

2 *Restitutio in integrum nõ datur aduersus præscriptionem 40. annorum, sed contra, infra nu. 12. cum multis sequentib.*

3 *Securitas plenissima dicitur esse, quando restitutio in integrum peti non potest.*

4 *Plenissima liberatio dicitur, quando nullo modo quæstio refricari potest.*

5 *Liberatio plena illa esse dicitur, quæ ope restitutionis non potest euinci seu annihilari.*

6 *Molestia*

6 *Molestia dicitur inferri, quando quis iudicialiter vexatur.*

7 *Controuersiam dicitur mouere, qui quomodocunque facit controuersiam siue agendo siue accipiendo, siue de iure, siue de facto, siue in iudicio, siue extra.*

8 *Præscriptio 40. annorum omnem actionem excludit.*

9 *Appellatione omnis actionis indefinitè & vniuersaliter prolatæ comprehenditur etiam officium iudicis quod competit pro restitutione in integrum.*

10 *Ignorantia præsumitur in dubio.*

11 *Exceptionem præsumptionis qui obijcit, iniquissimo vtitur priuilegio, ac rigorosa vtitur exceptione contraria iuri & æquitati naturali.*

12 *Defendens se tempore, circumuentione vti videtur.*

13 *Præscriptionis exceptio tanquam odiosa reijcitur, si causa agitatur corã arbitro procedente secundùm veritatem, & æquitatem.*

14 *Idem & si causa agitaretur coram iudice habente liberum arbitrium procedendi.*

15 *Pariter si causa agitaretur in sacro Auditorio Principis.*

16 *Senatus vicem præfecti prætorio obtinet.*

17 *Senatus Principi æquiparatur.*

18 *Princeps potest iudicare vt Deus esset iudicaturus.*

19 *Domini de parlamento Delphinali possunt iudicare secundum conscientiam, & si aliter facerent, secundùm Theologos peccarent, cùm principaliter debeant attendere magis adveritatem quàm ad subtilitatem.*

20 *Respublica æquiparatur pupillis, quod equidem procedit in quacunque vniuersitate.*

21 *Minores restituuntur aduersus præscriptionem 40 annorum.*

22 *Restitutio in casibus, in quibus conceditur minori, in eisdem secundũ communẽ conceditur Vniuersitati, ac Villæ.*

23 *Minor & ecclesia æquiparantur.*

24 *Ecclesia secundùm magis communem restituitur aduersus præscriptionem 40. annorum.*

25 *Præscriptio quadraginta annorum etsi pariat plenissimam securitatem, illud est verum, quando est decursa contra scientem, secus si contra ignorantem.*

26 *Præscriptio 40. annorum non nocet illi, qui iure impediente non valuisset agere.*

27 *Præscriptio 40. annorum non officit impedito agere impedimento facti, quin restitui debeat in integrum.*

28 *Beneficium restitutionis in integrũ specialiter à iure concessum, non censetur sublatũ per verba quantumcunque generalia apposita in legibus.*

29 *Priuilegium speciale restitutionis in integrum non tollitur per verba generalia, quòd quis molestari vel inquietari non possit directè vel indirectè.*

30 *Statutum excludens omne remedium, videtur tantum excludere ordinarium, & non aliud.*

31 *Restitutio in integrum competit minori, non obstante statuto disponente quòd contra laudum non possit reclamari vel appellari.*

32 *Statutũ si dicat, quòd nihil opponi possit, tamen non impeditur restitutio in integrum.*

33 *Statuto si caueatur, quòd à sententia arbitri non possit appellari, supplicari, de nullitate agi, nec aliquo modo excipi, non impeditur restitutio in integrum.*

34 *Lex quantumcunq; generalis, vniuersalis, & præcisa, restringitur, ne quis indebitè damnum patiatur.*

35 *Interpretatio in dubio fieri debet, quando res est dubia, quòd sit locus restitutioni contra præscriptionem.*

CONSILIVM LXVIII.

SI per agentes vniuersitatis Sancti Ioannis, contra quam fuit latum perpetuum silentium, vtiq; petita fuisset † restitutio in integrum ex capite ignorantiæ aduersus solam præscriptionem 30. annorum, certè nulli dubium est, quod non obstantibus oppositis parte magnifici Equitis Dom. Ioannis de Castiliono ipsa restitutio ipsi concedi debuisset, vt firmare videtur * communis schola doctorum, de qua per Bar. in l. j. §. si quis autem. ff. de itin. actuq; priua. cuius sententia communiter recipitur, vt per Roma. in consil. 149. in fi. Alexand. in consil. 6. colum. j. volu. 1c. Fel. in c. vigilanti, numer. 1. Paris. numer. 3. de præscrip. Dec. in consil. 36. numero 9. Ias. in §. rursus. numer. 59. Instit. de actio. Affl. in cap. j. in 2. notab. nu. 12. & in 4. notab. nu. 4. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Grat. in consil. 91. nu. 55. vol. j. Rui. in con. 103. nu. 18. vol. 5. Soc. in consil. 86. in fi. volum. j. in consil. 299. colum. penult. in fin. versic. confirmantur prædicta, & in consil. 66. nume. 11. volum. 4. Ceph. in consil. 146. colum. fin. in princip. volum. j. & Alexand. in consil. 11. num. 12. vol. 6. sed quoniam in casu nostro petita fuit dicta restitutio in integrum aduersus nedum præscriptionem 30. annorum, sed 40. qui articulus valde intricatus est, adeò vt valde difficile sit percipere, quænam sit doctorum sententia receptior, cum alij alijs plures quàm sibi aduersentur, & nonnulli etiam ausi non fuerint figere pedes, vt per Alexand. in l. tertia §. Labeo. ff. de acquiren. possess. & in l. cum filiusfam. §. in hac. ff. de verb. oblig. & Ias. consil. 209. volum. 2. Ideo vt de ipsius articuli veritate appareat, primò in mediũ afferam quæ pro parte negatiua allegantur, demum adducam multas authoritates pro parte affirmatiua: vltimo verò loco respondetur argumentis primo loco citatis.

1

2 Primo igitur pro dicta parte, † quòd non detur restitutio in integrum aduersus dictam præscriptionem 40 annorum, offert se tex. in l. omnes, in fin. C. de præscrip. 3. annorum. vbi legislator inquit, præscriptionem huiusmodi præbere plenissimam securitatem. † nã plenissima securitas dicitur esse quando restitutio in integrum peti non potest. gl. est notabilis in verbo imputandum, in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. facit quod dicitur † de plenissima liberatione, quę dicitur quãdo nullo modo quæstio refricari potest. l. j. & 2. iuncta glos. vbi etiam Bal. C. si aduer. solutio. Et ideò dixit Bald. in d. §. permittitur, colum. 2. in princip. † quòd plena liberatio illa dicitur, quę non potest euinci, seu annihilari ope restitutionis.

3

4

5

Secundò pro hac parte facit tex. in l. fi. C. de fund. patrimo. lib. 11. in verb. nullam molestiã, vel inquietudinem. † nam molestia dicitur inferri, quando quis iudicialiter vexatur. authentic. de fideiussio. in principio. in verbo, molestus, coll. j. & in l. j. cum ibi notatis per Bal. C. de nund. Alexand. in consi. 52. colum. j. volum. 2. vbi post glos. & doctor. in l. Lucius.

6

7 §. tres hæredes, ad Trebellia. inquit, † quòd ille dicitur controuersiã mouere, & per cõsequens, molestare, qui quomodocunq; faciat controuersiam, siue agendo, siue excipiendo, siue de iure, siue de facto, siue in iudicio, siue extra. quod consilium duplicatum reperitur, vt in consil. 177. in 5. volum. idem Alexan. in consil. 199. colum. fin. volum. 6. Dec. in consil. 290. colum 2. in princip. & in consil. 613. columna j. Ruin. in consil. 77. numer. 6. volum. 2. & ita per dictos duos text. in terminis nostris determinat Alexand. in consil. 151. colum. 2. circa finem, volum. 2. in consil. 163. numer. 13. volum. eod. Curt. Sen. in consil. penult. columna 4. vbi ait, quòd si aliter diceretur, ille qui præscripsit, molestaretur: quod esse non debet, pro qua sententia allegat text. in capit. adaures,

8 præscrip. † vbi quadragenalis præscriptio omnem
9 actionem excludit. Pôderanda enim sunt dicta verba, omnem actionem, cuius appellatione sic indefinitè & vniuersaliter prolatæ comprehenditur etiam officium iudicis, quod competit pro restitutione in integrum. l. actionis verb. & ibi gl. de reg. iur. l. pecuniæ verbum, in fi. ff. de verb. signi. item & alium tex. in c. volumus, 16. quæst. 4. ibi, sed quietem eorum incõcussam omnib. modis procurate, quæ verba optimè sunt consideranda. Soc. in cons. 194. nu. sexto vol. 3. vbi decidit, quòd licet periculosa sit opinio, quòd aduersus præscriptionem 30. anno, non detur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, tamen illa tenenda est in præscriptione quadragenaria: & quod ita consultum vidit per doctissimos in con. 164. in fi. vol. 2. & in cons. 38. in fi. vol. 3. Dec. in cons. 29. vbi latissimè disputando articulum, concludit, quòd licèt præscriptio 30. annorum de qua in l. sicut. C. de præscrip. 30. annorum nõ excludat restitutionem in integrum, vt per Bar. in d. §. si quis autem, tamen præscriptio 40. annorum videtur tollere talem restitutionem: quia Imperator illam introduxit pro exclusione omninò absoluta & irretractabili. Rursus in cons. 554. in prin. & in l. 2. col. fi. C. qui admit. Gozad. in cons. 8. in fi. vers. præterea & septimò. & in cons. 68. nu. 14. Ang. in l. sicut in quibusdam lecturis, C. de prę scrip. 30. annorum. Alcia. in l. 2. §. & harum nu. 72. de verb. oblig. dicens quòd nisi ita teneamus, ista præ-
10 scriptio in practica de raro locum haberet, † ex quo ignorãtia prę sumitur, & agens haberet intentionem fundatam, & in cons. 178. nu. 10. Ioan. Igne. in l. necessarios. §. non aliàs, in princ. nu. 86. ff. ad Sylla. Ludo. Bolog. vt refert Dec. in d. cons. 29. Aret. in consil. 102. col. 2. in fi. & in l. quiv niuersas. §. fi. ff. de acqui. possess. Bertran. in con. 203. col. fi. vol. 2. 51. col. fi. vol. 2. & 184. col. fi. vol. eod. Barba. in cons. 41. col. 17. vol. 1. Collegium Bononiense inter consilia status Montisfer. 15. nu. 85. Arius Pinel. in authent. nisi, num. 58. C. de bon. mater. Hippoly. Rimi. in addit. A. in fi. ad consilium Rimin 362. Natta in cons. 456. col. pen. in fi. Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi in titul. de acqui. hæred. cautela 8. Gomes. in §. rursus. col. 4. ad finem de actio. Ioan. de reb. quotidia. c. 54. num. 1. Imol. in c. fi. col. 32. vers. contra istam, de præscrip. Couarru. in reg. possessor. in 3. parte §. 3. de reg. iur. Tiraq. in tract. de retract. charta. 722. vers. contrarium. & vti veriorem sequitur Alex. cons. 97. col. 2. & hanc esse * communem opinionem dixit Dec. in cons. 375. col. fi. Simoneta in cons. 39. nu. 82. inter consilia status Montisfer. Alexand. in consil. 50 in fin. Modern. in addit. Alexand. in dicto consil. 51. Ferdi. Vasqui. in libr. 3. controuersiarum capit. 75. Socin. Iun. in consil. 54. volumine 1. 145. numero 77. volumine eod. 65. column. fin. volumine 2. vbi ab ea non est recedendum. & hanc esse crebriorem doctorum sententiam tradunt Socin. in consi. 2. 2. colum. fin. volumin. 3. Socin. Iun. in con. 115. numero 44. volumin. 2. & in consi. 6. numero 27. volumine eod. vbi tradit quòd licèt plerique dicant communem esse in contrarium, tamen quòd non bene aduertunt ad numerum, & qualitatem doctorum tenentium hanc partem. & subdit quòd pluries ita consuluit, & vidit consultum per excellentissimos Doctores. & in casibus in quibus consuluit bis fuisse iudicatum secundum hanc sententiam, videlicèt semel in ciuitate sua Senarum, & altera vice in causa magna status Montisferrati. Rub. Ale. in cõs. 22. num. 19. Galiaul. in l. 2. in §. & harum. numer. 39. ff. de verb. oblig.

Verùm his non obstantibus contrariam sententiam in terminis nostris omninò tenendam esse arbitror, quòd imo restitutio in integrum detur aduersus præscriptionem quadragenariam, vt voluerunt Paul. de Leaz. Zenzel. Stepha. & Card. Alex. in cle. j. de restit. in integr. Socin. sibi cõtrarius in l. cum filiusfamiliàs. §. in hac, colum. fin. ff. de verb. obliga. in cons. 66. colum. 2. volumin. 4. Ioann. Andr. in quibusdam addit. ad gloss. cle. vt refert Imo. in c. fin. column. 32. verficul. contra istam, de præscrip. Ant. de Butr. in c. auditis, de restit. spoliato. Felin. in c. vigilanti, colum. 2. verficul. & primò. de præscrip. & ibi Paris. numero 5. Alexand. sibi inconstans consil. 71. colum. 2. volum. 1. & in cons. 84. column. 2. vers. præterea videmus, volum. eod. vbi inquit Host. in summa de præscrip. §. cæterùm. versi. præscriptiones autem sic tenere, & in c. contingit, de prę scrip. Inn. in c. j. de resti. in integr. Abb. in d. c. vigilanti, qui loquitur in terminis dictæ decretalis, quæ loquitur de præscriptione 40. annorum secundum Alexand. in cita. cons. 84. col. 2. idem Alex. in consi. 150. colum. 2. volum. 7. Afflic. in constit. consuetudinem, numero 21. Are. sibi aduersans in l. Panthonius, de acq. hære. Angel. in l. pro hærede, de calumniatoribus. Dec. in con. 267. column. fin. & in consil. 164. colum. penul. in fin. verficul. & ex his breuiter, dum sequitur Alexan. in cons. 84. volum. 1. 116. volum. 5 & in consi. 169. colum. fin. volum. 2. Calca. in cons. 26. colum. fi. Ioan. Maur. in tract. de in integrum restit. Sigismund. Lofred. in cons. 16. numero 12. Rebuff. in constit. gallicis. Tomo 2. de restit. articulo 1. numer. 26. charta 119. Senatores Mantuani in consil. 6. numero 111. inter consilia status Montis fer. Bertr. in consi. 29. in fin. volum. 1. & in consil. 133. numer. 3. volum. 2. & hanc esse receptam doctorum sententiam firmant Alex. in cons. 169. colum. fin. in princip. volum. 2. & in cons. 116. col. 1. vol. 5. Afflic. in decis. 37. colu. 2. & in decis. 329. vbi in fin. inquit bis fuisse approbatam hãc opinionem in sacro Concilio. Ruin. in cons. 35. nume. 35. volum. 1. 140. col. penult. in fin. volum. 2. 26. numero 19. volum. 2. & 103. column. fin. volum. 5. Gozad. in cons. 56. columna 3. Corn. cons. 195. litera, g. volum. 3. Mantua. in cons. 221. numer. 59. in 2 parte. Bert. in consil. 42. colum. fin. volumine 1. & 242. numer. 8. volum. 3. veriorem Plot. in indice ad l. si quando. C. vnde vi. in rubr. de bonis ad cridas ponen. in versic. decretum inquit Boer. in decis. 39. numer. 6. Cassan. in consi. 66. numer. 64. Balb. in tract. præscrip. in 4. par. 4. par. princi. q. 29. verficul. 1. limitatur, Natta in constans. in consi. 161. columna penul. Craue. de antiq. tempo. in §. materia ista. numer. 55. & in consil. 201. numer. 35. Grat. in consi. 125. colum. fin. in princip. volum. 1. consil. 43. per totum * volum. 2. & magis * communem. Bertran. in cons. 15. numer. 44. volum. 1. 77. colum. fin. volum. 2. 133. numer. 3. volumin. eod. Alcia. in cons. 203. numer. 32. in cons. 167. numer. 5. 377. in fin. & 504. nume. 15. Cephal. in cons. 40. numer. 61. volumin. 1. & Sylua. in consil. 4. numer. 21. Petrus de Benintend. in decis. 69. numero 1. & in decis. 71. numer. 1. Et hoc non sine ratione di-
11 cendum videtur, † quoniam qui exceptionem præscriptionis obijcit, iniquissimo vtitur priuilegio, ac rigorosa vtitur exceptione contraria iuri & æquitati naturali. in gloss. in l. 1. ff. de neg. gest. quam valde ibi not. Angel. Et ideo sapientissimè dixit Isern. in c. sancimus, quo tempore miles, & ibi Affl. numer. 7.
12 † quòd qui se defendit tempore, circunuentione vti videtur. §. nolumus, in authentic. de his qui ingred.
13 ad appel. coll. 5. Hinc videmus † q; ipsa exceptio præscriptionis tanquam odiosa reiiceretur, si causa agitaretur coram arbitro procedente secundum veritatem & æquitatem. §. habeat, iuncta gloss. authentic. vt ecclesia Roma. Angel. in l. sequitur. ff. de vsucap. Bolog. ad Anan. in consil. 34. column. penult. Iaf. in consil. 159. colum. 3. volumine 2. Plot. vbi suprà in versicul. decretum & cridarum præscriptio, vbi inquit quòd decretum & cridarum præscriptio & alia præscriptio non possunt allegari coram arbitratore, vel alio iudice, coram quo causa sit cognoscenda de æquitate vel in conscientia, vel pro veritate, ex quo dicuntur fraus, dolus, circunuentio, machinatio dolosa, improba allegatio, & improbum & iniquum ac iniquissimum præsidium. Balb. in tract. de præscr. in 1. parte quæstio. 5. versi. sed in con-
14 trarium, vbi numer. 16. etiam dicit hoc procedere † quando agitaretur causa coram iudice habente liberum arbitrium procedendi: quia poterit talem rigorosam exceptionem reiicere, secundum Fel. in rubr.
15 de præscrip. Paris. in consi. 101. numer. 88. volum. 1. † Et eò magis hoc dicendum venit quando causa agitatur in sacro cõsistorio Principis, vt in casu nostro,
16 † vbi Senatus vicem præfecti prætorio obtinet se-
17 cundum Guid. Pap. in q. 20. † Et Principi æquiparatur iuxta gl. ordinariam in l. cum ambiguitur, & ibi Bart ol. ff. de legib. Iaf. & Ripa. in l. quominus in 2. & 3.

nota. de

nota. de fluminibus. Craue. in cons. 144. in fin. 168. in fi. & 198. col. fi. ac ipsum Principē repræsentat. Affl. in
18 decis. 120. in fin. Dec. in cons. 200. in fin & Craue. in cons. 144. colum. fi. & 168. colum. fin. Et † qui potest iudicare, quod Deus esset iudicaturus, vt inquit Bal. in l. fin. in princ. C. de iure delib. & secundum conscientiam Bar. in l. j. C. vt quæ desunt aduocatis ac sola facti veritate inspecta. Bartolus in lege Aemilius, in fin. de mino. Dec. in cita. cons. 200. in fin. Et
19 ideo dixit Guid. Papa in d. quæstione 29. † quod domini de Parlamento Delphinali, qui vicem Præfecti prætoris obtinent possunt iudicare secundum conscientiam, & si aliter facerent secundum Theologos peccarent, cùm principaliter attendere debeant magis ad veritatem quàm ad subtilitatem, vt notatur in clemētina pastoralis, de re iudic. Cum igitur ista sit magis communis opinio, vel simus in tanta varietate opinionum, inficiari non potest quin per sacrum Concilium pronuntiandum sit pro æquitate contra rigorem. Ab. in cap. j. de consti. nam in re dubia humanioré interpretationem amplècti non minus iustius est, quàm tutius, vt inquit tex. in l. proximè. ff. de his quæ in test. delen.

20 Alio quoq; modo videtur esse succurrendū dictæ vniuersitati, † quoniam æquiparatur pupillis. l. res publica. C. ex quib. cau. maio. Soc. in con. 66. nu. 6. vol. 4. Alexand. in cons. 196. nu. 3. vol. 3. Bru. in con. 87. col. 6. in fi. Craue. in cons. 132. nu. 9. Cephal. in con. 40. nu. 54. volu. j. quod equidem locū habet in quacunq; vniuersitate secundum doctor. cōmuniter in d. l. res publica. Alexand. in cons. 55. col. 3. in fi. vol. 5. Roma. in cons. 423. col. j. Soc. in cons. 66. col. j. in fi. vol. 4. vbi asserit hanc esse * cōmunem, & in consil. 299. colu. 2. in prin. vol. 2. vbi inquit, quòd castrum, quod regitur per multos homines ex capite læsionis & ex priuilegio minorum secundum cōmunem doctorum sententiam habet restitutionem in integrum, vt per cano. in c. de restitut. in integr. Si igitur æquiparatur pupillis & minoribus, concludenter sequitur, quòd
21 † sicut minores restituuntur aduersus præscriptionē 40. annor. vt est casus in l. fi. in fi. C. in quib. cau. in integrum restitutio non est necessaria. Socin. in cita. cons. 66. col. pen. 194. nu. 6. vers. aduersus, vol. 2. & in cons. 299. col. pen. in fi. vol. eod. Alexand. in cons. 97. col. 2. Rui. in cons. 143. nu. 16. vol. 4. & in cons. 103. col. fi. vol. 5. vbi & vniuersitas prædicta, quæ (vt dictum fuit) instar habet minorum, vt in proposito arguit Soc. in cita. cons. 66. nu. 13. & 194. nu. 6. vers. aduersus Alcia. in cons. 167. nu. 3. vbi tradit, quòd res publica æquiparatur pupillis, & habet eādem restitutionem, quam ipsi habent, ex quo omnia priuilegia concessa pupillis, censentur etiam omnibus concessa, qui per administratores reguntur, vt est gl. singularis in l. 2. C. de curato. furio. quam sequitur Bald. in l. iubemus nulli, in princ. C. de sacrosanct. eccles. Iacob. Butrig. Bar. Iacob. de Arena, Bal. Salic. Paul. de Castro & cōmuniter moderni in d. l. res publica. rursus in cōs. 203. nu. 33. Cephal. in cons. 40. col. fi. in princ. vol. primo Grat. in cons. 67. nu. 19. vol. j. Paul. de Castro. in
* cons. 113. vbi concludit hanc esse * communem opi-
22 nionem † quòd in casibus in quibus restituitur minor, in eisdem & vniuersitas, & villa. sequitur Brun. vbi suprà. Ioan. Ferra. in tract. de appell. c. 7. nu. 199.
23 Secundò dicitur quòd ecclesia & minor æquiparātur l. fi. C. de sacrosan. eccle. c. j. de restitu. in integr.
* sed nulli dubium est, quòd secundum magis * com-
24 munem † ecclesia restituitur aduersus præscriptionem 40 annor. vt per doctor. in clem. j. de rest. in integr. ergo idem in hac vniuersitate dicendum videtur, quod ea restitui debeat aduersus dictā præscriptionē quadragenalē, vt inquit Soc. in allega. con. 66. nu. 15. & in cōs. 94. nu. 6. Ruin. in cons. 103. col. fi. vol. 5.

Non obstant modò quæ ex aduerso adducta fuerunt: & primò tex. in d. l. omnes, quia respondetur
25 quòd † licèt præscriptio 40 annorum pariat plenissimam securitatem, illud est verum, quando est decursa contra scientem, secus si contra ignorantem vt in præsenti casu. ita dicit Alexan. in cons. 169. col. fin. vers. nec obstat si dicatur, vol. 2. quem sequitur Rui. in cons. 143. nu. 16. vol. 4. 26. in fi. vol. j. & 103. col. fi. vol. 5. iterum Alexand. in cons. 84. col. 2. vers. nec obstat tex. in l. omnes, in fi. vol. j. vbi ait quòd dicta lex omnes, determinatur per alia iura, scilicèt quando ille contra quem præscribitur, nō fuisset impeditus impedimento facti, vel iuris. quia tunc cessat dispositio
26 d. l. quia dubium non est, quòd prescriptio 40. annorum non nocet illi qui iure impediente non valuis-
27 set agere. l. j. in fi. C. de anna. excep. † nec similiter impedito agere impedimento facti puta ignorantiæ, vel alterius impedimenti: quia debet restitui in integrum. l. Attilianus ait, de seruit. rustico. prædio.

Secundò responderi potest ad omnia prædicta
28 iura, † quòd per verba quantumcunq; generalia apposita in ipsis legib. non censetur sublatum beneficium restitutionis in integrum specialiter à iure concessum, secundum gl. in c. coram felicis, de restit. in
29 integr. vbi † per ista verba generalia quòd quis molestari vel inquietari non possit directè vel indirectè à quauis persona, non tollitur speciale priuilegium restitutionis in integr. Ruin. in d cons. 143. nu. 16. sicut nec tollitur aliud priuilegiū speciale per verba generalia. l. decurionib. C de silen. lib. 12. idem Rui. in cōs. 35. vol. j. & in con. 54. col. fin. vol. 5. quem sequitur Ceph. in d. cons. 40. col. pen. in fin. & in cons. 3. nu. 129. vol. j. vbi dicit, quòd nunquàm censetur negata restitutio in integrū, quibuscunq; verbis quantumuis generalib. vtatur lex, vel statutū. Are. in l. Panthonius, in prin. col. 5. de acq hære. Iaſ. in l. si infanti in fi. C. de iure deli. vbi dicit, quòd licèt ille tex. velit, quòd mortuo infante hæreditas habeatur pro nō delata, istud intelligitur habito respectu ad ius commune, non tamen q; per illa verba tollatur priuilegiū speciale restitutionis in integrū, ad qd' legislator nō videtur habuisse respectū. arg. l. 4. §. j. ff. de fidei. liberta. quod & vult Aret. in cōs. 161. col. 3. vers. & ad tex. in l. si infanti. quod dictū tanquàm pulchrū sequitur Goza. in l. postquàm liti, in fi. C. de pac. quia regula est, q; per verba quantūcunq; generalissima legis vel statuti nunquàm intelligitur derogatū beneficio restitutionis in integrū, nisi de eo fiat specialis mētio. Idem Iaſ. in l. sicut certi, col. pen. in fin. de milita. test. Soc. in cō. 299. col. fi. Balb. in trac. præscr. in 4. par. 4. par. prin. q. 12. col. 2. in fi. Rim. in cōs. 161. nu. 38. & 427. nu 48. Bos. in tract. suo crim. in tit. aduersus rē iudicatā, nu. 28. Pro qua sententia facit, quod voluit Barb. in cons. 9.
30 col. 4. vol. j. vbi dicit, † q; statutū excludens omne remediū, videtur tantum excludere ordinariū, & non
31 aliud: & ideò † quòd minor poterit restitui non obstante statuto disponente, q; contra laudū non possit reclamari vel appellari. Accedit quod scribit Crot. in
32 l. nemo potest, col. 25. de lega. j. vbi † si statutum dicit quòd nihil opponi possit, tamen non impeditur restitutio in integrū & cū eo transit Craue. in con. 207. nu. 36. Et ideò dixit Bal. in cons. 236. vol. j. quòd si sta-
33 tuto caueatur † q; à sententia arbitri non possit appellari, supplicari, nec de nullitate agi, nec aliquo modo excipi, non impeditur quis restitutionem in integrū petere, quoniam per l. municipalē nunquā videtur tolli restitutio in integrū. Signo. in cōs. 234. vbi consuluit, quòd per verba statuti tollētis exceptionem iuris vel facti beneficium, appellationis, supplicationis, nullitatis, iuris, seu beneficiū petendi reductionem ad arbitrium boni viri, vel alicuius alterius modi, per quem pronūtiatum possit infringi, non censetur sublata restitutio in integrū. Comprobatur hęc responsio ex nota. per Iaſ. in l. postquàm liti, col. 3. vers. & ex hac gl. C. de pac. & Sign. ibi in fin. vbi inquit, signate memorię perpetuò gl. istā, quam didici à solenni doctore Dom. Martino Laudensę, q; sępe illam habebat in ore, quod per vniuersalē negatiuam nulla iuris ratio permittit, excluditur solum remedium iuris communis, nō autem remediū extraordinariū inductū de iure speciali. Et ideò videmus quòd vbi denegatur actionis remedium, non denegatur officium iudicis in restitutione in integrum. gloss. in l. si eius, in princip. ff. ad Treb. l. planè, & in l. fin. ff. de petit. hæred. Vltimò facit quod scribit Natta in cons. 162. numer. 40. vbi dicit quòd d. l. omnes, & alia iura, quæ faciunt securum præscribentem spacio 40. annorum, habent locum nisi contra eū ex iusta causa impetrata fuerit restitutio in integrum: quia lex noua generaliter loquens non censetur

deroga-

derogare iuribus antiquis specialiter loquentib. sed secundum ea debent limitari & distingui. gl. in verb. vocantibus, in authent. de hæred. ab inteſt. coll. 9 gl. & Bar. in l. sciendum, ff. qui satisda. cogan. & quòd istud procedat in terminis d. l. omnes, facit secũdum eum tex. in l. præscriptionem. C. eod. tit. de præscrip. 30 annorum, vbi Imperator dicit, quòd suam constitutionem positam in d. l. omnes, quidam intelligebant etiam Curialibus prodesse, vt spatio 40 annorum præscriberent aduersus eorum Curiam, propter verba lata generalia illic posita, tamen quòd legislator ibi declarat, quòd per huiusmodi constitutionem dictæ l. omnes, non est derogatum anterioribus constitutionibus, quæ prohibebant temporales præscriptiones procedere in dictis Curialibus: ergo pari ratione dicendum videtur, quòd per dispositionem d. l. omnes, derogatum non intelligatur dicto edicto prætoris veteri, si qua mihi iusta causa, &c. quominus aduersus dictam præscriptionem iusta de causa possit peti restitutio. & subdit eisdẽ modis posse respõderi ad d. l. fi. Vlterius dicitur, † quòd
24 lex quantumcunq; generalis, vniuersalis, & præcisa, sic restringitur ne quis indebitè damnũ patiatur, vt no. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. l. j. §. nunciatio. ff. de no. oper. nuntia. Sed si non daretur restitutio in integrum probabiliter ignoranti ad ius suum recuperandum, vtiq; indebitè damnum sentiret cum nihil ei imputandum sit: ita Grat. aliàs contemporaneus meus in Gymnasio Bononien. in d. conſ. 143. vol. 2. Concludendo igitur dico firmam manere debere in terminis nostris conclusionem prædictam, quòd aduersus dictam præscriptionem 40 annorum debet concedi restitutio in integrum postulata secundum magis cõmunem opinionem, de qua suprà, & ex alijs similiter citatis. Imò plus di-
25 citur, quòd etiam quando res esset dubia, † quòd in dubio fieri deberet interpretatio, vt sit locus restitutioni contra huiusmodi præscriptionem, cum talis restitutio nitatur equitate. l. denique. l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. maio. Craue. in cita. co. 20. nu. 37. & Plot. in iudice ad d. l. si quando, in rubr. de bonis ad cridas in ver. decretum & cridæ.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXIX.

1 *Promissio de vendendo causa circuitus euitãdi operatur vt statim promittens possit conueniri ad ipsam venditionem absq; alia obligatione.*

2 *Promittens se obligaturum ad decem, statim potest ad ea conueniri causa circuitus euitandi absq; alia obligatione, sed contra infra nu. 25.*

3 *Promittens facere pactum de retrouendendo immediatè cogi potest ad retrouendendũ absq; alio pacto.*

4 *Paria sunt, quòd debitor sit à creditore liberatus, vel quòd creditor sit obligatus illum liberare.*

5 *Aliud est vendere, & aliud reuendere: sicut aliud est dare & aliud reddere: quia verbum replicatiuum plures actus significat, non vnum.*

6 *Verbum reddi de sui natura significat actum relatiuum seu retro similem.*

7 *Dare non dicitur propriè qui reddit.*

8 *Qui repetit propriè & strictè loquendo, non dicitur petere.*

9 *Qui reficit, non dicitur aliquid de nouo facere.*

10 *Statutum loquens de faciente, non comprehendit reficientem.*

11 *Pactum de retrouendendo non habet locum in promissione de vendendo.*

12 *Aliud est vendere, & aliud pactum de vendendo.*

13 *Promittens vendere, non debet præcisè cogi ad vendendum, dato quòd habeat facultatem vendendi.*

14 *Obligatus ad vendendum nõ tenetur tradere, sed vendendo simpliciter est liberatus.*

15 *Emphyteota licèt non possit sub pœna priuationis alienare irrequisito domino, tamen ex promissione de vendendo non committitur pœna.*

16 *Vasallus ob solam promissionem de vendẽdo non cadit à feudo: quia promittere non est alienare.*

17 *Donatio differt à promissione de donando.*

18 *Dispositio l. si quis argentum. C. de don. secundũ communem locum non habet in promissione de donãdo.*

19 *Promissio de renouando solùm operatur vt quis actione personali agere possit, contra promittentem, vt renouet, non autem quòd sibi ius aliquod quæsitum sit in re.*

20 *Gabella si solui debet ex forma statuti de contractu vendit. onis, non soluetur de contractu promissionis de vendendo.*

21 *Promissio de dando dotem, non est dos, nec contractus dotis*

22 *Promittens vendere rem alicui cum iuramento, qui exinde illam alteri vendidit & tradidit, secundus præferẽdus est, & in eum dicitur translatum dominium, & non in primum.*

23 *Ex promissione de vendendo facta cum iuramento, solum agi potest ad interesse: si interfit iuramentum fuisse seruatum.*

24 *Consuetudo contra ius commune cum sit stricti iuris, in specie sua est probanda, & non in genere.*

25 *Declaratio ad notata per Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de obliga. & solutio. super rubr.*

26 *Circuitus non cuitatur quando interest contrahentium vt circuitus saluetur.*

27 *Pactum de retrouendendo propriè dicitur, quando fit per emptorem venditori in instrumento venditionis coram eisdem testib. notario, loco, & tempore.*

28 *Dominium neq; possessio non transfertur ex solo pacto retrouenditionis.*

29 *Dominium non amittitur nuda voluntate.*

30 *Consuetudo quæ est stricti iuris proprios terminos non excedit.*

31 *Consuetudo tantũ habet de potentia & effectu, quantum habet de vsu.*

32 *Præscriptum tantum esse debet, quantum possessum.*

33 *Consuetudo dandi in emphyteusim in vno modo, qui est contra ius, non extenditur ad similem.*

34 *Consuetudo est pactum tacitum ciuium, nimirum si non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.*

35 *Consuetudo loquens de dote data, non habet locum in promissa.*

36 *Opinio Martini approbata de cõsuetudine, & de qua in l. dos à patre. C. solut. mat. quæ est contra ius commune solum locũ habet in casu in quo reperitur esse consuetudo, nec ad alium casum extenditur.*

37 *Aliud est vendere, & aliud vendenti consentire.*

38 *Rem meam si tu vendidisti me consentiente & participante pretium, tibi tantùm competit beneficium l. secunda. C. de rescind. vend. quia tu propriè vendidisti, & non ego.*

39 *Consentiens non tenetur de euictione vt vendens, nisi eam promittat vel se obliget.*

40 *Contractus qualitatem nõ iudicamus ex sono verborum, sed effectus rei inspicitur.*

41 *Verba potius deseruiunt naturæ cõtractus, quàm natura verbis.*

42 *Notarius si scripsit permutationem, & in rei veritate sit venditio, statur naturæ rei, & non verbis notarij: quia non attenditur nomen contractus, sed substantia.*

43 *Ius omne si concedatur & transferatur sub certa annua pensione vel mercede, contractus iste erit censualis, & verbū pensio vel merces capitur pro censu.*

44 *Concedens rem in emphyteusim & omne ius quod habet pro annua pensione facit contractum censualem, & verbum in emphyteusim exponetur, id est in censualem cōcessionem, ex quo omne ius est concessum & translatum.*

45 *Mens contrahentium & obligantium potissimùm attenditur in contractibus & obligationibus.*

46 *Veritas & substantia rerum non immutantur hominum denominatione.*

47 *Fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare debet.*

48 *Confessio constito de errore confitenti obesse non potest, siue sit error facti, siue iuris.*

49 *Error præsumitur vbicunque apparet rem aliter se habere.*

50 *Error in facto proprio est tolerabilis quando tractatur de damno euitando.*

51 *Error in facto proprio admittitur quando constat per publicum instrumentum rem aliter se habere.*

52 *Confessio falsa veritatis apparentis substantiam non mutat.*

53 *Ponens licèt censeatur fateri quod positum est, adeò quod non possit confessionem reuocare, tamen id est verum nisi de errore doceatur.*

54 *Exemplum fidem non facit non exhibito originali.*

55 *Possessionem rerum hæreditariarū ex remedio l. fi. C. de edict. diui Adr. tollendo, quis obtinere non potest ex sola exhibitione exempli.*

56 *Notario non creditur nisi de his de quibus est rogatus.*

57 *Exempla vt fidem faciant, requiritur quòd in exemplationem interueniat citatio eorum, quorum interest.*

58 *Sumptū nullo facto edito, aut citatione generali non releuat, quando exemplatur priuilegium, etiam si de nullius certa personæ præiudicio tractetur.*

59 *Exemplatio fidem non facit nisi fiat de mandato iudicis, qui inspiciat & auscultet an cum originali concordet, & pars de cuius interesse agitur, fuerit citata.*

60 *Consuetudo disponens quòd in exemplatione non requiratur citatio, valet.*

61 *Consuetudo quamuis contra ius commune, debet ad vnguem obseruari.*

62 *Consuetudinis vis est magna, cum sit fortior statuto.*

63 *Accusatus vel inquisitus semel de aliquo delicto, non potest amplius accusari & inquiri sequuta absolutione, nisi per præuaricationem fuerit absolutus.*

64 *Instrumentum si quis habuit penes se quod exhibere recusat, iudex potest statim declarare standum esse extracto originali in odium nolentis illud exhibere.*

65 *Absonum & ab omni iure alienum est, & quodammodo derisorium, dicere, quòd non habens facultatem exhibendi protocollum, magis quàm pars debeat arctari ad illud perquirendum & extrahi faciendum.*

CONSILIVM LXIX.

IN præsenti cōsultatione primo aspectu dicendū videtur, quòd Don Sancius Peres de Pomar vigore instrumēti celebrati cum Petro & Maria filijs quondam Vincentij de Samper omisso Iuliano fratre dictorū Petri & Mariæ, stante consuetudine Aragoniæ, qua disponitur, quòd bona indiuisa non possint vendi nisi omnib. consortibus consentientibus, & qui mediante ministerio eorum patris ius habuerunt & facultatem luendi oppidum *de Puybolea à Philippo della Caualeria* virtute instrumenti per ipsum Philippum celebrati cum prædictis Petro & Maria iugalibus de Samper, potuerit agere ad remissionem possessionis dicti oppidi contra magnificum Petrū della Nucca nunc possessorem ipsius oppidi, ex vi cōsuetudinis Aragoniæ disponentis, quòd stante pacto de retrouendendo & facto depositō resoluatur possessio & dominium rei venditę, quoniam dicitur, quod etsi in instrumento dicti Philippi non sit pactum de retrouen-
1 dendo, † sed tantùm promissio de vendendo, tamen quòd d. Don. Petrus della Nucca nunc possessor dicti oppidi potuit statim conueniri per dictum Don. Sancium ad ipsam promissionem absque alia obligatione causa circuitus euitandi, per decisionem Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de obliga-
2 tio. & solutio. super rubr. vbi † promittens se obligaturum ad decem, statim potest ad ea conueniri absq; alia obligatione, vt euitetur circuitus ipse. & inquit ibi Io. Andr. hoc dictum fuisse Alber. Galeoti, quod subdit valde notandum. & Io. Andr. referunt, & sequuntur Alex. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens, colu. 2. ff. si cert. peta. vbi hoc dictum multùm extollit Iaf. col. 5. verfic. quædam alia. Soc. col. 1. Cur. Iun. nu. 6. & Purpurat. nu. 14. in fi. iterum Iaf. in l. dominus testamento. col. j. de cond. indeb. vbi dicit hoc dictum singulare. quia multi contrariū dicerēt, & in l. si fideiussor. §. meminisse, colu. j. de leg. j. Ro. in fing. 285. Affl. in decis. 61. in princ. & in constit. licentiam, col. 2. q. 10. Gomes. in §. in personā. nu. 41. instit. de actio. Rui. in conf. 12. nu. 32. vol. 3. & 19. num. 14. vo-
* lum. 4. & hanc esse * communem doctorum sententiam firmant Rubeus Alex. in conf. 29. Butigel. in l. 4. in §. Cato. num. 56. in fin. ff. de verb. oblig. Grammat. decis. 103. col. 187. & Petr. de Moncada in addi. ad Gozad. in l. 2. nu. 32. litera A, C. de pac. inter empt. & venditorem.

Secundò pro hac sententia facit quod voluit Purpurat. in d. §. seruum tuum. vbi per dictam decisio-
3 nem Ioann. Andr. refert consuluisse & obtinuisse, † quòd promittens facere pactum de retrouendendo cogi potest immediatè ad retrouendendum absque alio pacto. sequitur Boer. in decis. 183. numero 14. vbi inquit, ita latum fuisse arrestum. Similiter idem tenet Tiraquel. in tract. retract. char. mihi 987. verficu. 60. vbi refert ita per Senatum Parisiensem fuisse iudicatum.

Tertiò accedit quod voluit Ruin. in consi. 19. numer. 14. volum. 4. & in conf. 11. numer. 32. volum. 3. v-
4 bi inquit, † quòd paria sunt, quòd debitor fit à creditore liberatus, vel quòd creditor fit obligatus illum liberare.

Sed præmissis non obstantibus contraria sententia est de iure verior, videlicèt quòd Don. Sācius sicut succubuit in prima instātia, ita & in secunda succumbere debet. sed antequam deueniamus ad fundamenta Dom. Petri, præmittendum esse duximus,
5 † quòd aliud est vendere, & aliud reuendere, sicut aliud est dare, & aliud est reddere, quia verbum replicatiuum plures actus significat, non vnum. teste Bal. in consil. 495. in fin. volumin. j. per text. in l. ab emptione, in fin. ff. de pac. & in l. cū etiam, in 2. notab. C.
6 de reb. cred. vbi inquit, † verbum, reddi, de sui natu-
7 ra significat actum relatiuum, seu retro similem. † Et ideò qui reddit, proprie non dicitur dare, l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. 2. l. j. §. eleganter. ff. depos.
8 sicut nec etiam proprie & strictè loquendo, † qui repetit, non dicitur petere. Bartol. in rubri. ff. solut.
9 matr. column. 3. † Et qui reficit, non dicitur aliquid
10 de nouo facere. Vnde † statutum loquens de faciente, non comprehendit reficientem. Iaf. in l. j. §.
si quis ædificium. ff. de no. oper. nunt. Quo stante in-
11 dubitata est iuris cōclusio, † quòd pactum de retrouendēdo, quòd vigore consuetudinis Aragoniæ facto depositō operatur remissionem possessionis & dominij, non habet locum in promissione de vēden do facta per Philippum della Caualleria Dom. Petro

& Ma-

& Mariæ de Samper coniugibus, vt constat instrumento inter ipsas partes celebrato, ibi, *in esta forma, che sempre que vos ditto moſen Petro Samper ella dicha donna Maria Fernandes de Vergua elles herederos & ſucceſſores veſtros dareys y pagareys realmentey de feyto à mi ditto Philippe della Caualeria ò allos herederos è ſucceſſores mios en vna ſolution ventei dos mil ſuoldos dineros Iaches dey ditto Philippe della Caualeria herederos è ſucceſſores fazer vos vendition valida de ditto luogar de Puybolea.*

12 quę quidem promiſsio differt à vendendo: † quia aliud est vendere, & aliud pactum de vendendo. gloſſ. in l. Titius, de pigno. actio. l. bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco. vbi notant omnes ſcribētes. Iaſ. in conſil. 117. columna j. volumin. j. & in conſil. 24. columna 8. vol. 3. Dec. in conſi. 183. in fi. 340. num. j. & 502. col. 3. in

13 princ. vbi poſt Alex. ibi per eū citatū inquit, † quòd ille qui promiſit vendere, non debet præcisè cogi ad vendendum: quia cùm iſta promiſsio ſit facti. l. conſilio, in fin. de curat. furioſ. obligatus ad factum non cogitur præcisè facere. l. ſi quis ab alio. ff. de re iud. vbi ſubdit, hoc etiam procedere. dato quòd ille, qui promiſit vendere, habeat facultatem vendendi, & reddendi rem, quam vendere promiſit: quia militat eadem ratio, quòd in obligatione facti nō debet

14 quis præcisè compelli. Et inquit etiā † quòd obligatus ad vendendum, non tenetur tradere, ſed vendendo ſimpliciter eſt liberatus. Rurſus in conſil. ſeq. column. 2. circa principium, & in conſ. 645. column. 2. Ruin. in conſ. 79. num. 2. vol. 1. & in cōſ. 215. num. 4. vol. eod. & in conſ. j. col. 6. in princip. vol. 4. Accedit quod dixit Pau. de Caſtro in d. l. in bonæ fidei. §. ſi tamen, vbi dicit † quòd licèt emphyteota non poſsit

15 ſub pœna priuationis alienare irrequiſito domino, tamen ex promiſsione de vendendo non committi pœnam: & ſic dicta promiſsio non continetur ſub prohibitione alienationis facta per legem. Bald. in c. j. §. aut ſi libellario, colu. 2. quibus mod. feud. amit. †

16 vbi vaſallus ob ſolam promiſsionem de vendendo non cadit à feudo: quia promittere non eſt alienare. Prepoſ. in c. j. in princip. col. 2. de proh. feud alien. per

17 Feder. Et ideo videmus in ſimili † quòd donatio differt à promiſsione de donando. gloſſ. in §. aliæ. inſti-

18 tu. de dona. Hinc eſt † q̄ diſpoſitio l. ſi quis argentum. C. de donat. non habet locum in promiſsione de donando, vt per Angel. in d. §. aliæ. Sal. in l. 2. C. de cond. ob cau. & in d. lege. ſi quis argentum. §. & ſi quidem. Imol. in l. in ædib. §. 1. de donat. Alexan. in l. iuriſgentium, in princip. colum 3. de pac. & in conſ. 119. ad fin. lib. 7. Dec. & Alcia. in l. ſi pacto quo pœnā. C. de pact. Baptiſta de S. Seuerino in tract. de pac. in 6. queſt.

* columna penult. Gozad. in l. 2. numero 21. C. de pact. inter empto. & vendito. & hanc eſſe * communem opinionem inquit Alcia. in l. j. numer. 21. in fin. ff. de verborum obligationibus. Accedit quod voluit An-

19 gel. in conſil. 84. vbi inquit, † quòd promiſsio de renouando operatur ſolùm, vt quis poſsit agere contra promittētem vt renouet, ita quòd ſolum ius perſonale eſt ſibi quæſitum ex illa promiſsione contra ipſum, qui renouare promiſit, & nō renouauit, non autē quòd ſibi quæſitum ſit aliquod ius in re, ſeu in bonis illis: ſicut nec illi cui facta eſt promiſsio de vendendo, cui nullum ius ex promiſsione quæritur in re, ſed ſolùm actio in perſonam, per quam promiſsionem agitur ad intereſſe. & Angel. ſequuntur Iaſ. in d. l. non bonæ fidei, colum. 2. verſ. vtilitas iſtius regulæ. & conſ. 117. col. j. volum. j. Et ideò inquit Afflic. ſequendo Angel. vbi ſuprà in conſtit. conſtitutionem. numero 34. quòd ſi emptori feudi cum pacto de reuendendo cū aſſenſu Regio fiet promiſsio, quòd quando reuenderetur feudum, promittit emptori ſine Regio aſſenſu feudum prædictum nulli alienare niſi illi, quòd illa promiſsio ſine aſſenſu regio obligat promittentem: & eius hæredem ad obſeruandum promiſsionem, actione quidem perſonali, & nō reali ſicut dicimus de eo cui facta eſt promiſsio de vendendo, cui nullum ius quæritur in re, ſed ſola actio perſonalis cōtra promittentem, vt teneatur ad intereſſe ſi non vendat, q̄d inquit mēti tenendū quia vidit aliquos ſuper hoc puncto grauiter errare. idem vult Ale. in conſ. 68. volu. j. duplicato in conſ. 165. col. 2. volum. 2. vbi ait, quòd vidit aliquos multū ſuper hoc laborare ſuper reſponſione, & non potuerunt reſpondere: Are. in conſ. 28. in 1. dub. vbi redarguit quendam ex conſulentibus tanquam valde ineptum, qui præſupponebat, quòd pactum de vendendo poſitum in inſtrumento eſſet venditio: quia ſecundum eum indubitanter iſtud eſt expeditum, quòd promiſsio de vendendo, nō eſt venditio. Et ideò dixit Bald. notabiliter in l. ſi. C. de pac. inter emptò. & vendito. id quod etiam ſuprà dictum eſt, quòd quādo fit promiſsio de vendendo, promittens liberatur ſolùm vendendo rem, nec ex ipſa promiſsione tenetur ad tradendum. ſequitur Iaſ. in d. conſ. 117. col. 2. in prin. Riminal. in conſ. 16. nu. 7. pro cuius cōfirmatione facit, quod voluit Ang. in l. j. C. de pac.

20 pigno. vbi inquit † quòd ſi ex forma ſtatuti de contractu venditionis debet ſolui gabella, non ſoluetur de contractu promiſsionis de vendendo: quia iſta promiſsio non eſt venditio, quod reputat mentitenendum. ſequuntur Alex. in l. ſi pupillus. in fi. principij ad l. Falcid. Iaſ. in d. l. in bonæ fidei, col. ij. Corſet. in ſuo repertorio in verb. promiſsio. Marſ. in ſing. 469. Hippoly. Riminal. in addit. cōſilij 16. Ioan. Riminal. in litera C. Et cum hac ſententia de qua ſuprà trāſit Iaſ. in conſ. 117. col j. verſ. prima concluſio, volum. j. & in conſ. 24. colum. 8. in princip. volum. 3. vbi promiſsio de infeudando, non eſt infeudatio: quia aliud eſt infeudare, & aliud promittere de infeudando: quia contractus non dicitur eſſe factus ex promiſsione faciendi. Corroboratur hæc ſententia ex nota. per

21 Bulga. in rubr. ſolut. matr. nu. 20. vbi concludit † q̄ promiſsio de dando dotem, non eſt dos, nec contractus dotis ſicut nec pactum de vendendo, eſt venditio. Iacob. de Nigris in l. j. nu. 101. in fi. ff. de verb. obli. quæ concluſio etiam probata fuit in foro Aragoniæ in qua extat lex incipiens: Item mulier. vbi ſi vir dicat: doto ſuper omnibus bonis meis, filij poſſunt petere poſt mortem matris dotes aſsignatas, in quibus ſuccedere debēt, cum mater eorum in vita eſſet dotata, licèt dotes non eſſent aſsignatæ: ſecus quando dicitur, promitto te dotare, vel dotabo te, imo plus

22 voluit Imol. in c. cum contingat, columna 75. de iureiur. † quòd ſi quis promiſit vendere rem alicui cum iuramento, qui exinde illam vendidit alteri & tradidit, præferendus eſt ſecundus, & in eo dicitur tranſlatum dominium, & non in primo ex vi l. quotiens C. de rei vendicat. iuncto eo quod habetur in c.

23 ſicut ex literis, de ſponſa. † eò quia ex prima promiſsione de vendendo facta cum iuramento ſolùm agi poteſt ad intereſſe, ſi interſit iuramentum fuiſſe ſeruatum. Iaſ. in d. l. in bonæ fidei. col. 3. & in citato conſ. 17. col. 1. & in l. ſi quis maior, in 4. notab. C. de tranſact. & in d. l. quotiens, colu. 10. & hanc eſſe * communē opinionē inquit Parpalia in d. l. ſi qs maior. C. de rei vendic. nu. 59. Cū igitur ſumus in pmiſsione de vendēdo, vtiq; dicendū venit, cōſuetudinem ipſam Aragonię locum non habere in promiſsione ipſa de

24 vendēdo † cum conſuetudo ipſa ſit ſtricti iuris contra ius commune, & in ſpecie ſua probanda, non in genere, vt per Oldra. in conſ. 237. quem ſequitur Alexand. in conſ. 6. vol. 6. Felin. in c. auditis, col. 8. de Preſcrip. Ancha. in conſ. 339. colum. 4. verſ. ſecundò quatenus. latè ego Rolandus in conſ. meo 53. numero 23. volum. 2.

Supereſt vt reſpondeatur ad allegata in contra-

25 rium † Et in primis ad deciſionem Ioan. And. multipliciter reſpōdetur, ipſam nō facere ad propoſitum noſtrum, cum habeamus communem doctorum ſententiam de qua ſuprà, quòd promiſsio de vendendo, non eſt venditio, & quòd promiſſori nulla competit actio realis, ſed perſonalis ad intereſſe. & cùm habeamus deciſiones in terminis & in proprio caſu loquentes, nō eſt ab illis recedendū, ſed omnino inhærendū ſicut Bononiēſes Carrotio iuxta gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. nam diuerſa eſt ratio inter vnum caſum & aliū, vt infrà dicetur. Vnde ex ſeparatis non bene infertur l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum ſimilibus.

Secundo reſpondetur, quòd contra Ioan. Andr. tenuerunt Iacobus de ſancto Georgio, Dec. & Riminal. in dicto §. ſeruum tuum imprudens. Hippo. Riminal. in addit. de qua ſuprà, dum ſequitur Dec.

in dicto

in d.§. seruum. & malam non fore impugnationem Decij inquit Boër. in decis. 183. quam etiam impugnat Ceph. in cons. 66. num. 21. vol. 1. vbi sequendo Dec. vbi suprà dicit, quòd si promisi me tibi obligaturum ad decem, statim nõ potes petere decem: quoniam alia est obligatio, & alia promissio de obligando. Cagno. in l. 2. nume. 65. cum sequenti. C. de pact. inter empto. & vendito. vbi ait, quòd opinio Io. And. in secreto iuris non est vera. Mars. in ling. 469. Putigella in l. 4. in §. Cato. num. 55. vbi tradit hoc dictum videri sibi dubitabile, & quòd si Alexan. in d. §. seruum, dixit, quòd multi prima facie contrarium dicerent, quòd sibi videtur contrarium, non solùm prima facie, sed etiam secunda & tertia, per respõsiones ibi per eum adductas, quas non transcribimus cùm videri possint, & eam de iure non veram etiam credit Alci. in l. 1. nu. 20. vers. adde, de verb. obl. Grammat. in decis. 103. nu. 188. & ideo hanc decisionem tanquam ambiguam relinquit indecisam Tiraq. in tract. de retract. char. mihi 987. num. 60. Soc. Iun. in l. 4. in §. Cato. num. 68. de verb. obli. & contra decis. Io. Andr. facit text. in d. Cato, vbi ille qui promisit se ratum habiturum, non videtur ratum habuisse, sed requiritur noua ratihabitio, vt notant ibi scribentes.

Tertiò respondetur, quòd opinio Ioan. Andr. procedit in terminis suis, in quibus loquitur, videlicet quando promisit se obligaturum ad dandum decem, non quando promisit vendere, quæ promissio differt ab ipsa venditione, vt dictum fuit. Et ratio diuersitatis est, quia si promisit se obligaturum ad dandum decem, si diceremus non cogi præcisè, sed quòd soluendo interesse liberaretur, certè interesse esset de decem, vt ergo euitetur circuitus, dicendum per inde est, ac si esset obligatus ad decem, sed in casu nostro interest quòd potius sit promissio de vendendo quàm venditio: præcipuè propter ortum actionis, propter trãslationem dominij, & acquisitionẽ fructuum, iuxta tradita per doctores in l. ante nuptias. ff. solut. matr. ita Galiuol. in rubr. de verbor. obliga. num. 118. Alcia in l. 1. num. 22. versi. 3. facit, eod. tit. vbi
26 inquit, † quòd circuitus non euitatur quando interest contrahentium vt circuitus saluetur. l. si vsus fructus mihi. ff. vsufruct. quom. caue. vt in casu nostro: quia fortasse venditor mauult soluere interesse, quã vendere, quo casu liberatur, ex quo sumus in promissione facti, l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus, de verb. obligatio. quæ ratio cessat in casu Io. Andr. quia ille ibi promiserat de obligando se in centum, quod interesse statim est liquidum, cùm non possit esse minus centum. l. nummis. vbi Bald. de in lit. iur. Hermanodetus in l. 4. in §. Cato. nume. 141. & 142. in fi. de verb. obligat. Ruin. in dicto §. Cato. num. 23. versi. non obstat lex si quis ab alio. Gozad. in d. l. 2. nu. 32. C. de pact. inter empto. & vendito. Grammat. in dicta decis. 103. numero 188. vbi dicit, quòd si quis promiserit se obligare ad centum, licèt contra eum tanquam obligatum non possit agi, tamen ex promissione de obligando, qua tenetur ad interesse, tenetur ad centum, cùm onus stipulationis interesse non possit esse in plus: & sic nihil refert an sit obligatus ad promittendum, vel cẽseatur promisisse, quod secus est in casu nostro per rationem suprà adductam per Galiuol. Iacob. de Nigr. in l. 1. num. 103. de verb. oblig.

Vlteriùs non obstat, quòd si est factum pactum de retrouendendo, statim potest agi contra promittentem: quia respondetur, quòd contrarium tenuit Cagnol. in l. 2. num. 64. vbi concludit, quòd ille qui promisit facere pactum de retrouendendo, immediatè cogi non potest ad retrouendendum: quia aliud est facere promissionem de retrouendẽdo, & aliud retrouendere: quia ex primo actu solum datur personalis actio, vt ibi, & cõpetit ius non in re, sed ad rem, quod est debilius, secus ex retrouenditione, & ideo subdit in proposito, quòd non procedit id quod dicitur de inutili circuitu, cùm magna sit differentia & vtilitas, vnum potius, quàm alium ex dictis actibus facere. Item quia non compellitur præcisè vendere, sed liberatur præstãdo interesse: & ita obtinuit, vt refert Goza. in dicta l. 2. num. 17. vbi latissimè disputat articulum.

Præterea dicitur, quòd dato, quòd esset vera opinio cõtraria, illa posset procedere, quotiescunq; præcessisset contractus venditionis, & sequuta fuisset in continenti promissio de vendendo, secus si esset facta promissio simpliciter absque alio contractu precedenti: quia tũc verũ est dicere, quòd aliud est promissio de retrouendendo, & aliud retrouenditio, vt per Ruin. in l. 1. in prin. in 2. col. ff. de verb. obli. Sed in terminis nostris cum eo qui fecit promissionem de vendendo, nullus interuenit contractus præcedens venditionis, ergo. &c.

Secundò dicitur, quòd etiam dato, quòd istud esset pactum de retrouendendo, tamen quòd consuetudo Aragoniæ, quæ vult, quòd dictum pactum resoluat possessionem & dominium penes quemcunq; existat, nõ habet locum in isto casu, vbi pactũ prædictũ non fuit factum per Philippum della Caualeria rectorib. hospitalis beatæ Mariæ Cæsar-Augustanæ venditoribus dicti oppidi, sed domino Petro, & Ma-
27 riæ iugalibus de Samper, quo casu, † cùm pactum de retrouendendo propriè dicatur quando fit per emptorẽ venditori in instrumento venditionis coram eisdem testibus, notario, loco, & tempore, & sic incontinenti. Bald. in l. penult. §. mulier. ad fin. ff. solut. matr. & in l. 1. C. de oper. libert. Bart. in l. 1. §. 1. de duob. reis. Ideo consuetudo ipsa tanquam repugnans iuri
28 communi, † secundum quod ex solo pacto retrouenditionis, non transfertur dominium, neq; possessio sine noua traditione, vt per Bald. in l. ex placito. C. de iure dot. Paul. de Castr. in l. si à te. C. de pact. inter empto. & vendito. Alexand. in cons. 10. vol. 1. Cagnol. in l. 2. in vlt. notab. C. de pact. inter empto. & vendit. Ias. & alij in l. ab emptione. ff. de pact. Ruin. in consil. 32. col. penult. volu. 1. Cuma. in l. 1. in fin. de dona. vbi
* atteſtatur hanc esse *communem. † quia nuda volun-
29 tate non amittitur dominium, l. si quis vi. §. differentia, de acquir. pos. Alexand. in consil. 87. col. 2. versic. non obstat. volu. 6. non potest habere locum in casu
30 isto. Et ratio est, † quia consuetudo, quæ stricti iuris est proprios terminos non excedit, c. quòd ad translationem, vbi Abb. in vlt. notab. extra de offi. lega. Et
31 ideo dixit Bald. in l. fin. in vers. vnum aliud scias. C. comm. vtr. iud. † quòd consuetudo tantum habet de potentia & effectu, quantum habet de vsu: quia proprios facti, & vsus terminos non excedit. Aret. in con
32 sil. 44. in princ. quia † tantum debet esse præscriptũ, quantum possessum, l. 1. §. si quis hoc interdicto, vbi Bart. ff. de iti. actuq; priua. Curt. Iun. in cons. 171. col. 4. in fin. & Sen. in consi. 11. colum. 2. in fin. iterum Iun.
33 in consil. 6. num. 16. vbi dicit, † quòd consuetudo dandi in emphyteusim, in vno modo, qui est contra ius, non extenditur ad similem, iuxta notata per Bart. in auth. qui rem, in fi. C. de sacrosan. eccle. Et quòd consuetudo faciendi installationem certo modo vel certo loco, non extenditur ad alium modum vel locum
34 similem. Et ratio est, † quia consuetudo est pactum tacitum ciuium: nimirum si non extenditur, sicut nec pactum, l. si vnus. §. ante omnia. de pac. Bald. in c. 1. in fin. principij de feud. cogn. Rursus Curt. in consi. 55. num. 5. Dec. in cons. 483. num. 22. quod consuetudo, quæ est stricti iuris non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam. Aret. in consil. 132. col. 3. vers. non obstat. Ruin. in cons. 110. num. 7. volu.
35 5. vbi ait, † quòd consuetudo loquens de dote data, non habet locum in promissa: quia sicut non extenditur statutum ad hunc casum, vt per Bartol. in l. iubemus. in §. sanè. de sacrosan. eccle. ita nec consuetudo exorbitans secundum Bart. in l. post dotem. solu.
36 matr. dum concludit, † quòd opinio Martini approbata de consuetudine, & de qua in l. dos à patre. C. eo. quia est contra ius commune, locum solum habet in casu, in quo reperitur esse consuetudo, nec ad alium casum extenditur, Gozad. in consil. 90. num. 3. & 5. Galiuol. in l. centurio nume. 309. de vulga. & pupil. dixi ego Rolandus in cons. 32. num. 22. volu. 1. Ex his igitur dicẽdum videtur, quòd cùm dictum pactum de retrouendendo vigore dictæ consuetudinis Aragoniæ sit limitata, & locum tantum habeat, quando pactum prædictum fit venditori per emptorem eodem contextu cum emptione ac coram eisdem notatio, & testibus, & in eodem loco, & non quando se-

paratim & cũ minori pretio, quàm fuerit facta venditio, quòd consuetudo ipsa limitata solùm locum habere debet in casu, in quo obseruata fuit. Inno. & alij in c.auditis.de præscrip.Dec.in cons.72.colum.2. vers.& ista cónclusio.& non debet extendi de persona ad personam,vt dixi ego Rolandus in consil.meo 94.num.19.cum sequenti volu.2.& in specie sua probanda,vt per Oldra.& alios de quibus suprà.& hoc vt minus derogetur iuri communi, quàm sit possibile,iuxta notata in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.& in c.cum dilectus.de consuet. Nec habet obstare,si dicatur,quòd & si pactum ipsum de retrouendendo non fuerit factum venditori dicti oppidi, tamen fuit factum dictis dominis Petro & Mariæ iugalibus de Samper, qui dictæ venditioni consensefunt:quia respondetur, † quòd aliud est vendere, & aliud vendenti cõsentire,l.aliud,de reg.iur. ita quòd iura loquentia in vno casu, non habent locum in alio,l.si pater.§.fi.l.si minor, la j.ff. de manumiss. vind. Dec.in c.decernimus.nume.11.de Iud.Alex.in consil. 131.colum.2.vol.2.& in consil.112.in fin.vol.7. Et ideo dixit Bald.in l.2. quæst.20. C.de rescind. vend. quem sequitur ibi Pantha.de Crema,num.129. † quòd si tu rem meam vendidisti, me consentiente & participante pretium, tibi tantum competit beneficium d. l.2.quia tu propriè vendidisti,& non ego, per dictam l.si pater. Item videmus † simpliciter consentientem non teneri de euictione vt vendentem,l.exceptione. C.de euictio.nisi eum promittat vel se obliget. Inno. in c.si quis.colum.2.versic.item nota. de rebus ecclesiæ non alienan. Iaf. in l.quotiens ab omnibus. in 2. notab.C.de fideicomm.Ancha.in consil.76.in 4.dubio,ergo dicta consuetudo tanquam stricti iuris, vt dictum fuit,non potest extẽdi ad casum, in quo quis non vendiderit,sed venditioni consenserit,& maximè in dicto pacto non est facienda vis stante vinculo descripto in testamento Petri Fernandes de Vergua patris dictæ dominæ Mariæ Fernandes, & donatione facta per Petrum de Samper, & dominam Mariam eius cõiugem Beltrando della Nucca, à quo causam habuit d.Petrus della Nucca, quorum verba superfluum esse iudicamus referre cùm sint clara,& videri possunt.

Prætereà non obstat, quòd in instrumento fuerit facta mentio de pacto de retrouendendo,ponderando instrumentum prætensæ chartæ gratiæ in princ. ibi,vbi legitur,*queyo Phelippe della Caualeria Caualero, &c. Certificado de midrechio, &c. a torgo carta de gratia à vos los Magnificos messer Pedro Samper Caualero & de noble dona Maria Fernandes de Vergua coniuges.* Quia respondetur,† quòd ad iudicandum qualitatem contractus non sonus verborum, sed effectus rei inspicitur:quia † verba potius deseruiunt naturæ contractus,quàm natura verbis. Bald.in l.2. versic. sed iuxta hoc quæro. in fin. C.commoda. per text. in l.insulam.de præscrip.verb. per quem dicit idem Bal.in rubrica.C.de iure emphy.in quæst.j.& in fin.ipsius rubricæ, quòd siue in contractu siue in iudicio ponatur nomen vnius contractus & effectus alterius,iudicandum est secundum naturam illius contractus, cuius effectus ponitur, & nomen appositum, quod non conuenit effectui,habetur pro non appositio,allegat.l.sed si possessori.§. item si iurauero. ff. de iure iuran.Dec.in consil.164.num.3.in cons.413. colum.2. in consil.542.num.12.682. num. 12. Et ideo dicit Bald. in l.j.colum.2.vers.quid si notarius.C.de rer.permuta. † quòd si notarius scripsit permutationem, & in rei veritate sit venditio,statur naturæ rei & non verbo notarij: quia non attenditur nomen contractus, sed substantia,dicta l.insulam.& cum Bald.pertransit Dec.in consil. 160. col. j. facit quod inquit Imol. in c.ad audientiam,de reb.ecclesiæ non alienan.vbi inquit,† quòd si concedatur & transferatur omne ius sub certa annua pẽsione,vel mercede,quòd erit contractus censualis:& verbum pensio vel merces capitur & exponitur pro censu,& etiam subdit,† quòd si concedo rem in emphyteusim & omne ius quod habeo pro annua pensione, quòd adhuc erit contractus censualis,per capitulum constitutus, de religio. domib. & verbum in emphyteusim exponetur, id est,censualem concessionẽ, ex quo omne ius est concessum & translatum.sequitur Ruin.in cons.160.nu. 7.volu.j. sed in casu nostro effectus ipsius contractus correspondet promissioni de vendendo,& non pacto de retrouendendo, vt dictum fuit, ergo illa verba,charta gratię,non debent haberi in consideratione neque attendi.Paris.in con.20.num.62. vol.j.& in cons.78.num.10.vol.eod. vbi inquit, † quòd in obligationibus & contractibus potissimùm attendimus & consideramus mentem se obligantium & contrahentium,à quibus dependet tota substantia obligationis,l.j.in prin.ff.de pac.quia contractus & obligationes ab effectu potius & reipsa iudicantur, quàm ex verbis,l.si vnus.in princ.ff. loca.& in consi. 88. nu. 20. vol.eod. Tiraq.latè in tract.de retract.char. nobis 322.nu.7.& in fo.671.num.34.

Similiter non obstat, quòd don Sancius in libello loquutus fuerit de pacto de retrouendendo: quia respondetur, † quòd veritas & substantia rerum non immutantur hominum denominatione, l. si fortè. ff.de castr. pecul. vbi si quis non ex castris notus aliquid filiofa.donauerit, adieceritq; nominatim vt id habeat in castrensi peculio,tamen nõ censebitur tan quam castrense peculium. Veritatẽ enim,vt ibi subditur, spectamus, an verò castrensis peculij notitia vel affectio fuit,non quod quis finxit, l.cùm falsa.C. de iur.& facti igno.Cui⁹ verba ea sunt: cùm falsa demonstratione mutari substantia veritatis minimè possit, respondendo id quod paternum erat ex matris esse bonis nihil egisti.

Prætereà dicitur, quòd licèt don Sancius in libello deduxerit pactum de retrouendendo, quòd illa deductio nullo modo potest officere domino Petro della Nucca reo conuento, cùm actor ipse non probauerit pactum prædictum † quod erat fundamentum intẽtionis suæ,quam vnusquisque probare debet,l.actor. quod asseuerat. C. de proba.l.ei qui.ff.eo. tit.aliàs si eam non probat,succumbere debet,etiam si reus nihil præstiterit, l.qui accusare. C. de eden. & ideo cùm ipse don Sancius nihil penitus probauerit de ipso pacto tanquam temerè litigans debet in expensis condemnari. Nec etiam obstat quod Petrus della Nucca fecerit mentionem in scripturis suis de pacto de retrouendendo:quia respondetur,† quòd etiam si esset confessio illa, non potest obesse confitenti,constito de errore,l.non fatetur.ff.de confes & hoc intelligitur,siue sit error facti, siue iuris.Paul.de Castr.in l.si post diuisionem.C.de iur. & facti igno.& in dicta l.non fatetur. Dec.in consil.408.nu.5. & tantò magis hoc dicendum est in casu nostro,vbi sumus in casu.vbi tractatur de damno euitando, & probatur rem se aliter habere ex dicto instrumento promissionis de vendendo, & non de retrouendendo, de quo suprà,iuxta notata per Bart.in l.sed si me putem.in princ.ff.de cond.indeb.Alex.in consil.102. colum.penult.lib.j.Bald.in consil.99.lib.j. Dec. in cons. 350.colum.penult. in princ. dicit enim Alex. in dicto consil.102.colum.fin. † quòd error præsumitur, vbicunque apparet rem se aliter habere: vt si promittit aliquid tanquam debitum, & apparet, quòd non erat debitum:& hoc siue semel, siue pluries quis confessus fuerit se debere,& in consil.69.colum. j. in fin. volum.3.vbi † error in facto proprio est tolerabilis, quando tractatur de damno euitãdo, vt in casu nostro , & vbicunque probatur rem se aliter habere. Ruin.in cons.10.num.16.volum.3.vbi inquit,† quòd error in facto proprio amittitur & tolerabilis est, quando constat per instrumentum publicum rem aliter se habere:rursus in consilio 127. num.16.volu. eod.Paris.in consil.89.nume.37.volum.j.& in consil. vlt.nume.30. volum. eod. & quòd de errore dicitur constare, quando ex inspectione instrumenti constat rem aliter se habere. Alex.in consilio 81.nume.18. volum.6. quod equidem procedit, si dicta confessio facta fuit in iudicio: quia ex quo facta est in iudicio præparatorio, idem est, ac si esset facta extra iudicium: quia probando se rem aliter habere,præsumitur error,l.de ætate.§. qui iusto. cum glo. sua de interroga. actio. Barto.in l.non fatetur.colum.3.& pro ista parte facit tex.in l.cum falsa. C.de iur.& facti igno.† vbi falsa confessio veritatis apparentis substantiam nõ mutat. Et ideo,† quòd licèt qui ponit, censeatur fateri,

teri, quod positum est, Alex. in cons. 71. colum. j. vol. 3. adeò quòd non potest talem confessionem reuocare, tamen illud est verum, nisi quis doceat de errore, ita Maran. post. Spec. per eum citatum in tract. suo de ord. iud. in par. 6. in §. 46. actus. num. 6.

Circa alium articulum prima facie dicendum vi-
54 detur, † quòd exempla fidem non faciunt non exhibito originali. Bart. in l. 2. C. de fide instru. & in auth. si quis in aliquo, vbi alij. C. de eden. Ang. post glo. in §. nihil autem. col. 2. instit. de testa. doct. in c. fin. de fide instru. & ideo dicit Bart. in l. j. §. si quis duobus. de bo-
55 no. possess. secundum tab. † quòd ex sola exhibitione exempli quis non obtinebit possessionem rerum hę reditariarum ex remedio l. fi. C. de edic. diui Adr. tollen. Soc. Iun. in cons. 2. col. 2. in fin. volu. 2. Et ratio est,
56 † quia notario non creditur nisi de eis, de quibus est rogatus à partibus. §. nos autem. in authent. de tabel. coll. 4. & qui non potest rogari nisi de his, quæ fiunt à partibus: sed iste notarius, qui exēplauit instrumentum, non fuit rogatus à partibus, ergo, &c. ita Ias. in dicta authen. si quis in aliquo. col. 2. Vlteriùs dicitur,
57 † vt exempla fidem faciant, requiritur quòd in exemplatione interueniat citatio eorum, quorum interest, secundum Bart. & alios in dicta auth. si quis in
* aliquo. vbi Paul. de Castro dicit, ita communiter teneri. Alex. in cons. 101. col. 5. volu. 7. & in cons. 112. col. j.
58 vol. 4. vbi inquit, † quòd sumptum nullo facto edicto, aut citatione generali, nō releuat quando exemplatur priuilegium, etiam si de nullius certæ personæ præiudicio tractatur, ergo multò fortiùs quando persona est certa, debet citari, vt per Doct. in dicta auth. si quis in aliquo. vbi Curt. num. 15. inquit hanc esse communem opinionem. Card. in consil. 72. in 2. dub. & in consil. 101. in fi. Aret. in cons. 36. in fi. Alex. in cons. 106. vol. 5. Dec. in cons. 36. in princ. Soc. in consil. 120. col. j. vol. j. Craue. in cons. 132. in fin. Ruin. in cons. 14. num. 8. vers. non obstat etiam. vol. 4. cons. 88. in fi. & in cons. 92. num. 17. volu. eod. Et ideo inquit Card. in c. fin. de fid. instru. quòd per hoc reprobantur insinuationes instrumentorum, quæ quotidie fiunt parte non citata, quod inquit esse generale, siue instrumentum sit exemplandum, siue scriptura sit de archiuo sumenda, & quomodocunque exemplatio sit fienda, si pars cuius interest non sit citata, fidem non
59 facit: vt per Ruin. vbi proximè, vbi ait, † quòd exemplatis fidem non facit, nisi fiat de mandato iudicis, & iudex inspiciat & auscultet, an cum originali concordat, & pars de cuius interesse agitur, fuerit citata, & eò magis dicendum est, cùm exemplatio ipsa non appareat facta de auctoritate iudicis, vt requiritur, secundum tex. & doct. in c. fin. de fide instru. & doct. in d. auth. si quis in aliquo. Dec. in cons. 36. col. 2. vbi attestatur hanc esse communem. Paris. in cons. 12. nu. 39. vol. 2. Petr. de Vazo.

Præmissis tamen non obstantibus respondetur, quòd præmissa sententia, quæ loquitur de citatione,
60 locum non habet, quando † consuetudo non requireret citationem in exemplatione, secundum Bal. & Moder. in dicta auth. si quis in aliquo. vbi Anto. de Alexand. subijcit de consuetudine ita obseruari in regno Neapolitano. sequitur Curt. Iun. ibi in vers. secundò non procedit. Ruin. in consil. 150. num. 4. vol. 5. Mars. in l. de vnoquoque. nu. 83. de re iud. & in sing. 180. Alber. de Rosa. in l. de quibus, de legib. vbi Zas. num. 42. Bald. in l. quicunque. col. pen. C. de seru. fu-
61 git. vbi † consuetudo, quamuis contra ius commune debet ad vnguem obseruari. Aret. consil. 44. Cùm igitur dicta consuetudo seruetur in regno Aragoniæ, prout & dictum fuit in regno Neapolitano, ac etiam in hac patria Montisferrati, vtique dicendum venit, quòd cùm dicta exemplatio facta fuerit de auctoritate iudicis, quòd ad vnguem debet obseruari, & eò maximè cùm per partem aduersam non possit redargui de falso vigore consuetudinis Aragoniæ, in qua disponitur, quòd instrumentum semel redargutum de falso & approbatū, amplius redargui non possit vt in casu nostro, quæ quidem cōsuetudo tanquam lex obseruanda est, iuxta notata in l. omnes
62 populi. ff. de iust. & iure. † nam magna est vis consuetudinis, cùm sit fortior statuto, teste Calca. in consil. 3. col. 12. & Craue. in tract. de antiqui. temp. in princip.
63 nu. 39. quod etiam procedit de iure communi, † quia semel accusatus vel inquisitus, non potest de eodem delicto ampliꝰ accusari & inquiri, vbi semel fuit absolutus, nisi per præuaricationem fuerit absolutus, l. si cui. §. eisdem. ff. de accusa. l. j. §. fin. cum ibi nota. ff. naut. caup. stabu. cap. de his, de accusa. Ang. de Aret. in tract. malef. in verb. Et ad querelam. nu. 90. vers. subsequenter quæro, cum sua adiectione. Et latè in d. c. de his. Alex. in cons. 11. circa j. dubium, 5. dub. lib. j. Dec. in cons. 137. Consideratis omnibus in prin. & in l. bona fides. ff. de reg. iur.

Vltimò ad sententiam interlocutoriam respon-
deri potest, quòd salua auctoritate tātorum virorū, non erat per eos interloquendum seu pronuntiandum indistinctè, Ludouicum della Nucca non posse se iuuare de originali testamento ibidem in dicta sententia nominato, cùm illud non esset penes eum, nec per eum steterit quominus exhiberetur in iudicio: nam si semel fuisset penes partem della Nucca, hoc̄ posset constare, vtique in eius odium potuisset per prædictos patres ita interloqui, sicuti etiam
64 videmus, † quòd quando quis habuit penes se instrumentum, quod non vult exhibere, iudex potest statim declarare, standum esset extracto ex originali in odium ipsius nolētis exhibere, vt per Dec. in d. auth. si quis in aliquo. Bald. in l. publicati. quæst. 8. C. de testa. Et tantò magis ista pronuntiatio reducenda est ad terminos iuris, si paratus est Petrus della Nucca iurare se non habere facultatem illud producendi, nec scire vbi extet, iuxta notata in l. fin. C. de fide instru. & in c. fin. eod. tit. & ideo reformanda esset dicta pronuntiatio, cum declaratione, quod quatenus instrumentum exhiberetur in futurum, quòd posset dictus Petrus della Nucca eo se iuuare, nā quodammodo derisorium est & contra omnem æquitatem naturalem, dicere, quòd ex eo, quòd quis non exhibuit instrumentum, quod non erat in facultate sua exhibendi, non debeat posse se illo iuuare si in futurum contingeret illud reperiri non posse, sicut in simili dicit Corn. in cons. 223. colum. 5 volu. 2. vbi in-
65 quit, † absonum esse & ab omni iure alienū & quodammodo derisorium dicere, quòd non habens facultatem exhibendi protocollum magis, quàm pars debeat arctari ad illud perquirendum & extrahi faciendum: dixi ego Rolandus in cons. 44. num. 8. vol. j. Nam conscientiæ non conuenit, secundum quam debent iudicare prædicti excellentissimi patres iuxta doctrinam Bald. in l. j. C. vt quæ des. aduocat. per. iud. supl. & qui si aliter facerent secundum Theologos teste ibi Barto. peccarent, quod quis in futurum non possit se iuuare de eo, quod nunc non est in facultate sua exhibere. Ex his igitur, quę abundè suprà dicta fuerunt, concludendum esse arbitramur, omnem iustitiam, æquitatem̄ militare in fauorem dicti domini Petri della Nucca fideicōmissarij, consuetudinem̄ Aragoniæ, charta de gratia, in præsenti casu locum non habere, & don Sancium Peres de Pomar, tanquam temerè appellantē in expensis condemnandum esse.

Rolandus à Valle Præses Senatus Montisferrati, & Marcus Antonius Natta Primarius Senator ipsius status.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXX.

1 *Difficile est aliquid terminare, antequā termini quæstionis intelligantur.*
2 *Ius oritur ex facto.*
3 *Moderator & arbiter vnusquisq; est rerum suarum.*
4 *Fideicommissum absolutum vnusquisq; facere potest super bonis suis.*
5 *Et etiam in casu contrauentionis alienationis.*
6 *Testator potest in sua dispositione adimere hæreditatē cui dedit, & ab ipso eam reuocare, & apponere pœ-*

nam priuationis inobedièti, ad commodum alterius inobseruantis.

7 Præceptum honestum testatoris spernens, efficitur ei odiosus.

8 Testator quando facit aliquam simplicem dispositionem & puram, tunc in ea non veniunt nisi vocati nati & concepti tempore mortis testatoris, declara vt infra.

9 Relictum si est factum familiæ vel cognatis, ad quod omnes vocantur ordine successiuo, in eo admittuntur solùm illi, qui nati vel concepti erant tempore testamenti, vel saltem tempore mortis testatoris.

10 Dispositio testatoris quando est collata in aliquem incertum futurum euentum, tunc etiam veniunt qui reperiuntur in rerum natura, tempore quo dies relicti cedit. declara vt infrà.

11 Substitutio facta de filijs alicuius, locum non habet in filijs, qui non erant nati tempore quo substitutio locum habuit.

12 Asserens casum, de quo agitur includi sub substitutione, debet illum ostendere.

13 Verba, tali casu, sunt limitatiua dispositionis præcedentis, & restrictiua.

14 Verba, & eo casu, limitant fideicõmissum, ita vt non trahatur dispositio testatoris extra illum casum.

15 Dictio, tunc, operatur vt dispositio non extendatur ad alium casum, quàm expressum.

16 Dictio, tunc, importat quod eo casu.

17 Consuetudo, per quam inducitur modus vel solennitas ex qua transferatur possessio in rei in aliquem sine apprehensione corporali, valet.

18 Actus defunctorum non possunt esse in pendenti, sicut actus viuentium.

19 Concepti & nati post mortem testatoris, etsi ad legatum factum cognatis non admittantur, tamẽ secus est si de contraria voluntate testatoris appareat.

20 Fideicommissum quãdo est relictum posteris maribus, ex dictis verbis dicitur facta inter eos substitutio ordine successiuo, & hoc casu non tantùm dicuntur vocati nati, vel concepti tempore testamenti, sed etiam concipiendi & nascituri quandocunque in futurum.

21 Banniti si sint aliqui & eorum posteri, etiam nati post mortem eorum, censentur in banno comprehensi.

22 Legatum si fit descendentibus, in eo veniunt & nati, & nascituri quandocunque.

23 Prohibitiones alienationum rerũ immobilium, secundum communiter accidentia fiunt fauore consanguineorum.

24 Verbum, consanguineus, importat idem quod agnatus.

25 Verba, de nomine meo, & de armis meis, significant de familia vel domo mea.

26 Verbum, de Gratis significat agnationem, sicut verba, de domo.

27 Verba inter consortes de Tauellis, idem important, ac si dictum fuisset, inter consortes de domo vel agnatione de Tauellis.

28 Idem est dicere de domo illorum de Bardis, & dicere, si quis de Bardis.

29 Testator habẽs filios masculos, si eos hæredes vniuersales instituit, & filias in modica quantitate, quæ tamen ab intestato non erant excluſæ, hoc præsumitur præcisè fauore masculorum & agnationis.

30 Statutum disponens, quòd extantib. masculis, fœminæ non succedant, censetur factum fauore agnationis.

31 Legatum factum duobus antiquioribus de domo, extenditur ad antiquiores in infinitum.

32 Sermo quamuis impleatur in primo actu, tamẽ hoc est verum, quando primus actus consumat effectum secundum intentionem loquentis, aliàs intelligitur etiam de vlteriori.

33 Procurator constitutus ad appellandum, poterit appellare nedum semel, sed bis.

34 Testator quando digreditur ad tot gradus, ita quòd non sit verisimile, quòd cogitauerit de conceptis in vita, admittuntur & concepti ac nati post mortem testatoris.

35 Res vbi est prohibita alienari extra familiam, si alienetur, poterunt hi, qui sunt concepti post alienationem eam reuocare, etiam si cæteri omnes, qui erant eius familiæ, tempore alienationis ipsi cõsensissent.

36 Exemplum habetur quod testator expressisset, si de eo cogitasset.

37 Prouisio facta in vnum casum, porrigitur ad alium, in quem testator similiter prouidisset, si de eo cogitasset.

38 Mens testatoris in vltimis voluntatibus, tanquam regina obtinet primum locum.

39 Hæredum appellatione veniunt omnes in infinitum.

40 Prohibitio facta hæredi, qnando non est facta nomine proprio, comprehendit etiam hæredem hæredis.

41 Testator si prohibendo nominauit hæredem, dicendo, prohibeo te ne alienes, talis alienatio non porrigitur ad hæredem hæredis.

42 Dictio, quilibet, vniuersalis prolata ab homine, nõ recipit restrictionem, sed augmentum.

43 Feudum, quod de sui natura non transit ad extraneos hæredes propter dictionem, quibuscunque, trãsit ad ipsos.

44 Dictionis, quilibet, natura est distributiuè & separatim versari per omnes, & ipsos comprehendere distributiuè & separatim.

45 Absurdum omnino fugiendum & euitandum est.

46 Inducta ad conseruationem, non debent operari contrarium effectum.

47 Testator quando parem habuit affectionem ad omnes de agnatione, et sic tam ad natos, quàm nascituros, dispositio sua trahitur ad omnes de agnatione in infinitum.

48 Nomen familiæ in vniuersali, etiam futuros comprehendit.

49 Substitutio facta in vnum casum, etiam cum dictione, tunc, & ad alium similem casum porrigitur ex mente & ratione testatoris.

50 Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis.

51 Dispositio testatoris non solùm quando est dictio tunc, sed etiam & eo casu, quæ quidẽ verba sunt gemmata, attenta eius mente, ita habet locum in non natis sicut in natis, & mortuis.

52 Voluntas testatoris magis attendi debet, quàm propria significatio verborum.

53 Intentio enim non verbis, sed verba intentioni deseruire debent.

54 Menti testatoris vt deseruiatur, debemus offendere verba.

55 Præponendæ enim sunt sententiæ verbis, sicuti anima corpori.

56 Verba se habent vt corpus, & superficies, & mens se habet vt spiritus & anima.

57 Mentem testatoris conecturatam vbi habemus, recedimus à vi coniunctionis verbalis.

58 Substitutus, qui venit ex expressa dispositione testatoris,

toris, licèt regulariter præferatur coniuncto, tamen ex præsumpta mente testatoris coniunctus præfertur substituto.

59 *Lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem.*

60 *Mens enim est radix verborum & eius substantiæ prima, & cor est imperator linguæ, & habet eam sicut mancipium sub iurisdictione sua.*

61 *Bona vt conseruentur in agnatione, restringuntur verba testamenti vel statuti contra propriam significationem verborum.*

62 *Præceptum testatoris iustum non seruans, transfert omne commodum in illum, quem in tali casu vocauit testator.*

63 *Voluntatem testatoris non seruans punitur, & priuatur omnibus sibi relictis, & omni emolumento.*

64 *Verbum, teneatur, est præceptiuum, & obseruationem inducit.*

65 *Fideicommissum quis non consequitur, nisi conditionem, super qua vocatur, adimpleuerit.*

66 *Relatiuum iunctum cum verbo futuri temporis, importat conditionem.*

67 *Conditio nihil ponit in esse antequam impleatur.*

68 *Recusans adimplere voluntatem testatoris, quam poterat faciliter adimplere, cùm esset in eius potestate eam obseruãdi, videtur noluisse habere nec consequi fideicommissum.*

69 *Instituti non seruantes conditiones & præcepta testatoris priuãtur hæreditate, & faciunt locum substituto.*

70 *Et adeò ius est ei quæsitum, taliter quòd non est locus pœnitentiæ, nec mora potest purgari.*

71 *Funiculus duplex potentius ligat, quàm simplex.*

72 *Prohibitio hominis quotiescunque concurrit, tunc in casibus exceptis à iure, & in quibus prohibitio legis non habet locum, prohibitio hominis operatur & effectum sortitur.*

73 *Proximitas testatoris prohibentis alienationem attenditur, non autem defuncti.*

74 *Fideicommissum si est factum proximioribus de cognatione, seu familia, intelligitur de proximioribus testatoris, & non hæredis.*

75 *Testator si iubet simpliciter in familiam relinqui, intelligitur de familia testatoris.*

76 *Testator si dixit, volo quòd domus mea remaneat semper ad vsum & habitationẽ vxoris meæ, & post mortem ad ipsius hæredes & successores, verba ipsa intelliguntur de hæredibus & successoribus testatoris.*

77 *Substitutio facta de eius filijs, intelligitur de filijs testatoris, non autem hæredis.*

78 *Pronomina, ista, suum, meum, quando non constat, ad quem magis referantur, an ad testatorem, an ad hæredem, in dubio referuntur ad personam testatoris, & non hæredis.*

79 *Res subiecta restitutioni fideicommissi sub conditione alienata, & si pendente cõditione alienatio teneat, tamen existente conditione resoluitur vt ex nunc, et transfertur dominium in eum, in quem testator voluit deuenire.*

CONSILIVM LXX.

1 VOniam †quodammodo impossibile est aliquid terminare antequam termini quæstionis intelligantur iuxta l. Domitius Labeo. ff. de testa. l. vt respõsum. C. de transact. Ideo præmittam seriem facti præsentis consultationis,

2 †ex quo ius oritur, l. fi ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. Aquil. Illustriss. quondam don Franciscus de Arynio, dominus de Canabas & Figueruelas suũ vltimum condidit testamentum, in quo hæredem vniuersalẽ instituit posthumum nasciturum ex vxore sua Catherina de Mur, sub his verbis: Omnia autem reliqua bona mea mobilia & immobilia, iura & actiones mihi pertinentia, ac pertinere valentia ex quacunque causa, via, aut ratione, relinquo posthumo, quem vxor mea prædicta habet in ventre, si masculus erit ipse posthumus, quem ordino & mando esse hæredem meum, cum conditionibus tamen & vinculis infrascriptis, videlicet, quòd dictus posthumus aut quicunque alius hæres aut successor meus non possit vendere, alienare, aut transportare dicta loca, aut aliquem illorum, etsi faciet, talis venditio, alienatio, aut trãsportatio, sit ipso facto nulla, & inualida, & nihilominus amittat dictam hærentiam, & successionem, quæ perueniat ad propinquiorẽ consanguineum de meo nomine, & de meis armis, qui in tali casu reperietur, qui quidem cum eadem conditione teneatur acceptare dictam hęreditatem meam, & illum volo & ordino hęredem meum esse vniuersalem: & si dictus posthumus non erit filius, aut si erit filius, & sine filijs masculis legitimis, & de legitimo matrimonio morietur, in quolibet casuum prędictorum substituo, & hæredem mihi instituo don Galcerandum de Arynio fratrem meum, cum conditionibus supradictis. Accidit posteà, quòd mortuo ipso don Francisco testatore, Catherina eius vxor peperit filiam vocatam Guiomaram. Vnde Galcerandus ex substitutione successit, qui exinde vendidit Castra de Canabas, & Figueruelas don Petro de Vaca. cui venditioni propinquiores agnati, qui tunc erant in rerũ natura, videlicet Petrus, Ioãnes, & Franciscus de Arynio cõsenserunt, posteà per multos annos Castra ipsa emptor possedit. Euenit deinde, q. d. Galcerãdus genuit don Emanuelem, qui à filijs emptoris vendicare cepit ipsa castra, tanquam propinquior consanguineus venditoris, & testatoris, & de eius nomine & armis, excipientibus dictis filijs Emanuelem non fuisse conceptum tempore dictæ venditionis & contrauentionis, nec etiam tempore approbationis factę per d. don Petrum, Ioannẽ, & Franciscum, & quòd testamentum vocat tantùm propinquiorem cõsanguineum, qui in tali casu reperietur, id est, qui erit in rerum natura tempore ipsius contrauentionis. Tandẽ Emanuel per trãsactionem renũtiauit in fauorem don Alphonsi ab Aragonia, qui iura reorũ emerat, & ei omnia iura & actiones suas cessit. Istis sic peractis don Emanuel genuit don Frãciscum de Arynio, qui mortuo patre litem instituit contra Illustr. don Martinũ ab Aragonia d. Alphonsi filium tanquam vocatus ad ipsa Castra ex capite renuntiationis & cessionis paternæ quasi ex noua alienatione seu contrauentione, asserens genitorem suum exinde se vocatos fuisse quandocunque nascerentur. Contra, opponit Martinus scilicet, nec Emanuelem, nec ipsum actorem natos fuisse nec conceptos tempore dictarum alienationum & contrauentionum, & vltra, quòd si Emanuel fuit vocatus ex contrauentione patris sui, & approbatione facta per memoratos Ioannem, Petrum, & Franciscum, tamen tempore contrauentionis Emanuelis, viuebãt alij agnati dicti testatoris, qui fuerunt vocati ex contrauentione Emanuelis, & non actor, qui diu post natus & conceptus fuit. Per actorem replicatur, quòd statim natus vocatus fuit, licèt tempore dictæ renuntiationis non esset conceptus, cùm omnes agnati testatoris & masculi de suo nomine & armis, amplius non essent in rerum natura, & nullus masculus de nomine & armis prædictorum in rerum natura supersit nisi ipse actor. Modò dubitatur, quis iustius ipsorum induat arma. Stante igitur præmissa dispositione testamentaria, de qua minimè venit
3 dubitandum, cùm in iure absolutum sit, † vnumquemque esse moderatorem, & arbitrum rerum suarum. §. disponat. in authent. de nupt. coll. 4. l. j. C. de sacrosanct eccles. l. in re manda. C. mand. Paris. in consilio 72. numero 3. volum. j. & in consilio 24. nu-
4 mero 45. volumine 5. † & super illis ordinare fidei-

commissum absolutum. toto tit. ff. & C. ad Trebell. Bartol. & alij in l. Centurio. de vulg. & pupil. Paris. in
5 cons. 2. in fin. volum. j Et † etiam in casu contrauentionis alienationis. gloss. in verb. filijs. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. eo. tit. & eò magis quando cum pœna facta fuit prohibitio alienationis, quæ reddit ipsam validam secundum * communem, vt per Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. col. 4. & ibi Aret. colum. 3. ff. de verb. oblig. Ruin. in cons. 128. num. 12. vol. j 208. nu. 17. vol. eo. in con. 76. num. 6. vol. 2. cons. 110. col. 3. & 113. in princ. volu. eod. Paris. in
6 cons. 17. col. j. in fin. vol. 3. vbi asserit hanc esse commu nem. Nemini enim dubium est, † testatorem posse in sua dispositione adimere hæreditatem illi, cui dedit, & ab ipso eam reuocare, & apponere pœnam priuationis inobedienti ad commodum & beneficium alterius obseruantis, vt in l. vnica. C. de his qui pœn. nom. vbi Bald. colum. 3. in 5. oppo. & Corn. in princ. dicunt hoc totum dependere à voluntate testatoris tam respectu priuationis quàm translationis, vt per scriben. in §. fi. instit. de lega. text. est. vbi notât omnes
7 in c. Raynaldus, de testa. Etenim † testatori odiosus efficitur qui spernit ipsius præceptum honestum Alex. in cons. 136. colum. fin. volum. j. Paul. de Castr. in cons. 197. in fin. volum. 2. Paris. consil. 19. num. 57. & 138. volum. 2. cons. 91. num. 54. volu. eod. & in consil. j. num. 66. volum. 3. Et quia huiusmodi consultatio satis ardua est, super qua multa colloquia habita fuerunt inter illustrem dominum Marcum Antonium Nattam & me consulentes requisitos parte dicti domini Francisci actoris, ac sæpius habita matura consideratione super allegationibus editis in fauorem Illustrissimi don Martini de Aragonia Ducis Villæ Hermosæ Comitis Ripacurtiæ per integerrimos iurisconsultos de Grado, de Pinello, Azpiluetam de Costa, de Leuata, & iterum super alijs editis in fauorem don Francisci de Arynio per excellentissimum Peraltam: necnon diligenter perspectis votis Illustr. dominorum iudicum cum eorum motiuis, licèt iam firmatum esset, & conclusum inter nos vnicum tantùm consilium facere, tamen, quia magnificus solicitator d. dom. Francisci desiderat à nobis responsum habere separatum, ideo vt voto ipsius satisfactum sit, fuimus contenti morem ei gerere. Negare tamen non possumus, quin in substantia argumenta vnius erunt & alterius. Deueniendo igitur ad rem, quia viam ferro aperit, qui per contraria scandit. Bald. in l. precibus. C. de inspub. & alijs substi. Cur. Sen. in consil. 78. in princip. ac altercando & disputando veritas magis elicitur. l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & hono. Primò arguam in fauorem d. Illustr. don Martini, demum fundabo intentionem Illustr. don Francisci: vltimo verò loco confutabuntur omnia allegata in contrarium.

Primò etenim cõtra dictum don Franciscum in-
* surgunt duæ conclusiones * ab omnib. receptæ, quo-
8 rum prima est, † quòd quando testator facit aliquam simplicem dispositionem & puram, tunc in ea non veniunt nisi vocati, nati, & concepti tempore mortis testatoris, tex. est in l. j. §. sciendum. ff. de suis & legit. hæred. vbi legislator inquit, suos quidem posse succedere, si tempore mortis testatoris saltem concepti fuerint, l. Titius. eo tit. ibi, quia post mortem aui nepos concipitur, is neque legitimam hæreditatem eius tanquam suus hæres, neque bonorum possessor, neque tãquam cognatus bonorum possessionem accipere potest: quoniam lex duodecim tabularum illum vocat ad hæreditatem, qui tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, in rerum natura fuerat, l. quis filio ex hæredato. in princ. & ibi Bart. ff. de iniust. rupt. testa. vbi dicitur: sed hoc ita si aui mortis tẽpore in vtero nepos fuerit, cæterùm si posteà conceptus fuerit, Marcellus scribit, neq; vt suum, neque nepotem, aut cognatum ad hæreditatem vel bonorum possessionem admitti posse: idem tradunt Cy. Bald. Sali. Paul. de Castr. & alij in l. si quis filium. C. de inoff. testa. vbi volunt nepotem, qui post mortem aui conceptus est, ei non succedere. Et ideo videmus,
9 † quòd si factum est relictum familiæ vel cognatis, ad quod omnes vocantur ordine successiuo, admittuntur solùm illi, qui nati vel conceptierãt tempore testamenti, vel saltem tempore mortis testatoris, l. cùm ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. iunct. l. si cognatis. ff. de reb. dub. Ruin. in cons. 158. nu. 15. ver. non obstat quoque. vol. 2. & in cons. 143. num. 10. volu. 2. & in cons. 143. num. 10. vol. 3.

10 Secunda est conclusio, † quòd quando dispositio testatoris est collata in aliquem incertum futurum * euentum, tunc veniunt etiam qui reperiuntur in rerum natura tempore quo dies relicti cedit, ita Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in rubr. de testa. col. pen. versi.
11 Item Lambertinus. vbi concludit, † quòd substitutio facta de filijs alicuius, locũ non habet in filijs quĩ non erant nati tempore quo substitutio locum habuit: quia cùm illo tempore non sint in rerum natura, habentur pro non scriptis, l. j. §. & cum triplici. C. de cadu. tol. Alex. in cons. 26. col. fin. vol. 3. Cur. Iun. in cons. 111. nu. 19. Dec. in consil. 38. col. 4. 217. in fi. 253. col. fi. 445. nu. 20. vers. non obstat quod dom. Aluisia. 468. col. pen. vers. & dom. Aluisiæ. & in cons. 498. num. 19. Paris. in cons. 31. nu. 41. volum. 2. 36. col. 3. in princ. 41. nu. 20. 83. colum. 2. in fi. & in cons. 88. col. pen. in princ. vol. eo. Ruin. in cons. 100 num. 5. vol. 2. cons. 119. num. 10. 158. col. pen vol. eo. & in cons. 143. nu. 10. vol. 3. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 105. & 112. de lib. & posthum. Sed in casu de quo agitur d. don Franciscus actor, nec etiam eius pater Emanuel, non erant nati nec cõcepti tempore alienationis factæ per don Galcerandum patrem & auum respectiuè ipsorum dom. Emanuelis & Francisci, ergo ad reuocationem alienationis prædictę ipse don Franciscus actor tanquam non vocatus admitti non debet. Nam contra eum dici potest, præsens fideicommissum de te non loquitur: si vis dicere contrarium, proba. Nam in fideicommissaria vẽdicat sibi locum regula & doctrina, quæ vult, semper hoc dici posse, hoc casu non lo-
12 quitur substitutio, † & qui asserit hunc casum includi, ostendere id debet. Gozad. in cons. 21. nu. 8. cons. 19. nu. 13. & 59. in princ. Soc. Iun. in cons. 153. col. 3. volu. 2. in cons. 64. nu. 14. vol. 3. cons. 75 num. 8. 100 num. 18. vol. eod. & in cons. 111. nu. 17. volu. j. Craue. in cons. 161. num. 16. Ceph. in cons. 67. nu. 27. vol. j. Et tantò magis hoc dicendum venit in casu præsenti, vbi in casu contrauentionis testatoris vocatur propinquior consanguineus, qui in tali casu reperietur. Nam sunt ponde-
13 randa † illa verba tali casu, quæ sunt limitatiua dispositionis præcedentis, & restrictiua. Paris. in consil. 92. nu. 11. vol. 2. Dec. in cons. 336. nu. 2. in fin. vbi inquit,
14 quòd illa verba, † eo casu, limitant fideicommissum, ita vt non trahatur dispositio testatoris extra illum casum, & in consil. 173. col. fin. vbi illa verba, eo casu, restringunt dispositionem præcisè ad casum expres-
15 sum. facit in simili quod dicitur de dictione, † tunc, quæ pariter operatur, vt dispositio non extendatur ad alium casum, quàm expressum. Rom. in cons. 131.
16 Dec. in cons. 63. colum. 2. † nam dictio ipsa, tunc, idem importat, quod eo casu. glo. in l. Gallus. in princip. in verb. tunc. de lib. & posthum. & ibi Ang. colum. 7. vbi exponit dictionem, tunc, id est, eo casu, vel eo tempore. Vlteriùs dicitur, quòd si ratione contrauentionis don Galcerandi & aliorum consentientium ius alicui propinquiori agnato competere potuisset pro reuocatione alienatorum, illud competijt don Gaspar de Arynio, qui viuebat tempore dictarum alienationum, & non don Emanueli, nec Francisco actori, qui non erant in rerum natura, nec concepti tempore dictarum contrauentionum: qui quidem don Gaspar dictum ius fideicommissi, quamuis nõ agnati, vigore consuetudinis Aragoniæ transmisit in filios, quæ cùm obseruetur, perinde est, ac si de iure permissa sit, Cagnol. in l. fauorabiliores. sub num. 14. de regul. iur. Ceph. in consil. 57. num. 5. volum. j. quamuis regulariter sit secus, vt est text. apertus in l. quoniam sorori. C. de iure delib. vbi notant omnes, Bar. & alij in l. ventre. de acqui. hæred. & in l. municipata. C. qui admitti. Rui. in cons. 161. num. 14. volu. 4. sicut etiã in simili videmus valere † consuetudinem,
17 per quam inducitur modus vel solennitas, ex qua transferatur possessio rei in aliquem sine apprehensione corporali, text. est quem Abb. ibi dicit singularem in ca. 2. de consuetud. Roch. de Curte. in tract. de consuet. num. 167.

Secun-

Secundo facit: nam per alienationem factam per dictum don Galcerandum fuit translatum dominium in emptorem, ex quo non est in rerum natura
18 ille, qui dicitur vocatus: quia dominium non potest stare in suspenso. l. fin. in fin. ff. comm. prædio. vbi † actus defunctorum non possunt esse in pendenti, sicut actus viuentiũ: nato ergo postmodum alio consanguineo, non potuit dominium emptori semel quæsitum ab illo abdicari, & ad illum reuerti per impotentiam testatoris, qui hoc facere non potest. arg. l. Stichus seruus. ff. de stat. lib. & per notata per Bart. in l. filius familiâs. §. diui, de leg. 1. quando opponit de illa lege & soluit.

His tamen, & alijs similibus non obstantibus sententiam contrariam tanquàm veriorem, & magis consonam menti testatoris amplectendam fore arbitror, videlicèt, ꝙ prædictus don Franciscus actor tanquam vocatus ex testamento prædicti quondàm domini Francisci senioris admitti debeat ad reuocationem alienationis de qua agitur, quod probatur ex infrascriptis. Quoniam, etsi approbatæ sint con-
19 clusiones de quibus suprà, † ꝙ in dispositione simplici testatoris & pura, non admittãtur nisi nati tempore testamenti vel tempore mortis testatoris, vel in dispositione collata in aliquem incertũ futurum euentum, nisi hi qui reperiuntur nati vel concepti tempore quo dies relicti cedit, per iura & decisiones suprà relatas, tamen ipsę limitantur locum non habere vbi de contraria mente testatoris apparere potest: ita glo. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Rui. in cons. 22 col. 2. in fin. vol. 2. & in cons. 128. col. pe. in fi. vol. eod. hinc dixit Soc. in l. si cognatis, col. 16. versic. quarta & vltima conclusio. ff. de reb. dub. ꝙ etsi ad legatũ factum cognatis non admittantur concepti & nati post mortem testatoris, tamen istud fallit, si de voluntate testatoris appareat, ꝙ etiam nati post mortem veniãt in infinitum, vt in d. §. in fideicommisso. Et ideò videmus, ꝙ si factum est legatum posteris, ꝙ veniunt omnes. arg. l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de grad. & per Soc. vbi suprà. quia quando posteris relinquitur, apparere videtur de mente testatoris ꝙ concipiendi admittantur. Rui. in cons. 77.
20 nu. 9. vol. 3. vbi ait, † quòd quando fideicommissum relictum est posteris maribus, ex dictis verbis dicitur facta inter eos substitutio ordine successiuo. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & hoc casu non tantum dicuntur vocati nati vel concepti tempore testamenti sed etiam concipiendi, & nasciturí quandocunq; in futurũ, propter illud verbum posteris, quod omnes includit per d. §. parentes. iterum in cons. 168. nu. 8. & 164. nu. 3. vol. 3. ac alijs consilijs suprà citatis. Paris. in cons. 20. nu. 12. vol. 1. & in cons. 88. nu. 13. vol 2. Cui sententiæ accedit, quod voluit Bart. loquens in materia
21 pœnali in l. item prætor. ff. de suis & legit. hered. dum vult † quòd si aliqui sint banniti, & eorum posteri, ꝙ etiam nati post mortem eorum censentur in banno
22 comprehensi. & Bar. sequitur Rui. in cons. 164. nu. 4. vol. 3. Item videmus † quòd si fit legatum descendentibus, quorum appellatione veniunt omnes in infinitum. l. fi. C. de suis & legit. hæred. in auth. de hæred. ab intesta. in prin. coll. 9. ꝙ veniunt omnes nascituri. Soc. vbi suprà. Rui. in d. cons. 164. nu. 3. vbi vult, ꝙ ex hoc quòd testator descendentes vocauit, & sic per verbum sub quo ex propria significatione tam nascituri quandocunq; comprehenduntur, quàm iam nati de mente testatoris, ex hoc dicitur cõstare, quòd omnes in infinitum, & sic etiam natos post mortem suam voluit vocare, inquiens quòd istud etiam præsupponit Raph. Cuma. in d. §. in fideicommisso, dum dixit quòd si testator instituisset filium vel fratrem, & eius descendentes, & sic in infinitũ, quòd dicerentur vocati secundum gradus prærogatiuã, & sic præsupponit quod per institutionem factam descendentibus, illi dicantur in infinitum vocati, & sic etiam nati post mortem testatoris. Dec. in consil. 39. col. 4. vers. tertio. Paris. in d. cons. 20. nu. 11. & 88. nu. 12. Si ergo in prędictis casibus constare dicitur de mente testatoris quando legatum est purum, vtiq; dicendum venit in casu, de quo agitur quamuis conditionali, vbi testator vocauit proximiores agnatos ad fideicõmissum in casu contrauentionis, non ratione personarum suarum, sed principaliter occasione agna-
23 tionis. Quod patet primò, † quia secundum communiter accidentia prohibitiones alienationum rerum immobilium fiunt fauore consanguineorum.
24 Rui. in cons. 110. nu. 10. vol. 2. item ex illo verbo † consanguineum, quod importat idem, quod agnatum, l. quidam. §. quod dicitur, vbi Alex. col. 3. ff. de acqui. hęred. Ruin. in consil. 15. colum. 3. vol. 3. Curt. Iun. in
25 consi. 46. num. 4. item & per alia verba subsequentia † de nomine meo, & de armis meis, quæ significant de familia vel domo de Arynio. glos. in verb. vestro, in l. pater. in §. fundum, de lega. 3. Bar. in l. is qui cùm plures, de leg. 3. Alex. in consil. 125. colum. 2. vol. 7. facit quod scribit Ruin. in consil. 110. num 14. volu. 2. vbi
26 concludit † quòd verbum de Gratis, significat agnationem, sicut verba de domo. l. 1. in prin. ff. ad Sileya. Bart. & alij in l. fin. C. de verb. sign. Ang. Imol. & Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus. col. fin. ff. ad Treb. Rursus in consil. 24. nume. 5. vol. eod. vbi dicit, quòd illa
27 verba inter consortes † de Tauellis, idem important ac si dictum fuisset inter consortes de domo, vel agnatione de Tauellis, secundùm Bart. in l. pronunciatio, in fin. ff. de verb. sign. dicentem idem esse
28 dicere † de domo illorum de Bardis, & dicere si quis de Bardis. Alex. in consil. 125. colum. 2. vel vltima. vol. 7. vbi tradit, quòd hæc denominatio de Gherutijs, de Bardis, vel de Vbaldinis & similia, important nomen domus vel familiæ, siue identitatis sanguinis. Cùm igitur per dictam prohibitionem testator habuerit respectum ad agnationem suam, prout quando loquitur de posteris, vel descendentibus, & occasione illius ipsam fecerit, non habita consideratione ad personas, vt patet, quia eas non nominauit, & agnatio in genere ad quam testator respexerit tam per nascituros quàm per iam natos cõseruetur, meritò dicendum videtur testatorem de omnibus sensisse. Et eò magis dicendum videtur testatorem hoc feciſſe fauore agnationis, cum vocauerit propinquiorem consanguineum suum masculum de nomine & armis suis. quod patet per exclusionẽ, quam fecit de filia sua Guiomarra. instituẽdo posthumum suum masculum nasciturũ, & si dictus posthumus filius non erit, aut si filius erit & moriatur sine filijs masculis, in quolibet dictorum casuum substituit & sibi hæredem vniuersalem instituit don Galcerandum fratrem suum. quod equidẽ alia ratione feciſſe non videtur, nisi fauore masculorum, & agnationis, teste Rui. in cons. 150. nu. 5 & 12. vol. 2. vbi asserit hanc
* esse * communem opinionem modernorum, † quòd
29 ex quo testator habebat filios masculos, quos hæredes vniuersales instituit, & filias in certa modica quantitate, quæ tamen ab intestato non erant exclusæ à successione paterna, nec ex forma statuti, quòd hoc non præsumitur fuisse factum nisi fauore ma-
30 sculorum, & agnationis. sicuti † aliàs hac ratione statutum dicitur fœminas excludi extantibus masculis, secundùm Ioan. And. in addit. ad Spec. in rubr. de succes. ad intesta. subdens, quòd licèt de masculis vel de sexu masculino expressa non sit facta mentio in substitutione, quia tamen re ipsa masculi soli sunt instituti, non minus ex hoc apparet sic factum fuisse gratia masculorum quàm si de masculis expressè fuisset facta mentio. l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. Bald. & alij in l. maximum vitium. C. de lib. præter. doct. in l. venia. C. de in ius vocã. Bart. & cæteri in l. Gallus, in §. etiam. ff. de lib. & posthu. iterum Rui. in cons. 151. num. 5. vol. 2. cons. 20. num. 10. vol. eod. Curt. Iun. in cons. 111. nu. 10. cum sequenti. Paris. in cons. 5. num. 29. vol. 2. consil. 64. num. 16. 72. nu. 24. vol. eod. consil. 1. nume. 30. vol. 3. & in consil. 66. nume. 49. vol. cod. & ideò dicit Rui in consil. 24. num. 7. vol. 2. quòd testator habens affectionem ad agnationem volens illi consulere, videtur filias fœminas excludere.

Secundò, hæc opinio comprobatur ex nota. per
31 Ancha. in cons. 26. dum vult, † quòd legatum factum duobus antiquiorib. de domo, non restringitur ad duos primos, quamuis aliter natura sermonis significare videatur. l. boues. §. hoc sermone, de verbor. significationib. sed quòd sub legato contineantur duo antiquiores in infinitum & ordine successiuo. l. peto. §. fratre, de lega. 2. & in dicto §. in fideicom-

missō, & hoc quia secundùm ipsum, testator habuit affectionem ad suam agnationem. quod colligitur, dicit ipse, quia non fuerunt vocati sub nomine proprio, sed appellatiuo, ergo ad agnationē magis quàm ad personas videtur habuisse respectum. argumento capituli quoniam Abbas. de offic. deleg. & quia agnationem magis considerauit quàm personas, quas non expressit, & sic quæ nam essent ille non considerauit, sed domum & agnationem. argum. l. qui habebat. ff. de reb. dub. Vnde testator dilexit personas propter agnationem. ergo agnationi magis est fauendum, cùm incognitos de agnatione vocauit, propter agnationem & Ancha. sequuntur Barba. in consil. 18. volum. 2. Roma. in consil. 438. colum. 6. in princ. Ruin. in consil. 202. num. 12. ergo idem dicendum videtur in casu nostro, vbi testator ad agnationem habuit affectionem, & magis ipsam agnationem de Arynio dilexit, quàm personas. Nec obstat si dicatur, quòd Ancha. apertè non dicit quòd venire possint duo antiquiores nati etiam post mortem testatoris: quia respondetur, quòd hoc infert sua prima ratio & responsio data ad d. l. boues. §. hoc sermone. dum dicit, quòd ibi nulla erat probabilis coniectura deriuandi dispositionem in alios quàm in primos: sed in casu suo affectio & charitas testatoris ad domum suam diuersam interpretationem inducit. Vnde sicut vult, quòd illa dispositio trahatur vltra duos primos, quamuis regulariter sit contrarium, & ex hoc constat, q̄ domui & agnationi voluit prouideri, eadem ratione est dicendum quòd trahatur ad conceptos etiam post mortem testatoris, & sic quòd etiam illi dicto ordine sint vocati, licèt regulariter sit secus. d. l. si cognatis. ita in terminis dixit Rui. in citato 205. num. 12. Accedit quod voluit Bald. pro comprobatione huius fundamenti in l. inuitus,
32 in fin. C. de procur. vbi tradit, † quòd quamuis in primo actu impleatur sermo, dicto § hoc sermone, tamen hoc est verum quando primus actus consummat effectū secundum intentionem loquentis, aliàs
33 intelligitur etiam de vlteriori. ex quo infert, quòd † procurator ad appellādum poterit appellare nedum semel, sed bis: quia per primam appellationem non est satisfactum secundum intentionem mandantis. & cum Bald. transeunt Rom. in consil. 9. Rui. in cons. 110. num. 14. volum. 2. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. mar. Fel. in c. innouamus, colum. 4. versic. fallit quintò, de treug & pac. Paris. in consil. 24. num. 18. vol. 4. sed si nos diceremus quòd dispositio ipsius testatoris deberet restringi ad primum actum, non esset satisfactum intentioni dicti testatoris volentis consulere agnationi in perpetuum, ergo &c.

Tertiò facit conclusio Socin. in d. l. si cognatis. col.
34 16. versic. quarta & vltima conclusio. dicentis † quòd quando testator digreditur ad tot gradus quòd non sit verisimile, quòd cogitauerit de conceptis in vita, admittuntur concepti & nati post mortem testatoris. Ruin. in citato consil. 22. colu. 3. quia tunc dicitur apparere de mente testatoris, quod ita voluit, ergo idem dicendum in casu nostro concurrente eadem ratione, vbi testator in sua dispositione instituit masculum, quem ordinat & mādat esse hæredem suum vniuersalem cum conditionibus & vinculis infrascriptis, videlicèt quòd dictus posthumus aut quicunque alius hæres, aut successor suus non possit vendere, alienare, aut transferre loca de quibus in testamento, aut aliquem illorum. & si faciat, talis venditio, alienatio, aut transportatio sit ipso facto nulla & inualida: & nihilominus amittat dictam hęrentiam & succesſionem, quæ perueniat ad propinquiorem consanguineum de suo nomine & de suis armis, qui in tali casu reperietur. Qui quidem cum eadem conditione teneatur acceptare dictam suam hærentiam & illum vult & ordinat esse suum hæredem vniuersalem, & si dictus posthumus non erit filius, aut si erit filius & moriatur sine filiis masculis, & de legitimo matrimonio procreatis, in quolibet dictorum casuum subſtituit, & sibi hæredem vniuersalem instituit don Galcerandum de Arynio eius fratrem cum conditionibus supradictis. Cùm igitur testator ad tot gradus digressus fuerit, vt satis constat ex supradictis, sequitur quòd dicitur apparere de mente, & intentione testatoris, quòd non solùm de agnatis viuis, sed etiam & de conceptis & natis post alienationem cogitauerit.

Quartò in fauorem dicti don Francisci adducitur * alia * communis conclusio doctorum, quòd † vbi
35 res est prohibita alienari extra familiam, si alienetur, poterunt etiam si qui sunt concepti post alienationem eam reuocare, etiam si cæteri omnes, qui erant eius familiæ tempore alienationis ipsi consensissent, vt fecerunt in casu nostro Petrus, & Ioannes & Franciscus. tex est iuncta glo. in l. peto. §. fratre, de lega. 2. Fulgo. per dictum tex. & glo. in l. quotiens, la j. C. de fideicomm. vbi etiam Corn. & Ias. qui dicit hoc menti tenendum & digito ligādum, quia quotidianum. Dec. in cons. 39. col. 2. versic. tertiò considerandum. Alc. in l. prountiatio, in verb. agnatorum. ff. de verb. sig. Crot. Ferd. Loaz. & Ripa in l. filius familiās. §. diui de leg. 1. ergo idē in casu de quo agitur, vbi alienatio prohibita requiritur extra familiā de Arynio.

36 Quintò facit: cuinam dubium est, † si testator tempore quo condidit testamentum de hoc interrogatus fuisset, an si facta fuisset alienatio bonorum suorum, & omnes agnati consensissent alienationi, an eius mens & intentio fuisset, q̄ nati & concepti per dictos consentientes post ipsam alienationem potuissent alienata reuocare, vtiq; fauore agnationis suæ cōseruandę respondisset, quòd sic, ergo istud debet haberi pro expresso ac si ordinatum fuisset per testatorem, argum. eius quod vult gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Bart. Bald. & Angel. in l. fin. C. de posthu hæred. institu. docto. in l. Titius, in §. Lucius,
37 de lib. & posthu. vbi † prouisio facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quem testator similiter prouidisset, si de eo cogitasset. Rui. in consil. 179. num. 8. volu. 2. Hinc videmus quod quando testator reliquit vxori suæ vsumfructum certi fundi toto tempore vitæ suæ, dummodò vidua manserit, & post mortem eius reliquit illum feudum alī, quòd si vxor se maritauerit, legatarius statim debet habere legatum fundi, non expectata aliter morte naturali ipsius mulieris: eò quia verisimiliter testator ita statuisset, si de eo casu cogitasset: ita Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de secundis nuptiis, super rub. Bar. Bal. & Alber. de Rosa. in auth. hoc locum. C. si mulier se-
38 cundo nupserit. Cùm igitur † ista fuerit intentio & mens testatoris, quæ in vltimis voluntatibus tanquàm regina obtinet primum locum. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. l. 3. C. de liber præter. vbi nusquam verborū sensus tantùm valeat, vt melior sensu existat, & testator verisimiliter ita disposuisset, sequitur q̄ dispositio ipsius vti expressa sequenda venit, & sic quod veniant nedum propinquiores agnati nati ante alienationem, sed etiam post.

Sextò considero quòd testator voluit inducere perpetuam prohibitionē alienationis inter omnes hæredes suos in infinitum fauore agnationis, & sic non solùm inter natos, sed etiam inter nascituros quandocunq̄. quod patet ex illis verbis, aut quicun-
39 que alius hęres & successor meus, † nam appellatione hęredum veniunt omnes in infinitum. l. sciendum. ff. de verb. signifi. not. scriben. in l. in annalibus. C. de lega. & in l. Gallus. §. etiam, de lib & posthu. Paris. in cons. 20. nu. 7. vol. j. & in materia prohibitionis pro-
40 priè nos videmus † quòd si facta est prohibitio hęredi quando non est facta nomine proprio, comprehenditur etiam hęres hęredis, vt *communiter concludunt Bar. & alī in l. filius familiās, in §. diui, de lega. 1. Bart. in l. Lucius. §. Semproniæ. de leg. 3. vbi post
41 Raynerium dixit † quòd si testator prohibendo nominauit hęredem, dicendo prohibeo te ne alienes, & tunc non porrigitur ad hæredem hęredis. Aut indefinitè prohibuit, vt in casu nostro, & tunc porrigitur ad successores, per l. si plures, de leg. 3. Alex. in consil. 56. colu. 2. volu. j. Dec. in reg. qui per successionem, de reg. iur. Craue. in consil. 243. col. 2. in princ. Et tantò
42 magis hoc dicendum venit in casu isto propter, † dictionē quilibet, quæ est vniuersalis, quæ cum sit prolata ab homine, non recipit restrictionem, sed augumentum iux. not. per Bal. in c. imperialem, in prin. de
43 prohib. feud. alie. per Feder. † vbi feudū, quod de sui

natura

natura non transit ad extraneos hæredes, propter dictionem quibuscunque, appositam verbo hæredibus, operatur vt nedum transeat ad tria genera hæredum de quib. instit. de hæred. qualit. & differ. sed etiam ad legatarios. Iaſ. in l. quędam, in §. nihil interest, de edendo. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 198. de lib. & posthu. Cagnol. in l. fi. num. 12. de reg.
44 iur. est etiam considerandum, quòd de natura † dictionis quilibet, est distributiuè & separatim versari per omnes, & ipsos comprehendere distributiuè & separatim. Bartol. in l. non distinguemus. §. cùm in plures. ff. de arbitr. vbi dictio quilibet, distribuit actum quemlibet separatim: si ergo testator voluit inducere prohibitionem alienationis in hæredes in infinitum, vtiq; ea ratione dicendum videtur, vt voluerit quoq; inducere reuocationem alienationis in infinitum, & sic quod competat tam agnatis nascituris quàm natis facultas dictæ reuocationis, aliàs sequeretur, si restringeretur ipsa reuocatio alienationis ad propinquiores natos, & non ad omnes, q;
45 succederet † absurdum omnino fugiendum & euitandum. l. nam absurdum, de oper. libert. Paris. in
46 consil. 8. num. 40. vol. j. videlicèt † quòd inducta ad vnum effectum, & sic ad conseruationem agnationis, operarentur contrarium, si reuocatio alienationis non esset infinita, contra l. legata inutiliter. ff. de lega. præstan. Paris. in cons. 78. nu. 17. vol. 3. plus quòd inducta ad augumentũ tenderet ad diminutionem, & sic ad contrarium effectum, contra l. si mancipia, in prin. ff. de fund. instruct. Rui. in cons. 18. nu. 8. vol. j.

Vltimò facit alia communis theorica scribentium, quæ vult, † quòd quando testator parem affectionem habuit ad omnes de agnatione, & sic tam
47 ad natos, quàm nascituros, dispositio sua trahitur ad omnes de agnatione in infinitum. quod probatur ex decisione Paul. de Castro loquentis, propriè in materia prohibitionis nostræ, & de qua agitur in cons. 17. secundùm antiquam impressionem. quærit enim ibi Castren. testator prohibuit alienari vineã, & si fuerit alienata, voluit eam deuenire in filios filiorum. Contingit quòd filius testatoris alienauit dictam vineam cõtra dispositionem paternam: dubitatum fuit an nepotes ex filio, qui non erant nati neque concepti tempore testamenti, neque tempore mortis testatoris, neq; tempore alienationis, sed post ipsam, possint vineam prędictam ab emptore reuocare? Primò arguit quòd non, demum concludit quòd sic: quia vbicunq; constat testatorem non habuisse maiorem affectionem ad natos quàm nascituros, sed parem, ita veniunt concipiendi post alienationem quàm ante. & ideò inquit quòd si testator in casu alienationis vocauit filios filiorum, qui non erant nati tempore testamenti, quòd ea ratione qua veniunt nati post testamẽtum & ante alienationem, pari ratione debent venire nati post alienationem: quia ad omnes natos quandocunque post testamentum habuit testator parem affectionem, ex quo dicto tempore testamenti vnum magis non cognouit, quàm alium, iuxta l. qui filiabus, in princ. de lega. 1. ita ergo dicendum est in casu nostro, quòd cùm testator non habuerit maiorem affectionem ad propinquiorem consanguineum natum tempore testamenti, quem non nominauit, quàm ad alios non natos, sed parem cum ignoraret, qui in rerum natura esse possent de agnatione tempore alienationis, & quàm prohibitionem clarè apparet feciſſe ratione
48 familiæ, † quod nomen familia in vniuersali etiam futuros comprehendit. l. grege. ff. de lega. 1. l. fin. ff. de fund. instruct. quòd censetur vocasse etim nascituros post testamentũ & ipsam alienationem. Et etiam clarius dicit ipse Castren. in consil. sequenti. Nec obstat si dicatur, quòd in casu Pauli de Castro aliqui filij instituti non erant in rerum natura, sed in casu nostro aliqui agnati erant in rerum natura tempore testamenti: Vnde cùm sit diuersitas inter vnum casum & alium, diuersa iuris dispositio inducitur. Paris. in cons. 99. num. 38. vol. 3. quia respondetur, quòd istud nihil facit, quoniam etiam Castr. vult, quòd si dicto tempore alienationis nati fuissent aliqui filij, licèt illi soli admittantur ad reuocationem, tamen alijs postea nascentibus tenerentur participare cum illis. & ideo inquit, quòd si factum esset legatum filijs Seij, & aliqui nati essent tempore testamenti vel mortis, & aliqui nascerentur post, quòd omnes deberent participare, si constaret, quòd de nascituris sensit. Pariter non obstat, si dicatur, quòd Paul. de Castro loquitur quãdo tam nati quàm nascituri essent in eodem gradu, & non quando in diuerso: quia etiã respondet Pau. de Castro per tex. in l. cùm ita. §. fin. de lega. 2. quòd primò vocantur illi, qui sunt tempore mortis, & subdit, qui ex his proximiore gradu procreati sunt: & nomen familiæ, de quo ibi comprehendit etiam futuros, d. l. grege. veniunt tamen ordine successiuo: quia præcedentes censentur rogati ad restituendum sequentibus quousq; aliqui extent de familia vsq; in infinitum: & sic primo loco admittuntur illi, qui erant tempore mortis, quia præceduntin gradu, sed etiam sequentes admittuntur illis mortuis. & hoc vult dicta litera, non autem sequentes excluduntur perpetuò, vt expresè probatur in d. l. peto. §. fratre. de lega. 2. Nam ad quid præcedentes tenerentur cauere de restituendo sequentibus, si forent excluſi: illi ergo sunt excluſi secundum Paul. de Castro, qui tempore mortis vel alienationis non reperiuntur: quia mortui, & sic non sperantur reperiri: sed illi qui sperant non sunt excluſi, nisi quousq; non extant. Et quamuis aliquiex consulentibus pro parte contraria videantur malè sentire de Paul. de Castr. tamen cũ supportatione malè loquuntur, cùm decisio Castren. sit fundata legibus & ratione, & cuius determinationem de verbo ad verbũ sequitur consummatissimus præceptor meus Ruin. in consil. 22. vol. 2. vbi etiã firmare videtur, quòd si testator prohibuit alienationem, & in casu illius priuat alienantem, & rem vult peruenire ad alios descendẽtes proximiores in gradu, ac si ille, qui alienauit esset mortuus, quòd sequens in gradu conceptus & natus post alienationem admittitur ad ipsius rei alienatæ reuocationem: quia appellatione descendentium veniũt omnes in infinitum, ergo idẽ in casu nostro, in quo vocantur illi de agnatione & familia ratione agnationis, & non personarum ipsorum agnatorum: in quo quidem relicto facto familiæ & agnationi veniunt etiam (vt dictum fuit) quandocunque nascituri. nam dicere contrarium esset contra omnem rationem naturalem: quia esset in facultate agnatorũ existentium tempore agnationis, defraudare voluntatem testatoris consentiendo ipsi alienationi, quod vtique tanquam absonum & absurdum euitandum est. l. nam absurdum. ff. de oper. libert.

Supereſt modò, vt ad contraria respondeamus: & deueniendo ad primũ, dico, quòd prædictæ duæ conclusiones non militant in casu nostro, quia prima procedit in successionibus hæreditarijs tantum, & non in cæteris rebus, quę citra hæreditatẽ nobis obueniunt, vt per Fulg. in con. 34. col. 2. vers. nec me mouet. vbi etiam ex hoc tenet dictam conclusionẽ non procedere in substitutionib. & fideicõmissis. Pau. de Castro in d. cons. 17. col. 4. Rui. in alleg. cons. 22. nu. 14. Tiraq. in tract. de retract. in gl. 9. nu. 90. vbi attestatur
* hanc esse *communem. Secundò respondetur, q; ipsę conclusiones nõ procedunt, vt satis superq; dictum fuit, vbi constat de contraria mente & voluntate testatoris, nec vis fienda est in illis verbis, qui in tali casu reperietur, quę videtur restringere & limitare dispositionem ad propinquiorem agnatum, qui tempore alienationis reperietur, quia respõdetur, quòd immò attenta mente testatoris prohibentis alienationem bonorum suorum vt conseruentur in agnatione, verba ipsa non tantùm habent locũ in propinquiore agnato, qui reperietur tempore alienationis, sed etiam in eo, qui reperitur tẽpore petitionis rei alienatę, & ad hoc dicendũ moueor ex nota. per Bar. & alios in l. Gallus. §. & quid si tantùm. de lib. & posthu.
49 vbi volunt † substitutionem in vnum casum factam porrigi ad alium simile, etiam si esset facta per illam dictionem, tunc: concurrente maximè mente &
50 ratione testatoris, quod aliàs esset dicendum, † cùm dictio, tunc, denotet extremitatem temporis, l. 4. ff. de cond. & demon. gl. in l. Gallus. in princ. & ibi Ang. colum. j. de lib. & posthum. Gozad. in cons. 64. in fi. 2. ex dictis per Dec. in cons. 227. col. fin. vbi in fortiori-

bus

51 bus terminis inquit, † quòd imò non solùm quando est dictio tunc, sed etiam & eo casu, quæ quidem verba sunt geminata, vt per Gozad. in consil. 4. num. 25. dispositio testatoris attenta eius mente ita habet locum in non natis, sicut in natis & mortuis. quem sequitur Paris. in cons. 50. nu. 51. vol. 3. ergo idem dicendum in casu nostro, vt voluntas, & mens testatoris
52 obseruetur: nam nulli dubium est † quòd voluntas test. toris magis attendi debet, quàm verba seu propria significatio verborum. l. Publius. §. fi. ff. de cond. & demon. l. 3. vbi docto. C. de liber. præter. Ias. in cons.
53 140. col. 5. versic. in primis, vol. 2. † non enim intentio verbis, sed verba intentioni deseruire debent. c. humanæ aures. 32. quæst. 5. c. in his, de verb. sign. Pa-
54 ris. in consil. 73. num. 15. vol. 2. vbi dicit, † quòd vt deseruiatur menti testatoris, debemus offendere ver-
55 ba. Curt. Sen in consil. 51. col. 8. † Præponendæ enim sunt sententiæ verbis, sicuti anima corpori. c. sedulò. 38. dist. m&t. Ias. vbi suprà. & ideo dicit Curt Sen. in lo-
56 co proximè citato, † verba se habent, vt corpus & superficies, & mens se habet vt spiritus & anima. & sicut homo constat ex anima & corpore, ita dispositio legis & testatoris ex mente seu ratione & ex verbis. Et ideò quòd verba magis debẽt restringi tanquam superficies, quàm mens coniecturata, quæ licèt non sit omninò expressa, tamen omninò coniecturari debet, ex eo quòd quilibet vir sapiens fecisset. Allegat Abb. in consil. 1. & 75. volum. 1. hinc dixit Alex. in consil. 139. colum. 2. vol. 6. quod quando constat de mente, illa sequenda est, licèt verba non paterentur, ex quo impropriari debent: quia vt mẽti deseruiamus, à propria significatione verborum receditur. Accedit quòd notat Bald. in l. quoniam indignum. C. de testa. vbi dicit quòd non est curandum de qualitate vel significatione verborum, dummodo constet de mente loquentis. Ias. in allegato cons. 140. col. 5. Bald.
57 Paul. & alĩ in l. fi. C. de impub. & alijs subst. † vbi recedimus à vi coniunctionis verbalis quando habemus mẽtem testatoris coniecturatam. Hinc dicitur
58 † quòd licèt regulariter substitutus eo quia venit ex expressa dispositione testatoris, præferatur coniuncto. l si duo. §. 2 ff. de bono. pos. secundum tab. tamen ex præsumpta mente testatoris coniunctus præfertur substituto. l. quidam testamento, vbi Bart. & docto. ff. de vulg. & pupil. Corn. in cons. 239. vol. 2. Paris. in cons. 67. nu. 7. vol. 2. Dec. in cons. 227. col. 4. Paris. in cons. 105. num. 18. vol. 4. vbi verisimilem mentem testatoris magis attendere debemus, quàm verborum
59 inculcationem. Nam † lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem. Bal. in l.
60 fi C. de necess. her. hæred. instit. Mens † enim est radix verborum, & eius substantię primæ, nam cor est imperator linguæ, & habet eam sicut mancipium sub iurisdictione sua. Bal. in c. mandatũ de rescrip. quem refert, & sequitur Curt. Iun. in cons. 21. nu. 12. Ex hac igitur mente & ratione testatoris necessaria resultat conclusio, quòd dicta verba, qui tali casu reperietur, etiam si improprianda essent, & ab ipsis recedendum, debent intelligi de propinquiore agnato, qui reperietur tempore petitæ reuocationis rei alienatæ, nam hoc modo consultum erit agnationi, quam principaliter inspexit testator, & eam dilexit. facit etiam quod dixit Ruin. in consil. 89. num. 11. volum.
61 2. vbi ait † quòd vt bona conseruentur in agnatione, restringuntur verba testamenti, vel statuti contra propriam significationem verborum.

Non obstat similiter quòd ratione contrauentionis don Galcerandi, & prædictorum Petri, Ioannis, & Francisci de Arynio causatam ex eorum consensu, & per quem videntur donasse omnia iura sua emptori. l. quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edic. Bald. in l. si dotalem. ff. solut. matr. Afff. in c. j. qui succes. tenean. num. 21. ius competĩt don Gaspari reuocandi alienata ex vi fideicommissi prædicti, quod transmisit in eius descendentes vigore dictæ consuetudinis Aragoniæ, quia respondetur, quòd præmissa non possunt procedere in casu nostro, in quo dictus don Gaspar fuit indignus beneficio dictæ dispositionis, cùm spreuerit iustum, & honestum præceptum testatoris, qui disponit, quòd in casu alienationis bona sua perueniant propinquiori consanguineo de nomine & armis suis, qui quidem teneatur hærentiam suam acceptare cum conditionibus, de quibus suprà, quod minimè per dictum Gasparem gestum
62 fuit: ex quo sequitur, † quòd cum præceptum illud non obseruauerit, quod tamen seruare tenebatur tanquam iustum, vt per Paris. in consil. 19. num. 28. vol. 2. omne commodum translatum fuit in illum, quem in tali casu vocauit testator. l. vnica, vbi Bald. colum. 3. in 5. oppositione. & Corn. in 1. C. de his qui pœnæ nom. Paris. in consil. 22. num. 59. vol. 3. vbi inquit, quòd hæres qui spernit præceptum testatoris iustum & honestum, testatori efficitur odiosus, & eum iniuria afficit non obseruando ipsius voluntа-
63 tem. statuit enim lex † quòd non seruans voluntatem testatoris, puniatur & priuetur omnibus sibi relictis & omni emolumento. l. si quis sepulchrum. §. prætor ait, versic. nihil aliquid. ff. de religio. & sumpt. fune. Quod autem testator hoc sibi & alijs præceperit, patet ex dictis verbis: Qui quidem tenea-
64 tur, † quod verbum teneatur, est præceptiuum, & obseruationem inducit. Paris. in citato cons. 19. num. 132. vbi tradit quòd si testator disponit, quòd primogenitus teneatur suscipere cognomen de Diana, & arma ipsius deferre, quòd verbum teneatur positũ, regulariter vim præcepti obtinet & obseruari debet, vt in Clem. exiui, versic. item ordo, de verb. sign. facit quod volunt Bart. & alĩ in l. cùm plures. C. de cond. infer. vbi ius disponit, quòd ille, qui non adimpleuit, excludatur, & admittatur ille qui voluntatem testatoris seruauit. quod inquit procedere nedum quando sumus in expressa voluntate testatoris, sed
65 etiam quando essemus in dubio. Item † & ad fideicommissum quis non admittitur nisi conditionem super quæ vocatur adimpleuerit. Socin. in l. quibus diebus. §. Termilius, versic. & prædicta. ff. de cond. & demon. sed d. Dominus Gaspar vocatus sub conditione per dicta verba, qui quidem teneatur, &c. quæ
66 important conditionem, † vigore relatiui iuncti cum verbo futuri temporis. l. 2. de hæred. instit. Bart. in l. 3. ff. de lega. 3. & in l. j. ff. de cond. & demon. Ruin. in consil. 74. num. 8. volum. 2. ergo excluſus fuit à
67 dicto commodo. † Nam conditio nihil ponit in esse antequàm impleatur. l. cedere diem. ff. de verbo. sign. Bar. & alĩ in l. j. ff. de cond. & demon. Et deficiente implemento non potest sortiri effectum. l. j. ff. de dona. Item conditio in totum suspendit actum, ita vt nihil fieri possit antequam fit impleta, ita quòd prius debet impleri ad hoc vt suum possit sortiri effectum, vt tradit Bart. per illum text. in l. qui hęredi, in fin. ff. de cond. & demon. vbi Soc. in 3. notabili, inquit, quòd vocatus ad hæreditatem sub conditione nunquam potest consequi commodum nisi conditione adimpleta. facit optima decisio Bald. in l. Arethusa. ff. de stat. hom. in 1. lect. in 1. notabili, vbi ait, quòd implementum conditionis debet præcedere ad hoc vt dispositio purificetur, & præcedere debet in actu facto & consummato, & defectus conditionis non facit quem priuari, sed operatur effectum, vt non habeatur pro vocato. l. pecuniam, ibi, perinde est. ff. si cert. peta. Cum igitur dictus Gaspar non adimpleuerit prædictum præceptum testatoris, & conditionem sub qua vocatus fuit, iure meritò excluſus fuit à dicto fideicommisso. Quod comproba-
68 tur: † quia recusando adimplere voluntatem testatoris, quam poterat faciliter adimplere, cùm esset in eius potestate eam obseruãdi, videtur noluisse habere, nec consequi dictum fideicommissum, vt habetur in l. j. §. prætermittere, vers. sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. Bar. in l. is qui potest in princ. vers. secundo modo. ff. de acqui. hęred. recusando enim adimplere conditionem videtur renunciare, ita quòd bona deferuntur sequenti, & adimplenti non est locus amplius pœnitentiæ, vt per Ias. in d. l. is qui po-
69 test. colum. 2. Et † ideò inquit Castren. in consil. 292. numer. 4. volum. 2. quòd instituti non seruantes conditiones & præcepta testatoris priuantur hæreditate, & faciunt locum substituto, & sequenti in gradu. & in nume. 5. ait, quòd per non obseruan-
70 tem voluntatem testatoris est aperta via substituto, † & adeò ius ei est quæsitum, taliter quòd non est locus pœnitentiæ, nec mora potest purgari, ille enim

enim qui contrauenit testamento non potest beneficio illius iuuari.l.cum pater.§.libertis,de leg.2.Cur. Sen.in consil. 63.col.fin Ex his igitur vera resolutio datur quòd dicto domino Francisco actori aperta fuit vita consequendi bona dicti quondam domini Francisci Senioris, ex quo in vita sua don Gaspar non adimpleuit voluntatem testatoris. Et quod dictum est de domino don Gaspare,venit etiam dicendum de filijs suis, qui in hoc etiam defecerunt. imò plus voluit Math. Felicia.in consil. 259. col. fin.inter consilia Paul.de Castr.vol.j.quem sequitur Paris. in consil.91.colum.fin.in fin.vol.2.quòd ex quo ex contrauentione quis priuatus fuit portione sua hæreditaria & omni beneficio inducto ex testamento, ex quo deliquit non adimplendo voluntatem testatoris,& ei iniuriatus fuit,& effectus odiosus,etiam eius filij & descendentes censentur excluſi & priuati.

Non obstat consuetudo Aragoniæ ex aduerso allegata, quia respondetur, quòd ea procedit vbi concurrit tantum simplex dispositio iuris communis, secus, vbi cum ipsa dispositione iuris communis
71 concurrit pariter dispositio hominis: quia tunc non militat dicta consuetudo. † Nam funiculus duplex potentius ligat quàm simplex.auth.itaque.C.comm. de succes. Dec. in consil. 619.num.7.Soc.Iun.in cons. 85.num.17.vol.2. quod probatur per tex.in §.sanctissimas,in authen.de non alienand. coll.2.glo. in c. ve-
72 rum, de cond. appo. vbi cauetur † quòd quotiens-cunque concurrit prohibitio hominis cum prohibitione legis, tunc in casibus exceptis à iure, & in quibus prohibitio legis non habet locum, prohibitio hominis operatur & effectum sortitur. Ruin.in cons.34.num.2.vol.1.Ceph.in cons.121.num.4.sed in casu præsenti concurrit prohibitio legis, quæ vetat transmissionem ante acceptationẽ & agnationem, vt suprà dictum fuit.Item dispositio testatoris, quæ ordinat acceptationem fieri debere, ergo ad rhombum nihil facit huiusmodi consuetudo,quæ cum sit stricti iuris,Bald.in cap.j.de cogn. feud. Dec. in consil.483.num.22. proprios terminos excedere non debet c. quod ad translationem, vbi Abb.in vlt.notab. de offic.lega. Nam consuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de vsu, ideò proprios facti & vsus terminos non excedit.Bald.in l.fi.versic.vnum aliud scias.C.comm.vtr.iud.Curt.Iun.in con.55.col. 2.quia tantum possessum quantũ præscriptum. Bar. in l. j. § si quis hoc interdicto. ff. de iti.actúque priua.

Secundò respondetur, quòd quatenus ipsi Gaspari per contrauentionem don Galcerandi, & aliorum, qui consenserunt sit acquisitum ius, illud potuit esse verum durante vita ipsius & tempore, quo d.Dom.Franciscus adhuc non erat in rerum natura, nec cõceptus,& sic temporaliter,secus autem secuta eius morte,& sic tempore quo fuit in humanis actor propinquior testatori, cui per fideicommissum succeditur, & non Gaspari.l.cohęredi. §. cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil.Paris.in consil.3. num. 7.vol.j.nam dictus Franciscus est in tertio gradu Francisci testatoris senioris,& alij in vlteriori gradu,ergo, &c.

73 Quod † autem attendatur proximitas testatoris prohibentis alienationem, nõ autem don Gasparis, probatur ex sententia Iaſ.in consil.215. in princ.vol.7.
74 vbi inquit,expeditum esse † quòd si est factum fideicommissum proximioribus de cognatione seu familia de Surreda, intelligitur de proximioribus testatoris, & non hæredis: & quòd ita tenendum est. Rursus in consil.159.col. j. vol. eod. Bald.in l.peto.§.
75 fratre, de lega. 2. vbi † si testator iusſit simpliciter in familiam relinqui,intelligitur de familia testatoris. secundùm Petr.Dy.& omnes.Corn.in consi.37.vol. j.Boer.in decis.156.nu.10.Ripa in l. Lucius, col.fin.de vulg.& pupil.in l.ex facto, in prin. ad trebel.Ruin.in
* consil. 198. num. 9. vol. 2. & hanc esse *communem doct.sententiam firmant Crot.in d.§.diui.num.160. quem sequitur ibi Ferd. Loaz.nu.202.Iaſ.in cita.consil.215.col.1.& 2. Et tantò magis hoc dicendum venit in casu de quo agitur, ponderando verba testatoris, ibi,ad propinquiorem consanguineum de meo nomine & de meis armis.ex quibus apparet quòd testator vocauit ad reuocationem alienationis consanguineum proximiorem, de familia propria ipsius testatoris. pro qua sententia facit, quod voluit Alex.
76 in consil.56.colum. j. volum. j. vbi inquit, † quòd si testator dicit, volo quòd domus remaneat semper ad vsum & habitationem vxoris meæ, & post mortem ad ipsius hæredes & successores, intelliguntur illa verba de hæredibus & successoribus testatoris. sequitur Marſ.in sing.21. Rursus Alexan. in consi 198.
77 col.j.vol. 6. † vbi substitutio facta de eius filijs,intelligitur de filijs testatoris, non autem hæredis. Paris. in cons.73.col.3.vol.2.ergo idem in terminis nostris, vbi dictum fuit de meo nomine, & de meis armis.
78 Vlterius dicitur quòd ista † pronomina, suum,meum, quando non constat ad quem magis referantur, an ad testatorem, an ad hæredem, in dubio referuntur ad personam testatoris, non autem hæredis: ita Aret. in l. Gallus, in §. & quid si tantùm. in 3. notabili.ff.de lib. & posthu. Curt.in citato consil.40. vol.7.& quamuis Soc.in l. si cognatis. ff. de reb. dub. & in l.hæredes mei in §.cum ita,ad Treb.& in consil. 249.252.vol.2. tenuerit contrarium, tamen eius sen-
* tentia reprobatur * communiter. & ad argumenta sua respondent latè Ruin.in d.consil.142. Rub. Alex. in d.§.quidam rectè, & Aricombo. in d.§.cùm ita.

Vltimò non obstat, quòd per alienationem fuit translatum dominium in emptorem: quia non potuit stare in suspenso & quòd ab illo non potuit auferri propter impotẽtiam testatoris per d. l. Stichus. quia respondet Paul.de Castr.in citato cons.17.quòd licèt istud sit verum, ꝙ dominium esset translatum in emptorem propter non existentiam,ad quos peruenire debebat alienatione facta, qui si extitissent translatum non fuisset, imo statim alienatio fuisset nulla, ex quo expressè fuit prohibita. l. cum pater.§. libertis,& ibi glo.de lega.2.non tamen incongruum est dicere,quòd natis posteà agnatis resoluatur transl latio.non dico quòd ex tunc,vel quòd fingatur retro
79 non facta, aut iste retro natus, sed vt nunc, † sicut videmus in re,quæ sub conditione subiecta est restitutioni fideicommissi, cuius alienatio prohibetur, per l.authen.res quæ.C.com.de lega.nam si pendente conditione alienatur,interim valet alienatio:quia non fuit expressè prohibita, sed conditione existente resoluitur, vt ex nunc, & transfertur dominium in eum, in quem testator voluit, deuenire, vt per Bartol. in dicto §. libertis.Nec obstat dicta l. Stichus, quia testator ibi contulit post alienationem perfectam, & hic ante, & quando peruenisset ad actum alienationis: Vnde si tunc extitisset persona ad quam voluit peruenire, fuisset impedita alienatio ab ipso initio:sed quia non extabat, si dicamus dominium fuisse translatum cum sua causa vt extantibus posteà vel eis natis resoluatur: quia non potuit filius, qui alienauit derogare voluntati defuncti, cùm dicta res alienata subiecta erat, cum non debeat esse in potestate hęredis,vt quandocunque conditione existente relictum non debeatur.l. si quid.ff.de lib. lega. l. cætera, in fin. de leg.1.& ita formaliter etiam tenet Ruin.in citato consil.22. col. fin. Vnde ex his, quæ satis superꝙ dicta sunt, concludendum fore arbitror, omnem iustitiam militare in fauorem d.Illustr.don Francisci actoris, quam omninò consequuturam spero à tot integerrimis & oculatissimis iudicare debentibus.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXI.

1 *Princeps ex causa publicæ vtilitatis potest auferre res priuatorum.*

2 *Quod intellige soluto tamen pretio, & num.8 cum seq.*

3 *Nemo potest pro vsu publico exportare lapidicinas alterius nisi prius satisfacto pretio.*

4 *Victualia & passum si quis tenetur dare alicui societati,non tamen gratis sed soluto pretio.*

5 *Serui,qui in publicum detulerunt monetario adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes & si libertatem consequantur, tamen fiscus domino serui tenetur soluere pretium ipsius.*

6 *Ciuitas si fossata aliqua facere vult per agrum alienum debet ei soluere pretium.*

7 *Respublica & si propter delictum vnius consortis destruere possit domum communem, tenetur tamen consorti non culpabili pretium partis suæ persoluere.*

8 *Princeps, qui in ciuitate concedit pugnam fieri per duos milites exteros illorúmque iudicium suscipit, si velit ex causa reipublicæ indulgeri victo ne occidatur à victore, poterit hoc facere dummodò soluat expensas factas in pugna, & pretium, quo victor victum potuisset redimere.*

9 *Vendere rem damnatus, intelligitur iusto pretio.*

10 *Pretium debet esse congruum seu competens secundùm rei valorem & æstimationem.*

11 *Papa si aufert alicui beneficium sine causa, tenetur ei prouidere de bono cambio.*

12 *Imperator si de plenitudine potestatis aufert alicui feudum, tenetur vasallo adinteresse, vel ad aliud feudum æquale in qualitate & bonitate.*

13 *Papa si concedit mihi beneficium, deinde de plenitudine potestatis alteri dat, tenetur mihi prouidere de alio simili.*

14 *Princeps quando ex causa publica aufert rem alterius, ei tenetur ad pretium iustum declarandum per iudicem.*

15 *Quod intellige secundùm declarationem hic positam.*

16 *Fundus totus debet æstimari, non qualibet pars.*

17 *Pretij maioris est res tota quàm per partes æstimata.*

18 *Princeps est publica potestas & imago diuinæ potestatis in terris.*

19 *Princeps vult actus suos regulari à iustitia fori & poli.*

20 *Iustitia in principe est sicut virtus architectonica quasi imperans & præcipiens quod iustum est.*

CONSILIVM LXXI.

1 ET si inter omnino impudentes annumerandus sit qui velit dicere † Principem non posse ex causa publicæ vtilitatis auferre domos & res priuatorũ, vt in l. venditor. §. si constat. ff. commu. præd. Docto. in cap. quæ in ecclesiarum. C. de constit. Bartol. Bald. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Dec. in cons. 357. nume. 5. versic. & licèt ex causa, in consil. 269. num. 7. & in consil. 271. num. 6. Craue. in consil. 95. nu. 7. Riminal. in consil. 103. num. 10. 160. num. 29. Ruin. in consil. 2. in princip. volum. 4. consil. 31. colum. fin. volum. 5. & in consil. 60. num. 6. volum. eod. tamen & inter impudentes adscribendus esset, qui conclusionem præmissam intelligeret ita perfunctoriè, ruditer, ac iudaicè & sine grano salis, † videlicèt dummodò per Principem pretium
2 domorum & rerum priuatis soluatur. casus est in d.
3 l. venditor. § si constat, ibi, satisfaciat domino. vbi † nemo potest pro vsu etiam publico exportare lapidicinas alterius nisi prius satisfacto pretio. Et ideò
4 ibi inquit Bal. in fin. esse argumentum † quòd si quis tenetur dare passum & victualia alicui societati, non tenetur ei dari nisi primò soluatur pretium. secundò facit text. in l. 2. C. pro quib. ser. lib. accip. vbi Im-
5 perator statuit † quod serui, qui in publicum detulerunt monetarios, adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, etsi libertatem consequantur, tamen id sibi locum arrogat soluto pretio à fisco dominis seruorum. Et ideò etiam ait ibi Bald. notandum esse, leg. ipsam esse argumentum valde
6 not. † quòd si ciuitas aliqua vult facere fossata per
7 agrum alienum, debet ei soluere pretium. Item † & si respublica propter delictum vnius consortis destruit domum communem tenetur illi consorti, qui non erat culpabilis soluere pretium partis suæ, per text. in l. mulier in opus salinarum. ff. de capit. & quod si Princeps priuat aliquem dominio suo, non tamen gratis, sequitur Marsi. in sing. 634. Io. Citier in tract. de primogen. in 7. q. 3. lib. nume. 12. Iaso. in l. Barbarius, colum. 9. versic. secunda conclusio glossæ est. ff. de offi. præto. in l. fin. colum. 2. C. si contra ius vel vtil. pub. in consi. 233. colum. 8. versic. 11. volum. 2. & in consil. 46. colum. 4. volum. 3. tertiò per text. in c. cùm inferior, in fin. de maio. & obe. per quem not. ibi Bal. quòd qui aufert ius alteri, tenetur illi de proprio recompensare. & cum Bald. pertransit Iaso. in d. l. fin. colum. 2. & in d. consil. 233. colum. 8. & in consil. 46. colum. 4. volum. 3. Castal. in tract. de Imperatore. q. 98. num. 8. vbi dicit, quòd quando Princeps aufert vni rem suam & dat alteri, inter cæteras declarationes habet conclusio hæc, vt in recompensationem soluat ius pretium illi cuius dominium rei aufertur. quam partem latè aliàs amplexus sum, vt in consil. meo. 69. volum. 2. vbi consului in fauorem q. Illustr. Mercurini Gatinariæ Comitis Valentiæ, & dixi maiestatem Catholicam vti Ducem status Mediolani, & de cuius ordine mandato ministrorum eius pro bono publico status prædicti fuit destructum & exterminatum castrum Valentiæ teneri & obligatum esse ad sibi satisfaciendum damna passa occasione dictæ deuastationis & destructionis. & in fortiorib. terminis quàm nostis: quia hîc agitur de ablatione rerum allodialium priuatorum & personarum, in quibus nullum penitus dominium habet Princeps, & ibi tractatur de damno dato in dicto castro, in quo maiestas Catholica habebat directum dominium, & d. Comitem vtile tantùm. & quia ibi scripta sunt impressa, ideò ea non transcribam, ne occupare videar membranas. Sed pro ipsius confirmatione tantum nonnullas adducam auctoritates, quæ ad manus meas post redditum dictum consilium peruenerunt, videlicèt Dec. in l. id quod nostrum. ff de reg. iur. & in c. j. nume. 54. versic. videtur tamen, de prob. & in consil. 357. colum. 3. Paris de Puteo in tract. de re mil. in verb. officialis armorum. nume. 3. vbi ponit
8 pulchram quæstionem, quæ sequitur: † Officialis armorum me interrogauit si Princeps in sua ciuitate concedit pugnam fieri per duos milites exteros, & illorum suscepit iudicium, & velit ex clementia indulgere victo in hac pugna ne occidatur à victore, & non detur ei vt captiuus, si victor poterit petere à Principe expensas, quas fecit in illa pugna in se præparando, armando, & veniendo ad locum ex longinquis partibus, & etiam ad pretium, quo victor potuisset illum redimere. & primò dicit quòd non, quia Princeps non potest tollere ius alterius sibi non subditi, per gloss. singularem; in l. venia. C. de in ius voc. & per no. per Doc. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fid. cath. tamen postea concludit quòd sic, si Princeps id velit facere ex causa, & de certa scientia, ratione alicuius vtilitatis: vt quia iste victus erat miles insignis, cuius persona erat reipublicæ necessaria, vel qui reipublicæ fecisset insignia seruitia, propter quæ meruisset insigne benemeritum: quia poterit illi indulgere, soluendo tamen victori expensas & pretium, quo victo potuisset illum redimere, per iura & rationes ibi per eum citatas, & subdit quòd in facto contigit, quòd cum quidam nobilis Neapolitanus nominatus Antonellus Brancacius pugnasset Mediolani cum alio nobili in præsentia Ducis Philippi Mariæ, & illum vicisset, Dux petijt ab Antonello vt donaret sibi vitam illius victi, qui Antonellus libenter fecit, & deinde petijt à Duce prædicto vt donaret sibi vitam eiusdem Baronis ipsius Ducis detenti in carcerem pro delicto grauissimo, qui debebat decapitari, & Dux Philippus in remunerationem primi doni relaxauit Baronem Antonello, quæ fuerunt insignia beneficia. Paris de Puteo in tract. syndica. in verb. furcarum erectio. num. 2. Marsi. in sing. 634. Socin. Iun. in consil. 120. num. 35. volum. 2. Cagnol. in proœm. ff. num. 42. Bos. in tract. suo crim. in tit. de Princip. num. 187. Afflic. in constit. Regni in 4. quæst. num. 6. Natta in consil. 160. nume. 49. & in consil. 430. num. 31. Craue. in consil. 306. col. 1. in fin. Riminal. in consil. 72. numer. 19. & 103. in fin. Ceph. in consil. 133. num. 109. volum. 1. Iaso. in consil. 1. colum. 8. volum. 1. Soc. in consil. 266. nume. 55. vol. 2. Gomes. in reg. Cancell. in tit. de non tol. iure quæsito. q. 15. versic. vnde licèt. Verùm, quia dubitatur de

quo

quo pretio loquantur scribentes, non conterendo tempus vbi non expedit, dicitur, quod iustum pretium solui debet, vt constet ex his quæ vult glo. in l. si
9 fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. 1. vbi † damnatus vendere intelligitur de iusto pretio, quem tex. ita ibi intelligunt Bart. Bald. Imol. Cuma. & alij, facit tex. in l. cum quasi. §. si plures, & in l. sequenti. §. si is cuius. ff. de fideicom. liber. l. si possessor hæreditatis. §. fin. ibi verùm, pretium præferri debet. ff. de rei vend. Et ideò inquit Fabia. in tract. de empt. & vend. in 5. q.
10 princ num. 21. † quòd pretium debet esse congruum seu competens secundùm rei valorem & æstimationem, per l. si æquo, de lega. 1. & in terminis nostris ita determinant Iser. in c. j. §. similiter, in 2. addit. de cap. qui cur. vend. quem ibi sequitur Afflic. num. 19. & Paris de Puteo in d. tract. synd. in loco de quo suprà. Idem Iser. in c. j. §. post natale, de pace tenen. vbi etiam Affl. num. 17. vbi loquitur quando quis cogitur vendere domum vel prędia ob publicam vtilitatem. Affl. in d. q. 4. nu. 6 Soc. in cons. 266. nu. 55 vol. 2. vbi ait, quòd Princeps quando aufert alicui dominium rei suæ, prouidere debet de pretio æquiualenti.
11 pro qua sententia accedit, quod voluit Inno. in c. nisi cum pridem de renunt. dicens, † quòd si Papa aufert alicui beneficium sine causa, tenetur ei prouidere de bono cambio. Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum, col. 10. Gozad. in consil. 5 num. 12. Ias. in d. l. Barbarius. col. 9. versic. confirmo, & in citata l. fi. col. 2. si contra ius vel vtil publ. in cons. 233. col. 8. versic. alibi tenet & Inno. vbi suprà. sequuntur ibi Imol. Abb. in c. j. de elec. & in c. quæsitum, de permut. Rursus Ias. in consil. 46. col. 4. vol. 3. Mars. in d. sing. 634. Io. Cirier. vbi suprà. num. 15. col. 10. versi. prima declaratio. Confirmatur quoque ex eo, quod vult glos. in c. j. §. ad hoc, vers. si verò,
12 de pac. iur. fir. quam not. ibi Bald. vbi ait, † quòd si princeps vel Imperator de plenitudine potestatis auferret alicui feudum, quòd tenetur vasallo ad interesse, vel ad aliud feudum æquale in qualitate & bonitate.
13 Et ex hoc arg. subdit ibi Bal. † quòd si Papa concedit mihi beneficium, deinde de plenitudine potestatis illud alteri dedit, quòd tenebitur mihi prouidere de alio simili, quod inquit Bald. perpetua nota dignum. & Bald. ibi sequuntur Præpos. & Afflict. & Ias. in cons. 1. col. 8. vol. 1. vbi reputat dictam glo. notabilem, & dictum Bald. singulare. Rursus in omnibus alijs locis suprà citatis Io. de Cirier in d. tract. de primogen. in dicta 7. quæst. 3 libri, num. 15. Hippol. in dicto sing. 634. Felin. vbi suprà & Alexan. in addit. ad Bar. in l. planè. §. prohibere. ff. quòd vi aut clam. istud etiam voluit Ias. in d. l. fin. col. 2. vbi dicit conclusionem prædictam debere intelligi facta debita compensatione. quod & repetit in consil. 1. col. 9. cons. 233.
14 col. 8 Soc. in consi. 120. nu8. vol. 3. vbi ait, † Principem debere prouidere ei cui abstulit rem de æquiualenti pretio. & ex hoc colligitur malè loquutum fuisse Bald. in l. item si verberatum. ff. de rei vend. dum dicit Principem non teneri ad iustum pretium, sed ad modicum causa honoris. & in specie Bald. reprobat Afflict. in d. §. similiter. numer. 19. Sed quia iustum pretium declarari oportet, sciendum est, quòd declaratio ipsa per iudicem fieri debet, vt per Bart. in l. & si æquo, in fin. de leg. 1. arg. l. fin. C. de iure dom. impetr. & in l. hac edictali. §. is illud. C. de secundis nup. Bar. in l. si fundus. §. fin. ff. de pigno. & in l. creditores, colu fin. C. de pigno. Cepol. caut. 242. Negus. in tract. de pigno. char. 71. col. 4. versic. secundò fallit. & char.
15 73. colum. j. in prin. Et † quam declarationem faciet altero de duobus modis secundùm Bart. in d. §. fin. primò citatis partibus per regulam generalem: quia posset lædi, & tunc vel coget vtranque partem eligere æstimatores secundùm formam d. l. hac edictali. §. is illud, vel quòd ipse eliget secundùm formam §. quod autem, in auth. de non alienan. coll. 2. idem Bar. in l. creditores, col. fi. C. de pigno. vbi ait, quòd iudex debet facere eligere à partibus duos æstimatores bonos, vel ipse eliget, & eos faciet iurare de æstimatione tantùm legaliter facienda: & tunc iudex secundùm eorum æstimationem faciet suam declarationem. idem vult ibi Salicet. in quæst. 15. & Bartol. sequitur Alex. in consil. 51. in fin. volum. 5. & Negus. vbi suprà char. 73. col. j. Aduertendum est, quòd æstimatio rei fiat in totum, & non in partem, vt voluit Bart. in
16 l. j. C. communi diuid. vbi tradit † quòd totus fundus debet æstimari, non quælibet pars. nam quandoque maior est æstimatio totius, quàm si fieret per partes, vt ibi per glos. & subdit hoc menti tenendum & notandum. & cum Bart. ibi transeunt Bald. in d. l.
17 j. in 4. notabili, & Salic. in 5. notabili. † quia maioris pretij est res tota, quàm per partes æstimata. l. Mæuius. §. fi. ff. famil. ercis. Felin. in cap. cum nostra, col. 2. versic. item adde, de testib. quod maximè ponderandum venit quando æstimatio fieri debet domorum destruendarum: quia nulli dubium est, quòd si tantùmodò vult destrui pars, & illa æstimari, quòd minus valebit altera pars non destructa propter mille incommoda, quæ sequuntur. Ex istis igitur quæ suprà dicta fuerunt, concludendum arbitror, Principem non posse auferre domos & res priuatorum pro bono publico nisi soluto pretio iusto taxãdo per iudicem, modo & forma supradicta, quod omninò
18 sperandum est à Principe, † qui est publica potestas & imago diuinę potestatis in terris, secundùm Arist.
19 Polit. lib. 4. cap. j. & tanquàm sol habendus est, & † qui vult semper actus suos regulari à iustitia fori &
20 poli. l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. † nam in principe iustitia est sicuti virtus architectonica quasi imperans & præcipiens, quod iustum est: ideo nimirum si actus Principis dicuntur regulari à iustitia, vt dicunt Moder. in tract. de except. num. 23.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXII.

1 *Statutum Mantuæ disponens, quòd volens vendere rem immobilem liberè & absque onere fideiussoris, ponat ad cridas, valet.*

2 *Nemo inuitus agere cogitur.*

3 *Statutũ factum in ciuitate, pro lege communi habetur.*

4 *Statutum omninò seruandum est.*

5 *Statuti determinationem vbi habemus, vlterius non est inuestigandum.*

6 *Statutum tenaciter obseruandum est, & eius verbis inhærendum.*

7 *Statuti decisio vbi est, inanis est disputatio.*

8 *Permissa ad tempus, non censentur post tempus amplius permissa.*

9 *Iurisdictio cui mandatur ad tempus, post illud ea vti non potest.*

10 *Actor non prosequens ius suum intra terminum sibi constitutum, censetur illi renuntiare, ita vt posteà nullo modo audiri possit.*

11 *Substitutio pupillaris facta ad certum tempus breuius, vltra illud non porrigitur, licèt adhuc duret pupillaris ætas.*

12 *Proclamata alijs non officiunt si non citantur nominatim, quando sunt certi.*

13 *Possessor de cuius præiudicio agitur, nominatim est citandus, aliàs non sufficit generalis citatio.*

14 *Creditores certi secundùm communem specialiter debent citari in confectione inuentarij.*

15 *Edictum per quod iubentur vasalli accipere inuesituram intra certum tempus sub pœna priuationis, non arctat eos, qui certi sunt.*

16 *Cridæ non præiudicant illis quos ponens sciebat ius habere in re, si non fuerint in specie citati.*

17 *Citari etiam debent personæ in specie, quando de facili potest de eis certificari.*

18 *Statutum de cridis, restringitur, intelligitur, ac distinguitur secundùm ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur.*

19 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, in iure est validum.*

20 *Ignorantia in facto alieno non excusat, vbi quis tenetur inuestigare, seu vbi quis de facili certior fieri potest.*
21 *Ignorans dicitur in lata culpa.*
22 *Paria sunt scire vel scire debere.*
23 *Negligenti iura non subueniunt.*
24 *Ignorantia facti defuncti non toleratur in hærede agente.*
25 *Decretum de cridis fiendis est contra ius commune.*
26 *Decretum contra ius commune strictè debet intelligi.*
27 *Ius municipale non debemus extendere, quasi sit ius irregulare & anomalum.*
28 *Statutum contra ius commune non debet trahi in consequentiam.*
29 *Cridæ factæ contra minorem omninò indefensum, sunt nullæ ipso iure.*
30 *Sententia lata contra minorem indefensum est ipso iure nulla.*
31 *Statutum si præfert proximiores ex parte patris, non admittit fratrem ex parte patris tantum cum vtrinque coniuncto.*
32 *Statutum contra ius commune recipit interpretationem à iure communi.*
33 *Statutum si præferat fratrem sorori, frater ex parte fratris tantùm non excludit sororem vtrinque coniunctam.*
34 *Statuto si caueatur, quòd attinentes compellantur compromittere in arbitratorem, & vlterius in eodem disponantur, quòd à sententia, diffinitione, & terminatione arbitrorum non possit appellari, supplicari, & restitutio in integrum peti, de nullitate dici, & reductio ad arbitrium boni viri peti, statutum ipsum debet intelligi nisi interueniat dolus & lata culpa arbitratoris.*
35 *Interpretatio in dubio semper est facienda vt minus derogetur iuri communi.*
36 *Statuta sunt latissimè & strictissimè interpretanda, si ita euitaretur correctio iuris communis.*
37 *Statutum contra ius commune recipit interpretationem ab ipso iure communi ne quis indebitè damnum patiatur.*
38 *Statutum contra ius commune vbi potest vnum, vel duo operari, debet interpretari vt vnum tantùm operetur.*
39 *Statuta debent intelligi, vt habeant sanum intellectum.*
40 *Statuta non possunt trahi ad illicitum.*
41 *Statuta veniunt restringenda ne sequatur absurdum.*
42 *Statutum sic debet intelligi, vt non resultet absonus intellectus & quòd non sit irrationabile.*
43 *Statuta sic debent intelligi ne à sapientibus reprehendi possint.*
44 *Statuta non sunt Iudaicè intelligenda.*
45 *Mens statuti quando est certissima, debemus inhærere statuto si verò qualitas mentis ipsius statuti non est certa, tunc recurritur ad granum salis, id est, ad ius commune, ne marcescat.*
46 *Restitutio in integrum secundùm communem datur minori aduersus præscriptionem quadraginta annorum.*
47 *Minor quando est læsus facto tutoris vel curatoris, potest agere contra tutorem, vel curatorem vel petere restitutionem in integrum.*
48 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ secundùm magis communem conceditur nedum minori, sed & maiori aduersus præscriptionem quadraginta annorum.*
49 *Petens bona poni ad cridas, dicitur actor, & contradicens reus.*
50 *Actor dicitur, qui primò ad iudicium prouocat.*
51 *Agens ex statuto debet ad vnguem obseruare & probare omnia, quæ à statuto requiruntur.*
52 *Statuto qui vtitur, non seruata forma illius, priuatur beneficio ipsius statuti.*
53 *Legem qui contempsit, eius auxilio vti non potest.*
54 *Forma statuti non seruata corruit actus.*
55 *Nullum est ipso iure nedum quod fit contra formam, sed & quod fit præter eam.*
56 *Obligatio naturalis nec ciuilis oritur quãdo illud quod agitur peccat in forma.*
57 *Forma statuti adeò seruari debet, vt ab ea etiam recedi non possit de consensu partium.*
58 *Forma si non fuerit seruata etiam in minima qualitate, corruit actus.*
59 *Forma non seruata, etiã in fauorabilibus reddit actum nullum.*
60 *Statutum & eius forma sunt seruanda ad literam.*
61 *Statutum vbi aliter disponit quàm sit de iure communi, disposita per tale statutum tanquam substantialia, & pro forma obseruanda sunt.*
62 *Forma vel solennitas quando data est alicui actui, illa debet fieri, & dicendo exprimi, aliàs actus est nullus.*
63 *Forma maior est defectus quam personæ.*
64 *Forma vbi deficit, etiam iustissima causa non sufficit: quia forma est indiuidua.*
65 *Diuisio corrumpit formam.*
66 *Vtile per inutile v tiatur in forma.*
67 *Fundans se in statuto debet probare quod seruatæ fuerunt omnes qualitates in statuto expressæ.*
68 *Formæ nihil addi, vel detrahi potest.*
69 *Forma ad vnguem est obseruanda, adeò quòd non sufficit illam adimplere etiam in æquipollenti.*
70 *Tempus quando tendit ad fundandam intentionem alicuius, explicitè debet probari.*
71 *Forma non dicitur seruata si tempus appositum in eo non fuit seruatum.*
72 *Rescripta ad beneficia sicut ob subreptionem ipso iure vitiantur, ita & alia priuilegia & beneficia Principum.*
73 *Quod amplia procedere etiamsi per ignorantiam & simplicitatem fuerit commissa subreptio.*
74 *Principis mentis non est concedere aliquid in præiudicium tertij.*
75 *Principis mens talis esse præsumitur, qualis legis scriptæ.*
76 *Mandatum obtentum ex falsa causa, est nullum.*

CONSILIVM LXXII.

1 STante † statuto inclitæ ciuitatis Mantuæ, quo cauetur, quòd volens vendere rem immobilem liberè & absque onere fideiussoris, ponat eam ad cridas, vt si aliquis prætendat ius super illa re, compareat, & de iuribus ipsius edoceat intra tempora à dicto statuto limitata, aliàs excludatur iuxta l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. de quo minimè dubitari contingit, & de quo mentionem faciunt dominus Christophorus de Castilio, & Rapha. Cuma. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. vbi etiam Iaf. col. 2. dicit in Ducatu Mediolani extare hoc decretum. Catel. Cotta in memor. suis, in verb. statuto, seu decreto Mediolani cauetur. Plot. in indice ad l. si quando. C. vnde vi in rub. de bon. ad crid. ponen. & Bos. in tract. suo crim. in tit. de proclam. quod fit bonis publ. &

quod

2 quod est contra ius commune,† cum nemo inuitus agere cogatur,toto titul. C. vt nemo inuitus,&c. Angel. Rom. Aret. Iaſ. & Ripa in l.rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſ. Alex.in conſil.103 colu.1.vol.5. operæpretium eſt videre, an in terminis de quibus agitur, magnificæ dominę Hieronymæ Voltæ filiæ quondã domini Franciſci Rami & ipſius hęredi vniuerſali ex teſtamento præiudicare habeant cridæ factæ ad inſtantiam domini Alexandri Palombi,adeò vt excludatur remedio l.fin. C. de edict. diui Adr. tol.per eam intentato contra hæredes d.domini Alexandri ad finem, vt immittatur in poſſeſsionem bubulcarum quatuor centum terręde quib in cauſa,& quæ aliàs tenebantur & poſsidebantur per d.dominum Franciſcum tempore mortis ſuæ,&nunc occupantur per
* dictos hęredes.Prima facie dicendũ videretur,quòd
3 ſic: quia apud omnes* pro indubitato habetur † ꝙ ſtatutum factũ in ciuitate pro lege cõmuni habetur, iuxta notata in l.omnes populi.ff. de iuſt.& iure. Ale.
4 in conſ.34. nu.5.vol.6.148. in prin. vol.eo.& in conſ. 141.num. 21. vol. 7. Dec. in conſi.685.col.2.in princ.† ſeruariꝙ debet non obſtante lege communi in contrarium diſponente. Iaſ. in l.2. col.4. verſic. tene contrariam partem. C. ſi contra ius vel vtil. publ. Ceph.
5 in conſ.51.col.2.vol.1.& in conſ.59.col.2.vol.eo.† nam vbi habemus ſtatuti determinationem, vlterius nõ eſt inueſtigandum.Bald.in l.Gallus.§.ſi eius,in 2. notab.ff.de lib.& poſthu.Dec.in conſ.488. colum.1.& in conſ.563.nu.7.Marſ.in conſ.131.nu.20.& 123. num.18. Mod.in repetit l.quid ergo,§.pœna grauior,in 5.col.
16 de his qui not. infam. vbi dicunt † tenaciter eſſe obſeruandum ſtatutum, & eius verbis inhærendum,
7 † inanis enim eſt diſputatio vbi eſt ſtatuti deciſio. Corn.in conſi.109.in fin.vol.1.Ceph.in conſ. 138.nu. 20.vol.1. ſtãtibus igitur his, ſequi videtur,quòd cùm ipſa magnifica D. Hieronyma, ſeu eius tutor non contradixerit proclamationibus, & cridis prædictis in temporibus ordinatis ab ipſo ſtatuto,quòd excluſa videatur à d. remedio l. fin. pro conſequutione
8 poſſeſsionis dictarum bubulcarum quatuor cẽtum terræ. † quoniam permiſſa ad tempus, non cenſentur amplius poſt tempus permiſſa.l. ſtatuliberum.§. Stichum,de lega.2.l.2. C.de pac.inter empto.& vend. Bald.in conſ.402.vol.2.& Soc.in conſ. 241.col.antepen. verſic. circa ſecundam quæſtionem. vol. 2.facit etiam text.in l.ſi cum dies.§.ſi finita. ff. de arbitr.l. 2.
9 §.ſed & iudex.ff.de iud.† vbi cui mãdatur iuriſdictio
10 ad tempus,poſt illud ea vti non poteſt.Accedit quod ſcribit Roma.in conſ.431.vbi† actor non proſequens ius ſuum intra terminum ſibi conſtitutum, cenſetur illi renuntiare, vt poſteà audiri nullo modo poſſit. facit etiam text. in l.ſed & ſi quis ita, vbi docto.de
11 vulg. & pupil. vbi † ſubſtitutio pupillaris facta ad certum tempus breuius,vltra illud tempus non porrigitur, licèt duret adhuc pupillaris ætas.

Verùm non obſtantibus contrariam ſententiam in caſu de quo agitur tãquam veriorem amplector, & dico quòd per dicta proclamata ſeu cridas nullo modo fuit prędiudicatum iuribus ipſius magnific.D. quod ex ſequentibus demonſtratur. quoniam no-
12 tiſsimi iuris eſt,† quòd ad hoc vt proclamata huiuſmodi alij officiant, requiritur quòd ponens ad cridas ſpecialiter citari faciat illum, quem ſcit ius prætendere in re, aliàs ſibi non infertur aliquod præiudicium per citationem generaliter factam per proclamata: ita Bald.in l.fin.C.de edic.diui Adr.tol.Petr. de Ancha. in c. fi. de elec. in 6. quos ſequitur Socin. in
13 conſil.13. num.10.vol.4.vbi dicit † quòd poſſeſſor de cuius prędiudicio agitur,nominatim eſt citãdus,aliàs quòd ſufficit generalis citatio.Bart.& cæteri in l. fin.
14 C.de iure delib. vbi tradunt † quòd in confectione inuentarij quando creditores ſunt certi, debent no-
* minatim citari,vt eſt* communis concluſio doct.ibi relata per Alex. in princ.d.l.colu.pen. quam ſequitur Dec.in conſ.251.col pen.in fin.cum prin.ſequentis.& in conſ.633.col.2. Craue.in conſ.225.col.j. in fin. dixi in conſ.18. nu.16.& in conſil.73.num.23.vol.2.Ang.in conſil.202. vbi concludit, quòd ſtatutum diſponens agnatos proximiores debere citari,debet intelligi de citatione ſpeciali,& non generali per proclama,ſicut eſt de iure communi quando perſona eſt certa, quæ intereſſe prætendit.l.j.§.denuntiari.ff.de ventr.inſp. quia vbi res tangit aliquos ſingulariter ſecundum eum ſunt nominatim citandi. l. qui fundum ff. de ſeruit.ruſtico.prædio.c. cognoſcentes, de conſtit. ſequitur Alex. in conſil. 107. colu.j.in fin.vol.5.Card.in
15 conſ.74. col.pen. vbi ait † quòd edictum, per quod iubentur vaſalli venire ad inueſtituram accipiendam infra tempus ſub pœna priuationis,non arctat eos,qui certi ſunt.Rurſus in conſ.128.col.fin.quod inquit obliuioni non tradendum.Felin.in c.2.col.6.de conſtit. quia poteris infringere multa edicta. Rui. in conſil.34.col.j.vol.4.Pariſ.in conſ.161.num.127.vol.j. & in conſ.31.num.29.vol.4. Ruin. in conſ. 24. num.3. vol.4.& in conſ.17.num.5.vol.5.& in conſil.1. num.3. vol.j.Felin.in c.ex parte Decani,col.13. de reſcript.Pariſ.conſ. 31. num.29.vol.4. & in conſ.101.nu. 127. verſ. minus etiam, volu. 1. & in terminis noſtris Rom. in conſ.53.circa fin.& Plot.in indice ad d.l.ſi quando,in
16 rubr. de bon.pon.ad crid.in verb.decretum,& cridæ non prędiudicant illis.vbi ait quòd † decretum & cridæ non præiudicant illis,quos ponens ſciebat,habere,aut prætendere:quia tales in ſpecie & non per edictum debent citari. Imò plus dicitur, † quòd etiam perſona incerta in ſpecie eſt citanda quando de facili poteſt de ea certificari,vt per Anch.in d c.fin.Alexan. in cita.conſ. 5. col. j. vbi etiam dicit quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd quando proceditur ad dationem in ſolutum ſi fiat citatio per proclama generale, ſi quis eſt qui habeat ius in bonis,vel qui velit ipſa defende-
18 re,veniat infra decem dies,† quòd huiuſmodi ſtatutum intelligitur, reſtringitur ac diſtinguitur ſecundùm ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur.l.2.C.de noxa.action· & ſic debet intelligi quòd ad eos qui habent ius in re, qui faciliter ignorantur, ſed non quòd ad poſſeſſorem, cuius ſcientia faciliter haberi poteſt per inueſtigare volentem: aliàs ſequeretur quòd cùm vox præconis paucis innoteſcat, vt in authent. qui ſemel. C. quom. & quand. iud. quòd pateretur à poſſeſsione ſua, cuius commodum maximum eſt.Felin.in dicto c.2. col. 6. in fin.verſic.imò fortius.Ruin.in allega.conſil.24.col. j.& in conſil.17. num.5.vol.5.dixi in cita.conſi.18.num.16.& 73.num. 23. ſed nulli dubium eſt, quòd dictus D. Alexander habuit perfectam ſcientiam de iuribus competentibus dictæ magnificæ dominæ Hieronymæ, cum deduxerit in iudicio agitato contra D.Ioannã D.Franciſcum eius fratrem & patrem ipſius D.Hieronymæ deceſsiſſe cum teſtamento relicta ipſa filia legitimata, necnon fideicommiſſum per ipſam allegatum purificatum non fuiſſe, ex quo prædictus D.Franciſcus reliquerat dictam eius filiam,quæ eam excludebat: patérque produxerit inſtrumentum legitimationis ipſius D.Hieronymæ. Quibus ſtantibus inficiari non poteſt,quin d.Dom. Alexan. ſcientiam habuerit de iure, quod prætendebat in dictis quatuor centũ bubulcis terræ d.Dom.Hieronyma,tanquam hæres ſui patris, quo caſu cùm eam non citauerit, cridæ ipſæ eidem nocere non potuerunt neque poſſunt. Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd imò eidem prędiudicium inferant,ex quo habebat tutorem, qui comparere debebat in tempore dictarum cridarum ad oſtendẽdum de iuribus ipſius: quia reſpondetur,
19 † arguendo à ſufficienti partiũ enumeratione,quod argumentum eſt validum. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Abb. in c.cum dilectus, de iure patro.Socin.Iun. in conſil.14.num.2.vol.3.quòd aut ipſe dom. Alexander ſciebat ipſam magnificam D. Hieronymam tutorem habere, & tunc debebat eum nominatim citare per deciſiones ſuprà citatas. Aut non habebat notitiam, & ſimiliter dictæ cridæ ipſi afferre præiudicium non poſſunt. ex quo d. Do. Alexander poterat ſi voluiſſet de facili ſcire an haberet tutorem. Vnde, cùm hanc inueſtigationem non fecerit, ſequitur quòd dicta proclamata ex defectu dictæ citationis ſpecialiter non factæ, non habent in obolo officere ipſi magnifi. D.Hieronymæ.nam ne-
20 mini dubium eſt, imò generaliter verum † quòd ignorantia in facto alieno non excuſat, vbi quis tenetur inueſtigare, ſeu vbi quis de facili certior fieri poteſt. l. regula. §. ſed & facti, in verb. diligenter inquirendo.ff.de iur.& fac.igno.l.3. §.ſi ſic. ff. de in rem

21 verso l.qui hominem. §. si nullo. ff. de solutio. † imò dicitur quòd sic ignorans dicitur in lata culpa. Paul. de Castr. in consil. 295. col. j. vol. j & talis ignorantia quãdo quis tenetur inuestigare dicitur habere mix-
22 tam negligentiam non inuestigando, vt per eundem Castren. in consil. 168. circa fin. vol. 2. † nam paria sunt scire, vel scire debere. l. quod te. ff. si cert. peta. si igitur per hæredes d. Dom. Alexandri velit allegari ignorantia paterna, quòd nesciret d. Dom. Hieronymam habere tutorem, magis ipsi allegant negligentiam patris, qui non inuestigauit personam tutoris,
23 quàm iustæ ignorantiæ suæ causam, † cui tanquàm negligenti iura non subueniunt. l. si pupillus, in fin. ff. de his quæ in fraud. cred. ob id proponere debebat d. Dom. Alexander quod fecerat, quod in se erat, inquirendo & inuestigando, qui esset tutor: sed non potuit reperire. Similiter de iure quis tenetur inuestigare quando id agit, vt sibi ius acquirat. l. qui cum
24 alio. ff. de reg. iur. l. qui in alterius, eo tit. vbi in † hærede agente non toleratur ignorantia facti defuncti, qui antequam ageret, debebat inuestigare. Anch. in consil. 170. col. fin.

Dicitur & quoque, quòd dato, sed non permisso, quòd suprà dicta cessarent, tamen quòd per dictum tutorem, qui non contradixit cridis & proclamationibus supradictis nullo modo præiudicatum fuit iuribus præd. magnif. Dom. Hieronymæ, quoniam
25 † decretum prędictum, quod est contra ius commu-
26 ne, vt à principio dictum fuit, † strictè debet intelligi. Dec. in cons. 524. nu. 8. & 679. nu. 3. Bald. in cons. 411.
27 col. fin. vol. 3. vbi dicit, † quòd non debemus ius municipale extendere, quasi sit ius irregulare & anoma-
28 lum, & in cons. 14. in fin. vol. 4. vbi inquit † quòd statutum contra ius commune non debet trahi in consequentiam. Dec. in cons. 484. nu. 6. & debet recipere interpretationem à iure communi, vt locum habet in casu, in quo tutor comparuisset opponendo dictis cridis, & defensionem præd. magnif. D. Hieronymæ suscepisset, non autem quando ipsam omninò indefensam dereliquit. † quoniam cridæ ipsæ nullæ reddu-
29 ntur ipso iure, vt constat ex his quæ dixit Bal. in l.
30 cum minores. C. si aduersus rem iudicatam. vbi † si minor non fuit defensus in processu per tutorem, indubitatum est sententiam contra eam latam ipso iure fore nullam, per d. l. in 1. respons. & cum Bart. ibi
* pertranseunt * communiter alij. gl. communiter approbata in l. si præses. C. quom. & quand. iud. vbi Sal. Rui. in cons. 36. col. 2. vol. 5. nam si sententia est nulla quando à principio non comparuit, sed postea, vel quando comparuit à principio, sed deficit in medijs, vt per doct. in locis suprà citatis, quanto magis actus non debet valere vbi nunquam comparuit. Bar. in l. contra pupillum, post Dy. ff. de re iud. & ibi Alex. Marant. in tract. de ord. iud. fo. mihi 530. num. 105. quæ quidem interpretatio à doctorib. non reijcitur, sed admittitur, vt patet ex notatis per Ancha. in c. canonum statuta. col. 150. versic. occurrunt aliæ quæstio-
31 nes de constitutionibus, vbi ait, † quòd si statutum præfert proximiores ex parte patris, quòd non ad-
32 mittitur frater ex parte patris tantum cum vtrinq; coniuncto: quia † statutũ debet recipere interpretationem à iure communi. l. 2. de noxa. secũdùm quod non admittitur. & cum Anch. pertransit Cacialup. in l. omnes populi, charta 15. vers. 15. queritur. ff. de iust.
33 & iur. in simili Fulgo. in consil. 85. vbi determinat † quòd si statutum prę ferat fratrem sorori, quòd frater ex parte patris tantùm non excludit sororem vtrinq; coniunctam, à qua de iure communi talis frater excluditur. aut. itaq; C. com. de succes. quia, cùm hoc statutum sit contra ius commune, interpretationem declaratiuam, & restrictiuam à iure cõmuni recipere debet. sequitur Ruin. in consil. 28. col. 2. vol. 3. Grat in cons. 47. nu. 20. vol. j. dicens, quòd statutum quantumcunq; contra ius commune debet recipere interpretationem à iure communi, in cons. 19. nu. 44. 39. nu. 11. 43. nu. vol. eod. Paris. in consil. 59. nu. 20. cum pluribus seque. vol. 3. Ias. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccl. Annib. in l. naturaliter. nu. 287. de vsucap. Guliel. de Tulan. in l. repetit. l. societatem. §.
34 arbitrorum. num. 106. ff. pro socio. vbi decidit † quòd stante statuto quòd attinentes compellantur compromittere in arbitratorem, & in eodem statuto vlterius disponatur quòd à sententia, diffinitione, & terminatione dictorum arbitrorum non possit appellari, supplicari, in integrum restitutio peti, de nullitate dici, reductio ad arbitrium boni viri peti, nec aliquo modo ius infringi: quòd non obstantibus istis verbis, quæ recipiunt interpretationem & restrictionem à iure communi, videlicèt, dummodò non interueniat dolus & lata culpa arbitratoris, si interuenit dolus vel lata culpa, quæ præsumitur ex magna læsione, poterit peti reductio ad arbitrium boni viri. & licèt Bald. quem multi sequuntur. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. velit, quòd statutum contra ius commune non recipiat interpre-
* tationem ab ipso iure communi, tamen contra eum est * communis opinio, vt per Cur. Iun. in consil. 7.
35 num. 8. Crot. in l. omnes populi. num. 194. de iust. & iure. & Zucard. in l. j. num. 18. C qui admitti. † Nam in dubio fienda est semper interpretatio, vt minus derogetur iuri communi, c. cum dilectus, de cõsuet. vbi dicit menti tenendum & nunquam obliuiscen-
36 dum † quòd statuta sunt latissimè & strictissimè interpretanda, si ita euitaretur correctio iuris communis. Butigel. in l. j. num. 12. de verb. obl. Paris. in cons. no. num. 38. vol. 3. Niconic. latissimè in rub. de
37 oper. no. nunt. nu. 267. † Et eo magis debet statutum contra ius commune recipere huiusmodi interpretationem à iure cõmuni, ne quis indebitè damnum patiatur. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. Alex & alij in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. in l. j. ff. de verb. obl. Soc. Iun. in cons. 48. nu. 53. vol. j. Fel. in rub. de prę scr. in 2. fallentia. Paris. in cita. cons. 59. nu. 23. Rimin in cons. 268. nu. 46. Cum igitur dictum statutum sit correctorium iuris communis, & in alijs possit operari, quod sufficere videtur, vt
38 per Butr. in c. cum dilecti, de don. vbi inquit † quòd vbi statutum contra ius commune potest vnum vel duo operari, debet interpretari, vt vnum tantum operetur. Grat in cons. 43. col. j. vol. j. 46. nu. 7. 16. nu. 8. 19. nu. 46. & 121. nu. 21. vol. eod. Goza. cons. 19. nu. 5. meritò restringendum venit, vt non voluerit statuens disponere in casu præsenti & corrigere ius commune, nec ad istum casum extendere dictum statutum. l. quod verò contra. ff. de legi. doct. cõmuniter in l. si
39 constante. ff. fol. mat. † Statuta enim ita intelligi debent, vt habeant sanum intellectum. Cacialup. in d.
40 l. omnes populi, nu. 184. † & non debent trahi ad illicitum. Ang. per illum tex l. si quis sub conditione. ff.
41 de cond. instit. † & veniunt restringenda ne sequatur absurdum. §. cùm autem. instit. quib. mod. ius patr. potest solu. Paris. in d. cons. 59. nu. 25. Soc. Iun. in cons. 9 nu. 7. vol. j. vbi inquit, quòd statuta debent interpretari secundum æquitatem, ne ex his resultet ali-
42 qua absurditas, Rimin. consil 427. nu. 29. † vbi statutum sic debet intelligi, vt non resultet absonus intellectus, & quod non sit irrationbile. c. erit autẽ. 4. dist. Sed cui dubium, si dictum statutum intelligeretur in casu in quo minor esset omninò indefensus per tutorem, quòd indebitè quis damnum pateretur, & statutum sanũ intellectum non haberet, traheretúrque ad illicitum, ac contineret absurditatem. igitur,
43 vt omnia præmissa cessent, † & ne statuens etiam à sapientibus reprehendi possit, quæ interpretatio euitari debet. l. Saluius Arist. ff. de leg. præst. ex facto, in prin. de vulg & pup. Bal. in cõs. 84. vol. 4. Corn. in cons. 85. litera c. vol. 4. Crau. in cons. 3. nu. 23. Soc. Iun. con. j.
44 nu. 128 vol. j. 8. nu. 22. & 15. nu. 9. vol. eo. † Et ne iudaicè intelligatur, vt per Rimin. in con. 427. nu. 37. concludendũ videtur, cum nemo sapientũ sit, qui huic interpretationi tam æquæ rationabiliq; contradicere possit, q; dictum statutũ debet habere locũ, & intelligẽdum secundùm ius cõmune, vbi minor per tutorem fuisset defensus, & non aliter. Pro qua opinione facit, quod notat Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. &
45 iure, vbi ait † q; quando mens statuti est certissima, debemus inhęrere statuto: si verò qualitas mentis ipsius statuti nó est certa, vt in casu nostro, & tunc recurritur ad granũ salis, id est, ad ius cõmune ne marescat. quæ verba tanquã egregia inquit esse notãda. Cacial. ibi, nu. 163. Et profectò dubitandũ non est, q; si statuens fuisset de hoc interrogatus, vtiq; vt suprà

dictum

dictum fuit, ita respondisset. glos. in l. tale pactum §. fin ff. de pact. Paris. in consil. 78. num. 29. volu. 2. & in consil. 49. nume. 24. volum 3. Socin. Iun. in consil. 1. num. 127. volu j. & in consil. 128. num. 17. volum. eod. Riminal. consil. 18. num. 9 & 21.

Præterea dicitur, quòd etiam posito quòd dictis cridis esset præscriptum mero iure ob non contradictionem factam per tutorem, quod tamẽ ab omni iure alienum esse arbitramur, vt iam dictum fuit, quòd præd. magnifi. D. Hieronymæ, vti minori succurrẽdum venit ex capite restitutionis in integrum:
46 quoniam * receptissima doctorum est conclusio, †
* quòd ipsi datur restitutio in integrum nedum aduersus prędictam prędscriptionem, sed etiam daretur si esset quadrag. annorum l. fin. in fin. C. in quib. cau. in integrum restitutio non est necessaria. Soc in consil. 66. col. pen. vol. 4. 194. num. 6. versic. aduersus, vol. 2. & 299. col. pen. in fin. vol. eod. Rui. in cons. 143. num. 16. vol. 4. & 103. col. fin. vol. 5. Rub. Alex. in cons. 97. col. 2. Nec obesse ei habet si dicatur, quòd quando minor est læsus ex facto tutoris, vel curatoris, sibi non datur restitutio, cùm habeat regressum contra tutorem vel curatorem, vt in l. properandum. §. fin. C. de
47 iud. quia respondetur † quòd imò est in eius facultate vel petere restitutionẽ in integrum, vel agere contra tutorem vel curatorem. l. etiam qui. §. 1. ff. de minor. glos. & Bald. in l. fin. C. si tutor vel cur. inter Ang. in §. illud in auth. de hęr. & fal. coll. j. Crau. in con. 202. col. fin. in prin. & Affl. in constit. minorum. num. 19.
48 vers. 2. casu. Item † ei etiam succurri potest per viam restitutionis in integrum, si voluerit ex capite ignorantiæ, quę etiam competit maiori nedum aduersus præscriptionem 30. anno. sed etiam & 40. vt testatur communis schola doctorum, vt firmant Alexand. in consil. 169. col. fin. vol 2. 116. col. j. vol. 5. Affli. in decis. 37. col. 2. & 329. vbi inquit bis approbatam fuisse hanc opinionem in sacro Concilio. Ruin. in consil. 35. nu. 35. vol. j. 140. col. pen. in fin. vol. 2. 26. num. 19. volum. 3. Mantua in consil. 221. num. 59. vol. 2. Gozad. in consil. 56. col. 3. Bertran. in cons. 42. col. fin. vol. j. & hanc esse receptiorem doctorum sententiam affirmant Bertran. in consil. 15. num. 44. vol. j. 77. in fin. vol. 2. Alcia. in consil. 203. num. 32. 167. num. 5. Ceph. in consil. 40. num. 61. vol. j. & per me suprà in consil. vbi latissimè disputaui hunc articulum.

Secundò principaliter dicitur, quòd dicta proclamata & cridæ nullo modo possunt officere prædict. magnific. D. Hieronymæ, vt infrà demonstrabitur. Præmittendo prius tres conclusiones, à quibus nul-
49 lus discrepare videtur: quarum prima est, † quòd quãdo aliquis instat quòd bona ponantur ad cridas, dicitur actor, & contradicens dicitur reus, ex quo ponens prius prouocat ad iudicium petendo cridas firmari, & eis contradicentes, vel non contradicentes excludi. Bart. in l. de pupillo. §. fin. ff. de oper. no. nunt. per text. in l. ex tribus. ff. de iud. Dec. in cons. 43. col. j. vbi dicit quòd quãdo quis non est lacessitus, sed à se ipso principaliter petit se liberatum declarari, a-
50 ctor iudicatur, † quia is dicitur actor qui primò ad iudicium prouocauit. c. forus. §. actor, de verb. sign. adeò quòd si debitor primò compareat coram iudice & petat terminũ statui creditori suo ad agendum, dicitur actor. Bart. in l. libertus à patrono, per illum text. ff. de in ius vocan. & in eo habent locum omnia iura, quæ de actore loquuntur. Bar. in l. de pupillo. §. fin. versic. quæro an bannitus. quem alij ibi eum sequuntur. Rursus Dec. in cons. 487. nu. 10. & 686. in fin. Affl. in decis. 268. in fi. & in terminis nostris expressè ita consuluit Ias. in consil. 167. colu. 3. versic. Item in quantum motiuando valde subtilizatur, volum. 2. quem sequitur Plot. in d. suo indice, & in rub. suprà citata, in vers. decreti vigore. Idem tenuit Riminal. consil. 379. colum. 2. in fin.

Secunda est conclusio, † quòd vbicunq; quis agit
51 ex statuto, debet ad vnguem obseruare & probare omnia, quæ à statuto requiruntur. glo. in c. mancipia, in verb. aduocandum, vbi Cuma. Fulgo. & Castr. C. de ser. fugit. Riminal. in cons. 371. num. 10. adeò quòd
52 † qui statuto vtitur non seruata forma illius, priuatur beneficio ipsius. Soc. in consil. 51. num. 8. volum. j.
53 facit quod dici solet † quòd qui legem contempsit, eius auxilio vti non potest, l. auxilium, in fin. ff. de mino. Tiraquel. in tract. de retract. fo. mihi 452. nu. 15. Ripa in respon. 8. num. 2. in 1. parte post Ias. in l. de quibus, col. 2. ff. de ll.

54 Tertia est conclusio, † quòd forma statuti non obseruata, corruit actus. Cy. & Bal. in l. ambiguitates. C. de testa. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transa. c. cum dilecta, de rescrip. Dec. in consil. 531. nu. 3. & 558. col. 2. Soc. Iun. in cons. 37. nu. 8. vol. 2. Barb. in cons. 44. vol. j. Mars. in cons. 14. nu. 8. 18. in princ. & in consil. 65. num. 2. Riminal. in cons. 180. num. 5. 190. num. 20. & in cons. 327. in princ. imò plus dixit Bart. in l. item eorum. §.
55 sed si ita. ff. quod cuiusque vniuer. nom. † quòd nedum illud quod fit contra formam, sed etiam illud quod fit præter formam est ipso iure nullum. Ioan. Andr. in verb. citra formam, in c. prudentiam. §. 1. de off. deleg. vbi refert Hostien. ad hoc allegare tex. iuris diuini Deut. 12. c. in fin. ibi, dum dicitur, quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quicquam nec minuas. Multa ad hoc allegat Ant. de Petruc. in l. j. nu. 239. de iure iur. Et dixit notabiliter
56 Bar. in l. j. col. 3. de cond. indeb. † quòd quando illud, quod agitur, peccat in forma, ex eo non oritur naturalis nec ciuilis obligatio. sequitur Roma. in cons. 12. col. fin. Mars. in cons. 117. num. 27. Crot. in l. j. §. si quis
57 ita. nu. 43. de verbo. oblig. † Et in tantum seruari debet forma ipsius statuti, quòd ab ea recedi non potest de consensu partium. Angel. in §. tripli, colu. 7. de actio. Barba. in c. de causis, col. 3. de offic. deleg. Felin. in c. fin. col. j. de proba. Ias. in l. non dubium, col. 4. de legib. Alexand. in cons. 41. vol. 5. Riminal. in cons. 413.
58 num. 12. Bald. in c. j. qui succes. tenean. Quod † etiam procedit si in minima qualitate non fuerit seruata. Butr. in c. Pisanis, colum. 2. de restit. spol. Alex. in l. si is qui quadraginta. §. quædam. ff. ad l. falcid. Dec. in cons. 531. nu. 5. Soc. Iun. in d. cons. 37 num. 14. Mars. in cons. 29. num 15. 65 num. 13. 117. nu. 6. 131 num. 13 & 133. num. 10. quod est verum etiam si omissio formæ induceret faciliorem expeditionem negotij, de quo tractatur, vt dicit glo. in versi superiorem, in c. solet, vbi Gem. de sent. excom. Et in tantùm hoc locum
59 habet, † vt etiam procedat in fauorabilibus, teste Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in l. testamentum C de testa. & in consil. 250. vol. 5. Mars. vbi suprà, & Ias. in consil. 191. colum. 2. vol. 2. vbi loquitur de causis pijs. facit quoque quod dixit Bald. in l. 2. colum. 3.
60 C. de patr. qui fil. distrax. vbi dicit, † quòd statutum, & eius forma sunt seruanda ad literam, Alexand. in consil. 137. colum. 4. volum. 2. Mars. in cita. consil. 117. num. 25. istis sic præmissis dicitur quòd cum Dom. Alexand. qui fecit ponere dicta bona ad cridas fuerit actor, vt in 1. conclu. qui ad vnguem non obseruauerit omnia, quæ in statuto disposita sunt, indignus effectus fuit beneficio dicti statuti, vt in 2. conclus. & omnia gesta per eum præter vel contra formam ipsius statuti redduntur nulla, ac nullius roboris & momenti sunt, vt in 3. conclus. Quòd autem disposita in dicto statuto Mantuano de venditionibus rerum immobilium faciẽdis cum exclamationibus, quæ inferius exprimentur, sint de forma, duobus
* modis probatur. Primò per * communem theori-
61 cam scribentium, quæ habet, † quòd vbi statutum disponit aliter quàm sit de iure communi, dispositа per tale statutum tanquam substantialia & pro forma obseruanda sunt. Felin. in c. cùm dilecta, colu. 10. vers. nouum signum. & col. 16. versic. amplia nonò, de rescrip. Ancha. in consi. 241. in fin. Soc. Iun. in cons. 2. nu. 7. vol. 2. & in cita. cons. 37. nu. 6. & 11. Dec. in cons. 262. col. 2. vbi dicit, quòd quotiescunq; statutum aliquid introducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, reputandum est pro forma. in cons. 434. in princip. 455. col. 2. 528. in fin. 531. col. j. & in cons. 612. col. 2. in prin. Mars. in cons. 65. col. 2. 133. num. 16. Ias. in consi. 79. col. fin. vol. 4. sed prædictum statutum multa inducit contra ius commune, vt infrà patebit, ergo omnia in eo contenta dicuntur de forma. Vlterius dicitur quòd in statuto prædicto in pluribus locis dicitur seruata forma huius statuti: forma prædicta, & iuxta formam prædictam. quæ verba clarè demonstrant descripta in ipso statuto esse de forma, iuxta notata per Ruin. in rubr. de no.

oper.nunt.num.5. Quod autem ipsam formam non obseruauerit, demonstratur: quoniam primum statutum disponit quòd in comparatione, quæ fiet coram prætore pro obtinenda commissione faciendi cridas, quòd in ea inserantur bona immobilia per situm aut locum & cohærentias, cum vero numero bulbucarum & tabularum, quod minimè factum comperitur: quo casu cum copulatiuè istę qualitates non fuerint obseruatæ, cridæ redduntur nullæ ex defectu omissionis dictæ formæ, de qua in ipso statuto, vt satis constat ex his quæ suprà de forma non seruata, scripta fuerunt. Quod comprobatur etiam
62 ex his, quæ notant Inno. & Io. And. post Hostien. in c. 2. de consue. vbi concludunt, † quòd quando forma, seu solennitas data est alicui actui, illa debet fieri & dicendo exprimi, aliàs actus est nullus, quod dictum ponderatur ab Oldr. in consil. 130. colum. 2. Marsi. in consil. 65. num. 5. 117. num. 18. & 131. num. 4 per quam decisionem voluit Nellus in tract. bannito in 3. part. primæ par. quæst. 9. quòd si caueatur statuto, quòd antequam quis banniatur, debeat per loca publica per proclama signari, & dari tibi terminus dierum trium; infra quem quilibet, qui velit defendere reũ, vel adesse causæ, possit comparere, aliàs nullus possit banniri. & iudex procedens contra Titium fieri fecit proclamata per loca publica, quòd quicunque vult defendere Titium cõpareat in termino trium dierum, sed nihil dixit de eo qui velit adesse. quòd Iacob. Butrig. in l. bi qui. C. de postulan. concludit, quòd non potest banniri, & si detur bannum, est ipso iure nullum: quia non omnia solennia seruata sunt, cum aliud sit defendere, & aliud sit adesse causæ. & sic cum vtrunque debuerit exprimi, si vnum omisit solennia non dicitur seruasse, ergo idem in terminis nostris dicendum venit, quòd cùm D. Alexander in sua comparatione non expresserit confinia, quę verè conueniant confinibus dictę petiæ terræ, minusq; expressionem fecerit quantitatis bulbucarum, perticarum, & quartirinorum dictę petiæ terræ prout ex forma dicti statuti requiritur, quòd
63 cridæ ipsæ in totum prostergantur, ac nullius momenti sint, † nam maioris defectus est formæ quàm personæ. Butr. in c. consultationibus, de iure patro. Marsi. in citato consil. 29. num. 2. & in consil. 65. nu. 8.
64 ac 117. nume. 10. † adeò quòd etiam iustissima causa non sufficit, vbi ipsa deficit forma. Bald. in consil. 98. vol. 5. Dec. in cons. 366. nu. 14. & ita in terminis nostris vbi in dicta comparatione pro obtinenda commissione faciendi cridas non fuerint inserta bona per situs, aut locum, & cohærentias, ac verum numerum perticarum, decidit Plot. in allegato indice, & in præd. rub. de bon. ponen. ad crid. in verſic. decretum ponit verba edicti loquens de decreto Mediolani, quod idem est in substantia, quod statutũ Mantuæ.

Secundus datur defectus formæ non seruatæ: quia in statuto disponitur, quòd alienans vel eius procurator legitimus in ipsa comparatione debeat iurare contenta in eo, quòd minimè factum fuit, ergo cridæ nullæ, stante * communi conclusione, quæ habet quòd omissio formæ etiam in minimo, vitiat actum in totum. Bald. Imol. & alij in l. j. de lib & posthum. Iaſ. in cons. 165. ante fin. vol. 2. 191. col. j. vol. eod. & 97. col. penul. in prin. vol. 4. Felin. in c. cum delicta, col. 26. versi. amplia decimò. de rescrip. Dec. in c. prudentiam, in 4. notab. de offic. deleg. Petruc. in d. l. j. num. 243. Et ideò dicit Bald. in c. cum adeò colum. 2. ver. item de paruo, de rescrip quod ex paruo defecta quis incidit in magnam pœnam ex forma non seruata, quæ ex integritate consistit. Ratio etenim est, quia forma indiuidua est. l. si is qui, vbi Bald. in 1. notab. ff. de test. nam diuisio corrumpit formam. Bald. in l. si seruus. in addi. ff. si quis cautio. in l. pedius. §. 1.
65 in fin. ff. de arbitr. † quia forma est de genere indiuisibilium. Iacob. Butrig. & Alber. in l. si certi condictio.
66 §. quoniam. ff. si cert. peta. † ideò quòd in ea vtile per inutile vitiatur. Angel. Imol. & cæteri in l. j. §. sed mihi. ff. de verbo. oblig. Et accedendo ad terminos nostros facit quod voluit Plot. vbi suprà in verſic. decretum vult iurari. vbi ait quòd si decretum vult iurari per ponentem ad cridas, quòd rem, quam ad cridam ponere vult, verè ac realiter nomine proprio & non alieno possidet: quòd si non iurauerit omnia in decreto de verb. ad verbum, cridæ in nihilo non valent, & non præiudicant non contradicentibus, etiam si esset iuratum per verba decreti, cum clausula, quod iuratur in omnibus & per omnia, prout dicit decretum: si ergo in dicto casu, vbi eo modo est iuratum cridæ non præiudicant, ergo multò fortius in casu nostro id dicendum est, vbi aliquo modo iuratum non fuit.

Tertius subnectitur defectus, quia non apparet, quòd proclamata fuerint facta per tubatorem sono tubæ, vt requiritur à statuto, & vt similiter requisitum fuit ad instantiam Bertolij procuratoris d. Do. Alexandri, minúsque in præsentia notarij causæ, ergo nulla: nã † qui se fundat in statuto, debet probare quòd obseruatæ fuerint omnes qualitates in statuto expressæ. Bart. in l. j. §. prætor ait. ff. ne quid in flum. publ. Dec. in cons. 433. num. 3. 356. num. 4. & 554. in princ. Pariſ. in consil. 27. col. fin. vol. 2. Plot. vbi suprà verſic. decretum volens. vbi inquit, quòd cridæ factæ non seruatis qualitatibus expressis in statuto si publicentur, nullum effectum, nullúmve præiudicium afferunt nõ contradicentibus: quia nullorum nullus est effectus, vt in iuribus ibi per eum citatis. Alij & quartò dantur defectus ipsius formæ non seruatæ: quoniam statutum vult, quòd cridæ fiant in præsentia alienantis & acquirentis vel procuratorum ipsorum specialium: item quòd cridæ affingantur super porta Palatij, vbi iura redduntur. nec non in platea loci, vbi bona sita sunt. item & quod fiant in die Mercati, vel in die sabbati: Vlterius quòd fuerint facta in contrata alienantis. Vnde ex his cla-
68 rissimè resultat, † quòd cùm formæ nihil addi, vel detrahi potest, Bald. in l. fin. vol. 2. verſic. ex hoc elicitur. C. de suis & legit. hęred. Pariſ. in consil. 19. nu. 188. vol. 2. & in consil. 61. num. 15. vol. 3. quia quod perfectum est, non suscipit in se magis & minus. l. 2. C. de manu. vind. Felin. in d. c. cùm dicta, in 10. colu. vers.
69 gesta contra formam. Et † ipsa ad vnguem obseruanda sit. Bald. in l. cessante in fin. C. quom. & quand. iud. Iaſ. in l. 3. vol. 6. de lega. 1. Dec. in cons. 612. colu. 2. Riminal. in cons. 180. num. 4. & 327. adeò quòd non sufficeret illam adimpleri etiam in æquipollenti, vt traditur in l. qui Romæ. §. Flauius, de verbo. oblig. Bald. in l. j. ff. de lib. & posthu. Dec. in consil. 612. col. 2. Soc. Iun. in consil. 85. num. 16. vol. 2. Riminal. in consil. 413. num. 13. quòd cridæ ipsę nullum sortiuntur effectum: vt etiam in terminis decidit Plot. vbi suprà in verſic. decretum requirit solennitatem. Item & vltimò alius datur formæ statuti defectus in tempore, quia non constat quòd cridę fuerint publicatæ hora tertiarum, vel vesperorum, vt ab ipso statuto disponitur, qua non seruata corruit actus. † nam tempus
70 quãdo tendit ad fundandam intentionem alicuius, explicitè debet probari. l. eum actum. ff. de nego. gest. Rimin. in cons. 285. num. 40. & ideò dicit Bal. in auth. quæ supplicatio, circa fin. C. de precib. imper. offer. †
71 quòd forma non dicitur seruata si tempus appositum in statuto non fuit seruatum: allegat text. in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusa. tuto. Bald. in l. ordo. C. de execut. rei iud. vbi dicit adeò formam à lege vel à statuto requisitam obseruandam esse, vt etiam in tempore debeat obseruari. Marsi. in consi. 65. num. 4. & 117. nu. 15. Soc. Iun. in cons. 37. nu. 10. vol. 2. & in casu nostro ita determinat Plot. vbi supra in d. ver. decretum requirit solennitatem. Aduertendum quoq; est, quòd dicta proclamata non fuerunt facta secundum formam dicti statuti, videlicèt in tribus hebdomadis continuis, tribus vicibus, in prima hebdomada diuersis diebus, & aliis tribus vicibus in secunda hebdomada sequenti diuersis diebus, & sic gradatim vt in ipso statuto scriptum comperitur, ergo ipsa nulla, per d. l. cùm hi. §. si prętor. ff. de transact. & ex his quæ abundè supra dicta fuerunt de omissione formæ. Nec obstat quod Illustrissimi Duces Mantuæ Domini mei semper obseruantissimi, & iustitiæ amatores, vt Principes decet, concesserint mandatũ domino Alexãdro abbreuiatorium dilationum, de quibus in ipso statuto: quia respondetur, quòd illud subreptitiè ab ipsis obtentum fuit tacita veritate, & expressa falsitate, c. super literis, vbi Felin.

col.

col.3. de rescrip. & in c. postulasti. in versi. deletis, eod.
72 tit. Nam ambigui iuris non est, † quòd sicut rescripta ad beneficia propter subreptionē ipso iure vitiātur, c. constitutus. de rescript. doctores communiter in cap. ad audientiam. eod. tit. ita etiam vitiat ipso iure alia priuilegia & beneficia Principum. Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publ. Abb. post alios in d cap. ad audientiam. per l. primam. ff. de nata.
73 restitu. † quod etiam est verum, secundum Abb. ibi, si etiam per ignorantiam & simplicitatē fuisset commissa subreptitio. Ruin. in cons. 21 num 12. volu. j. 18. num. 6. vol. eod. & 198. num. 14. volu. 4. Quòd autem veritas suppressa fuit, & falsa causa expressa, patet: quia vt constat ex dicto mandato, illud ei commissum fuit per suas Excellentias sub eo prętextu, quòd terræ & nemora posita in villa Tebelani vicariatus Suzariæ ob lineam finitam per mortem magnifici Equitis domini Frācisci Rami essent deuoluta Episcopatui Mantuæ, quod tamen ab omni veritate alienum est, cùm in ipsis succedere debeat dicto dom. Francisco. præd. magnific. dom. Hieronyma eius filia legitimata & hæres vniuersalis, quæ omninò est habilis ad succedendum in eis, vt latè demonstraui in cons. meo edito in fauorem ipsius magnificæ matronæ super ipsā legitimatione, quæ ampliſsima est. de quibus quidem testamento ipsius D Francisci, & legitimatione prædicta ignorantiā prætendere non poterat d. dom. Alexander, qui in iudicio cōtra eum intentato per magnificam dom. Ioannam sororem ipsius dom. Francisci prętendentem dicta bona ad se spectare vigore fideicommissi paterni contra eam produxit, & ad ipsius exclusionem testamentum dicti don Francisci, & legitimationem præd. dom. Hieronymæ: quo casu nulli dubium, quòd si Illustr. domini mei de hoc scientiam habuissent, vtique tale
74 mandatum non concessissent, † cùm nunquā mentis ipsorum fuerit concedere aliquid alicui in præiudicium tertij, iuxta l. 2. §. meritò. ne quid in lo. publ.
75 † cùm talis præsumatur esse mens Principum, qualis legis scriptæ. l. ex facto, vbi omnes notant de vulg.
76 & pupil. Cùm † igitur ex dicta falsa causa mandatum istud præd. dom. Alexander obtinuerit, & sic subreptitiè, sequitur, quòd nullum redditur. Dec. in cons. 242. col. penult. vers. quod autem. Pariſ. in cons. 77. in fin. volu. 4. Nam propter nimiam solicitudinem obtenta non valent. c. audacter. 8. quæst. j. Ex his igitur sequitur, quòd cùm in dictis proclamationibus non fuerit seruata forma statuti, & per cōsequens in ipsis sint plures defectus, quàm in equo Gonellæ, vt solet dici, partes magnificorum dominorum iudicum fore in pronuntiando in fauorem prædictæ magnificæ dom. Hieronymæ, pro qua stat omnis victoria: nam stultiſsimum est sub clariſsimo sole lumen afferre, & si in hac causa iudex essem, vtiq; non recederem ab hac sententia tanquā consona iustitiæ, æquitati, & conscientiæ. Consiliū enim hoc feci pro comprobatione eorum, quæ elegantiſsimè scripsit Illust. dom. Bartholomæus Volta Collega meus in hoc sacro Consilio Montisferrati, & vti mihi frater obseruantiſsimus in fauorem prædictæ magnificæ dom. Hieronymæ eius coniugis: pro quo ob singularem eius doctrinam optimos mores, & integram vitam paratus ero maiora semper facere.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXIII.

1 *Crimen læsæ maiestatis dicitur enorme.*
2 *De exceptis.*
3 *Sceleſtiſsimum, & seueriſsimè vindicandum.*
4 *Peſsimum omnium peccatorum.*
5 *Et arduum.*
6 *Appellatio non admittitur in crimine læsæ maiestatis, & nu. 11. sed contrà nu. 12. & 16.*
7 *Monetam falsam fabricans, crimen læsæ maiestatis committit.*
8 *Fabricans falsam monetam, non potest appellare.*
9 *Hæresis causa, crimini læsæ maiestatis æquiparatur.*
10 *Appellatio in causa hæresis non admittitur.*
11 *Iure cautum non reperitur, quòd appellatio nō admittatur in causa criminis læsæ maiestatis.*
12 *Appellatio vbi reiecta non reperitur, censetur promissa, nedum in ciuilibus. sed etiam in criminalibus.*
13 *Gloſſæ authoritas cæteris anteponitur: quia in ea solet esse veritatis substantia, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum.*
14 *Testus melior haberi non potest glosſa ordinaria.*
15 *Appellatio non admittitur in primo capite læsæ maiestatis.*
16 *Argumentum de crimine læsæ maiestatis humanæ ad crimen læsæ maiestatis diuinæ, est validum in iure, secus econtrà.*
17 *Crimen hæresis, est maius crimine læsæ maiestatis humanæ.*
18 *Maiestatem diuinam offendere grauius est quàm temporalem.*
19 *Deo magis obediendum est, quàm cuilibet homini.*
20 *Diuina gratia debet legibus præualere.*
21 *Filiorum appellatione in crimine hæresis, comprehenduntur filiæ fœminæ.*
22 *Filiæ in crimine hæresis ita puniuntur sicut filij.*
23 *Filius etsi in bonis patris damnati de crimine læsæ maiestatis nihil habere debeat, tamē filia dotari debet.*
24 *Appellatio in crimine læsæ maiestatis non admittitur vbi interuenit factio.*
25 *Confeſsus & conuictus non appellat.*
26 *Conuictus per claras probationes confitendo non dicitur errare, sed veritatem cum cōfeſsione conjonare.*
27 *Fruſtratoria appellatio non debet admitti.*

CONSILIVM LXXIII.

SI vidiſsem proceſsum de mandato excellentiæ vestræ formatum contra Lanceum de Preuide, vtique specificè respondiſsem: sed postquam in genere interrogatus sum ad dicendum, quid iura & doctores sentiant, ac diſputant super articulo, An condemnatus de crimine læsæ maiestatis, possit appellare, in genere etiam respondebo, diſputando articulum ipsum, firmando veram & communem conclusionem cum declarationibus suis, ex quibus poterit excellentia sua bene perspicere, an sit in communi sententia, vel in declarationibus, vel in vna ipsarum. Accedendo igitur
1 ad rem, prima facie dicendum videtur, † quòd cùm crimen ipsius læsæ maiestatis sit enorme, teste Foller. in pract. sua crim. in §. scire debes. Gig. in tract. de crim. læsæ maiest. in cap. qualiter in crimine læsę ma-
2 iestatis procedatur quæst. 9. num. 5. † & de except. c. si quis cum militibus. 6. quæst. j. gloſſ. in fin. in c. j. de te-
3 stib in 6. † ac sceleſtiſsimum & seueriſsimè vindican-
4 dum. l. fin. C. ad leg. Iul. maiest. † ac peſsimum omnium peccatorum. §. si igitur. in authent. de nupt. coll.
5 4. ac † vltimo loco arduum, vt per Affl. in c. j. in verb. & bona committentium crim. læsæ maiest. num. 18.
6 quæ sint rega. † quòd condemnatus de ipso crimine non possit appellare, quod probatur: Nam clariſ-
7 simi iuris est, † quòd qui facit monetam falsam, com-
8 mittit crim. læsæ maiest. l. 2. C. de falsa mone. † sed fabricans falsam monetam, non potest appellare, l. j. C. eo. tit. Maran. in tract. de ord. Iud char. 623. num. 283. vers. 5. limita, ergo. &c.

9 Secundò facit: nā † causa hæresis, quæ est crimen læsę maiestatis diuinę æquiparatur crimini læsę maiestatis humanæ, glo. in c. j. de testib in 6. glo. in l. nullus. C. ad leg. Iul. maiest. ca. licet Hely, de simo. Angel. in trac. malef. in verb. *che hai tradito la mia patria*. ver-
10 sic. quærit Cyn. † Sed in causa hæresis non admittitur appellatio, cap. vt inquisitionis. de hæret. Carer.

in tract. de hære. nu. 129. Fel. in c. ſicut. il j. de ſimonia. Maranta vbi ſuprà char. 624. verſ. 6. limita, ergo nec in cauſa criminis læſæ maieſt. & ita per d. æquiparationem in terminis noſtris tenuit Alexan. in addi. ad Bar. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. rupt. teſta. & Ang. in tract. malef. in verſ. præſente Gaio. nu. 15.

Tertiò iſta ſententia probatur per text. in l conſtitutione. ff. de appell. ſecundum intellectum Bart. ibi dum loquitur intelligendo illam legem de proditore, qui dicitur dux factionum, per l. quiſquis, ad leg. Iul. maieſta.

Quartò hæc opinio confirmatur authoritate Archidiaconi & Ioan. Andr. in c. felicis. de pœn. in 6. vbi dicunt hoc eſſe ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis, vt non appelletur: quia ſi hoc reperitur in minorib. delictis, ergo multò fortius in iſto. Roma. in l. Panthonius §. rei perduellionis. ff. de acq. hæred. iterum Angel. in tract. malefi. in verb *che hai tradito la mia patria*, in princip. in §. publica. in fi. Inſtit. de publ. iud. & in d. l. conſtitutiones. Felin. in cap ſicut. il j. de ſimo. Guid. Pap. in tract. de appel. nu. 86. Capic. in deciſ. 130. num. 64. Marſ. in conſil. j. nu. 38. & in l. de minore. in princ. colum. 2. de quæſtio. Foller. in pract. ſua crim. fo. mihi. 573. num. j. Carer. in pract. ſua crimin. num. 85. cum duobus ſequentibus, & in tract. de hæret. nu. 129. Maran. vbi ſuprà fo. mihi 623. nu. 286. verſic. octauò limita.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, quòd imò ſit licita appellatio in
11 crimine læſæ maieſtatis, quod probatur, † quoniam in iure cautum non reperitur, quòd in tali crimine non admittatur appellatio, ergo cenſetur præmiſſa:
12 quia † regulariter in ciuilibus criminalibus admittitur appellatio, l. & in maioribus. C. de appell. l. non tantùm. ff eo. tit. Marſ. in conſil. 84. num. 9. Antonius Nicol. in tract. de concord. glo. nu. 15.

Secundò iſta opinio probatur per glo. in l. Panthonius §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæred. & in d. l. non tantùm. vbi in dicto crimine admittitur appel-
13 latio, † quæ opinio gloſſarum cæteris anteponitur, & omnes alias antecellit, & in qua ſolet eſſe ſubſtantia veritatis, à qua in iudicando & conſulendo non eſt recedendum, vt latè per Curt. Sen. in conſ. 42. col. 7.
14 & in conſ. 63. col. 4. in fin. † nam melior teſtis haberi non poteſt gloſſa ordinaria, vt per eundem Curt. in conſ. 81. col. j. in fin.

Tertiò hæc ſententia firmatur authoritatibus infraſcriptis, videlicet Bald. in notabilib. ſuis, in verb. ſententia. vbi dicit gloſ. in d. §. rei perduellionis, alibi non eſſe. Aret. in d. §. rei perduellionis. Mart. de Laude. in tracta. de crim. læſæ maieſta. quæſt. 7. Auguſt. de Arim. in addit. ad Ang. in d. verb. præſente Gaio. nu. 15. Foller. in pract. ſua crim. in 2. par. ſecũdæ part. verſ. Idem quod commiſit. nu. 107. Iſer. in c. j. §. bona committentium. & ibi Affl. nu. 42. iterum Iſer. in proœm. conſtit. Regn. in vlt. char. Antonius Nicel. in tract. de concord. glo. in fallentia 206. Dec. in c. Romana. in 9. notabili de appell.

Non obſtant modò quæ in contrarium adducta
15 fuerunt, & primò, † quòd ſicut non appellatur in crimine falſitatis, ita nec in crimine læſæ maieſtatis: quia reſpondet Auguſt. Arim. vbi ſuprà, quòd non obſtat d. l. j. quia crimen læſæ maieſtatis multis modis committi poteſt, vt in l. j. cum tribus ſequentib. ff. ad leg. Iul. maieſta. & ideo quòd non ſequitur crimen læſæ maieſtatis committens in vno capite afficitur tali pœna, ergo & in alijs capitibus idem dicendum: quia hoc eſt falſum: quia aliquando videmus, quòd filij damnantur, & aliquando quòd non, ſecundum quod reus in aliquo capite criminis læſæ maieſtatis incidit. Vlteriùs reſpondetur, non valere huiuſmodi cõſequentiam: quoniam in dicta l. dicitur, quòd committens crimen læſæ maieſtatis, fabricans falſam monetam, perdit domum etiam alienam, ergo idem dicendum eſſet in quocunque alio capite criminis læſæ maieſtatis, quod tamen eſt falſum: quia odia & pœnæ ſunt reſtringendæ. c. odia. de reg. iur. in 6.

16 Secundò non obſtat † argumentum de crimine læſæ maieſtatis diuinæ, ad crimen læſæ maieſt. humanæ, quia reſpondetur, quòd iſta æquiparatio ita ſimpliciter intellecta non eſt: quia aut quærimus an de crimine læſæ maieſtatis humanæ liceat arguere ad crimen læſæ maieſtatis diuinæ, & omninò dicendum eſt, quòd ſic, vt in l Manichæos. C. de hæret. c. vergentis, in fin. extra eo. quia tunc arguitur de minori ad maius, quod argumentum ab omnibus recipitur. Igne in l. neceſſarios. §. non aliàs. nu. 6. & 43. ff. ad Syllan. Aut de crimine hæreſis ad crimen læſæ maieſta-
17 tis, & tunc non valet argumentum, † cùm crimen hæreſis ſit maius, quàm crimen læſæ maieſtatis humanæ. Ioan. Monac. in c. ſtatutum. in princ. de hæret. in 6. Nam per hæreſim offenditur maieſtas diuina, &
18 per crimen læſæ maieſtatis maieſtas humana. † longè enim grauius eſt æternam quàm temporalem offendere maieſtatem, auth. Gazaros. C. de hæret. Inde di-
19 cimus, † quòd magis obediẽdum eſt Deo, quàm cuilibet homini. ca. ſi dominus. 11. quæſt. 3. & ſic licèt ſoleat dici, quòd crimen hæreſis æquiparetur crimini læſæ maieſtatis, vt per gl. & Salic. in l. 2. C. ad l. Iul. maieſt. tamen in plus ſe habet hæreſis, quia dicit text. in
20 §. hinc autem. in authen. de monach. coll. j. quòd † diuina gratia debet legibus prævalere. Hinc videmus,
21 † quòd in crimine hæreſis, appellatione filiorũ, comprehenduntur fœminæ, dicto ca. vergentis. in fin. &
22 † ſic ita puniuntur filiæ ſicut filij, c. ſtatutũ. §. vbicunque de pœn. ſecus in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Afflict. in c. j. in d. verb. Et bo-
23 na committentium. vbi inquit, † quòd in crimine læſæ maieſtatis ſit differentia inter filios & filias: quia filius nihil habere debet de bonis paternis, ſed filia debet dotari, vt per Iſer. in conſti. Regni ob filiorum culpam, per l. tutores. ad l. Iul. de vi priua. & inquit, hoc bene fuiſſe ſeruatum temporib. ſuis per Regem Ferdinandum, qui honorificè maritauit filias Principis Roſani, qui notoriè cõmiſerat crimen læſæ maieſtatis contra Regem. Clar. in 20. lib. ſentẽtiarum, in c. læſæ maieſtatis, verſic. hæ autem pœnæ. vbi aſſerit
* hanc eſſe* communem. Affl. in c. j. §. prætereà ſi vaſallus. in verſi. glo. 3. nu 80. quæ fuit prima cau. benef. amit. poſt Bald. in l ſi patri col. 3. C. de dot. promiſ. Gigas in d. tracta. de crimine læſæ maieſt. in tit. de pœn. quas filij incurrunt quæſt. 15. in princ.

Pariter non obſtat d. l. conſtitutiones, quia reſpondetur, quòd id, quod ſtatuitur in d. l. eſt ratione fa-
24 ctionis, & ideo nimirum ſi non appellatur. † Vide ſi aliquis ordinaret, quòd ciuitas rebellaretur, & condemnaretur, ex quo eſt dux & caput factionis, non appellat: Ita Iſer. in c. j §. & bona committentium. & ibi Affl. nu. 42. quę ſint rega. Carer. in pract ſua crim. fo. 28 colum. j. in prin. Ang. in tract. malef. in d. verb. Præſente Caio. num. 15. verſ. item videtur caſus. Gig. in tract. de crim læſæ maieſtat. in titu. de plur. & var. quæſt. q. 13. in fin. Et iſta eſt prima declaratio, quę datur ad dictam communem concluſionẽ, quæ etiam & ſecundò dicitur locum non habere, quando delictum huiuſmodi eſſet clarè probatum per rei confeſſionẽ & teſtes. Igne. in dicta ſua diſputatione, An Rex Franciæ, in j. membro ſuæ diſtinctionis. Gig. in d. quæſt. 15. verſ. limita per text. in l. 2 C. quor. appel. non recip. qui tex. ſecundum Oldra. Bar. Bal. ac alios generaliter habet locum in omnibus criminibus, & ibi Carer. nu. 3. cum aliquib. ſequentibus, vbi inquit,
25 † quòd talis conuictus & confeſſus nõ appellat: quia ſi interponit appellationem, cenſetur id facere animo differendi executionem capitalem, cùm in ipſa cauſa appellationis contrarium & de errore probare
26 non poſſet. † nam conuictus per claras probationes confitendo, non dicitur errare, ſed veritatem cũ confeſſione conſonare, vt per Bal. ibi, & in l. aditos. C. de epiſ. aud. & ideo cùm contrarium probari non poſſit, nimirum ſi non auditur, tunc appellans, quia friuola cenſetur appellatio, quæ de iure communi tolli poteſt Idem tenet Afflic. in conſtitutione pactorum. nu 83. Ang. in tract. malef. in d. verb. præſente Caio. nu. 16. vbi dicit, quòd quando reus eſt ſpontè confeſſus & conuictus, vel delictum eſt notorium, poteſt iudex ſententiam exequi, appellatione interpoſita non obſtante: & ſi aliter facit, peccat. & quod de facto Norſiæ ita obſeruauit. Igne. in l. ſi certus. in princ. nu. 19. ad Sylla. Peruſ. & Dec. in c. cùm ſpeciali. §. porrò. de appel. Butr. in trac. de notorio, articulo 4. nu. 16. Duenas

nas reg.156.in fin.Didac.in lib.practicarum quæstionum.quæst.23.nu.5.& hãc esse* communem opinionem attestantur Imol. & Ang.in l.creditor. in §. iussus.de appel.qui dicunt,quòd dispositio d.l.2.quatenus tollit facultatem appellandi in quibusdam delictis ibi expressis,est fauorabilis . quia rei publicæ interest,vt delicta puniantur, l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu.& quia contra confitentũ & confessum maxima videtur præsumptio † frustratoriæ appellationis,quæ admitti non debet, c. cùm appellationibus. de appell. in 6. & ita de consuetudine seruari tradit Clar.lib.5.sententiarum receptarum.§.fi quæst.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ LXXIIII.

1 *Consulentes non decet recedere à communi doctorum sententia.*

2 *Dispositio l.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest. nedum habet locum in filijs nascituris, sed etiam in iam natis tempore delicti commissi.*

3 *L.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest.habet locum non tantùm quando committitur crimen læsæ maiestatis contra Imperatorẽ,Rempublicam Romanorum,vel non recognoscẽtes superiorem, sed etiam contra inferiores à supremo Principe.*

4 *Dispositio d.l.etsi locum habeat in inferioribus à supremo Principe,non tamẽ in præiudicium filiorum delinquentium,& nu.seq.*

5 *Crimen læsæ maiestatis dicitur enorme, & contra legem humanam,canonicam,& diuinam.*

6 *Dispositio ipsius l.est odiosa,correctoria,& pœnalis.*

7 *Lex quisquis. C.ad l.Iul. maiest. non debet extendi de persona ad personam,cùm odium contineat irrationabile.*

8 *Appellatione filiorum in casu l.quisquis. ad l. Iul.maiest.non veniunt fœminæ.*

9 *Odium irrationabile est, quòd filius pro patre puniatur.*

10 *Filius non debet portare iniquitatem patris.*

11 *Constitutiones in quibus cauetur, vt vnus pro alio puniatur,sunt contra ius naturæ & diuinum.*

12 *Statutum imponens pœnas filijs pro patribus,est durum & rigorosum.*

13 *Pœna debet tenere suos authores.*

14 *Statutum disponens, quòd filius pœnam patiatur pro patre, est contra ius diuinum & contra ius canonicum,cùm nullus odio alterius pragrauetur.*

15 *Pœna non debet imponi,vbi non est dolus neq; culpa.*

16 *Dispositio l.quisquis,locum non habet in rebus donatis per matrem filijs inter viuos.*

17 *Extensio cessat secundum communem in correctorijs.*

18 *Extensio locum non habet in pœnalibus, etiam si ratio esset scripta in lege.*

19 *Statutum contra ius commune, quando potest vnum vel duo operari,debet interpretari vt vnum tantùm operetur.*

20 *Dispositio d.l quisquis.respectu filiorum, non seruatur de consuetudine.*

21 *Lex puniens filios ex crimine paterno,in foro conscientiæ non valet.*

CONSILIVM LXXIIII.

1 INherendo† communibus sententijs, prout verè decet consulentem, iuxta Cur.Sen.in consil.42.colum.6.versi. sed præmissis. & per Paris.in consilio
2 27.num.3.volum.3.dico, † quòd & si dispositio l.quisquis. C. ad l.Iul. maiest.habeat locum nedum in filijs nascituris, sed etiam in iam natis tempore commissi criminis læsæ maiestatis, vt tenere videntur Salic. & Albert. in d. l. quisquis.colum.j.motus hoc fundamento : quia ratio,quare filius puniatur in l.quisquis.quę est, quòd quis præsumitur imitator patris, ita militat in filijs ante delictum natis,sicut in nascituris. Ang.in tract. malef.in verb.*che hai tradito la tua patria*.in vers.quęrit ibi Salice.& ibi Aug.de Arim. in addit. vbi inquit, quòd sæpius de hac quæstione fuit interrogatus. vbi inquit, extare glossam magistralem in c. quisquis. 6.quæst. j. quæ decidit istam quæstionem. Geminia. in c.quisquis.Spec.in tit.de sententijs.§.2. vers. quintò quæro.Seysel.in l si quis id quod.colum.5.& 6. de
* iurisd. om. iud.quam sententiam vti* communem amplectitur Gigas in tract.crim.læsę maiest.in tit.de pœn.quas incur.filij patre commit.crim.læsę maiest. quæst.5 pro qua ineuitabiliter dicit facere textum in d. l. quisquis. §. filij verò. vbi ita reseruatur ex Imperatoria lenitate filijs eius, qui crimen læsæ maiestatis commisit: ergo de iam natis loquitur, pro cuius confirmatione adduco Cæpol.in consil.80.vbi dicit, quòd iura allegata per Petr. videlicet l. emancipatũ. C.de Senato.& l.duo Marco. de quæstio. loquuntur de translatione priuilegiorum, & faciunt potius in contra,quàm pro : quia priuilegia circa pœnas ita locum habent in filijs antè conceptis, sicut in conceptis post,l.moris.§. liberis. ff.de pœn.l. 2. §.in liberis. de decur.Præterea restringere illã l. quisquis.ad conceptos post, est eximanire effectum illius legis.qui est illorum delinquẽtium pœna mortis naturalis. Præterea, ratio illius legis, videlicet metus, audacia, & quòd consimiles non sint patri, militat ita in conceptis ante sicut post.Item cùm ipsa lex loquatur de filijs damnati, debet intelligi de filijs secundum illius tempus,l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui not.infam.l.2.§.in filijs etiam.C.de libert.& eorum lib.& si contrarium sentire videantur Petr. Cyn. & Ang. in
* d.l.quisquis. quorum sententiam tanquam *cõmuniter amplectitur Alcia.in consil.468.vers.2.respõdeo. & Clar.in tract.suo sub rub.de crim.læsæ maiest.

* Item & similiter adsit alia *communis conclusio,
3 quæ habet,† quòd dispositio d.l.etiam habeat locum nedum quando committitur crimen lęsę maiestatis contra Imperatorem, Rempublicam Romanam, & alios non recognoscentes Imperatorem,sed etiã contra inferiores, vt Marchiones, Duces & alios, vt voluit Paul.de Castr.in l.3.C.de epis.audien. vbi inquit, quòd ita de facto seruatur. Bru.in consil.28.col.2.vbi ait,quòd impropriè & largo modo contra dominos superiorẽ recognoscentes dicitur crimen lęsæ maiestatis committi.Cæpol.in consil.17. nu.19. Bos.in suo tract.in tit.de crim.læsę maiest.nu.56.vbi dicit,quòd de consuetudine & de facto Principis hoc seruant,& ita de facto fuisse etiam hoc seruatũ tradit Guid.Pap. in decis.344.in quodam qui conspirauerat in necem Amedei Ducis Sabaudię, de quo arresto facit mentionem Papo. lib.22.tit. j. arresto j.Alcia.in consil. 456. in princ. Craue. in cons.224. nu.6. Marsi.in l.j.nu.6. ad l. Cornel.de sicar.Bello.cons.32.Clar.in d.titu.de crim. læsæ maiest. vers.dubium est. Alex. in consil. 13.col.j. vol.6.vbi asserit hanc esse communem,quem ego sequutus sum in cons.88.in prin.vol.2.Soc.Iun.in con. 105.col.2.vol.3. etsi multi tenuerint oppositũ, vt dispositio ipsa locum solùm habeat in committentibus tale crimen contra Imperatorem, Rempublicam Romanam,vel non recognoscentes superiorem, vt per Bar.in extrauag. ad reprimendum, in verb.rebellando.Cy.Ang.& Sal.in d.l.quisquis.Nellus in trac.bannito.in j.par secundi temporis quæst. 16. Alex.in con. 103.in fin.vol j.Ancha.in cons.87. col.j.vers j.ex cod. Dec.in cons.410 col.fi.in prin.Ruin.in cons.3. nu.12. vol.5.Alcia.in cons.467.versi.3.principaliter respondeo.vbi inquit,hanc conclusionem indistinctè ab
4 omnibus approbatam, tamen non recedendo à prima sententia non potest negari,† quòd etsi dispositio ipsius legis locum habeat in talibus inferioribus recognoscentibus Imperatorem in directum Dominum, quamuis sint Vicarij Imperiales, quòd filij committentium tale crimen, quòd dicitur enor
5 me, teste Alex. in consil. 13.colum.3.volu. 6. † Et contra

tra legem humanam, canonicam, & diuinam, vt in epistola diui Pauli ad Romanos cap. 13. & 1. Petri 2. ca. qui resistit. vndecima quæst. 3. Igne. in l. necessarios. §. non alias, in princip. num. 45. ff. ad Sylla. non incurrunt pœnas d. l. quisquis. quò ad omnes eius effectus, sed tantùm vt delinquentes debeant puniri vltimo supplicio. Ita sentit Paul. de Castro in d. l. 3. versic. item. nota textum. C. de episc. audien. vbi pœnæ, de quibus in d. l. locum non habent, quò ad filios, nisi contra illos, qui attentarunt contra personam Imperatoris, quamuis plura sint capita criminis prædicti. & hanc esse* communem opinionem inquit Gig. in quæst. 23. in titul. de pœn. quas fil. incur. patr. commit. crim. læsæ maiest. quæst. 23. nu. 9. subdens, quòd licèt Ang. in tract. malef. in verbo *che hai tradito la tua patria.* num. 2. dixerit, quòd si contra Dominos Italiæ, qui communiter loco Principis habentur, quis committat crimen læsæ maiestatis, perinde esse, ac si contra Principem tale delictum commissum esset, tam contra delinquentiũ personas, quàm filiorum, vt in d. l. quisquis, tamen dictum eius malleo nõ subsistit: quia allegat Bart. in tract. qui sint rebel. in gloss. contra nostrum honorem, vers. sed an hæc constitutio. vbi nullum verbum de hoc, imo contrarium voluit ipse Bart. in d. tract. in verb. rebellando. Socin. in cons. 275. col. 2. Clar. vbi supra. Ruin. in cons. 3. col. 3. in fin. volum. 5. Craue. in cons. 224. nu. 6. Capol. in cons. 80. Paul. de Eleaz. quem omnes alij sequuntur in clem. pastoralis. de rescript. Laud. in tract. de crim. læsæ maiest. in princ. Afflict. in c. j. in verbo Et bona committentium. nu. 113. quæ sint regalia. Socin. Iun. in consi. 105. col. 2. volu. 3. Boër. in tract. de seditiosis, in 6. præsuppositio. num. 6. Alcia. in cons. 456. in princi. Gig. in d. tract. in tit. qual. & à quibus crim. læsæ maiest. committatur. quæst. 29. Quærit enim ibi an crimen læsæ maiestatis committat subditus inferioris Principis recognoscentis superiorem, à quo habet plena regalia, vt sunt Duces Florentiæ, Ferrariæ, & Vrbini, & inquit, quòd sic, etiamsi essent Marchiones, & Comites, vt voluit Cuma. in con. 153. quia huiusmodi Principibus, Papa vel Imperator respectiuè videtur dedisse omnem suam potestatem in illo Ducatu vel Principatu, vt voluit Ang. in cons. 214. subdit tamen vnum, tamen non obliuiscaris, quòd in huiusmodi casibus licèt committatur crimen læsæ maiestatis, attamen filij delinquentium non incurrunt pœnas, de quibus in d. l. quisquis. quod etiam velle videtur August. de Arim. ad Angel. in dicto verbo *che hai tradito la tua patria.* num. 6. Idem Gig. in dicto tract. in titul. de pœn. quas filij incurrunt. quæst. j. num. 9. vbi dicit, quòd pœnæ contra filios locum sibi vendicant in j. capite d. l. Iuliæ. de quo in dicta l. quisquis. secus in alijs casibus, in quibus delictum patris filio minimè nocet, & in dicto tit. quæst. 10. Et hoc non sine ra-
6 tione fundatum esse videtur, quia cùm † dispositio dictæ l. sit odiosissima & pœnalis, vt per Soc. in cons. 275. num. 4. & 6. Dec. in cons. 64. colum. j. & correctoria, vt constat ex iuribus allegatis per Paris. in consil. 69. num. 176. vol. 3. & Dec. vbi suprà, ac Ias. in consilio
7 106. colum. 2. volu. 4. † non debet extendi de persona ad personam, cùm cõtineat odium irrationabile, vt vult Bart. in l. j. de verb. sig. vbi tenuit pœnã infamiæ & incapacitates bonorũ, de quibus in d. l. quisquis. §. filij verò, non extendẽdam ad filias fœminas, dum
8 dicit, † quòd appellatione filiorum non veniunt filiæ in casu dicti §. filij verò. & rationem esse dicit, quia
9 dicta l. quisquis. cõtinet odium irrationabile: † nam irrationabile est, quòd filius pro patre puniatur, quando ipse non deliquit, toto tit. ne filius pro patre. Dec. in consil. 64. col. penult. vers. confirmatur. Ias. vbi suprà colum. 2. Hoc etiam videmus, quòd propter odium irrationale, quod continet dicta l. quisquis. §. filij verò, quòd masculinum non concipit fœminium, vt voluit Ias. in l. si quis id quod. colum. 2. vers. item vbi tractatur de odio. ff. de iurisd. om. iud. Rui. in cons. 103. num. 14. volu. 3. Item est odiosum, vt le-
10 gitur in c. Iudæi. j. quæst. 4. & Ezechiel. c. 17. † quòd filius non debet portare iniquitatem patris: & ideo dixit Bald. & ibi Salic. in rubrica. C. res inter alios acta,
11 † quòd constitutiones, in quibus vnus pro alio punitur, sunt contra ius naturæ & diuinum. Iterum Bal.
12 in l. dotis. C. de iure dot. vbi † statutum, quod filijs pro patribus pœnam imponit, est valde durum & rigorosum, & in l. captiui. C. de episc. & cle. Quod etiam contineat odium irrationale, probatur ex eo, quia quòd filius ex patris delicto puniatur, est contra iu-
13 ris communis dispositionem, secundum quod † pœna debet tenere suos authores, l. sancimus. ff. de pœn.
14 & in dicto tit. ne filius pro patre. † Item & contra ius diuinum: nam scriptum est, anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, c. si habes. 24. quæst. 3. Item est contra ius canonicum, quo caueatur vt nullus odio alterius prægrauetur, cap. non debet. de reg. iur. in 6. Item
15 † & est iniquum, quòd imponatur pœna vbi non reperitur culpa neq; dolus, contra l. cùm autem. §. excipitur in ver. capitalem. ff. de ædil. edic. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. circa medium. ff. de his qui no. infam. Cùm igitur dicta dispositio sit correctoria iuris communis, odiosa, & pœnalis, merito dicendum videtur, quòd sufficiat illam locum habere, quando crimen læsæ maiestatis committitur contra Imperatorem, non autem contra inferiores eum recognoscentes, non autem vt extendatur ad inferiores à supremo Principe, in præiudicium filiorum, qui in nihilo deliquerunt. Et ideo consuluit Paris. in consi. suo 69. in tertia & vltima difficultate, volu. 3. quòd ex quo dicta l. quisquis, est odiosa, pœnalis, & correctoria iuris cõmunis, licèt disponat, quòd filij excludantur à successione materna, tam ex testamento quàm ab intestato, & nihil disponat de bonis maternis peruentis ad filios per donationem inter vi-
16 uos, † quòd dispositio ipsius l. non debet extendi ad donata per matrem filijs, qui actus est prorsus contrarius successioni testati vel ab intestato: & quia dicti actus inter se nihil habent commune, l. verba contraxerunt, de verb. signific. Nec habet obstare secundum eum si dicatur, quòd imo extẽsio fieri debet ad dictam donationem, ex quo militat ratio scripta in d. l. quisquis, quia respondet, quòd dicta similitudo,
17 seu identitas rationis non habet obstare: quoniam † versamur in correctorijs, in quibus prorsus cessat extensio, nedum ex identitate, verùm etiam ex ma-
* ioritate rationis, secũdum * communem doctorum sententiam, de qua in l. si constãte. ff. solut. matr. item
18 † & quia versamur in pœnalibus, in quibus cessat extensio, etiamsi ratio esset scripta in lege secundum glo. iuncto text. in versi. in eisdem. in clem. vt hi qui. de æta. & qual. Vnde ex his videtur dicendum, quòd cùm dispositio ipsius l. correctoria iuris communis potest operari in vno casu, sufficere videtur, vt vo-
19 luit Butr. in c. cùm dilecti. de dona. vbi inquit, † quòd quando statutum cõtra ius commune potest vnum vel duo operari, interpretari debet vnum tantùm operetur, vt minus derogetur dispositioni iuris cõmunis. Gozad. in consil. 19. nume. 5. Grat. consil. 43. colum. j. volum. j. 46. num. 7. vol. eod. Et ideo inquit
20 Ang. in l. fallaciter. C. de abolit. † quòd quia pœnæ d. l. quisquis, respectu filiorum sunt odiosæ & rigorosæ, lex ipsa non seruatur de consuetudine, quod verbum tanquam viri excellentissimi & magni practici multùm esse ponderandum à iudicibus, dicit Soc. in consil. 275. col. 2. in versic. confirmatur hoc. Idem Alcia. in cons. 467. nu. 6. vbi sequitur Ang. vbi suprà. dicens, d. l. quò ad filios ex generali cõsuetudine Ita-
21 liæ esse sublatã. Plus † dicit se putare, quòd foro conscientiæ talis puniens filios ex crimine paterno, non valet, vt dicitur in lege veteri: filius nõ portabit iniquitatem patris. Vnde lex tanquam contra honestatem non debet valere, & subdit, quòd peccat eam obseruans. c. constitutiones, & c. lege, 10. dist. Et ideo quòd aduertere debent Dom. iudicantes, ne ædificẽt gehennam, agendo contra conscientiam, & si Illustr. Dux Mediolani in hoc consuleret Theologos, non dubitat quin istam sententiam approbarent, & quòd videntur huiusmodi leges magis factæ ad terrorem, quàm ad futuram obseruantiam: nec reperietur aliquis, qui vnum viderit obseruari. Clar. in dicto titu. de crim. læsæ maiest. in vers. vnum tamen. vbi etiam ait, quòd nunquam vidit tales pœnas in filijs obseruari.

LAVS DEO.

SVMMA-

SVMMARIVM CONsilij LXXV.

1 *Crimen hæresis cæteris grauius est & detestabilius.*
2 *Crimina omnia ad comparationem simoniæ & hæresis pro nullo reputantur.*
3 *Crimen læsæ maiestatis, est enorme delictum.*
4 *Maiestatem diuinam plus est offendere, quàm temporalem.*
5 *Pœna hæreticorũ est ignis secundum consuetudinem.*
6 *Hæretici condemnantur in publicatione bonorum.*
7 *Cõsuetudo si extat, quòd bona hæreticipro tertia parte applicantur bursæ Principis temporalis, si hæreticus habet bona tam in territorio Principis, quàm eius vasalli inuestiti de mero, mixto imperio, et omni moda iurisdictione, tertia pars bonorum sitorum in territorio Principis, ipsius erunt, & tertia sitorum in territorio vasalli, erunt ipsius vasalli.*
8 *Iurisdictiones quando sunt separatæ, & distinctæ bursæ fiscales, si publicatio bonorum fit de iure communi, quilibet locus habebit bona sita in territorio suo.*
9 *Inuestitus de mero, mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione, habet cognitionem primarũ causarum appellationum, sed contra secundum communem num. 14. & seq.*
10 *Appellatio à sententijs Baiulorum in terris Baronum, deuoluitur ad ipsum Baronẽ, & non ad magistrum Cameræ, vel Iusticiarium prouinciæ.*
11 *Vicarius si quis est constitutus alicuius castri, ab eius sententia appellatur ad eum, qui ipsum cõstituit, & non ad superiorem: declara vt in nu. 19.*
12 *Appellatio à sententia foranei vicarij deuoluitur ad Episcopum, ratio ponitur in nu. 17. cum seq.*
13 *Dictio, omnimoda, quæ est geminata habet latissimum significatum.*
14 *Statuto si caueatur, quòd iuramentum faciat probationem omnimodam, excluditur probatio in cõtrarium, quia perinde est, ac si dixisset, plenissimam probationem.*
15 *Dominus non potest se intromittere de primis causis rusticorum vasalli inuestiti de mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione.*
16 *Declaratio ad text. in l. à proconsulibus. C. de appellatio.*
17 *Consuetudo non valet, quòd à vicario Episcopi appelle tur ad Episcopum.*
18 *Ias. in cons. 161. reprobatur, vol. 2.*
19 *Ius appellationis pertinet ad superiorem iure superioritatis.*
20 *Reseruata Principi in signum supremæ potestatis, non veniunt in generali concessione, nisi generaliter exprimantur.*
21 *Dictio, omnimoda, recipit cõgruam interpretationem à iure communi.*
22 *Concessio facta sub verbis vniuersalibus, non comprehendit reseruata Principi.*
23 *Papa si dat potestatem Legato de latere conferendi beneficia qualitercunque vacantia, non poterit conferre beneficia reseruata.*

CONSILIVM LXXV.

1 IN isto crimine hæresis commisso per nobilem Marcum Lælium, † quod cęteris grauius est & detestabilius, eò, quòd in creatorem committitur, eius omnipotentię detrahẽdo, negandóque eius diuinitatem, vt habetur in c. j. de sum. Trinita. & fide catho. & in c. ad abolendam. de hæret. Grillan. in tract. de hæret. in princip. c. j. Petr. à monte in tracta. conciliorum generalium, in rub. de concilij præeminentia. num. 13. Paris. cons. 2. num. 95. volu. 4. facit optimus text. in c. fin. j. quæst.
2 vltim. vbi † omnia crimina ad comparationem simo
3 niæ & hæresis pro nullo reputantur, † nam si crimen læsæ maiestatis est enorme delictum, vt per Gig. in tractat. de crim. læsæ maiest. in tit. qualiter procedatur. num. 6. & pessimum omnium peccatorum, vt in §. si igitur. in auth de nup. coll. 4. quantò magis cri
4 men hæresis, † cùm plus sit diuinam quàm temporalem offendere maiestatem, ca. vergentis. de hæret. Vnde diuus Bernardus super Canticis sic ait: Si reum Regiæ maiestati, quamuis humanæ, legibus capite plecti sancitum est, quis finis contemnentium diui-
5 nam omnipotentiam erit? † & de quo is fuit condemnatus in pœna ignis, quæ secundum consuetudinem est propria pœna hæreticorum, si nolunt ad fidem ecclesiæ redire, vt notant doctores in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide catho. & in specie per Petr. de Bellapertica nu. 9. Aret. nu. 11. & Purpur. nu. 90. Bos. in trac. suo in tit. de hære. nu. 16. Vitali. in trac. malef. de hæret. Cassanæ. super consuet. Burdega. fo. 46. nu. 3. in fi. Bertr. in con. 212. nu. 3. vol. 2. Gundisal. in tract. de hæret. q. 15. nu. 3. quẽ refert. pract. Corad. fo. 346. circa princ. Carer. fo. 630. nu. 132. Gril. de crim. lib. j. quæst 3. nu. 3. Siman. in tract. de hæret. quæstio. 45. num. 9. Pract. Iodo. in c. 61 num 59. Clar. in 5. libr. in
6 tit. de hæret. versic. sed quæro. † Pariterq; in publicatione bonorum, vt in cap. ad abolendam. in cap. vergentis. de hæret. & in c. cum secundum. de hære. in 6. Paris. in consil. 2. num. 112. & 177. volum. 4. Bos. in tit.
7 de hæret. num. 16. Hæsitari contingit: † quia bona, de quibus in practica publicatione reperiuntur nedum in terris immediatis Principis non recognoscẽtis superiorem, sed etiam in territorio magnifici do. Ioannis Albereti eius vasalli, ad quẽ spectãt bona q̃ sita sunt in territorio ipsius D. Ioãnis, an ad ipsum Principẽ, an verò ad ipsum vasallum, si articulus iste pateretur difficultatẽ, vtiq; non discederẽ ab institutis meis in arguẽdo ad vtranque partẽ, verùm, quia quęstio ista nullã videtur habere difficultatem, ideo succinctè loquẽdo, dico bona sita in territorio dicti vasalli inuestiti de mero mixto imperio, & omnimoda iurisdictione ad eum spectare & pertinere: quo-
8 niam indubitata & clara iuris est conclusio, † quòd quando iurisdictiones sunt separatæ, & distinctæ bursæ fiscales, vt in casu nostro, & publicatio bonorum fit de iure communi, quilibet locus habebit bona sita in suo territorio: ità Bart. post Gul. de Cuneo
* in l. fi. in princ. de sum. Trin. & fide catho. quem * omnes ibi sequuntur. Alber. de Rosa. in l. 2. ff. de cap. diminutione. & in q. 223. in 2. par. statutorum. Alexand. in consil. 31. colum. j. & 3. volum. j. duplicato in consil. 111. in 4. volu. Bologn. in cons. 35. colum. 3. Craue. in consilio 128. columna prima, & in specie in terminis nostris tenuit Mart. de Laude. in tract. de fisco, in conclusione 24. vbi inquit, quòd stante consuetudine, quòd de bonis hæreticorum confiscatis, tertia pars sit domini temporalis, in cuius iurisdictione sunt bona, altera tertia pars inquisitorum, & contingit aliquem damnatum de hæresi habere bona in territorio Ducis Sabaudiæ, & alia bona in iurisdictione nobilium de Solario, qui dictam iurisdictionem recognoscebant in feudum ab ipso Duce Sabaudiæ, quòd tertia pars bonorum, quæ erit in territorio ipsorum vasallorũ, spectat ad ipsos nobiles, dummodò sint distinctæ iurisdictiones & bursæ: quam decisionem Lauden. sequitur Bos. in suo tract. crim. in tit. de hæret. num. 24. Idem voluit Guid. Papa in decis. 76. vbi inquit, quòd si in terra alicuius bannareti habentis territorium limitatum cum omnimoda iurisdictione aliquis suus homo cõdemnetur de hæresi, quòd secundum veritatem, si bona d. condemnati sunt in territorio bannareti, debent sibi bona confiscata applicari, per tex. in c. cùm secundum. §. fi. ibi, per Principes, aut alios dominos temporales. & subdit, quòd ita in terris bannaretorũ vidit seruari, maximè in mandamẽto Montis Floriti in certis eorũ subditis, per iudicem Mõtis Floriti de hęresi condemna-

demnatis.Craue.in consil.118. colum.penult. versic. secundò respondeo.Natta in consil.580.nu.16. & ideo cùm ista sit communis, ab ea nullatenus venit recedendum.

9 Accedo ad secundum caput,in quo quæritur,† an inuestitus de mero & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione habeat cognitionem causarum appellationum? prima facie dicendum videretur quòd sic. Primò per text. in l. à proconsulibus. C.de appellatio.vbi per illum text.Bald.ibi & Roma. in sing.76. annotarunt, de iure ciuili posse appellari à Vicario ad iudicem ordinariũ cuius vices gerit,& à quo constitutus est.

Secundò confirmatur hæc sententia ex dictis per Iser.in cõstitutione officiorum, & ibi Affl. nu.10.vbi
10 inquit, quòd quando contingit appellari à sentẽtijs baiulorum in terris Baronum, quòd appellatur ad ipsum Baronem,& nõ ad magistrum cameræ vel iustitiarium prouinciæ.

Tertiò ita concludit Curt.Iun.in tract.feud.in vltima parte q.12.vbi ex decis.Bart.in l.j.ad fin. quis & à
11 quo appelletur, qui vult,† quòd si aliquis sit constitutus vicarius alicuius Castri, ab eius sententia appellatur ad eum, qui dedit vicarium, non autem ad superiorem, & quòd si vasallus sit inuestitus de mero,mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & ipse deputauerit potestatẽ,qui ferat sentẽtiam, quòd appellabitur ad vasallum, qui illum deputauit: allegat quoque decisionem Abb. in c. relatum, de offic.
12 deleg. † vbi à sententia foranei vicarij appellatur ad Episcopum.Iterum ipse Curt.Iun. in cons.2. in versi. quinta præmittitur conclusio. quem sequitur Paris. in consil.8.nu.36.vol.j.

Quartò etiam in terminis nostris ita determinat Ias.in cons.61.vol.2.vbi concludit, quòd cognitiones primarum causarum appellationum spectant ad vasallum inuestitũ de mero, mixto imperio, & omni-
13 moda iurisdictione.ponderando†dictionem,omnimodam geminatam, quæ habet latissimum significatum,iuxta gloss.ordinariam in clem.j. in verbo omnimodam,de foro compet. Angel. in l.imperium. de iurisd.omn.iudic.& ex nota.per Roma.in l.si duo. de acquir. hæred. & in l.qui bona. §. qui damni. ff. de
14 damn.infec.vbi† stante statuto, quòd iuramentum facit probationẽ omnimodam, excludit probationem in contrarium:quia perinde est,ac si dixisset plenissimam probationem.

Vltimò cõprobatur hæc opinio per Paris.in cons. 8.nu.31.cum pluribus sequentibus, volum.j. vbi sub concessione meri mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis venit cognitio causæ appellationis tanquam species comprehẽsa sub dictis generibus.Item in iure cautum non reperitur, quòd in specie debeat appellatio concedi,cùm istud non connumeretur in casibus Principi reseruatis, de quibus in c. quod sedes,de offi.ord.

His tamen non obstantibus, contraria sententia est de iure verior, quòd imo in huiusmodi concessione meri, mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis,non veniat cognitio primarum causarum appellationum, quod sequentia demonstrant. Et primò
* ex sententia*communi calculo recepta,† quòd si do-
15 minus mihi concesserit castrum in feudum, non potest cognoscere de primis causis rusticorum existentium in feudo meo. Bald. in l. j. q.43. ff. de rer. diuis. quia ego, qui habeo iura vtilia cum vtilitate & effectu, præferor directo domino. Mart. de Laude. in tract.de prin.conclusione 265.Præpos.in c.j. in fin.de contro.inter vasal.& epis. vbi dicit, se vidisse dubitari de tali quæstione.Card.Alex.in prælud.feud.col.7. circa medium. Iacob.de S.Georg. in inuestit. sua, in verb.Vicarius.col.2.in princ.Ias.in consil.161. volu.2. Bru.in cons. 27. col.4. vers. secundò quia certum est. 31.col.2.vers.prædicta coadiuuãtur.& in cons.47.col. 2.vers.& præterea.Curt.in tracta.feud.in j. part. q.6. col.2.in princ.vers.& ideò dixit.& in cons.2.in princ. Ias.in cons.161.vol. 2.Paris.in cons.8.nu.30.volu.j. Didac.in tract.practica,quæstionũ,vbi quod & volunt Abba.& Feli.in c.cæterum.de iud. dum dicunt, quòd non potest concurrere princeps in primis causis, in iurisdictione cum vasallo,item Felin.in c.pastoralis, in 6.limitatione. de off. deleg, Socin. Iun.in cons.126. nu.3.vol.3.Grãma.in decis.30.nu.11.Zucard.in rubr. C.qui admitti.nu.29.Mart.Silima.in tract. de feudis, in quæstionibus feudorum sparsis.num.46.Natta in cons.309.& 408. in princ.nu.7. si ergo dominus non potest cognoscere de primis causis secundum prædictam conclusionem receptissimam, ergo sequitur, quòd poterit cognoscere de secundis causis, & sic de appellationibus.

Secundò, pro hac sententia facit id, quod colligitur ex dictis per Ang. in l. j.in §. qui mandatam. in fi. ff.de off.eius cui mand.est iurisd. vbi inquit, quòd si conceditur priuato ciuitas vel castrũ, transit in eum iurisdictio & imperium, quæ cohærent territorio,l. pupillus.§.territorium.de verb.signific. non autem, quòd ab eo possit appellari,sed ad cõcedentem.Præpos.in c.j.§.præterea si inter.col.j. de prohi. feud.alie. per Feder. Io.Andr. in addit. ad Spec. in tit. de iurisd. om.iud.in glo.magna in verbo pastoralis.in vers. sed si talis donatio. Bos.in tract.crim.in tit.de foro compet.nume.45. quia hoc ius cognoscendi de causis appellationum, in dubio non censetur concessum,sed reseruatum,cùm competat superioribus & maioribus magistratibus,nõ autem his, quibus ius primarum cognitionum etiam competit, & inquit Didac.
* vbi suprà,cp opinio Ang.in praxi est * receptior.Et ratio est,quia cùm idem sit tribunal, non est appellandum à vicario domini ad ipsum dominum. c.Romana.de appel. in 6.l.j. §. fin. ff.quis & à quo appelletur. Bru.in cons.103.col.j.& 2.Purpur.in l.Imperium.nu. 75.de iurisd.om.iud.Craue.in consil.207.col.2.in fin. Natta in cons.309.& in cons.580. Soc.Iun.in cons.126. nu.38.vol.3.Affl.in constit.Regn.in q.24.col.pen.in fi. & Gramma.in vot.28.col.pen.in fin.

Nec obstat si dicatur quòd Ang. non loquitur in casu vbi esset facta concessio meri, mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis: quia respondetur, quòd etsi Ang.non loquatur vbi sit illa dictio omnimoda, tamen in terminis vbi in inuestitura sit dictum de mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, ita dixerunt Iacob.de S.Geor.in inuestit.sua in verb. Et cum mero mixto imperio.col.2.versic. sed an ille. vbi sic inquit: habens merum, mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionẽ in loco, constituit potestatem seu vicarium generalem, habentem ordinariam iurisdictionẽ, vertitur causa coram illo ordinario,pars quę succubuit,appellauit ad dominum illius loci, an poterit cognoscere de ipsa appellatione?& concludit quòd non:quia cognitio ipsarũ causarum appellationum non venit in generali concessione meri & mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis, nisi nominatim hoc exprimatur in inuestitura.Mod.in consuetud.Parisien.in tit.j.§.j.num.50. Didac.in tract.pract.quæst.c.4.in 5.concluf.Craue.in con.209.col.2 in fi.Natta in cons.309.& cons.580.col. pen.& fi.Bos.in tract.suo in tit. de principe. nu. 281.& Purpur.in l.imperium.num.75.de iurisd.om. iud.& Soc.Iun.in cons.126.nu.37.vol.3. vbi dicit, quòd licèt reseruatio superioritatis nõ cõcernat,quę specialiter translata sunt,prout est merum & mixtũ imperium cum omnimoda iurisdictione, & vtile dominium castrorum,tamen talis reseruatio intelligitur,vt scilicet Princeps sit superior,vt talis recognoscatur:sicut in iuramento fidelitatis continetur, atque etiam ad eum recurratur in signum superioritatis in defectum denegatæ aut retardatæ iustitię in causa appellationis,& sic in 2. instãtia, nisi aliter sit ordinatum; iux.doctrinam Bal.in l.j.q.43.de rer.diuis.

Superest, vt respondeatur allegatis pro parte affir-
16 matiua. Et†primò ad tex.in l.à procõsulibus,respondetur,quòd tex.ille loquitur in vicario præfecti prętorio,cuius quidã præfecti prætorio tanta olim fuit dignitas, vt ab eo tãquam à Principe prouocare non liceret:ideo non mirum,si ab eius vicario ad eum appelletur,cùm ad alium non possit appellari.Ang.in l. præcipimus. de appel. Franc. in c.dilecti. quæst.6.de appel. Didac. vbi suprà in 5.concluf.circa fin.Bald.in marg.sua in verb.sententia.vers.15. vbi dicit esse speciale in illo casu.

Secundò non obstat,quod notat Cur.Iun.in tract. feud, vbi suprà,& in d.cons.2.quia aduertendum est, quòd

quòd de iure communi non potest appellari à Castellano, Vicario, vel potestate villæ generali, qui gerit vices ordinarij in eodem loco, quo consueuit ipse vasallus ad ipsum vasallum, sed ad superiorem, cum vnum & idem esset tribunal, nisi sit inuestitus cum appellationib. vt voluit Bar. in d.l. j §. fi. vbi dicit, q à Vicario, qui gerit vices ordinarij in eodem loco, & tribunali, quo consueuit ipse ordinarius, & non appellatur ad ipsum ordinarium: quia tunc verè dicitur idem auditorium. idem Bar. in l. præcipimus. C. de appel. Dec. in c. dilecti, il 3. in princip. de appel. Bal. in Margarita sua, in verb. sententia, versicu. appellatur à Vicario. Didac. vbi suprà conclusione quinta. Oldra. in cons. 161. in secundo dubio. vbi dicit quòd à Vicario domini villæ non est ad eum appellandum, cùm sit vnum & idem tribunal, vt etiam dixit Geminia in c. Roma. in princ. in quinto notabili de appel. in 6. facit tex. in cap. non putamus, de consuet. in
17 6. † vbi non valet consuetudo quòd à Vicario Episcopi appelletur ad Episcopum, cùm sit vnũ & idem tribunal: & sit contra substantiam appellationis, quòd ab eodem ad eundem appelletur. sed in terminis nostris agitur de appellatione à Potestate generali, qui vices ordinarij gerit, & sedet in tribunali vasalli, ergo, &c ita in individuo dixit Iacob. vbi suprà, & Bru. in cons. 192. col. j. & sequenti vbi reprobat Cur. Iun. vbi suprà. subdens hanc opinionem apud Astenses seruari. Vel potest limitari eius dictum, vt procederet si causam committeret specialè prout quilibet habẽs ordinariam iurisdictionem potest, vt notant omnes post Bar. in l. more, de iurisd. omn. iud. & Abba. in c. cæterum, j. notab. in fi. & in 5. colum. de iud. quia tunc forsitan posset dici esse appellandum ad delegantem, vt dixit Angel. in l. præcipimus, in prin. C. de appel. Vel si vniuersalem constitueret delegatum ad vniuersas causas villæ, qui non haberet proprium tribunal dominorum, vt declarat Bar. in dicta l. j. §. fi. in fi. ff. quis & à quo appelletur. quia tũc secundum aliquos procederet illa opinio, quòd appellaretur ad dominum virtute regulę iuris, quòd à delegato appelletur ad delegantem. tamen quia multi repugnant huic declarationi, & in praxi opinio Bar. non seruatur, teste Didac. vbi suprà in d. 5. conclusione col. 6. in prin. vers. sic sanè in praxi, vbi multos allegat contrarium tenentes: ideò pro nunc eam non amplector.

Nec obstat decisio Abba. in dicto cap. relatũ, quia respondetur, quòd foraneus officialis Episcopi non habebat cognitionem ordinariã & generalẽ, quam Vicarius Episcopi: quia ipse foraneus erat delegatus ad illas causas speciales, nec sedebat in tribunali ordinario Episcopi, ergo nimirum si ab eo ad delegãtem appellandũ sit, ita Iacob. de S. Georgio in inuestitura sua in verbo Vicarius. in princ. Nam huiusmodi sententia minimè recepta videtur quò ad seculares iudices, vt per Didac. vbi suprà: quia si præses prouinciæ aut ciuitatis rector in aliquo oppido Vicarium constituerit, ab eo Vicario non ad ipsum rectorem vel præsidem est appellandum, sed ad eorum superiorem.

Non obstat decisio Iser. & Aflict. vbi suprà, quia respondetur, quòd si ipsi loquuntur de Baiulis in terris Baronum, qui sint potestates Castellani, vel Vicarij ordinarij generalis prout loquimur in terminis nostris, malè loquuntur, vt constat ex suprà dictis.

18 Nec obstat † decisio Iaso. quia pluribus modis respondetur: Et primò, quòd concessio iurisdictionis meri mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis intelligenda videtur respectu actuum primæ cognitionis. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signific.

19 Secundò, † quòd ius appellationis pertinet ad superiorem iure superioritatis, vt per Bal. in authen. quas actiones, colum. penult. versi. ex his apparet. C. de sacrosanct. eccles. quod remissum non censetur, vt per Craue. in cons. 209. columna 2. in fin. & Natta
20 in cons. 580. numer. 24. † Nam reseruata Principi in signum supremæ potestatis non veniunt in generali concessione, nisi specialiter exprimantur. Abba. in cap. prouidentiam. §. sexta. columna 2. de offic. deleg. vbi per text. in cap. quod translationem, de offic. lega. inquit, quòd reseruata non transeunt in alium, nisi in speciali priuilegio. Paris. in cons. 10. nu. 7. volu. quarto. Purpur. in l. Imperium. numer. 34. de iurisd. omn. iudic. & in l. prima. numer. 163. de iuris. omn. iudic. Grammat. in cons. 6. numero 9. Non enim est verisimile, quòd in specie talia voluisset concedere, ergo generali sermone non includuntur. l. obligatione generali. ff. de pigno. Et ideò inquit Natta vbi suprà, las. in d. cons. 161. malè loqui: quia licèt fuerit concessa omnimoda iurisdictio, tamen propter hoc non dicitur concessa appellatio. & tantò magis hoc dicendum venit, cùm princeps passim & indistinctè in inuestituris suis soleat sibi reseruare ius superioritatis & altum dominium, & sic per consequens appellationes, quę sunt de iure superioritatis, vt per Socin. Iun. in cons. 126. numer. 38. volumin. 3. Item Nat-
21 ta in cons. 309. Item dicitur, † quòd dictio, omnimoda, recipit congruam interpretationẽ à iure cõmuni. Bal. in l. fi. C. de contrahend. emptio. Dec. in consil.
22 356. col. 2. secundum quod † in concessione quamuis vniuersali nõ veniunt reseruata Principi in signum supremæ potestatis, vt constat ex his, quæ dicunt domini de Rota in decis. 119. legatus, in nouis, & 460. nota legatus, in antiqu. vbi concessio facta sub verbis vniuersalib. non comprehendit reseruata Principi,
23 puta si † Papa dat potestatem legato de latere conferendi beneficia qualitercunq; vacantia: nam non poterit conferre beneficia reseruata. Aegid. in decis. 549. Nuntius. & latius in decis. 720. Nũtius. Geminia. in c. si cui nulla, in fi. de præbend. in 6. & Franc. in c. 2. in vlt. notab. eod. tit. in 6.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXVI.

1 *Masculinum in contractibus secundum magis cõmunem non concipit fœmininum.*

2 *Filiorum appellatione de proprio significatu non veniunt fœminæ.*

3 *Verba in contractib. quia stricti iuris sunt, propriè intelligenda veniunt.*

4 *Contrahenti est imputandum quare legem apertius non dixerit.*

5 *Emphyteusis concessa pro se & filijs, non transit ad fœminas.*

6 *Emphyteusis concessa fœminæ pro se & filijs suis, comprehendit fœminas. & nu. 22.*

7 *Fœminæ licèt non succedant in feudis tanquam incapaces, tamen id locum non habet in feudo, quod originem & principium sumpsit in fœminis: quia in eo admittuntur.*

8 *Argumentum de emphyteusi ad feudum valet.*

9 *Regnum etsi ob sui præeminentiam ad primogenitum masculum & ad suum descendentem masculum primogenitum transire soleat, tamen quando Regnum originem habuit à fœmina, ad descendentes etiam ex fœmina transit.*

10 *Origo rerum in omnibus rebus est consideranda.*

11 *Dispositio quando fit à fœmina descendentes masculos vocãdo, ea intelligi debet de descendentib. masculis ex fœmina, & non solùm de descendentib. ex masculis.*

12 *Priuilegium immunitatis concessum alicui & posteris, quamuis non comprehendat descendentes ex fœminis, tamen fallit quando huiusmodi cõcessio fit à fœminis.*

13 *Clerici vel religiosi etsi non succedant in feudo seculari, tamen secus in feudis ecclesiasticis.*

14 *Donatio, vel concessio feudi debet interpretari secundum qualitatem personarum donantium, & quæ donationem recipiunt,*

15 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio quando incipit à fœmina, tranſit etiam ad nepotes ex filia.*

16 *Fundus ſi donatus eſt mulieri ſub pacto, quòd ea decedente ſine filijs maſculis fundus rediret ad Titium vel eius filios maſculos, ea decedēte relicta filia trāſit ad eam.*

17 *Mentio ſi fiat in aliqua diſpoſitione per maſculum & fœminam de filijs & deſcendentibus, veriſimile eſt eos intellexiſſe de deſcendentibus vtriuſq; ſexus.*

18 *Mater quandoq; plus diligit fœminas, quàm maſculos.*

19 *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.*

20 *A primordio tituli poſterior formatur euentus.*

21 *Verba debent intelligi ſecundum conditionem & qualitatem perſonæ.*

22 *Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ non ſolet tranſire ad naturales, tamen tranſit ſi conceſſa eſt naturali.*

23 *Filij naturales etſi non excludāt ſubſtitutum, tamen id locum non habet, quando teſtator ipſe fuiſſet naturalis.*

CONSILIVM LXXVI.

MAGNIFICA domina Vrſula de Spinolis, cui fuit facta conceſsio cuiuſdam grāgię in emphyteuſim proſe, ſuisq; filijs, ab hoc ſeculo migrauit relicta magnifica domina Iſabella eius nepte ex filia, & magnifico domino Nicolao eius nepote ex filio. Modò oritur controuerſia inter ipſos nepotes, & neptem, quia nepos ipſe prætendit dictam emphyteuſim in ſolidum ad ſe ſpectare, ex aduerſo autem neptis ipſa dicit dimidiam ipſius rei emphyteoticæ ad ſe pertinere: quia comprehenſa in inueſtitura emphyteuſis factæ prędictæ quondam magnificæ D. Vrſulæ: igitur videndum reſtat, quisnam ipſarum partium meliora atque potiora foueat iura. Et deueniendo ad rem primo aſpectu dicēdum videtur, quòd pro nepote ſtet * communis theorica ſcribentium, quę habet † quod in contractibus maſculinum nō concipiat fœmininum, vt per Iaſ. in l. ſi quis id quod, col. 5. ff. de iuriſd. om. iud. vbi firmat hanc eſſe cōmunem, put & ſimiliter faciūt Dec. in l. teſtamentis. ff. de reg. iur. Didac. lib. 2. var. reſol. c. 18. verſ. quamuis. Ceph. in conſil. 11. nu. 7. volum. j. & magis communem ipſam citat Alexan. in conſil. 204. num. 4. volum. 1. & quamuis nonnulli aliter ſenſerint, tamen ab hac ſententia in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum. Et ratio eſt † quia appellatione filiorum de proprio ſignificatu non veniunt fœminæ, cùm maſculinum propriè non concipiat fœmininū. Bart. in l. j. ff. de verb. ſign. † ſed in contractibus verba ſunt propriè intelligenda l. 3. ff. de nego. geſt. cùm ſit ſtricti iuris, vt notatur in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obligatio. ſi ergo ita eſt, igitur ſequitur quòd maſculinum nō concipit fœmininum. † Item imputandum eſt contrahentibus, quare legem apertiùs non dixerint. l. veteribus. ff de pac. & in terminis emphyteuſis ita determinat Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua quæſt. 146. Bal. in authen. ſi quas ruinas in fi. C. de ſacroſanct. eccle. Guid. de Suza in l. veteribus. ff. de pact. vbi dicit, † quòd in emphyteuſi appellatione filij non venit filia fœmina. Ancha. in c. ſi quis ſuadente. 17. quæſtione tertia. Imol. in c. potuit loca. & in l. ſi ita ſcriptum, de legat. j. vbi refert ita conſuluiſſe: & verum dicit, vt patet in conſilio ſuo 38. Bal. Ang. Paul. & Iaſ. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. Corne. in l. j. columna penultim. C. de cond. inſer. vbi etiam dicit ita ſe conſuluiſſe Iaſo. in l. 2. quæſtion. 6. verſicul. adde tamen, C. de iure emphy. Gozad. in conſ. 20. in principio.

Verùm præmiſsis non obſtantibus contrariam partem in terminis noſtris veriorem & crebriorem rem eſſe exiſtimo, quòd imò neptis ex filia ſuccedere æqualiter debeat cum nepote ex maſculo in dicta emphyteuſi: quoniam indubitatiſsimi iuris eſt, † q; quando emphyteuſis eſt conceſſa fœminæ, & ſic à princ. eſt fœminea, ſi in ipſius cōceſsione fit mentio de filijs, veniunt etiam & fœminæ. quod probatur ex infra dicendis. & primò ex * communi concluſione quæ habet, † quòd licèt fœminæ in feudis non ſuccedant tanquam incapaces. capitul. j. & quia videmus qui feud. dar. poſſ. propter rationes de quibus per Bal. in l. quotiens. C. de ſuis, & legit. hęred. & Cur. Iun. in tract. feu. in 3. par. in j. regula, tamen concluſio ipſa limitatur locum non habere in feudo materno ſeu fœmineo, hoc eſt, quod originē ſumpſit & principium in fœminis: quia in eo admittuntur. glo. in d. § & quia, verſ. ſic ergo, circa medium, per text. apertum in c. j. de nat. ſucceſ. feud. vbi tex. dicit, fœminæ non ſuccedunt in feudis niſi fœmineum ſit, Curt. Iun. vbi ſuprà, colum. 2. verſic. 2. & in conſilio 14. col. j. & 181. col. 2. in princ. Senatus Mātuæ in conſ. j. col. 2. inter conſilia ſtatus Montisferrati. Roma. in conſ. 367. col. 2. verſ. fallit ſextò. Rub Alex. in conſ. 57. col. 2. Ripa in j. reſpon. nu. 74. in princ. vbi inquit docto. * communiter ita tenere: ergo idem dicendum in emphyteuſi: † nam argumentum in iure eſt validum de emphyteuſi ad feudum, vt vult Alex. in con. 43. colum. 2. vol. j. & in conſ. 30. col. 5. in fin. volu. cod. Pariſ. in con. 12. nu. 42. vol. j. & in conſ. j. nu. 147. vol. 2.

Secundò facit notabilis deciſio Ancha. in conſil. 341. vbi inquit, † quòd licèt regnum ob ſui præeminentiam ſoleat ad primogenitum maſculum, & ad ſuos deſcendentes maſculos primogenitos tranſire, vt per Inno. Ioan. Andr. & alios in c. licèt, de voto: tamen quādo regnum habuiſſet originem à fœmina, tūc poteſt etiam ad deſcendentes ex fœminis tranſire: † Nam origo rerum in omnibus rebus eſt conſideranda, l. tutor. ff. de fideiuſſo. & cū Ancha. pertrāſeunt Iaſ. in l. ſed ſi hac, §. liberos. ff. de in ius vocan. Aret. & Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſthum. Soci. in l. cum auus. ff. de cond. & demon. colu. 46. verſ. tertius caſus. Grat. in conſ. 110. num. 26. vol. j. Curt. Iun. in d. tract. feud. vbi ſuprà, & in conſ. 181. colum. 2. Ceph. in conſ. 185. numer. 26. volu. 2. & Berojus in conſ. 120. nume. 12. volum. 2. Gozad. in conſ. 79 in fin.

Tertiò accedit, quod voluit Paul. de Caſt. in conſ. 341. ſecundum antiquam impreſsionem, vbi concludit, † q; quando diſpoſitio fit à fœmina deſcendentes maſculos vocando, debet intelligi etiam de deſcendentib. maſculis ex fœminis, & non ſolùm de deſcendentib. ex maſculis: quoniam tūc perſpicitur, quod ipſa facta non cenſentur cauſa conſeruandæ agnationis, ſed fauore, & gratia conſeruandi maſculinitatem, ſequitur Dec. in conſ. 313. col. pen. in fi. Bero. in conſ. 120. nu. 13. vol. ſecundo. vbi inquit hoc velle Caſtren. in conſ. 171.

Quartò confirmatur hęc ſententia ex notatis per Dec. in l. fœminæ. nu. 100. de reg. iur. vbi ait, † quòd licèt priuilegiū immunitatis conceſſum alicui, & poſteris, non comprehendat deſcendentes ex fœminis l. j. §. fi. ff. de iure immu. illud eſt verum, niſi talis conceſsio fiat à fœmina: quia tunc propter qualitatem perſonæ fœminæ concedentis cenſetur ita intelleXiſſe de fœminis ſicut de maſculis: ita etiam Iaſ. in d. §. liberos, poſt Ancha. in conſ. 341. ſuprà citato. & in con. 117. col. 2. vol. 4. vbi etiā concludit, † q; & ſi in feudo ſeculari non ſuccedant clerici vel religioſi, tamen ſecus eſt in feudis eccleſiaſticis: qa non eſt veriſimile, q; perſonæ eccleſiaſticæ in feudis eccleſiæ excludantur, & quòd Papa in ſuis conceſsionib. feudalib. vult excludere genus ſuum clericorum. c. duo ſunt genera. 12. quæſt. 1. imo è contra tenēdum eſt. Et facit ſecundum eum, † quia donatio vel conceſsio feudi debet interpretari ſecundum qualitatem perſonarum donantium, & earum quæ donationem recipiunt ſecundum Abb. in c. paſtoralis, in fi. poſt Inno. ibi de dona. l. plenum. §. equitium. ff. de vſu. & hab. c. ſi de beneficio, de præben. in 6. Idem dixit Gozad. in conſ. 71. nu. 6.

Quintò adducitur, quod voluit Moder. in conſuet. Pariſien. in titu. j. §. 16. numer. 7. vbi dicit, quòd † quando inſtitutio vel ſubſtitutio incipit à fœmina, puta ſi pater habens duas filias, inſtitueri eas hæredes æqualiter, & caſu quo altera decederet ſine liberis maſculis, ſubſtituit alteram, & eius deſcen dent-

scendentes masculos, quòd tunc verbum masculis, siue ex parte honoratæ, siue ex parte grauatæ nedũ supponit pro masculo descendẽte ex masculo, sed etiam ꝙ masculo descendente ex fœmina. & effectus est, quòd ex parte grauatæ nedum filius eius superueniens, sed etiã nepos ex eius filia, siue viuẽte, siue prẽmortua facit deficere substitutionẽ ex parte honoratæ, & nedũ censetur vocatus ad eius substitutionem filius alterius filiæ instituta, vel eius nepos ex filio, sed etiã eius nepos ex filia, dummodò in rerũ natura sit tempore extantis cõditionis, & siue mater & auia superuiuant, siue non. Et ratio huius modificationis est, quia ex quo descendentes siue personæ honoratæ. siue personæ grauatæ, non possunt esse agnati, non cẽsetur contemplata agnatio, sed solũ ipsa personalis qualitas masculinitatis, subdés ꝙ secundum præmissam modificationẽ originaliter in simili ita determinauit Ancha. vbi suprà, & expressim Aret. & Soc. in d. §. nunc de lege. Rub. Alexand. in cons. 12. duplicato in cons. 128. col pen. Gozad. in cons. 71. nu. 6. Soc. in d. l. cum auus. col. 46. vers. tertius casus. Et ideò subdunt Mod. quòd per supradicta aliàs consu-
16 luerunt in specie huiusmodi: † fundus donatus fuit mulieri sub pacto, quòd si decederet sine filijs masculis, fundus rediret ad Titiũ, vel eius filios masculos: Accidit quòd mulier decessit relicta filia, & nepote ex ea, quærebatur, an extiterit conditio, & an Titius possit agere & condicere fundũ iux. l. quotiens. C. de dona. quę sub modo, & refert se consuluisse, ꝙ non: quia verbũ filij hoc casu accipitur latè etiam pro nepotibus, ex quo non interest donatoris, qui sibi non fuit stipulatus reuersionẽ, & ex eius verisimili mente: quia filios masculos donatariæ prætulit Titio, & sic eadem ratione videtur voluisse præferre nepotes masculos donatariæ, tũ ex eo, quia cessat ratio agnationis conseruandæ in descendentibus à muliere, cùm nõ possint esse agnati, appellatione filiorũ masculorũ veniunt & nepotes masculi ex filia, quemadmodum aliter & cæteris paribus appellatione filiorum masculorum veniunt nepotes masculi ex filia, vt latiùs habetur in dicto suo consilio.

Sextò facit in fortioribus terminis, nam in iure
17 clarum est, † quòd si in aliqua dispositione facta per masculum & fœminam fit mentio de filijs & descendẽtibus, verisimile est eos intellexisse de descentibus vtriusq; sexus, quoniam sicut masculus sexum masculinũ dilexit, ita fœmina suum fœmininũ sexum pariter dixile esse præsumitur: ita Bero. in cons. 120. nu. 12. volu. 2. quia propter similitudinem sexus
18 † mater quandoq; plus diligit fœminas, quàm ma-
19 sculos. † in habentib. enim symbolum facilior est trãsitus. l. an inutilis. ff. de acceptil. Ex istis igitur decisionibus satis concludenter infertur ad terminos quæstionis nostræ, quòd ex quo dicta emphyteosis fuit concessa d. dom. Vrsulæ pro se & filijs, & sic mulieri à qua sumsit originem, quæ in quibuscunq; rebus spectanda est. l. si id quod. ff. de dona. l. tutor. ff.
20 de fideiusso. † Et à primordio tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de imp. tuer. descrip. libr. 10. quod verbum filijs appositum in dicta concessione emphyteotica extendatur & comprehendat etiam filios ipsius dominę Vrsulæ, & neptem ex ea, cum non inspexerit agnationem, sed cognationem suam.

Vltimò ne illotis manibus in terminis quæstionis nostræ sine authoritatibus procedamus, adduco in indiuiduo decisionem Bald. ita tenentis in l. quotiens. colum. j. C. de fuis & legit. hæred. Iaſ. in d. §. liberos. vbi dicit, quòd licèt masculinum in contractib. non concipiat fœmininum, & ideò si quis acquisiuit emphyteusim pro se & filijs, non veniant filiæ fœminæ, tamen istud limitatur locum non habere, quando concessio fieret à fœmina, quę verisimiliter æquè fœmininũ sexum, sicut masculinum diligit.
21 † cùm verba debeant intelligi ex conditione, & qualitate personæ, per c. si de beneficio. de præben. in 6. & idem si à fœmina facta fuisset. Gozad. in cons. 79. in fi. Cur. Iun. in cõs. 81. col. 2. & in tract. feud. in 3. par. in prima regula column. 2. vers. secundò singulariter. Soc. in d. §. nunc de lege, column. 3. verſicul. potest etiam, vbi etiam Aret. Ceph. in cons. 185. numer. 26. vol. 2. Soci. in d. l. cùm auus, colum. 46. verſicu. tertius casus. Grat. in cons. 110. nu. 26. vol. j. Rub. Alexand. in cons. 22. col. penul. & Moder. vbi suprà, nu. 9. ac Bero. in citato cons. 120. nu. 19. pro qua opinione etiam facit quod voluit Bal. singulariter in c. quæ in eccleſia-
23 rum. col. fi. de cõstit. vbi inquit † quòd licèt emphyteusis ecclesiastica non transeat ad naturales vt per Bal. & alios in l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. tamen si à princ. emphyteusis ecclesiastica fuisset concessa naturali, transiret etiam ad naturales inspecta origine & radice. cap. j. §. ex eadem, de lege Conrad. sequitur Iaſ. in d. §. liberos. Dec. in c. in præ-
22 sentia. nu. 36. vers. vltimò, de proba. vbi dicit, † ꝙ & si regulariter naturales filij non excludãt substitutum, tamen id locum non habet, quãdo testator ipse fuisset naturalis: quia tunc etiam de similib. cogitasse videtur Tiraquel. in tract. de legi. connub. in 5. part. j. glosſæ. nu. 26.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXVII.

1 *Homicidium probatur per duos testes deponentes de visu.*

2 *Homicidium committens punitur pœna mortis.*

3 *Delictum homicidij voluntarij connumeratur inter enormia delicta sicuti furtum, periurium, & adulterium.*

4 *Minoribus 25. annis non subuenitur in delictis atrocioribus.*

5 *Minori nõ subuenitur per restitutionem in integrum quando deliquit dolosè.*

6 *Minori ratione homicidij nõ imponitur pœna ordinaria, nec alia pœna corporalis, sed pecuniaria & ampliſsimè, in sequentib. numeris.*

7 *Claudiæ propter ætatem crimen incesti imperatores remiserunt.*

8 *Cautus esse debet Iudex vt in puniendo minorem mitiùs cum eo agat quam cum maiore.*

9 *Dolus in minore non est tantus, quantus est in maiore.*

10 *Iudex in pœnis imponendis mitis esse debet.*

CONSILIVM LXXVII.

1 VIA formata reperitur inquisitio contra Antonium Sappiam de homicidio voluntariè perpetrato, & de quo negari non potest † quin conuictus sit per duos testes, maximè cum deponant de visu. iuxta l. qui sententiã. C. de pœn. l. vbi numerus, de testi. Doct. in l. admonẽdi, de iureiur. Marſ. in cons. 31. in princ. Et tantò magis cũ sint omni exceptione maiores. l. fi. de proba. Marſ. in cõs. 12. nu. 8. & in cons. 65. nu. 34. Dubitari videtur, qa dictus Anton. est minor 25. annis, licèt maior de-
2 cẽ & nouem, † an puniri debeat pœna mortis ordinaria iuxta l. 3. §. legis Corneliæ. ff. ad l. Corn. de sicar. l. qui vltimo, cum ibi notatis. ff. de pœn. §. Item lege Cornel. Instit. de publ. iud. Marſ. in cons. 9. nu. 21. 24. num. 1. 63. num. 1. 90. num. 2. 91. nu. 12. 113. nu. 45 & 115. numer. 2. & in practica sua in §. quoniam. numer. 94. Grammat. voto 23. numer. 12. & 24. numer. 18. ac in
3 deciſ. 5. nume. 21. vel saltem ei minorari debeat pœna prædicta. Prima itaq; facie dicẽdum videtur, † quòd ex quo dictum delictum homicidij voluntarij connumeratur inter enormia delicta, sicuti & furtum, periurium, & adulterium. Butr. in c. & si clerici, de iud. Alex. in cons. 13. col. 2. volu. 6. quòd puniri debeat
4 pœna mortis. l. auxilium. §. in delictis, de mino. † vbi in delictis atrocioribus vt est adulterium, non subuenitur minori 25. annis. Et ideò dicit Bal. in l. j. C. si
5 aduersus delictum, † quòd nũquam subuenitur minori per restitutionem in integrum, quãdo deliquit ex animo, id est, dolosè, siue loquamur in adulto siue in pupillo, qui est plenè doli capax: subdens hanc esse
** communem opinionem.

Sed præmissis non obstantibus videtur dicendum, † q etsi minor afficiendus veniat aliqua pœna, non tamen ordinaria mortis, nec alia pœna corporali, sed pecuniaria. Primò per tex. in l. si adulterium cum incestu §. fratres. ff. de adult. † vbi fratres Imperatores Claudiæ crimẽ incesti per ætatem maximè, vt dicit ibi gl. remiserunt.

Secundò per tex. in l. aut facta, in §. persona. ff. de pœn. iuncto principio ipsius legis, vbi inquit tex. q aliter puniuntur ex facinoribus supradictis serui, quàm liberi, & aliter q quid in dominũ, parentémve ausus est, quàm qui in extraneum, magistratũ, vel in priuatum. subdens legislator in huius rei consideratione, ætatis quoq; ratio habetur.

Tertiò per gl. in l. impunitas. C. de pœn. vbi licèt tex. dicat, quòd impunitas delicti propter ætatẽ non detur, tamen inquit ibi gl. j. mitiùs tamen agitur. l. si ex causa. §. videndum. ff. de mino.

Quartò est tex. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. vbi sic inquit Imperator: In delictis autem minor 25. annis nõn meretur in integrũ restitutionem vtiq; in atrocioribus, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit.

Quintò per gl. in c. fi. in verb. ætatis, de senten. excom. vbi parcitur ętati non in totum, sed quòd ad minorem pœnam.

Sextò per tex. in l. ferè. ff. de reg. iur. vbi dicit ferè in omnibus pœnalibus iudicijs, & ętati, & imprudentiæ subuenitur.

Septimò probatur ex decisionibus infrascriptis: Et primò ex his, quæ scribit Ang. Are. in tract. malef. in verb. Scienter, dolosè, nu. 12. vbi sic ait: † Cautus debet esse iudex in quo minor ex delicto in committendo commisso teneatur, quòd mitius debet agere cũ minore,, quã cum maiore, per notata per Bart. in l. si ex causa. §. nunc videndũ. ff. de mino. etiam q delictũ sit atrox, vt in l. aut facta, §. persona, in fi. coniuncto principio illius legis. ff. de pœn. quod inquit mentu tenendum esse per iudicem, ne erret: quia creditur quòd sit beneficiũ datum à iure, quod ab eo auferri non potest. cap. indultum, de reg. iur. & quòd sit ipso iure ei tale beneficium concessum, patet secundum eũ in dicto §. in delictis, & in d. §. persona. & Ange. ibi sequitur Augu. Arim. vbi dicit, Aduerte quia vbi dixi impuberem & minorẽ debere puniri criminaliter, nunquam intelligas ipsum directè puniri. l. Cornelia de sicarijs, sed alia pœna. Et ideò si isti minores õccidunt aliquẽ, non credo decapitari, sed iusta est causa dispensandi cũ eis, q minori pœna afficiantur, vt in terminis dixit Bar. in l. administrãtes §. fi. ff. de adm. tuto. licèt Bar. in lectura mea hoc nõ dicat. item & quia vbi in delicto est minor dolus, mitiùs punitur, † sed in minore non est tantus dolus, quantus in maiore, teste Bal. in l. & si seuerior. C. de infam. & cum Bal. ibi transit Sali. Alex. in cons. 160. nu. 8. vol. 7. & Dec. in c. de causis, nu. 5. de offi. deleg.

Octauò ita tenet Mars. in con. 24. nu. 37. sic dicens: Minor licèt aliàs commiserit delictum puniendum pœna mortis, tamen propter minorem ætatem pœna ipsa non punitur, nec alia corporali, sed pecuniaria, vt habetur in l. j. §. impubes, & in §. excipiuntur. ff. ad Syllan. & in c. j. & 2. de delic. puerorum. Iterum in cons. 30. nu. 20. 39. nu. 59. 47. nu. 14. 48. col. pen. in fi. in pract. sua crim. in §. quoniam. nu. 95. & in singulari 628. in fi.

Nonò Aret. in cons. 130. in vers. venio ad secundũ, vbi inquit, quòd iudex potest mitigare pœnam statuti ex iusta causa, sicut posset mitigare pœnam iuris communis. & quòd iustissima causa est minor ætas, iux. notata per Bal. in d. l. & si seuerior. licèt aliter dixerit in l. j. C. si aduer. delic. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam.

Decimò, Cuma. in cons. 9. col. fi. vbi inquit, adolescentem decem & octo annorum, qui nixus fuit cognoscere virginẽ, & deuenit ad actũ proximum, mitius puniẽdum esse ætatis miseratione, quem sequitur Dec. in cons. 535. col. 2.

Vndecimò, Alber. de Rosa. in l. si quis non dicam rapere, columna 4. versicu. aut est pubes. C. de epis. & cler.

Duodecimò, Idem consuluit Fulgo. in cons. 157. col. 2. loquens de duobus adolescentibus minoribus 25. annis, qui plura furta de nocte commiserant, cui consilio se subscripsit Cuma. vbi inquit se meminisse erga quendam Siculum scholarem dominum Ioannem Maurum simili modo processisse. & quod fortius est erga quendam Vitalem Bononiensem famulum Iacobi Ferraroli, qui plura furta commiserat, & erat vilis persona, processum ad bãnum, & sic sæpius audiuisse obseruatum.

Tertiodecimò, Accedit, qd scribit Dec. in con. 535. col. 2. vbi loquitur de filia minore, quæ plures abortus fecerat, concludens q ratione minoris ętatis pœna mortis debuit mitigari exemplo Imperatoris in d. §. si fratres.

Quartodecimò, tenet Carer. in pract. sua causarum crimin. in §. circa, nu. 5.

Quintodecimò, Foler. in pract. sua crim. in 4. par. nu. 17. vbi dicit quòd minor delinquens nõ tenetur pœna ordinaria, sed minori: & quòd iudex de necessitate tenetur minorare pœnam, vt per Bal. Sali. Castren. & Alex. in d. l. seuerior.

Sextodecimò, accedit quod inquit Socin. Iun. in cons. 7. vol. 3. vbi cõsuluit in casu, in quo adolescens quidam ætatis annorum 20. vel circa, pollutionem habuit cum adolescentulo annorum 14. in circa. & concludit quòd pœna est mitigãda omninò in persona vtriusq; ratione minoris ætatis, cum quilibet eorum præsupponatur minori 25. annorum, prout est regula generalis in delictis, in d. l. auxilium. § in delictis. quemadmodùm in simili dicitur de minore aliquem occidente: quia non tenetur pœna l. Cornelia de sicarijs, sed minori pœna punitur. Rursus in cons. 117. nu. 38. vol. eo.

Decimoseptimò, Blanch. in pract. sua crim. §. postquàm nu. 26.

Decimooctauò, Cacialup. in cõs. 92. inter consilia crim. recollecta per Ioan. Baptistam Ziletum in primo tomo, vbi sic ait, q quanquã viderit aliquos officiales nullam rationem ætatis habere, nec misereri furibus minorib. vigintiquinq; annis, vel imperitia iuris vel obinanem gloriam apud vulgares, vt apparerent seueri obseruatores iustitiæ, tamẽ apud bonos, doctos, & graues officiales in illis ciuitatibus vbi iura docentur, vidit seruari quòd minori licèt multorũ furtorum reo fuit mitigata pœna vltimi supplicij in minori corporis afflictiua & pecuniaria secundum varias circũstantias aggrauantes, vel minorantes, per notata in d. l. & si seuerior. & ita vidit responsum Senis in personam cuiusdam miseri & infelicis inquisiti ab Aretio ex consilio multorum doctorum consultorum viua voce per quendam D. Franciscum de Egubio. Itẽ & quòd vidit sic responderi per insignes doctores annis superiorib. apud sanctum Gemnesium, & apud Rachanatum: idemq; seruatum apud Ferrariam in minore vigintiquinq; annis reo falsæ monetæ aliàs damnando in pœnã ignis, cuius ætatis miseratione fuit mitigata pœna in pecuniariã, reliquis verò igne cõbustis. & q eo audiente ita attestatus est excellentissimus doctor & timoratæ cõscientiæ D. Franciscus de Accolytis de Aretio, q vidit ita Ferrarię seruari ex consilio prudentum. & similiter vidit idem consulendo responsum per Soc. in cons. incip. Viso processu. & istam dispensationem faciendam esse à iudice postquã fuerit petita corã eo, vbi manifestissima ratione probauit, q dispositio §. in delictis, militat nedũ in impubere, sed in pubere minore 25. annis. & quod idem seruatum fuit Perusij, subdens quòd ista miseratio ætatis non est ceruellina ex capite, & reprehẽsibilis, sed legalis, & laudabilis apud sublimes iuristas, & viros magnanimos, quales sunt Veneti iustitiæ obseruantissimi, ad quam miserationem ratione ætatis per iudicem faciendam & pœnam moderandam debet iudex adduci, per tex. in d. §. in delictis, si non vult annumerari inter sitientes humanum sanguinẽ, aut hominis extinctionem. Subdens quoq;, quod ita respondit iam bis quibusdam officialibus, qui eum tanquam confitentem consuluerunt verbo habito colloquio inter ipsos & eum.

Decimononò, hanc partem amplectitur D. Antonius

tonius Galeatius inter d. consilia. num. iii. & sub num.25.

Vigesimò, Rimin. in consi. 135. inter d consi.nu. 10.vbi loquitur de minore xix. annorum vel circa, qui alium occiderat. concludens hanc opinionem penès omnes esse passim receptam,nec aliquē contrariari, sed potius conuenire,licèt in adulto casus contigerit.

Vigesimoprimò,Grammat.in decis.23.numer.12. * vbi affirmat hanc* cōmunem opinionem & obseruatam fuisse in sacro concilio Neapolitano.

Vigesimosecundò, Clar.in trac.crim. quæst. 60. vers aut maior.vbi inquit, quod maior 14. annis sed minor 25. secundum cōmunem etsi non excusetur à pœna delicti,debet tamen propter imbecillitatem ętatis mitiùs puniri arbitrio iudicis: & ita tenere doctores frequentiori calamo attestatur.

Vigesimo tertiò, Placa in lib.primo delictorum. c.32.nu.11.

Vigesimoquartò,Dec.& alij in l.ferè in omnibus de reg.iur. Ex his igitur satis concludenter perspicitur,hanc partem vti æquiorem& humaniorem amplectendam fore. Et miror de nonnullis, qui velint conclusionem hanc ab omnibus receptissimam restringere in minore à decem octo vel 19. annis infrà:quia cum lex indistinctè loquatur in minoribus, generaliter intelligi debet in minoribus 25.annis l.j. §.generaliter.ff. de lega. præstan. Et tanto magis hæc sententia à ciuibus amplectenda est,cùm debeant in
10 condemnando minorem pœnam eligere.l. pen. & fi. C.de pœn. † Nam misereri delinquentibus vera iustitia est,vt dicit text. in c.vera iustitia.45.distinctione. quem text.ad hoc allegat Aret. in cons. 166. in fin. colum. Hinc dixit tex. in c.plerunq; §.is ita.2.quæstio. 7. quòd qui putant misericordiam negandam esse peccantibus,& de iustitia sua præsumunt,à Domino precusi intereunt: quia iudicium sine misericordia erit illorū,qui nolunt facere misericordiam delinquentibus.caueant igitur iudices à seueritate, & amplectantur viam mediam,aliàs scire debēt, quòd animæ ipsorum perpetuò cruciabuntur in inferno.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXVIII.

1 *Fideicommissarius, qui possidet & qui paratus est in continenti edocere de iuribus suis dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem ex vi l. fi.C.de edict.Adr.toll.*

2 *Dolo facit qui petit quod in continēti restituturus est.*

3 *Regula dolo facit,locum habet in possessorio adipiscendæ, quando quis in continenti est paratus docere de iuribus suis.*

4 *Possessorium l.fin.C.de edic.diui Adria.toll.est adipiscendæ.*

5 *Contradictor legitimus dicitur ad impediendam immissionem d.l.fina. qui allegat titulum & possessionem.*

6 *Restitutio per fideicommissariā peti non debet ab hærede grauati quādo proceditur in causa summariè.*

7 *Senatus vicem præfecti prætorio obtinet.*

8 *Senatus æquiparatur Principi.*

9 *Restitutio prædicta secundum æquitatem canonicam vt circuitus euitetur, peti non debet ab hærede:sed contra nu.21.*

10 *Hæredi ex testamerto licitum est ingredi possessionem bonorum paternorum, & illa tenere & possidere.*

11 *Hæredes scripti in testamento nō abolito, nec cancellato,nec in aliqua parte vitiato, mittēdi sunt in possessionem bonorum, quæ testator tēpore mortis suæ tenebat & possidebat ex remedio l.fin.C.de edic.diui.Adr.toll.*

12 *Remedium d.l.fi.nedum datur hæredi scripto in testamento,vt inducatur de nouo in possessionē bonorum hæreditariorum, sed etiam vt confirmetur in possessionem illorum, quam prius habebat, & propria authoritate acceperat.*

13 *Remediū d.l.fi.est summarium, ac celeriter & de plano expediendum,*

14 *Fideicommissarius vt dicatur legitimus contradictor, requiritur, quòd apprehendat possessionem præcedente restitutione reali,vel saltem verbali sibi facta ab hærede grauati,aliàs secus.*

15 *Quod amplia procedere,vbi etiam restitutio esset facta ipso iure,vt fit in quibusdam casib. in quibus tamen fideicommissarius debet actualem possessionem repetere ab hærede.*

16 *Fideicommissarius dicitur sine vitio possidere,quando testator in vita illi dedisset possessionem.*

17 *Idem & si dedisset licentiam fideicommissario, aduenientе conditione accipiendi possessionem propria authoritate.*

18 *Pariter etiam si fideicommissarium constituisset in exequutorem suum.*

19 *Fideicommissarius capiens possessionem bonorum hæreditariorum ante aditionem hæreditatis factam per hæredem, vel apprehensionem possessionis, licèt teneatur bona restituere hæredi, non tamen priuatur iure suo,secus si accepisset post aditam hæreditatem,vel apprehensionem possessionis.*

20 *Dispositio l.non dubium.C.de lega.ita locum habet in fideicommissario,sicut in legatario.*

21 *Fideicommissarius non dicitur legitimus cōtradictor, vbi hæres grauati potest detrahere legitimam & trebellianicam.*

22 *Filius grauatus restituere sub conditione detrahit legitimam & trebellianicam.*

23 *Cōtradictor legitimus non dicitur, qui nunquam possedit.*

24 *Ratificatio facta re nō integra,nō prodest ratificanti.*

25 *Possessionē alicuius rei si quis acceperit nomine Titij, & antequā Titius ratificet, alius illius rei accipiat possessionem, Titio nō competit remedium recuperandæ,etiam si posteà sequatur ratificatio.*

26 *Paria sunt non accipere possessionem, vel accipere, sed nulliter.*

27 *Contradictor legitimus vt quis dicatur, requiritur quod probet se possedisse ante mortem testatoris, vel quod habeat titulum similem prouenientem à testatore, & non à diuersis.*

CONSILIVM LXXVIII.

HAbita diligenti consideratione circa controuersiam vertentem inter dom.Cleopatram & Virgineam de Gambaleonibus,hæredes institutas à quondā domino Hieronymo ipsarum fratre, parte ex vna, & dom.Ioannem Franciscum similiter ipsarum fratrem parte ex altera,prętendentem vigore fideicōmissi dom. Ludouici eius patris,& tanquam possessorem bonorū, quæ tenebantur & possidebantur per iam d.D. Hieronymum tempore mortis suę, fore legitimum contradictorem ad impediendum immissionem in possessionem requisitam bonorū prædictorum per dictas sorores d.quondam dom.Hieronymi,seu eorū confirmationem, quatenus apparere possit de ipsarū possessione: Primo aspectu dicendū videtur ipsum dom. Ioan. Frāciscum fore legitimū contradictorem.Nulli enim dubium est, † quòd fideicommissarius q possidet, & est paratus in cōtinenti edocere iurib.suis, dicitur legitimus cōtradictor ad im-

pediendam immissionem requisita per aliquem.
2 l.2.C.de edict.diui Adr.tol.gl.in l.fi.eo.tit.† per regulã l.dolo facit qui petit, qđ statim restituturus est.l. dolo facit,de reg.iur.in 6.Bart.& alij in l.filiã fratrib. ad Treb.Dec.in cons.467.colum.2. in prin. vbi dicit
3 † q̃ missio in possessionem impediri potest, quando quis asserit se fideicommissarium & possessorem bonorũ de quib.agitur, & offert se in continenti probaturum de iure suo: quia his concurrentibus dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem.Nam in tali iudicio possessorio d.l.fi. C. de edic.
4 diui Adr.tol.† quod est adipiscendæ,obstat exceptio defectus dominij,si in continenti de tali iure probetur.Bar.in l.fi.C.quor.bonor.& tali casu vendicat sibi locum regula dolo facit. Ang. in cons.35. Paris.in con.12.nu.18.vol.2.Ruin.in cõs.27.nu.7.vol.5.Ceph.
* in cons. 49. nu.10.vol 1.& hanc vti*communem sequitur Dec.in d.l.fi.nu.48.

6 Item facit:† nam qui allegat titulum & possessionem, est legitimus contradictor ad impediendum ipsam immissionem. Bar.in d.l.fi.colu.penult. versi. secundo casu.& col.fi. vers.quæro vtrum,quem omnes ibi sequũtur:sed d.dominus Ioan. Franciscus est possessor, & habet titulum vigore testamenti paterni,ergo,&c.Nec habet obstare,quod ex aduerso obijcitur, q̃ ista opinio locũ non habet in terminis nostris. quoniam fideicõmissarius ipse antequã apprehenderet possessionem prędictã, debebat prius petere ab hæredibus grauati restitutionẽ realem bonorum,vel saltẽ verbalẽ.§.restituta.de fideicom.libert. quod cum non fecerit,non videtur legitimus contradictor:quia respondetur,quòd & si hæc conclusio
6 communiter recipiatur, vt infra dicetur,† tamen q̃ ea limitatur locum non habere vbi causa cognoscitur
7 summariè, vt in Senatu Principis † qui vicem præfecti prætorio obtinet, secundum Guid. Papam
8 in quæstion. 29. †& æquiparatur Principi,vt est glo. ordinaria in l.non ambigitur, & ibi Bar.de legib.Ias. & Ripa.in l.quo minus,in 2.& 3.notabili. de fluminibus.latè dixi in cons.70.nu.18.cum plurib.sequentib. vol.1.& vt in terminis nostris dixit Paris. in cons.53.
9 col.fi.volu.3. vbi † etiam dicit id locum non habere de æquitate canonica:quia tunc non est necessarium quòd fideicommissarius penès quem reperiuntur bona, restituat illa grauato,& demũ ea capiat à manib. hæredis grauati, iux. text. in c. in præsentia de probatio.secundum quod intelligit ibi Bal. col. 12.& Dec.in 2.notab. & hoc vt cuitetur circuitus,qui frustratorius & vanus esset,iuxta not.in l. singularia.ff. si cert.peta.& in consi.12.nu.15.volum.2.Vlterius di-
10 citur † q̃ ex quo d.domin.Ioan.Frãciscus est institutus hæres in testamento paterno , licitum ei fuit,& permissum ingredi possessionẽ bonorum paternorum sibi pro parte spectantium , & illa tenere & possidere.arg.l.cùm hæredes,in prin.ff.de acquir. possess.

Verùm his non repugnantibus contrariam sententiam vti veriorẽ,& frequẽtiori calamo receptam in terminis,de quibus agitur, amplectẽdam fore ar-
11 bitror.† quoniam receptissimi iuris est,quòd hæredes scriptæ in testamento non abolito,nec cancellato, nec in aliqua parte vitiato prout contingit in casu nostro mittendę sunt in possessionem bonorum, quæ testator tempore mortis suæ tenebat & possidebat ex remedio d.l.fi. C.de edict.diui Adr.tol.Alex.in cõs.101. col. fi. volu.5.Fulgo in cons.230.col.ñ.Dec.in cons.84.in princ.218.col.1.225. in prin. & in cons.475. in princ.Cur.Iun.in cons.92.col 1.Rui.in cons.107.in princ.vol. 4.54.vol.2. vbi ait quòd hæres scriptus in testamento post mortem testatoris possessionem bonorum,quæ defunctus possidebat propria authoritate ingredi, & apprehendere potest, & in illa ma-
12 nuteneri debet ex remedio d. l. fin. † q̃ nedũ hæredi scripto datur , vt inducatur in possessionem bonorum hæreditariorum de nouo , sed etiam vt confirmetur in possessionem illorum, quã hæres scriptus prius habebat.& quã ante fortè authoritate propria
* apprehenderat.vt per Cy.Bart.Alex.& alios *cõmu-
13 niter in d.l.fi.iterũ in cons.55.in prin. vol.eo. † Nam dictum remedium est summarium , ac celeriter & de plano propter notorietatem resultantem ex testamento legitimo expediendum;Bero.in consi.60. col.2.vol.2.& in con.56. col.1.vol.eo.sed ipsę dominæ sorores sunt hæredes scriptę in testamento prædicti dom.Hieronymi non abolito,sed in omni sui parte legitimo,ergo,&c.

Secundò dico,quòd dictus dominus Ioann.Fran-
14 ciscus non potest dici legitimus contradictor,† quoniam, vt fideicommissarius dicatur legitimus contradictor, requiritur quòd possessionem apprehenderit, facta sibi prius restitutione realì vel saltem verbali ab hærede grauati , aliàs secus , iuxta tradita per Imol. Alexan. & alios in l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil. vbi fideicommissarius capit de manu hæredis grauati,quando is post mortem eius grauatus est restituere.l. restituta.ff.ad treb.vbi dicit Pau.de Castro colligendum esse ex ipsa lege,quòd ad hoc vt fideicommissarius ius habeat in hæreditate, requiritur restitutio,adeò quòd ante nullum ius habet in ea,nec potest agere contra debitores hęreditarios. Et ideò q̃ per hoc aliàs fecit irritari quendam processum,quia fideicõmissarius , cui post mortem hęredis relicta erat hæreditas mortuo hęrede,statim dixit adire se hæreditatem illius defuncti, & fecit se immitti in possessionem bonorum , ac si directò esset institutus:& quòd vidit plures procuratores tam Florentiæ quàm Bononiæ in hoc errare : subdens quod ipse dixit , quòd ista erant ineptè facta:quia ad eum non spectabat adire:quia iam erat per hęredem adita hæreditas, nec poterat capere tenutam nisi facta restitutione per hæredem hæredis , ad quem hoc pertinet.l.quamuis.§.j. ff. ad Treb.tex.est in l.j.quor. legator. vbi quis non debet sibi ius dicere, sed ab hæ-
15 rede petere.† Quod ampliatur etiam procedere,vbi restitutio esset facta ipso iure prout fit in quibusdã casibus,in quib.tamen fideicõmissarius debet etiam actualem possessionem petere ab hærede. gl. in l.j. in §.quotiens, vbi notant omnes.ff.ad Treb. Alexan.in cons.82.col.2.vol.2.& in cons.51. col.2. volu. 6. Dec. in cons.243.col.2.424.col. 3. 438.col.fi.& in cõs.467.col. 3.Galiaul.in l.Centurio.num.105.ff.de vulg. & pupil. Ceph.in cons 42.nu.3.volu.1.Natta in cons. 595.nu.9. Bero.in con.56.col.1. in princ.vol.2. & in cons.58.col. 2.vol.eod.vbi dicit,quòd fideicõmissarius, cui nõ est facta restitutio saltem verbalis , non dicitur legitimus contradictor , nec præfertur in remed.d.l.fin. hæredi scripto in testamẽto , cùm ipse debeat capere de manu hæredis præscripti : subdens hanc esse ma-
* gis *communem, etiamsi fideicommissarius vellet in continẽti probare de iure suo. Sed in casu præsenti d.dom.Ioan. Franciscus nullam penitus petijt restitutionẽ, quã tamen petere debebat ab hærede,ergo legitimus contradictor esse non censetur, sed vi-
16 tiosus.† nam sine vitio possidere diceretur, quando testator in vita illi possessionem dedisset,vt per Ang. & Alexan. in d.l.filiam fratribus,Dec.in cons.84. col. 2.in princ.& in cons.424.col.3. in fin.Gozad.in cons. 93.num.10 Ias.in l.non dubium.D. de lega. Ripa.in l.
17 j.in princ.ff. quor.legat.Et †idem si testator dedisset licentiam fideicommissario , adueniente cõditione accipiendi possessionẽ propria authoritate. Bald. in cons.335.Veritas est,in fi.vers.sed vnum, vol.j.& hoc per tex.sing.in l.Titia cùm testamento.§.Lucius Titius,de lega.2.vbi Bart. Bald. & Moder.Dec.in allega. cons.84.col.2.in princ.& in consi.424.colum.3.in fi. Ias.in d.l.non dubium.colum.fin.in prin.Gozad.vbi suprà num.10.Paris.in cons.54.numer.30. volum.
18 3.Ripa vbi suprà.Boer.in decis.156.numer.15. Et † etiam si constituisset fideicommissarium exequutorum : quia tunc tacitè videtur ei testator concessisse quòd posit possessionem propria authoritate accipere.Bal.Ang.Sali.& Ias.in l.non dubium.C.de legat, Dec.in cons.243.colum.2.418.num.4.424.col.3.in fi. & in con.607.num.2.Gozad.in cons.21 num.17.vers. præterea.Paris.in dicto cons.54.numer.31.Boer.in al-
19 legata decis.156. numer.17. Ripa. vbi suprà.Cùm † igitur dictus dominus Ioann. Franciscus possessionem prædictam acceperit non concurrentibus his, sed à seipso eam apprehenderit , vitiosa dicitur eius possessio , licèt eam vacantem acceperit , quæ illi prodesse nullo modo potest : vt per Dec. in citato cons.84.colum.1.in fin.424.colum.3. versic.non obstant allegata,& in cons.467.col.2.in fi.cum princ.sequentis.

quentis. Paris. in cons. 53. nume. 54. vol. 3. vbi sic ait, q licèt vacaret possessio rerum relictarū per fideicommissum, tamen dicitur vitiosa possessio, ex quo non apparet quòd ipsa capta fuerit de voluntate grauati l. j. quorum legatorum. & ideò quòd non dicitur legitimus contradictor. Rursus in cons. 81. nu. 20. volumine 2. Verum est, quòd cum occupauerit dictam possessionem vacantem quod non priuatur iure suo, sed ab eo per hæredem potest auocari possessio,
80 vt notant omnes in dicta l. non dubium. † vbi si legatarius apprehendit possessionem rei legatæ, quæ vacabat ante aditam hæreditatem, vel apprehensam possessionem, non priuatur legato, licèt hæres posit illam auocare per interdictum quorum legatorum, quando imminet Falcidia, vt eam posit retinere. Roma. in cons. 312. in princip. Alex. in con. 163. col. fi. volum. 6. quia tali casu legatarius non dicitur priuare hæredem possessione. Capra in consilio 3. in fi. Dec. in dicta l. fin. numer. 48. vers. bene verum. Socin. in consil. 33. colum. penult. volum. j. Dec. in cons. 243. column. fin. Alexand. in con. 121. colum. 3. Paris. in consil. 89. in fi. volum. 2. Gozad. in cons. 93. numero 14. Ceph. in consi. 188. numer. 36. volum. 2. Riminal. in cons. 202. column. j. & numero 23. Bero. in consil. 60. numer. 9. volum. 2. Durand. in tract. de arte testan. titul. 6. cant. 12. Galiaul. in dicta l. centurio. numer. 102. quod secus esset secundum supradictos patres, si possessionem accepisset legatarius post aditam hæreditatem, vel apprehensam possessionem: quia tunc etiam priuaretur iure suo. Et quamuis prędicti doctores loqui videantur in legatario, tamen idem dicendum videtur in fideicommissario, vt per Soci. in d. cons. 33. colum. 7. Dec. in con. 243. colum. fin. 424. col. fin. in princip. 438. in fi. Paris. in cons. 89. in fi. volu. 2. Gozad. in cons. 93. per totum. Ceph. in allegato cons. 138. num. 36. Natta in cons. 293. colum. j. & 3. 95. colu. fin. Nec obstat quòd restitutio ipsa capi non debet ab hærede grauati, ex quo causa agitatur summariè in Senatu Principis, in quo proceditur secūdum æquitatem: quia respondetur quòd dictum Parisij nullo iure probatur. & quamuis ipse dicat quod restitutio ipsa non debeatur secundum æquitatem Canonicam, tamen si aduertatur, non videtur in hoc se firmare, imò contra tenuit ipse Paris. in d. c. in præsentia, vbi etiam Bero. Vlterius illud dictum reprobatur per Boer. in dicta decis. 156. colum. 3. vers. salua tamen pace. quia secundum eum si bene consideretur Bal. loquitur secundum tex. in d. c. in præsentia, qui clare loquitur in fideicommissaria hęreditatis petitione, dum text. post principium dicit, Vnde illa quæ de bonis ipsius vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabāt. & sic petitorio agebatur. sed quia de iure ciuili hæc petitio hæreditatis non potest procedere, nisi prius verbo hæreditas ex trebelliano fuerit restituta. l. j. in prin. & ibi glo. Bar. Bal. Ang. & Alber. ff. de fideicom. hære. pet. quare ad hoc tollendū dicit Bal. in d. c. in præsentia, quòd de æquitate canonica potest agi recta via ad petitionem restitutionis fideicommissi, licèt non sit verbo facta restitutio: casus est ibi, & verum dicit. Et eò magis hoc dicendum est in casu nostro, vbi trebellianica per hæredem grauati detrahenda venit, vt mox verbum fiet. nam iustius, & conuenientius est, quòd fideicōmissarius capiat bona de manu hæredis, quàm quòd hæres ab ipso habeat petere legitimam & trebellianicam, vt per Paris. in cons. 54. column. fin. volum. 3.

21 Tertiò facit, † nam fideicommissarius non dicitur legitimus contradictor vbi hæredes grauati possunt detrahere legitimam & trebellianicā, vt in casu nostro, cùm filius grauatus esset restituere hæreditatem sub conditione, iuxta notata per Alcia. in consil. 572. & per me latissimè in consil. 12. numer. 8. volum. j. vt probatur in l. j. ff. & C. quorum legatorum, vbi si legatarius occupauit rem legatam antequàm hæres illam cœpisset possidere, per interdictum quorum legatorum, hęres possessionem illius rei adipiscitur, si falcidia imminebat, & detrahi poterat. nec poterit tūc repelli exceptione dolo facis, nec quò ad totum, nec quò ad partē, sed debebit legatarius totā rem restituere, & partem ad eum spectantē capere de manu hæredis. Bal. in d. l. fin. vbi etiam Paul. nu. 13. Alex. nu. 24. Sapia nu. 106. Zucard. num. 428. quando est incerta. Paul. de Castro. in consi. 387. colum. j. vers. si verò bona vol. j. Alex. in l. filiam fratribus, ad Trebel. & in cons. 163. in fin. volum. 6. Paris. in cons. 53. numer. 113. volum. 3. & in cons. 54. in fin. vol. eo. Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita, colum. 4. ad Trebel. Boer. in decis. 156. colum j. & 2. Ruin. in cons. 140. colum. 2. versicul. nec etiam prædictis, vol. 5. & in cons. 67. nu. 12. vol. 2. Natta in consil. 305. in fi. & Bero. in consil. 56. col. 2. in prin.
22 volum. 2. Cùm igitur in casu nostro sit detrahenda legitima & trebellianica, proculdubio negari non potest, quin ipse fideicommissarius non sit legitimus contradictor.

23 Vlterius dicitur, † quem non esse legitimum contradictorem, si nunquam possedit, vt per Dec. in
* cons. 84. col. j. secundum * communem opinionem, & per omnes in dicta l. fi. quoniam & si Bernardus de cerrutis accepit possessionem dictorum bonorum, quæ tenebantur & possidebantur tempore mortis per dictum quondam dominum Hieronymum, tamen apprehensio ipsa fuit nulla: quia capta per carentem mandato. Nec obstat ratificatio exinde facta per dictum dominum Ioan. Franciscum: quia respondetur, quòd ratificatio subsequuta fuit, postquàm dictæ dominæ sorores iam acceperant possessionem bonorum, quæ tenta fuerunt per dictum dominum Hieronymū vsq; ad eius mortem. ex quo
24 sequitur, q ea vir ib. non subsistit † tanquā facta re non integra, q perinde est, ac si facta non fuisset, vt probatur ex notatis per Alexand. in consi. 126. volu. 2. vbi inquit, q ratihabitio non trahitur retro, quando ex ea auferetur ius quæsitum illi contra quem fit ratihabitio. Dec. in consi. 126. colum. 2. & in l. contractus, de regu. iur. & in cons. 247. colum. 2. Alexand. in cons. 10. colum. 2. volum. j. vbi ait quòd ad hoc vt ratificatio valeat, requiritur quòd ille q possidebat, adhuc tempore ratificationis possideat, aliàs si possessio est penès tertium, ea non valet, cùm res non sit integra secundum Dyn. & Bar. in l. si vxor, §. si quis vxorem, de adulter. Paris. in consil. 12. nu. 112. volumine secundo. Accedit etiam quod inquit Antonius de Butrio in capitu. cùm veniissent, in fi. de restit.
25 spolia. † vbi si quis accepit possessionem alicuius rei nomine Titij, & antequàm Titius ratificet, alius acceperit possessionem, Titio non competit remedium recuperandæ, etiam si postea ratificet: quia illa ratificatio non superuenit tempore debito, quo potuerit possidere: quia iam erat perdita possessio, & spoliatus, qui nomine Titij possidebat, & sic res non erat integra. Alex. in l. quod meo, colum. 2. in fi. de acquir. pos. in consi. 110. col. 2. volu. j. Gozad. in con. 14. nu. 7. Ruin. in cons. 73. num. 5. vol. 5. dixi in cons. 46. circa fin. vol. 2. Ex istis igitur concludenter infertur, quòd cùm dicta possessio dom. Io. Franc. nō sit legiti
26 ma, & nulla, † cū paria sint non accipere, vel accipere, sed nulliter. l. 4. condemnatum, vbi scribentes de re. iud. & in l. quotiens. ff. qui satisd. cogan. quòd d. dom. Ioan. Franciscus nō dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem requisitam seu illius confirmationē. Restat modò, vt respondeatur ad contraria. Et ad primū argumentum satis respōsum fuit ex supradictis, dum multis modis concluſum fuit, ipsum dominum Ioan. Frāciscum non fuisse possessorem legitimum, sed possessores fuisse legitimas dictas dominas sorores institutas.

Similiter non obstat quòd dictus Ioann. Franciscus habeat titulum & possessionem, & sic dicatur legitimus contradictor: quia respondetur,
27 † quòd ad hoc vt legitimus contradictor censeatur, necesse esset probare quòd tempore mortis, & in vita domini Hieronymi possedisset, vel quòd haberet similem titulum cum dictis suis sororibus: quia ostenderet se vocatum in testamento dicti domini Hieronymi cum ipsis, vel ab eo solum fuisse institutum in alio testamento, vt per Bartol. Alex. & alios communiter in dicta l. fin. Bero. in consil. 54. numer. 3. volumin. 2. E quamuis prędictus dominus Ioann. Franciscus allegaret se fuisse institutum ab alio, id est, ab eius patre domino Ludouico in suo testamento, tamen propter hoc

non censetur legitimus contradictor, quin ipsæ dominæ sorores contra ipsum debeant obtinere in remedio d.l. fin. quoniam nō dicitur alienare similem titulum, prout doctores in d.l. fi. intelligūt de simili titulo proueniente, & causato ab ipso domino Hieronymo, qui tēpore mortis bona possidebat, & non à diuersis. item quia dictus dominus Ioan. Franciscus ante mortem & tempore mortis domini Hieronymi non erat in possessione dictorum bonorum, sed illa possedit dominus Hieronymus, quo casu dicit Bal. in addit. ad Spec. in tit de testa. in vers. sed pone, quòd ad hoc vt remedio d.l. fin. quis sit legitimus contradictor, & excludat ius agentis, requiritur ꝙ ipse habeat ius superius vel æquale: ius superius, vt quia habeat possessionem, vel titulū causatos in vita testatoris: ius autē par vel æquale, vt quia habeat similem titulum titulo hæredis scripti. Cùm ergo in casu nostro dictus dominus Io. Franciscus vult venire ex alio titulo, nō potest impedire quin dictę sorores non debeant obtinere in dicto remedio, vel cōfirmari debeant in possessione iam adepta. Et ideo dicit Sali. in d.l. fi. col. 5. vers. tertio casu, quòd ille q contra hæredem in testamento allegat habere titulum, & possessionem facto seu contractu defuncti, talis dicitur esse legitimus cōtradictor, & non aliàs. Bero. in cons. 54. numer. 13. vol. 2. vbi dicit hoc esse de mente* omnium in d.l. fi.

Nec obstat vltimū fundamētum, quia respondetur & primò, ꝙ dictus dominus Ioan. Frāciscus nunquam fuit in possessione bonorum sui patris, sed bona ipsius semper tenuit & possedit dominus Hieronymus pro dimidia vsque ad eius mortem, post eius mortem illa possident dictæ dominæ sorores: Vnde, cùm nunquam fuerit in possessione, non dicitur legitima oppositio dicti domini Ioan. Francisci.

Secundò respondetur, quòd si ageretur nunc solùm de immissione possessionis facienda occasione testamenti dicti quondam domini Ludouici, fortè dictus dominus Ioan. Franciscus posset dicere & allegare se fore immittendum in possessionem dictorum bonorū, ꝙ portione sua: sed ex quo agitur principaliter, vel saltem æquè principaliter de testamento domini Hieronymi, qui tenuit & possedit dictā dimidiā in vita sua, & vsq; ad eius mortē, sequitur ꝙ dictæ dominæ sorores hæredes institutæ à dicto quondam domino Hieronymo in suo testamento sunt præferendæ dicto domino Ioan. Francisco quò ad possessionem dictorum bonorū: quia & si non essent in possessione ipsorum bonorū fratris constitutę, deberent in eā immitti, ex quo dictus dominus Hieronymus illa tenuit & possedit tempore mortis, per tex. in l. fi. vbi per omnes: & si reperiuntur in possessione, in illa confirmandæ sunt & tuendæ & ideo si prætendit ius aliquod habere in dictis bonis prædictus dominus Ioannes Frāciscus vigore testamēti paterni, de iurib. suis debet agere in alio iudicio, vt per Bar. in d.l. fi. ita formaliter in terminis nostris respondet Bero in d. con. 54. nu. 40. vol. 2. Ex istis igitur concludendum venit, dictas dominas Cleopatram & Virgineam hæredes testamentarias dicti quondam domini Hieronymi earum fratris, non ostantibus contradictionibus factis per dictum dominum Io. Franciscū etiam ipsarum fratrem, immittendas esse & immitti debere in possessionem bonorum hæreditariorū dicti domini Hieronymi, quorum possessionem adhuc non apprehenderunt: & respectu eorum in quorum possessione reperiūtur, confirmandas esse, & manutenēdas, reseruato iure dicto domino Ioan. Francisco experiendi de iuribus suis in iudicio petitorio, si & prout iuris erit.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXIX.

1 *Ciuilitas acquiritur ex decreto & priuilegio.*
2 *Ciues ex priuilegio gaudere debent beneficio immunitatis concessæ ciuibus, declara vt in num. 17.*
3 *Appellatione ciuium veniūt etiam ciues ex priuilegio creati.*
4 *Ciues effecti ex constitutione habēt ius ciuium ex origine: quia veri sunt ciues.*
5 *Statutum si dictat quòd omnes ciues habeant tale priuilegium & forenses non, forensis ciuis effectus per statutum habebit eadem priuilegia, quæ habent illi, qui sunt ciues originaliter.*
6 *Paria sunt qualitatē alicui naturaliter inesse, vel per priuilegium.*
7 *Comitatini eo ipso quòd sunt recepti ad ciuilitatem, debent tractari vt veri ciues, nedum in fauorib. sed & in odijs.*
8 *Statutum loquens de offendente ciuem, locum etiam habet in offendente eum, qui ad ciuilitatē receptus est per priuilegium.*
9 *Ciuilitas vera ita potest induci per statutū sicut per originem, cùm ciuilitas habeat sub se plures species, & omnis species sit vera species.*
10 *Sententia est stricti iuris, eiusq; verba strictè intelligenda sunt.*
11 *Sententia lata pro reo non prodest fideiussori.*
12 *Sententia non continet nisi quod in ea reperitur expressum.*
13 *Laudum, quod est stricti iuris, non extenditur extra casum in eo contentum. & num. 67.*
14 *Verba laudi debent strictè intelligi, & interpretari vt iacent, & ex verbis ipsius non potest plus inferri quam necessariò inferatur.*
15 *Verba laudi & sententiæ propriè debent intelligi.*
16 *Appellatione ciuium propriè veniunt, & strictè originariè, & non ex priuilegio.*
17 *Ciuis Perusinus ex priuilegio sicut non consequitur cōmodum concessum ciuibus Perusinis ab alia ciuitate, ita nec incommodum represaliarū quæ sunt concessæ contra ciues Perusinos.*
18 *Laudum non debet interpretari contra arbitrorum intentionem.*
19 *Sentētia iudicis ita interpretari debet, vt minus præiudicet tertio quàm fieri possibile.*
20 *Laudū loquens de ciuib. & habitatoribus, comprehendit ciues quamuis nō habitatores, & è conuerso.*
21 *Duo quando copulantur per se, & non respectiuè ad aliud, tunc non requiritur concursus copulatorum, sed verificatur sermo in quolibet. declara vt in nu. 46. cum seq.*
22 *Natura copulæ est extendere, & non restringere.*
23 *Legatum factum doctoribus & Medicis Paduæ, comprehendit tam doctores quàm Medicos, nec oportet esse vtrunq;.*
24 *Legatum factum militibus, & doctoribus includit simpliciter milites & Doctores.*
25 *Ciuibus quod conceditur de iure communi, competit etiam ciuibus alibi habitantibus.*
26 *Mulier alibi nupta in his, quæ ad eius cōmodum tendit, & ex quibus non retrahitur à seruitio mariti, remanet ciuis: declara vt in nu. 50. & 53.*
27 *Offendens mulierem alibi nuptam, punitur pœna statuti loquentis de offendente ciuem.*
28 *Forensis si est prohibitus acquirere, mulier alibi nupta non includitur sub tali prohibitione.*
29 *Ciuium appellatione non venit, qui alibi habitat, nec subit munera in ciuitate per se nec per alium.*
30 *Represaliæ si conceduntur contra ciuem alicuius ciuitatis secundum communem, non poterunt exerceri contra ciuem habitantem extra ciuitatem, qui per se vel alium non subit munera in ciuitate.*
31 Mūnē-

31 Municeps ratione originis, qui alibi transtulit domicilium, quantum ad munera desinit municeps esse.

32 Ciuis originarius si habitat extra prouinciã originis, dicitur ab eo deserta prouincia originis.

33 Ciuis deserens ciuitatem perdit priuilegiũ ciuitatis, & desinit esse ciuis, & num. 53.

34 Incommodum qui non sentit, nec etiam commodum sentire debet.

35 Statuta sicut non possunt forensibus nocere, ita nec eis prodesse.

36 Iniquum esset quod quis ex statuto haberet emolumentum si ex eo læsionem habere non compelleretur.

37 Ciui Placentino origine non sustinenti onera realia, licet personalia, & alibi habitanti & sustinenti dicta onera, non sunt cõcedendæ represaliæ sicut è contrà non concederentur contra eum.

38 Ciues cognoscuntur ex muneribus & honoribus.

39 Ciuis quando non vocatur ad munera & honores, propriè ciuis dici non potest: quia non tractatur vt ciuis.

40 Municipes propriè dicuntur qui nobiscum munera subeunt.

41 Priuilegia quis non habet alicuius artis vel ciuitatis, vel officij, nisi qui re ipsa illud gesserit.

42 Laudum loquens de habitatoribus ciuitatis, non comprehendit eos, qui in ciuitate non sustinent onera.

43 Habitatores propriè non dicuntur, qui habẽt animum recedendi.

44 Appellatione habitatorum vel habitãtium non venit scholaris, qui habet animum recedendi.

45 Laudum si loquitur de ciuibus, & habitatoribus, requiritur quòd sint ciues & habitatores.

46 Pœna si imponitur nobilib. & bastardis aliquem percutientibus, intelligitur de nobilibus, & bastardis simul.

47 Iudicatur de laudo vt de sententia.

48 Arbitramentum dicitur transactio.

49 Mulier vidua, quæ habet facultatem redeundi ad domum originis, si non redit, præsumitur eam deseruisse.

50 Statuta in dubio non comprehendunt forenses quò ad ea quo eis prodesse possũt, quia quò ad ea, quæ nocere possunt, non ligant.

51 Scholaris non censetur habere domiciliũ in loco studij, quando non habet animum recedendi, aliàs secus.

52 Quod amplia procedere etiam in mercatore.

53 Domicilium in dubio quis censetur habere in loco secundum communẽ, si ibi steterit per decẽnium continuum, & eo maximè quando talis in dicto loco emisset domum & possessiones.

54 Dictio, eorum, est repetitiua & restrictiua precedentium.

55 Interpretatione aliqua nõ est opus quando verba sunt clara.

56 Verba clara non recipiunt interpretationem à consuetudine vel statuto, & ab ipsis nullatenus est discedendum.

57 Onus quidem & grauamen est, & quidem non paruum, non posse liberè absq; alicuius licentia vendere.

58 Moderator & arbiter rei suæ est quilibet.

59 Laudum emologatum dicitur vera transactio.

60 Transactio dicitur contractus innominatus.

61 Contractus facti per superiores super personis & reb. immobilib. subditorum, vim legis habent inter eos, & ipsos ligant.

62 Onera personalia illa esse dicuntur, quæ cum corporibus labore, vigilantia, & solicitudine animi existunt.

63 Onus patrimoniale dicitur, quod fit cũ sumptu & expensa rerum, sine tamen labore personæ.

64 Onus patrimoniale dicitur esse triplicis generis.

65 Dispositio quælibet debet intelligi secundum statuta loci.

66 Concessio rei in emphyteosim si facta est patri pro se & filijs masculis, & fœminis, licet æqualiter succedant masculi & fœminæ, secus tamen si in loco est statutum, quòd extantibus masculis fœmina non succedant: quia tunc admittuntur ordine successiuo.

67 Verba laudi debent intelligi secundum id, quod est consuetum fieri.

68 Concessio feudi seu emphyteosis semper in dubio debet censeri facta prout est consuetudo ecclesiæ, vel domini concedentis.

69 Potestas si est data alicui testandi, intelligitur secundum consuetudinem loci vbi fit testamentum.

70 Conuentio indefinita matrimonij intelligitur secundum consuetudinem regionis vbi fit contractus.

71 Licentia concessa alicui, quòd possit exire regnum, debet intelligi tanquam fidelis Regis, prout est consuetum concedi alijs fidelibus volentibus regnum exire.

72 Consuetudinem præsumuntur ignorare arbitratores.

73 Dispositio aliqua ad ignorata non extenditur.

74 Princeps qui præsumitur ignorare statuta locorum, non censetur illis derogare.

75 Verba generalia non derogant iuribus specialibus, nisi de eis fiat mentio.

76 Statutum dicitur ius commune in loco.

77 Verba arbitratoris attendi debent.

78 Exceptio declarat, & restringit regulã, firmatq; eam in omnibus casib. non exceptis.

79 Aliud est bona pacificè gaudere & possidere, & aliud bona in alium alienare liberè & sine licentia.

80 Consuetudo consideratur in omnibus vectigalibus.

81 Consuetudo regionis obseruanda est in materia collectarum.

82 Tolerabilia enim sunt, quæ vetus approbat consuetudo.

83 Obseruantia mutanda non est, sed sequenda.

84 Consuetudo attenditur in solutione tributorum.

85 Idem in solutione decimarum.

86 Casum laudi approbati vbi habemus, possumus dicere quod inquit Bal. de instrumento.

87 Casus instrumenti vbi est, non est dubitandum, sicut nec de casu legis.

88 Instrumentum habet vim diffinitionis.

89 Voces instrumentales perhibent testimonium veritati.

90 Priuilegiati qui soluere aliquid non tenentur Dacierio, aut Gabellario, saltem debent ei bona ostendere.

91 Gabellam de re aliqua & si quis soluere non debeat, tamen si illa non ostendatur Gabellarijs, vel cum appodissa extrahatur, intelligitur publicata.

92 Præsides prouinciarum, Auditores, Officiales, Rectores, Magistratus, Commissarij Principum, muliones, agasones portantes res suas & familia sua, licèt non teneantur soluere gabellã pro ipsorum rebus ad

bus ad vsum suum portatis, tenentur tamen denuntiare publicanis, & accipere appodissam, aliàs confiscantur.

93 *Verba laudi debent reduci ad terminos iuris communis, vt minus illud offendatur.*

94 *Verba laudi & sententiæ non debent trahi ad iniustum.*

95 *Fraudibus est obuiandum.*

96 *Pedia fraudare non licet.*

97 *Mercatores defraudantes gabellas iustas Principis peccant.*

98 *Quod amplia procedere etiam in mercatoribus Principum.*

99 *Immunis à gabellis si portat res alienas, & mẽtiendo dicat esse suas, gabellam dicitur fraudare.*

100 *Interpretatio æquior & humanior amplectenda est.*

101 *Dispositio glo. in l. tale pactum. §. fi. de pac. locum habet nedum in legibus & statutis, sed etiam in rescriptis, & vltimis voluntatibus.*

CONSILIVM LXXIX.

IN præsenti consultatione Illustriss. Comitum Nuuolariæ, & Bagnoli super interpretatione, & declaratione laudi alias prolati per Reuerendissimos Antistites Mantuanum, & Mutinensem, super cõtrouersijs aliàs vertentib. inter prædecessores ipsorum Illustr. Comitum & agentes pro communitate Rhegij, quamplurimæ excitantur difficultates, de quibus (vt decet consulentes) sigillatim erit videndum. Deueniendo igitur ad primam dubitationẽ, in qua quæritur, an ciues ex priuilegio creati in ciuitate Rhegij gaudeant immunitate descripta in septimo capitulo dicti laudi, in quo laudatum, & pronũtiatum comperietur, quòd omnes & singuli tã ciues, quàm comitatini, & habitatores ciuitatis, Comitatus, & districtus Rhegij cuiuscunq; gradus, & præeminẽtiæ ac cõditionis reperiãtur, sint, & esse debeãt perpetuò liberi & immunes ab omnib. grauaminib. quomodocunq; & qualitercunq; nũcupatis, tã personalibus, quàm realibus, seu mixtis, ordinarijs, & seu extraordinarijs, & alijs quibuscunq; impositis, quàm quomodolibet imponendis pro quibuscunq; eorum bonis præsentibus & futuris, immobilibus, ac mobilibus, & rebus quibuscunq; positis in dictis locis, & castris suppositis prædictis Comitibus de quibus suprà, ac ipsa bona pacificè gaudere & possidere. Prima facie dicendum

11 videretur, † quòd ex quo ciuilitas acquiritur etiam ex decreto, & priuilegio, vt per Bar. in l. assumptio. §. filius. ff. ad municipa. & in l. libertus. §. patris. eod. tit. Bal. in l. j. C. de municipa. & origi. lib. 10. Luc. de Pen. in l. ciues, colum. 3. C. de incol. lib. 10. Dec. in consil. 661. colum. 2. & Bero. in consil. 155. numer. 37. volum. 2. Ruinus in consil. 200. colum. 2. in fin. volumine 2.

2 † quòd ciues prædicti ex priuilegio creati gaudere

3 & frui debeant beneficio dictæ immunitatis: † quia appellatione ciuium veniunt etiam & ciues ex priuilegio creati, vt per Baldum in l. in vrbe. ff. de stat.

4 hom. vbi inquit notandum esse, † quòd ciues effecti ex constitutione habent ius ciuium ex origine: quia sunt veri ciues. Et ideò subdit Cyn. alibi dicere,

5 † quòd si statutum dicit, quòd omnes ciues habeant tale priuilegium, & forenses non, quòd si aliquis forensis effectus est ciuis per statutum, quod habebit eadem priuilegia, quæ habent illi, qui sunt ciues originaliter, per l. sed si hac. §. sed si ius annulorum. ff. de in ius vocan. Rursus in l. cùm ex oratione. ff. de ex-

6 cusa. tuto. vbi per illum text. qui vult, † quòd paria sunt qualitatem alicui naturaliter inesse, vel priui-

7 legium, infert † quòd eo ipso quòd comitatini sunt recepti ad ciuilitatem, debent tractari, vt veri ciues, & non solùm in fauoribus, sed in odijs: quod est mirum secundùm eum, & subdit l. ipsam multùm ad hoc esse notandum. sequitur Ias. in l. si is qui pro emptore, column. 64. verficul. quartò adde. ff. de vsucap. Et ideò inquit idem Bald. in l. 3. §. hæc verba

8 ff. de nego. gest. † quòd statutum loquens de offendente ciuem, etiam locum habet in offendente eum, qui ad ciuilitatem receptus est per priuilegium: quia

9 † vera ciuilitas ita potest induci per statutum sicut per originem, cùm ciuilitas habeat sub se plures species, & omnis species sit vera species, d. l. ciues. C. de incol. lib. 10 idem tenuerunt Geminia. & Card. Alex. in c. si adiutorium, per glos. ibi, 10. distinct. vbi dicunt quòd appellatione ciuis comprehenditur ciuis ex priuilegio factus: ita quòd pœna irrogata per statutum offendenti ciuem, extenditur etiã ad istũ ciuem ex priuilegio. Boer. in decis. 260. nu. 23. Mars. in consi. 127. nu. 2. vbi dicit, q; omnia iura loquẽtia de ciue, habent locum in ciue ex priuilegio, sicut in ciue ex origine, qui stat continuè in ciuitate. Idem vult Barb. in cons. 87. col. 2. vol. 3. Soc. in consil. 129. col. 2. vers. 3. hoc probatur. vol. j.

Quibus non obstantibus contraria sententia in casu nostro est de iure verior, vt ex subsequentibus

10 demonstrabitur. Nam dubitati iuris est, † quòd sententia est stricti iuris, & eius verba strictè intelligenda sunt. l quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. l. j. C. si plures vna sententia. l. si iudex. vbi doctor. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. diui fratres, de liberal. cau. & adeò stricti sunt iuris, quòd restringi debent quotiens restringi possunt, salua ratione recti sermonis. Pau. de Cast. in con. 295. col. 3. vol. j. Craue. in cons. 10. nu. 3. Et ideò dicit Pau. de Cast. in con. 87. col. 2. vol.

11 j. † q; sententia lata, p reo, nõ prodest fideiussori. Cra-

12 ue. in cõs. 88. nu. 6. Rui. in con. 31. nu. 1. vol. 5. vbi † in sentẽtia non venit nisi q; in ea reperitur expressum. l. Paulus de re iudic. & in cons. 146. col. fi. vol. j. Et in materia laudi, quòd verba ipsius sint strictè intelligenda, voluit Rui. in cons. 72. nu. 8. vol. 2. & in cõs. 116. nu. 6.

13 vol. 4. vbi dicit, † q; laudũ est stricti iuris, & quòd extendi non debet extra casum in eo contentũ. Alex. in cons. 18. nu. 3. vol. 7. Paris. in cons. 111. nu. 3. volu. j. & in

14 cons. 5. nu. 19. vol. 2. vbi ait, † quòd verba laudi debent strictè intelligi, & strictè interpretari vt iacent, & ex verbis ipsius nõ potest plus inferri quàm necessariò

15 inferatur: † si igitur verba laudi & sentẽtiæ strictè intelligi debent, ergo propriè, vt per Rui. in d. cons. 116.

16 nu. 19. † sed appellatione ciuiũ propriè & strictè veniunt originarij, & non ex priuilegio. l. ciues, vbi Bal. C. de appell. gl. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. gl. vult in l. j. in fi. ff. de tuto. & curato. dat. ab his, quã singularem facit Bal. in auth. sed omninò, col. 4. vers. sed hic dubitatur. C. ne vxor pro marito. Areti. in consil. 77. in prin. vers. circa primũ dico. & Boer. decis. 13. nu. 24. si ergo ita est, vt cõmuniter recipitur, ideo concludenter sequitur q; ciues effecti ex priuilegio non debent gaudere commodo dictæ immunitatis.

Non obstant modò quæ in contrarium adducta & allegata fuerunt: quia respondetur, quòd etsi vera sit præmissa sententia, quòd eius ex priuilegio gaudeat beneficijs, & alijs, quæ gaudent, & astringuntur veri ciues: id tamen locum habet & procedit in his, in quibus huiusmodi fauores, & alia proueniunt ex ipsius ciuitatis constitutionibus, & in quibus ciuitas disponere potest, vt in casibus suprà citatis: secus in casu nostro vbi ciuitas Rhegij non potest disponere, quòd ciues creati ex priuilegio fruantur commodo dictæ immunitatis, de qua in dict. capitul. ipsius laudi, vt per Bar. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adult. Quærit enim ibi Bar. qd importet, haberi pro ciue, & inquit quòd in his, in quib. ciuitas potest concedere ciuib. habetur pro ciue, & vt ciuis tractabitur, sed in his, quę habẽt ciues aliunde quàm ex concessione ciuitatis, vt puta rescripto Principis vel Papæ, tũc non haberetur nec tractaretur pro ciue, per l. codicillis. §. penult. ff. de leg. 2. Et ideò subdit quòd cùm ciuitas habeat priuilegia à summo Põtifice, vt ciues illius ciuitatis nõ possint trahi ad iudicem extra ciuitatem, illud non trahitur ad terras subditas, quarũ ciues habentur pro ciuib. ipsius ciuitatis, sed tãtùm habet locũ in veris ciuibus d. ciuitatis. Rom. in consi. 62. col. pen. vers. quòd autem cessant, vbi sic ait: isti autem ciues ex priuilegio effecti, omnibus his commodis, fauoribus q; potiuntur, quib. & ipsi ciues originarij,

dummodò

dummodo fauores illi ex ipsius ciuitatis cõstitutionibus proueniant. Crot. in rubric. solut. matrim. nu. 17 44. vbi dicit, † quòd sicut ciuis Perusinus ex priuilegio non consequitur commodum concessum ciuib. Perusinis ab alia ciuitate, vt per Bar. in dict. l. si maritus. §. legis Iuliæ, ita nec in commodum represaliarum, quæ sunt cõcessæ contra Perusinos ciues: quoniam verba prolata in dispositione faucrabili, in dubio intelliguntur naturaliter, non autem ciuiliter. l. Statius. §. Corne. fisci. ff. de iure fisci. C. fi. l. de his qui ven. æta. impetr. Pro cuius cõfirmatione faciũt, quę scribit Bero. in simil. lib. terminis nostris in cons. 104. nu. 6. vol. 1. vbi concludit, q̃ cõcordia inter Prælatos, & Clericos ex vna, & ciues Rauennæ ex altera inita, quòd finita linea prælati & clerici teneãtur emphyteusim concedere hæredibus, & illis à quibus ea emphyteusis concessa fuisset, locum nõ habet in ciuib. ex priuilegio creatis per illam ciuitatem. quod equidem summam in se rationem habet: nam si aliter diceretur, sequeretur absurdum, quod esset in facultate ciuiũ Rheginorum horatim constituere ciues ex priuilegio, & sic ad sui libitũ præiudicare ipsis Illustriss. Comitib. Nuuolarię, & Bagnoli: quod certè 18 nõ fuit mentis Reuerendissimorum Arbitrorũ, qui tulerunt laudum, † quorum laudum non debet interpretari contra ipsorum intẽtionem. l. qualem, in prin. l. quia arbiter. ff. de arbitr. Craue. in cons. 45. nu. 19 5. & 188. nu. 7. Nã † sententia iudicis interpretari debet, vt voluerit minus iuri tertij præiudicare, quàm fuerit possibile. arg. l. 3. ff. de suspec. tut. per quem tex. ita dicit Abba. in cons. 7. in fi. vol. 1. quẽ sequitur Craue. in cita. cons. 188. nu. 8. vers. Rursus.

20 Circa secundum dubium in quo quæritur † an ciues habitantes extra territorium Rheginũ potiantur & gaudeant dicta immunitate de qua in laudo? Primo aspectu dicendum videretur, quòd sic: quia laudum vult, quòd ciues, & habitatores Rhegij ipsa potiantur: illi ergo qui sunt solùm ciues, quãuis ibi non habitent, & habitatores tantùm qui non sunt ciues, dicuntur comprehensi sub dictis verbis laudi. 21 quia † quando duo copulantur per se & non respectiuè ad aliud, tunc non requiritur concursus copulatorum, sed verificatur sermo in quolibet. Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum, de reb. dub. & in l. 1. ff. de iustit. & iure. vbi inquit, † quòd regulariter natura copulæ extendit, & non restringit. l. ea tamen adiectio, 23 de legat. 3. † Et ideo quòd legatum factum Doctoribus, & Medicis Paduæ comprehendit tam Doctores quàm Medicos, nec oportet esse vtrunque: quia cùm inseritur copula subiecto generali, non copulat in dubio plures qualitates, sed plura subiecta non dependentia vnum ab altero. Ruin. in consil. 41. numero 7. volumine 3. Et ideo disputando dicit Iacob. 24 Butrig. † quòd si legatur militibus & Doctoribus, includitur simpliciter miles & Doctor. Ruin. in consil. 112. numero 9. volumine 5. & talis intelligentia 25 est etiam iuri cõsona. † quia de iure communi quod conceditur vel non prohibetur ciuibus, competit etiam ciuibus alibi habitantibus, secundum Barto. in l. fi. §. idem rescripserunt, ad municipa. dum vult, 26 † quòd mulier alibi nupta in his, quæ ad eius commodum tendunt, & ex quibus non retrahitur à mariti seruitio, remanet ciuis. Et † ideò si quis illam 27 offendat, punitur pœna statuti loquentis de offen- 28 dente ciuem. Et † si sit prohibitus forensis acquirere, ipsa non includitur sub tali prohibitione, imò potest acquirere sicut quilibet alius ciuis, & similiter secundum Barto. consequitur omnia alia priuilegia ciuium, cum quo alij transeunt in l. cùm quædam puella, de iurisd. iud.

Sed his non obstantibus contrarium de iure vi- 29 detur esse dicendum: † quia aut ciuis, qui alibi habitat non subit munera in ciuitate Rhegij, nec per se, nec per alium, & iste non venit appellatione ciuium, de quibus laudum loquitur, per notata per Barto. in tract. represal. in 2. quæstio. 7. quæst. principa- 30 lis, vbi concludit, † quòd si conceduntur represaliæ contra ciuẽ alicuius ciuitatis, quòd non poterunt exerceri contra ciuem habitantem extra ciuitatem, qui per se, vel alium non subit munera in ciuitate, & cum eo transit Imol. in rubri. ff. solut. matr. * & est * communis opinio secundum Alex. in consil. 200. numero 12. volumine 2. vbi dicit communem esse opinionem, quòd represaliæ concessæ contra Florentinos, vel illos de Florentia, non poterunt exerceri contra Florentinum origine, habentem domicilium alibi, si in ciuitate Florentiæ non sustinet onera per se vel per alium: quia licèt sit ciuis, non tamen municeps. l. j. ff. de mun cipa. Rursus in cons. 112. numero 10. versicul. sed præmissis non obstantibus, volumine 5. vbi loquendo de materia laudi ita concludit. Rursus in cons. 120. numero 7. volumine 4. Et ideò dixit Hostien. in summa de foro compet. §. 2. ver. 31 item ratione originis, † quòd municeps ratione originis, qui alibi translatus est, quantùm ad munera desinit municeps esse. sequitur Afflict. in decis. 384. columna penultim. Hinc voluit Bald. in authentic. 32 & omnino, column. 8. C. ne vxor pro mari. † quòd si ciuis originarius habitaret extra prouinciam originis, dicitur ab eo deserta prouincia originis. & idem dixit de ciuitate. per glos. in adoptionem. C. de adopt. Afflict. vbi suprà numer. 5. facit quod scribit Bald. in 33 l. 2. C. de infant. expos. vbi dicit, † quòd ciuis deserens ciuitatem, perdit priuilegium ciuitatis, & deficit esse ciuis. sequitur Iaf. in l. j. §. huius studij, columna fin. de iust. & iure. Boer. in decis. 260. columna fin. in princip. Petr. Girard. in sing. 2. Afflict. vbi suprà numero 13. & Neuiza. in cons. 12. column. j. inter consilia Brun. Ceph. in consil. 171. numer. 34. volumin. 34 2. Nam † qui non sustinet onera, & sic qui non sustinet incommodum, non debet etiam commodum sentire, secundum Castrens. in l. omnes populi, in fin. ff. de iust. & iure. Roman. in consil. 223. vbi refert etiam Angel. ita consuluisse. Facit etiam quod dici- 35 tur, † quod sicut statuta non possunt forensibus nocere. l. cunctos populos. Cod. de sum. trin. & fide catho. ita non debent eis prodesse. l. eum qui. ff. de iust. & iure. Guido de Suza. in suis quæstionibus statutorum in quæstio. incip. sed pone quæstionem. quem sequitur Alexand. in consil. 44. columna 3. in fin. volumine 5. Iniquum enim esset quòd quis haberet emolumentum vbi læsionem habere non compelleretur. arg. l. j. §. pro secundo. in fin. C. de cadu. tollen. 36 Ruin. in cons. 18. column. fin. volumin. 5. vbi ait, † q̃ iniquum esset, quòd quis ex statuto haberet emolumentum, ex quo læsionem habere non compellitur, per d. §. pro secundo in fin. quæ rationes ita militant in ciue alibi habitante, & non sustinente onera prædicta secundum Ruin. in allegato consil. 200. num. 12. Et pro hac sententia etiam accedit quod voluit Ruin. in d. consil. 120. per totum in 4. volumine. 37 vbi consuluit, † quòd ciui Placentino origine, non sustinenti onera realia, licèt personalia, & alibi habitanti & sustinenti dicta onera, non esse concedendas represalias sicut etiam contra se non concederentur: quia non est municeps qui sustinere debet onera, & non sustinet & personalia & realia, & vt latius ibi per eum, qui diffusè de hoc loquitur. facit etiam quod dixit Bald. in l. si non speciali. C. de testa. 38 vbi inquit, † quòd ciues cognoscuntur ex muneribus & honoribus. l. ciues. C. de incol. libr. 10. Et id- 39 eo † quòd quando ciuis non vocatur ad munera & honores, propriè ciuis dici non potest: quia non tractatur vt ciuis, nec re talis est sequitur. Ruin. in citato consil. 112. numero 10. versicul. tamen ad hoc colligitur responsio, volumin. 5. vbi etiam in versi. ex prædictis sub dicto numero 10. subdit ex mente Bartol. in d. tract. represal. in 2. quęstion. 5. part. quòd si incola subit onera, represaliæ sunt ei concedendę, si verò illa non sustinet, concedendæ non sunt: quia regula est, quòd qui sentit onus, debet sentire commodũ, & econtrà. l. secundum naturam. ff. de regu- 40 lis iur. † & quia propriè dicũtur municipes, quia munera nobiscum subeunt: ergo priuilegia municipum non competunt ei, qui non subit munera, † & 41 quia non habet quis priuilegia alicuius artis, vel ciuitatis, vel officij, nisi q̃ re ipsa illud gesserit l. neminẽ. C. de consul. libr. 12. quæ rationes concludunt, q̃ idem sit de ciue, q̃ alibi habitat si in ciuitate nõ subit munera. & qd̃ dictum est de ciuibus, pariter dicitur de habitatorib. ciuitatis, qui in ciuitate nõ sustinẽt onera: † q̃ non debent cõsequi beneficiũ laudi, 42 quamuis

quamuis loquatur de habitatoribus, qui non sunt ciues, sicut incola non gaudet commodo quando non sentit incommodum in loco secundum Bar. in loco proximè allegato. Nec obstat quòd loquatur de incolis, quia idem dicendum est si loquatur dispositio de habitatoribus, qui dicuntur incolæ. l. ciues. de
43 incol. libro. 10. † Et tantò minus comprehenderentur habitatores si haberent animum recedendi: quia tales non dicuntur propriè habitatores secundum Iacob. Butr. Alberi. Salic. & Roman. in l. cum filius. ff.
44 si cert. peta. vbi † appellatione habitatorum vel habitantium non venit scholaris, qui habet animum recedẽdi, per l. si nihil. ff. de ca. ita Rui. in d. cõs. 112. nu. 12. vol. 5. vbi etiã remouet aliqua alia quę nõ trãscribo.

Non obstant modò adducta in contrarium: quia ad primum argumẽtum respondetur, ꝙ requiritur (vt constat ex supradictis) quòd sustineat onera in ciuitate ciuis, q alibi habitat, aliàs non potest gaudere beneficio competenti ciuib. propriè qui sunt hi, qui
45 subeunt onera. sed vlterius dicitur † ꝙ etiam quilibet simplex ciuis, qui non sit habitator, & quilibet simplex habitator, qui non sit ciuis, nõ comprehenditur in præsenti laudo, sed oportet quòd sit ciuis & habitator simul, & sic qd' cõcurrant dictę qualitates: quia quotiens copulantur plures qualitates demonstratiuæ personarũ, vel rerum, & quęritur vtrũ requiratur cõcursus earũ, vel non, est dicendum, ꝙ aut sumus in materia fauorabili, & non requiritur concursus, sed verificatur sermo in qualibet per se: & hoc casu loquitur Bar. in d. l. si is qui ducẽta. §. vtrum, Iacob. Butrig. in disputatione allegata in contrarium, & similiter Bal. allegatus in oppositũ. si verò sumus in materia stricta & exorbitanti, vt exorbitantia & odiũ restringatur, requiritur concursus copulatorum, vt distinguit Butr. quem sequitur Imol. in
46 clemen. plerisq; de elect. Et per hoc inferunt † ꝙ si imponitur pœna nobilib. & bastardis aliquem percutientibus, intelligitur de nobilib. & bastardis simul. & quamuis prędicti patres ponant exemplum in pœnalib. tamen loquuntur generaliter in materia stricta, & dictũ exemplum non restringit regulã l. damni infecti stipul. in princ. de dam. infec. Et ideo cùm
47 nos simus in casu in quo stricta fit interpretatio † siue de laudo, vt de sententia iudicemus, d. l. j. C. si plu. vna sent. siue vt de cõtractu, d. l. quicquid astringendæ, vt † qa sit arbitramentum, quod dicitur transactio. Dec. in c. quintauallis, de iureiur. dicendũ venit,
48 vt copulatiuè hæc requirantur. Et tantò magis hoc dicendum venit in terminis de quib. agitur, vbi tractatur de præiudicio dictorum Illustr. Comitũ, quibus cõpetit ius exigẽdi vectigalia vel dacium ꝓ reb. quæ exportantur per sua territoria, ergo dictũ laudum debet intelligi de ciuib. & habitatorib. simul, & sic copulatiuè, non autẽ diuisim. ita punctualiter dixit Rui. loquens de ciuib. Brixiæ in d. cons. 112. nu. 13.

Similiter non obstant notata per Bar. in d. l. fi. §. idem rescripserunt, ad municipa. quia loquitur in vxore, quę in beneficium alterius, id est, mariti liberatur ab onerib. & honoribus: & ideo hoc ei non habet officere, nec alia commoda ciuiũ amittere: quia priuilegium cõcessum marito vel eius cõtemplatione, non debet alteri nocere. l. impuberi. ff. de admin. tut. & quod sit inductum fauore mariti, demonstratur:
49 quoniam nos videmus † ꝙ mulier vidua, quæ habet facultatem redeundi ad domũ originis, quæ non redijt, præsumitur eã deseruisse, vt per Cepha. in cons. 171. nu. 34. vol. 2.

Secundò intelligi potest dictum Bar. quãdo mulier per se vel alium sustinebat onera, ad quæ ipsa tenetur, dummodò à seruitio viri non trahatur, secundum Bar. in d. §. fi. Bal. & alios in l. cùm quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. ita respondet Rui. in d. con. 112. nu. 10. vers. nec prædictis obstat, quod & voluit idẽ Rui. in con. 49. nu. 9. vol. 3. vbi dicit, quòd mulier. alibi nupta non desinit esse ciuis, nisi quò ad ea quę eam retraherẽt à seruitio viri, secundum Bar. vbi suprà. & ideò sicut gaudet omnib. alijs priuilegijs concessis ciuibus, ita etiam quò ad munera ciuis esse debet. quoniam vbi quò ad onera non esset vt ciuis, si à seruitio viri non sub moueatur, non gauderet etiam priuilegijs concessis ciuib. de iure communi, vel ex
50 forma statuti: sicut dicimus † ꝙ statuta in dubio non comprehẽdunt forenses quò ad ea, quæ eis prodesse possent: qa quò ad ea, quæ nocere possunt, non ligant, nec ligari possunt, secũdum Guid. de Suza. & Alex. in locis suprà citatis.

Descendẽdo ad aliud capitulum, in quo etiã quæritur, an ciues Rhegij, qui per habitationem contraxerunt domiciliũ in locis Nuuolarię, & Bagnoli gaudere debeant beneficio immunitatis de qua supra? & in hoc distinguendũ est cum Bar. in l. lex Cornelia.
51 §. si tamen fundũ, de iniur. vbi quærit † an scholaris censeatur habere domicilium in loco studij, & dicit quòd quãdo certum est, ꝙ scholaris figit pedes suos, nec habet animũ recedendi, tunc sine dubio ibi constituitur domicilium, vt in l. domiciliũ. ff. ad municipa. quando ꝙ est certum ꝙ habet animũ redeundi, & tunc si per mille annos staret, non contraheret domiciliũ, secundũ Dy. & bene. quando ꝙ est dubium & tunc ex cursu decem annorum præsumitur quòd inde noluerit recedere, & quòd ibi domiciliũ contraxerit, & ita tenendũ esse inquit ibi Bar. sequuntur Alc. in cons. 719. Paris. in cons. 53. nu. 96. volum. 3. & in
52 cons. 112. nu. 13. & 20. vol. eo. vbi † id dicit etiam procedere in mercatore. Aret. in cons. 135. col. 2. Bero. in cõs. 60. nu. 23. volu 2 Cephal. in cons. 246. nu. 25. vol. 2. Fel. in c. dilectus, col. 7. vers. tertius casus, de rescrip. dum modò tamen illud decennium sit continuatũ, secus si interpollatum, secundum Ang. in d. l. lex Cornelia. in §. domum. & in l. hæres absens. ff. de iud. Barb. in c. quod clericis, col. 7. de foro compet. Bero. in cons. 60. num. 25. vol. 2. & in cons. 112. nu. 13. & 20. cum sequenti, vol. eo. & ita etiã dicẽdum venit in casu nostro, quòd si constare potest, quòd dicti ciues habitantes in dictis locis habuerint animum mutandi domicilium,
53 † vel simus in dubio, & ibi steterint per decennium, quòd præsumuntur mutasse domiciliũ, vt suprà per docto. & Rui. in cons. 18. col. j. vol. 5. & Boer. in l. consentaneum. nu. 107. C. quom. & quand. iud. Socin. in cons. 79. nu. 20. vol. 4. Bald. in cons. 393 col. j. in fi. vol. *j. Rimi. in cõs. 246. nu. 26. vbi esset* cõmunis. Et tantò magis hoc procedit vbicunq; habitatio haberet admixta aliqua signa significatiua domicilij, vt qa in dictis locis vel aliquo eorũ ciues emissent domũ, & possessiones, vt per Hostiẽ. & Abb. in c. fi. de paroch. Fel. in d. c. dilectus, il 2. col. 7. in fi. vers. secũdus casus. Rui. in cons. citato 18. nu. 2. Bal. in d. cons. 393. col. 2. in prin. stante igitur prędicta cõclusione, quę vera est &, quę non patitur difficultatem, dicitur, quòd siue simus in casu, in quo quis certè contraxit domicilium, siue per habitationem decem annorum, & sumus in dubio, quòd non debẽt gaudere dicti ciues commodo dictæ immunitatis ratione mutationis dicti domicilij, sed quòd debent subire onera & incommoda, quæ sustinent alij habitatores Nuuolariæ & Bagnoli: Nam per dictum tempus censentur deseruisse ciuitatem Rheginam, & ab ea discessisse animo derelinquendi patriam. l. 2. C. de inco. libr. 10. Ceph. in consilio 246. num. 25. cum sequent. volumin. 2 Vnde cùm dicta immunitas, & exemptio virtute laudi prędicti concessa sit ciuib. Rheginis, quam ciuilitatem censentur deseruisse ciues, qui mutauerunt domicilium, vt per Afflict. in decis. 384. nu. 5. vers. propterea, post Bal. in authen. & omninò, col. 8. C. ne vxor pro marit. Ceph. in cõs. 246. nu. 26. vol. 2. & per quam perdiderunt eam, vt per Bal. in l. 2. C. de infam. expos. vbi notanter dicit quòd ciuis deserens ciuitatem perdit priuilegium ciuitatis, & desinit esse ciuis. quem sequuntur Affli. vbi suprà nu. 13. post Iaf. in l. j. §. huius. ff. de iust. & iure. Ceph. in cons. 171. nu. 35. vol. 2. cõcludendum venit, quòd commodũ dictæ immunitatis amplius non consequuntur dicti ciues, qui perdiderunt ipsam ciuitatẽ, sed ea omnino priuati sunt, de comitatinis patribus familiâs, & districtualib. non loquor, quia in septimo capitulo laudi arbitratum fuit, ꝙ non sint exempti si ibunt ad habitandũ continuè in locis Nuuolariæ, & Bagnoli, cuius quidem laudi dispositio seruanda est.

Quo ad capitulum an ipsi ciues dicantur exempti pro bonis, quæ tenent ad affictum, vel colunt ab alijs in dictis locis Nuuolariæ & Bagnoli, distinguendum esse arbitror, quòd aut dicti ciues tenent

ad

ad affictum prædia hominũ Nuuolariæ & Bagnoli, & dico, quòd non gaudẽt dicta immunitate: quia in dicto laudo verba capituli septimi dicunt, quod ipsi ciues ac habitatores, ac comitatini tantùm reddantur immunes, liberi, & exempti ab omnibus grauaminibus quomodocunq; & qualitercunq; nuncupatis, tam personalibus, quàm realibus, seu mixtis, &c. pro quibuscunq; eorum bonis præsentibus & futuris, immobilibus, & rebus quibuscunq; positis in dictis locis & castris suppositis dictis Comitibus, ac ipsa bona pacificè gaudere & possidere, & sic loquuntur de bonis dictorum ciuium. † Nam dictio, eorum, 54
posita ante verba, bonis præsentibus, &c. est repetitiua, relatiua & restrictiua ad bona dictorum ciuium Rhegij, & habitatorum, ac comitatinorum habitantium in d. districtu, & territorio secundum Bar. in l. si quis seruum. § fi. de leg. j. in l. j. ff. de recepta. Corn. cons. 9. col. pen. in fi. cum prin. sequẽtis. vol. j. Pariſ. in cons. 18. nu. 31. vol. 2. vbi ista dictio, eorum, tanquam repetitiua & relatiua debet restringi secũdum dispositа in præcedentibus, ad quæ fit relatio, cum omnibus suis qualitatibus in con. 86. nu. 58. vol. 2. & in cõs. 103. nu. 14. vol. j. Rui. in cons. 99. nu. 16. vol. 2. & in con. 101. nu. 9. vol. eo. Cepha. in cons. 269. nu. 28. vol. 2. Item & dictio, ipsa, posita ante verba, bona ipsa possidere, etiam refertur ad bona ipsorum, cùm etiam sit relatiua præcedentium bonorũ, vt per Pariſ. in cons. 20. nu. 55. vol. 2. & in con. 53. nu. 11. vol. 3. Vnde cùm verba dicti laudi (vt sæpius dictum est) ſtrictè intelligi debeant, nec ab eis discedendum sit, & in ipso non præsumitur, nisi illud quod dictũ est, vt in simili etiam dicitur de sentẽtia, vt per Pariſ. in cons. 163. nu. 2. vol. j. sequitur quòd dicta immunitas nullo modo extenditur ad bona tenta ad affictũ per supradictos ciues & habitatores, qui sint hominũ Nuuolariæ & Bagnoli, qui non dicuntur possidere per colonos, sed tantùm detinere, l. certè. §. pen. de precar. l. nõ solùm. §. quod vulgo. ff. de vſucap. Iaſ. in l. j. nu. 56. de acq. poſ. Aut loquimur respectu bonorum ipsorum ciuiũ & habitatorum, quæ sunt in dicto territorio, & quę tenentur per colonos partiarios, qui fructus percipiunt, & dant pecuniã domino: & isto casu dico, quod sicut ciues domini dictorum bonorum sunt immunes, ita & dicti coloni. Nam nulli dubiũ est, quòd coloni cultiuantes & colentes possessionem exemptorum, gaudere debent immunitate dominorum, exemptiq; sunt à grauaminibus, cũ concessa sit ratione prædiorum, vt in terminis dixit Pariſ. in cons. 69. nu. 6. vol. j. Et eò magis hoc dicendũ videtur, stante nono capitulo dicti laudi, in quo expressè cauetur, q; omnes & singuli mezadri, terzarini, & coloni, ac laboratores omniũ & singulorum ciuiũ, & habitatorum d. ciuitatis, & districtus Rhegij, qui habitãt, & in futurũ habitabũt in & super dictis locis, de quib. suprà, in & super terris dictorum ciuium habitatorum, seu districtualium suprascriptorũ, nõ possint quoquomodo, nec debeant grauari, vel collectari seu pedagiari in dictis castris & locis Nuuolarię & Bagnoli, & locis de quib. suprà ad aliquas factiones, grauamina, vel onerã, vel ad aliquas custodias dominorum castrorũ & locorum, tam impositas, quàm imponendas in dictis castris, vel locis, quacunque ratione vel causa, sed liberè ipsi mezadri, terzarini, & coloni, ac laboratores sint exempti, & immunes à quibuscunque functionib. realibus, personalib. ac mixtis, ordinarijs, & extraordinarijs mandatis & caualcatis, receptationib. hoſpitum, & alijs quibuscunq;, & supradicta intelligantur & limitentur pro personis supradictorum omnium, pro eorum fructibus & prouentibus, ac reditibus, & rebus colligendis & percipiendis in & super possessionibus & terris ipsorũ ciuium & habitatorum ciuitatis vel districtus Rheginorum.

Quo casu, † cùm dicta verba sint clara, non est opus 55
aliqua interpretatione, l. continuus. §. cũ ita. de verb. oblig. l. ille autem ille. §. cum in verbis. de leg. 3. l. voluntas. C. de fideicom. Ceph. in cons. 245. num. 56. volu. 1.
& in consil. 199. num. 9. vol. eo. Nam † vbi verba sunt 56
clara, nec quidem à cõsuetudine recipiunt interpretationem. Dec. in conſi. 49. col. 2. verſic. sed secundum, nec à ſtatuto, teſte Barba. in conſi. 36. vol. 2. & ab ipsis nullatenus est discedendum, l. quod constitutũ. vbi Bart. de mil. testa. Iaſo. in l. quoties. de verb. oblig.

Quò ad sequẽs dubium, an per verba posita in septimo articulo dicti laudi derogatum esse censeatur ſtatuto prohibenti, alienationem fieri de bonis immobilibus positis in locis Nuuolariæ, & Bagnoli in aliquem forensem, vel non subeuntem onera sine licentia & voluntate dictorum Illuſt. Comitum, ita vt Rheginenſes habẽtes bona immobilia ſuper finibus & territorio ipsorum locorum, possint ea vendere. Prima fronte dicendum videtur, quòd vigore dicti laudi, & non obſtante dicto ſtatuto, ciues prædicti & comitatini habitatores Rhegij, & ipsius comitatus liberi, & exempti facti fuerunt perpetuò, & immunes ab omnib. & ſingulis oneribus & grauaminibus, de quibus in d. art. 7. & sic à petitione dictæ licẽtiæ. Nam 57
nemini dubiũ est, † quòd onus & grauamen dicitur & quidem non paruum, non posse liberè absq; alicuius licentia vendere, l. non vſq;. ff. ſi quis à paren. fue. manu. vbi iniquum est ingenuis hominibus, non esse liberam rerũ suarum alienationẽ: quilibet enim rem ſuam cui vult vendere poteſt, l. nec emere. C. de iure delib. l. dudum. C. de contrah. empt. l. in re man- 58
data. C. manda. † vbi rei ſuę quilibet est moderator & arbiter. Pariſ. in conſ. 30. in prin. vol. 3. & in con. 81. nu. j. volu. eo. vbi dicit, vnumquemque poſſe alienare & disponere de re ſua eius arbitrio, cui & quibuscunq; personis voluerit, nec magis vni quàm alteri, inſt. de donat. per totum, in l. exempto. in princ. ff. de actio. empt. l. non minorem. C. de trãſact. & §. per traditionem. de rer. diuiſ. vbi nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatẽ domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi: ergo à contrario nihil magis incõueniens, ſi itaq; hoc est onus, illud dicitur impoſitum pro bonis & rebus positis in territorio dictorũ Comitum, ergo virtute dicti laudi ciues & comitatini, ac habitatores ciuitatis & diſtrictus Rhegij immunes & exempti esſe debent ab hoc munere petendi huiuſmodi licentiam: quia per dictum laudum derogatũ esse dicitur ſtatuto, ſuper hoc aliter diſponenti, cui derogari potuit, vt proba- 59
tur. † Quoniam laudum homologatum dicitur vera tranſactio. Anch. in diſputatione incip. cum C. laicus. col. antepen. Cacialup. in tract. de tranſact. q. 3. in fin. Soc. in conſ. 89. col. 3. verſ. ſed contra. vol. 3. 66. col. 2. in prin. vol. 4. & 46. nu. 16. vol. j. Et † quæ tranſactio dici- 60
tur contractus innominatus, glo. in l. ſiue apud acta, vbi Bar. in verſ. quæro ſecundo. & Bal. in verſ. quęrit, * vbi Curt. nu. 32. dicens, hanc esſe* communem. idem Cur. in l. quamuis. nu. 2. C. eo. tit. Affl. in deciſ. 208. nu. 2. † ſed contractus facti per ſuperiores ſuper perſonis & rebus immobilibus ſubditorum ſuorum habent vim legis inter ſuos ſubditos, & eos ligant, vt in l. Cæſar. de publi. Bart. in l. ſi. C. de dona. inter vir. & vxor. Iaſ. in conſ. j. in 3. dub. vol. j. Alex. in conſ. 8. col. j. vol. 6. Curt. Sen. in conſ. 48. col. 16. & 49. nu. 39. circa primũ. ergo, &c. 61

Sed prædictis non obſtantibus, contrariã partem veriorem fore exiſtimo, quòd per laudum prædictũ minimè derogatum esſe videatur ſtatuto huiuſmodi, prohibenti dictas alienationes & acquiſitiones ſine licentia ipsorum Comitum, quoniam ſi bene conſiderãtur verba ipsius laudi, data fuit & est exemptio & immunitas ciuibus, & comitatinis Rhegienſibus, quò ad onera ſeu grauamina, quæ propriè dicuntur 62
munera, vt sunt personalia, † quæ dicuntur esſe illa, quæ cum corporibus, & cum labore ac vigilantia & ſolicitudine animi exiſtunt, l. j. §. j. ff. de mune. & hono. Parpal. in l. placet. nu. 3. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicit, quòd munus perſonale est illud quod expeditur ſolo labore corporali ſine detrimẽto rerum, per tex. in l. ſi. in prin. ff. de mun. & hono. quorum quædã sunt, quæ habent dignitatem annexam, & ſic cum honore quædam vtilitatem annexam, & quædam quæ non habent nec honorem nec vtilitatem, vt per Bart. in l. vnica. C. de mul. & in quo loco Parpal. vbi ſuprà nu. 7. vbi ponit quomodo cognoſcantur dicta onera, vt in hac prohibitione ſtatutaria de non acquirẽdo vel alienando nõ cadit honor, dignitas, nec vtilitas cum labore corporis, ergo dicta prohibitio non censetur onus perſonale: ſicuti nec etiã dici po- 63
test hoc onus, munus patrimoniale, † quod ſit cum

ſumptu & expenſa rerum ſine tamẽ labore perſonæ, d.l.fi.§.patrimoniorum.Bar.& Ang.in d.l.j.Parpal.v-
64 bi ſuprà nu.25.vbi ſubdit,†hoc munus eſſe in triplici genere,quia quoddã vocatur munus,quod imponitur perſonæ tantùm,nulla habita cõtemplatione rerum,vt eſt capitatio,& iſtud eſt quod propriè imponitur,& ſolùm pro ſalarijs rectorũ,& de hoc munere eſt tex.ſingularis in l.immunitates,in verbo capitatio.C.de agr.&cenſ.lib.11.quoddã eſt munus,quod imponitur perſonæ habita cõtemplatione patrimonij,& iſtud eſt quod imponitur per æs & libram,& quod ab aliquib. vocatur collecta,& bene,vt per glo. in l.reſcripto.§.fi.ff.de mune.& hono.& per vulgares talea,vt per Parpal.vbi ſuprà nu. 28. in fi. verſ. eſt igitur quoddam & tertium, quod totaliter imponitur rebus,nõ habito reſpectu ad perſonam, quod eſt tributũ,& quod diuiditur in triplex genus, vt per Parpal.vbi ſuprà nu.102. Sal. in l.fi.C. ſine cenſ. vel relig. ſed iſta prohibitio alienandi vel acquirẽdi ſine licentia,nõ eſt onus in quo ſumptus requiratur, ſeu non expeditur principaliter expenſis patrimonij, vel incommodo adminiſtrantis, ergo nõ poteſt dici onus ſeu munus patrimoniale, minusq; onus mixtũ, nec ordinarium,ſeu extraordinarium, vt capitur à Sali. in d.l.fin. & Bar.& alijs in d.l.vnica. C.de mulier.& in quo loco lib. x. ergo dici non poteſt, niſi quòd dicti Rhegini ex vi dicti laudi nõ fuerunt facti,niſi immunes & liberi, ac franchi ab illis munerib. ſupradictis, videlicet perſonalibus, realibus, mixtis,ordinarijs, ſeu extraordinarijs, quæ propriè munera dicuntur, vt ſuprà dictũ fuit.ſecus ab his, qui improprie & longè dicuntur onera. Ex his igitur concludendum eſt, quòd ſub verbis dicti laudi prohibitio illa ſtatutaria de non alienando, vel acquirendo ſine licentia dominorum comprehendi non dicitur,& ita in terminis proprijs noſtris, de quibus agitur, cõſuluit Bero. in conſil.173.vol.j.

Secundò pro hac parte facit: Nam ſicut ſententia eſt ſtricti iuris,l.ſi à te. ff.de excep.rei iudi. & eius verba ſtrictè intelligi debent. Ale.in conſ.184.col j.in fin. vol.2.nec plus probetur per eã, quàm ex ea de neceſſitate inferatur,l.j.C.de ord iud. Ale.in conſ.84.col.j. vol.3.& 108.col.2.in princ.vol.5.& in conſ.130. col.fin. vol.6.Cur.Sen.in conſ.73.col.fi. ita & laudum & eius verba ſtrictè intelligi debent. Alex.in conſil.48.nu.9. vol.6.& plus per eum nõ poteſt inferri, quàm neceſſariò inferatur. Ex his igitur ſequitur, quod ſi ciues Rhegij, vel comitatini volunt emere vel alienare aliqua bona immobilia in territorio ipſorum Comitum,quod ab eis debent petere licẽtiam iuxta diſpoſitionem ſtatuti ita cauentis,& nõ aliter: quia in laudo non reperitur expreſſum, quòd eis ita liceat ſine licentia Comitum, nec de neceſsitate ex ipſo hoc infertur,quòd ita debeat intelligi,ergo pro omiſſo habetur.arg.l.commodiſsimè.ff de lib.& poſthu.

65 Tertiò dicitur, †quòd quælibet diſpoſitio debet intelligi ſecundum ſtatuta loci, iuxta notata in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.vbi Bar.& alij.Alex. in conſ.15.in fi.vol.4.52.nu.37.vol.eo.Affict.in deciſ. 206.col.2. Pariſ.in conſ.57.nu.15. vol.2. Et ideo vide-
66 mus,†quòd ſi patri facta eſt conceſsio rei emphyteoticæ pro ſe & filijs maſculis & fœminis,quòd pariter ſuccedant fœminæ & maſculi,§. emphyteuſim. in auth.de non alienan.coll.2. ſecus ſi in loco eſt ſtatutũ diſponens, quòd extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant: quia tunc admittẽtur ordine ſucceſſiuo,ſcilicet primò maſculi, poſteà fœminæ, maſculis deficientibus: quia verba dictæ cõceſsionis debẽt intelligi ſecundum ſtatuta loci vbi factus eſt contractus.ſequitur Alexan.in conſ.127.vol.j.Pariſ.in conſ. 12.nu.41.vol.j.& in conſ.13.nu. 25. vol.eo. Affli.in deciſ.226.col.2. Vnde licèt arbitratores in ſuo laudo dixerint,quòd ſi contigerit dictos ciues Rhegij, & Comitatinos, & habitantes acquirere aliqua bona immobilia exiſtentia in dicto territorio, quæ ſint ſubiecta alicui oneri, quòd illa bona tranſeant cum ſuo onere,tamen illud debet intelligi,dummodò acquiſitio facta fuerit cum licentia Comitum.

67 Quartò dicitur,†quòd verba dicti laudi debẽt intelligi ſecundum illud quod eſt conſuetum fieri in venditionib. vel acquiſitionibus bonorum ſitorum in territorio Nuuolariæ, & Bagnoli, in quibus locis non alienantur bona ſine licentia dominorũ, quod probatur ex nota.per Bero.in conſ.77.nu.30.cum ſe-
68 quenti,vol.j.vbi dicit,†quòd in dubio ſemper debet cenſeri facta conceſsio feudi ſeu emphyteoſis, ſecundum & prout eſt cõſuetudo eccleſiæ, vel domini concedentis,qui in dubio præſumitur conceſsiſſe prout ipſe erat conſuetus concedere. arg. l. quòd ſi nolit.§. qui aſsidua.ff.de ædil.edic.Bart.& alij in auth. qui rẽ. C.de ſacroſan.eccle.etiam ſi nihil dictum fuerit.arg. eorum quæ habentur per Bal.in l.fi. C.de ſucceſ.edic. Bart.& alij in l.ſemper in ſtipulationibus. de reg.iur. Secundò facit quod notat Bald.in l.fi.C.de fideicom.
69 vbi†ſi data eſt alicui poteſtas teſtandi,intelligitur ſecundum conſuetudinem loci, vbi fit teſtamentum. ſequitur Affict.in deciſ.226.col.j. Et ideo inquit Bal.
70 in l.vnica.§.taceat. C.de rei vxo. actio †quòd indefinita conuentio matrimonij intelligitur ſecundum conſuetudinem regionis vbi fit contractus. allegat l. ex hac parte.in princ. ff.de verb. oblig. Affict.vbi ſuprà col. 2. Accedit quoque quod ait Affict. in deciſ.
71 307.num.21.vbi dicit,†quòd licentia conceſſa alicui, quòd poſsit regnum exire, debet intelligi tanquam fidelis Regis,prout eſt conſuetum concedi aliis fidelibus volentibus regnum exire,ſecundum Bal.in l.fi. C.de fideiuſſo. Cùm igitur iſta ſit conſuetudo,quòd requiratur licentia dominorum Comitum,concluſio reſultare videtur,quòd ipſa licentia peti debeat, cùm dictum laudum intelligi debeat ſecundum dictum ſtatutum & conſuetudinem.Et tantò magis ſu menda eſt hæc interpretatio tanquam minus præiudicialis ipſis Comitibus, cùm de dictis ſtatuto & conſuetudine nullam penitus fecerint mentionem
72 dicti arbitratores,†qui præſumuntur eam ignoraſſe.argum.l.verius.ff.de probat.Vnde,cùm ipſum ſtatutum & conſuetudinem ignorauerint, non eſt veriſimile, quòd ipſi voluerint eis derogare, & illam
73 corrigere.†Nam ad ignorata non extenditur aliqua diſpoſitio,l.qui cum tutoribus. ff. de tranſact.gl.in l.
74 de his,eod.titul. Nam,†ſi Princeps, qui præſumitur ignorare ſtatuta aliorum locorum,ca.j.de conſtit.in 6.non cenſetur illis derogare per eius actum, vt per Geminia. & Ioan.Andr. in c.ei qui, de præbend.in 6. quem ſequitur Ruin.in conſil. 12. num.22.volum.3.
75 minus ipſi arbitratores cẽſentur illi derogaſſe.†Per verba enim generalia nunquam derogatur iuribus ſpecialibus, niſi fiat de eis mentio. Bart.in l.decurionib.per illum text. C. de ſilent.lib.12. Ruin. in conſil. 227.num.9.vol.j.

Secundò dicitur, quòd quamuis poſsit dici, quòd ſit onus, ſeu iniquitas, & per conſequens largè & impropriè poſsit dici onus, tamen in dicto ſtatuto prohibitio non dicitur eſſe onus ſeu grauamen, vt conſtat ex dicta l.dudum. in fi. qui excipit hunc caſum à prædictis, & ſic quòd tunc non dicatur onus,nec iniuria dicatur fieri, vt volunt ibi Bald. & cæteri ſcriben.& gl.d.l.non vſque.in verbo alienationem, quæ intelligit illum tex.videlicet iniquũ eſſe,&c.non habere liberam rerum ſuarum alienationem in caſib. & modis ſolitis,ſecus in caſibus prohibitis:at in caſu præſenti non dicitur ſimpliciter eſſe prohibita alienatio,ſed in certum genus perſonarũ, ſcilicet in fo-
76 renſes: & hoc in diſpoſitione ſtatuti,†quòd dicitur ius commune in loco,l.omnes populi. de iuſt.& iur. Ex his igitur dicendum videtur, huiuſmodi prohibitionem non continere iniquitatem aliquam, nec grauamen. & quòd nec dicta verba poſita in d.capitulo ſiue vniuerſalia,ſiue prægnantia cõprehendant hunc caſum, ſuadetur ex verbis ipſius capituli, vbi ſpecialiter diſponitur, quòd ſi contigerit in dictos ciues & comitatinos,& habitantes aliquam venditionem fieri de bonis immobilibus,quę ſint ſubiecta alicui oneri,tranſeant cum illo onere. Vnde ſi tranſire debent cum dicta cauſa,ſequitur quòd non debẽt eſſe exẽpta:& ſic, quòd verba huiuſmodi exemptionis, quantumuis vniuerſalia & prægnantia non ex-
77 tenduntur ex mente dictorum arbitratorũ,†& quæ attendi debent, l.qualem. ff.de arbitr. ad caſum alienationis bonorum,& per conſequens,quòd dicta licentia requiſita à ſtatuto impetrari debet à volentibus alienare, cùm ad dictum caſum reſeruatum &

exce-

exceptuatum (vt dictum fuit) verba ipsius laudi ex-
78 tendi non possint, † cùm exceptio declarat & restringit regulam. l. nam quòd liquidæ. §. fi. ff. de pen. lega. quem tex. ad hoc pro singulari allegat Imol. in l. filio præterito. col. 18. vers. sed est dubium, de iniust. testa. & firmat eã in omnibus casibus non exceptis. l. quæsitum. §. denique, de fund. instruc. Alex. in consil. 144. col. 2. vol. 6. cons. 36. col. j. vol. eo.

Nõ obstat, quòd per dictum laudum statutum dicatur esse correctum: quia sicut per cõtractum Principis potestatem habentis cõdendi legem, statutum seu lex corrigi potest, ex eo, quòd Principis contractus vim legis habeat, vt d. l. Cæsar. ita & per dictum laudum: quia respondetur, quòd præmissa procedere non possunt in terminis nostris: quia laudũ non fuit latum à superioribus habentibus auctoritatem legis condendæ, sed ab arbitratoribus inter antecessores Illustriss. Comitum modernorum & ciuitatem Rheginam. Nam ad hoc vt laudũ vim legis habeat, opus esset, quòd fuisset latũ à Principe vel superiore inter alias personas iuris ordine obseruato, vt not. in l. fin. C. de ll. sed in casu præsenti non fuit latum à superioribus, sed ab alio inter superiores, ergo non militat dispositio d. l. Cæsar. quæ respõsio confirmatur. nam per dictum laudum (vt patet in septimo capitulo) videtur data exemptio Rhegiensibus, per quam ipsi absoluãtur ab oneribus, ex quibus fieret, quominus possent pacificè gaudere & possidere bona posita in territorio Nuuolariæ & Bagnoli, & sic ad effectum tãtùm, vt possint bona sua pacificè pos-
79 sidere. sed considerandum est, † quòd aliud est bona pacificè gaudere & possidere, & aliud bona in alium alienare liberè sine licentia dictorum Comitum: nam hæc inter se multùm differunt. Nam vnum præsupponit, quòd quis possit bona liberè retinere, & illis gaudere, alterum verò de directo continet contrarium, quòd quis non retineat pro se bona nec ipsa possideat, sed in alium transferat, & alij ad possidendum tradat Bero. vbi suprà numero 25. Ex his igitur omninò sequitur, quòd cùm laudum prædictum prout sæpius dictum fuit, stricti sit iuris, & eius verba sunt strictissimè intelligenda, & ab eis non discedendũ, sed intelligenda prout iacent, & in quo non veniunt nisi expressa, non potest intelligi de immunitate concessa à grauamine de non alienando, & de cuius alienatione loquitur dictum statutum.

Ad aliud caput, an dicti ciues vel comitatini, qui emunt frumentum & alia victualia non percepta ex prædijs ipsorum, sed illorũ de Nuuolaria & Bagnoli gaudere debeant dicta exemptione? dicendum videtur, quòd non: quia si non extante laudo, sed in dubio ipsi deberent soluere secundum consuetudinem ipsorum locorum, iuxta text. in l. fi publicanus. §. fin.
80 ff. de publican. vbi sic inquit legislator: † in omnibus vectigalibus ferè consuetudo spectari solet, idq; principalibus constitutionibus cauetur, l. licitatio. §. earum. eo. titu. & etiam in materia collectarum id firmatum sit, † quòd consuetudo regionis obseruanda
81 est, l. missi opinatores, ibi, seruata consuetudine regionis. C. de exact. trib. lib. 10. vbi not. Bar. & alij. Gui. Pap. in cons. 66. colum. 7. Paris. in cons. 25. nu. 54. vol. j. post Angel. in consil. 9. vbi dicit in huiusmodi oneribus attendi debere consuetudinem & antiquam obseruantiam & practicam, & in præstatione censuum nihil innouari debere contra antiquam consuetudinem, vt in l. cum satis. §. caueat. C. de agr. & cens.
82 lib. 11. † Tolerabilia enim sunt, quæ vetus approbat consuetudo, l. Imperatores. §. fin. ff. de pollicita. Paris.
83 in consil. 25. num. 24. vol. 4. † Nam obseruantia mutanda non est, sed sequenda, l. minimè. ff. de ll. Paris. in cons. 16. num. 11. volum. j. In simili etiam videmus,
84 † quòd in solutione tributorum attenditur consuetudo. Bald. in l. ex præstatione. C. de vectig. & comm. & pariter in solutione pedagij, quia non debet solui vltra antiquam consuetudinem, l. fi. C. no. vectig. instit. nõ posse fran. Marc. in decis. 420. in 2. par. dec. delphina. Ruin. in consil. 202. in fi. vol. 2. Hocq; à legibus
85 sancitum reperitur † in solutione decimarum, vt in c. ad apostolicæ. & in c. cũ sint. de decimis. & hoc quidẽ in alijs generaliter dicitur, vt attendi debet quod consuetum est fieri, c. licet ex suscepto, in vers. consuetum, de foro comp. in tit. de pace Cõstan. in prin. in vers. ab antiquo. Vnde dicit lex, ne quid cõtra longam consuetudinem fieri ad solicitudinem suam reuocabit Præses prouinciæ, l. j. C. quæ sit long. consuet. Quantò magis efficacius id dicendum venit in casu præsenti, vbi casus est expressus in instrumento ipsius laudi, vbi in septimo capite arbitratũ fuit, quòd si contigerit dictos ciues vel habitatores, vt suprà, aliquam mercaturam facere in dictis locis & castris de rebus alijs, quàm habitis & collectis super præfatis terris, & sic de suis, tunc seruetur, quod hactenus seruatum fuit, quæ verba probant expressè ipsam obseruantiam, vt per Ruin. in cons. 104. nu. 4. volum. 5. Nam vbi verba sunt clara, ibi non potest cadere altercatio & dubitatio, l. continuus. §. cùm ita.
86 ff. de verb. oblig. cum similibus: item † vbi casum laudi approbatum habemus, possumus dicere, quod inquit Bald. de instrumento in consil. 215. colum. 2.
87 volu. 2. vbi ait, † quòd vbi est casus instrumenti, non videtur dubitandum, sicut nec de casu legis. plus in
88 consil. 233. volum j. vbi dicit, † quòd instrumentum habet vim diffinitionis. & in consil. 400. colum. 2. in fin. volum. 5. quòd illud, quod verbum instrumenti sonat, illud debet haberi pro veritate, & sine calũnia quis obtinere debet, ca. porrò. de priuil. l. iudicatum
89 solui stip. ff iud. sol. † quia voces instrumentales perhibent testimonium veritati, l. contrahitur. ff. de pigno. imò multò fortius dicẽdum venit, quòd verba dicti laudi à partib. approbati, dicuntur habere vim casus legis & veritatis. Concludendo igitur dicitur, quòd ipsi ciues & alij, vt suprà, si mercantur de fructibus nõ perceptis super prædijs ipsorum, quòd seruari debeat, quod aliàs seruabatur.

Quantum sit ad aliud caput, an dicti ciues teneantur consignare singulas suas res, fructus, reditus, & prouentus habitas, & habitos, seu habendos, & percipiendos in & super dictis eorum terris & possessionibus, non obstantibus verbis appositis in octauo capitulo dicti laudi, vbi dicitur, quòd hoc liceat absq; vlla licentia, & solutione ac contradictione alicuius domini vel officialis, omissis nõ necessarijs, videtur dicendum, quòd ad dictam consignationem tenentur. Quoniam & si licentiam & solutionem pro supradictis accipere & facere non teneantur, tamen lege cauetur, quòd saltem debent bona profiteri, vt est text. in l. fi. §. diui. vbi Bar. & alij. ff. de publica. Bald. in
90 cons. 79. in 2. dub. in 2. volu. vbi dicit, † quòd priuilegiati, qui soluere aliquid non tenentur daciterio, saltem ei debent bona ostendere: quia non debent sua auctoritate sibi ius dicere, sed instructo prætore vel daciterio de eius conscientia, nè colludatur & fraus fiat gabellæ appositis alijs rebus prohibitis, per l. sacrosancta. C. de sacrosan. eccles. Ista enim res secundum eum indiget aliqua inquisitione, vt not. in cle. fin. de censib. in gloss. l. j. §. accusatus. vers. ic. contrà mouet, ad turpil. Afflict. in c. j. §. vectigalia. num. 159.
91 in tit. quæ sint regal. vbi tradit, † quòd licèt de re aliqua quis soluere non debet gabellam, attamen si illa non ostendatur gabellarijs vel cum appodissa extrahatur à ciuitate, intelligitur publicata. Bertach. in tract. de gabel. in vlt. par. quæst. 29. Pract. Pap. in forma libelli super solutione pedagij, in verbo panni borsalini, col. 2. vers. i. attamen. Iul. Ferret. in tracta. de
92 gabel. num. 209. vbi concludit, † quòd & si Præsides prouinciarum, Auditores, Officiales, Rectores magistratus, Comissarij Principum, muliones, agasones portantes res principum suorum & pro eorum familia, non teneantur soluere gabellam pro ipsorum rebus ad vsum suum portatis, l. si publicanus. §. rebus. & ibi glo. de publica. l. vniuersa. vbi Bald. C. de vectig. & comm. tenentur tamen denunciare publicanis, & accipere appodissam, aliàs confiscantur, ac si solui debuissent. Et specialiter id dicendum venit in terminis nostris duplici ex causa: quarum prima est: quia cùm verba dicti laudi nullam penitus faciant mentionem de consignatione, & strictè intelligi debeant. Rui. in cons. 78. nu. 8. vol. 2. & in eo nõ veniat nisi quod expressum est. Rui. in cons. 33. nu. j. vol. 5. & in cons. 146. nu. 7. vol. j. sequitur quòd illa censetur omissa, & per consequens, quòd per dictos ciues
93 fieri debeat ipsa consignatio. Secunda, † quia verba

laudi debent reduci ad terminos iuris communis vt minus illud offendatur,l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.cuius quidem iuris communis diſpoſitio eſt,vt dictum fuit,quòd fiat conſignatio in caſib.vbi
94 nihil ſolui debet,vt in d.§.diuus.Item † quia verba ipſius laudi & ſic ſententiæ non debent trahi ad iniuſtum,vt per Bart.in l.gerit.ff.de acquir.hæred.Socin. in conſ.265.col.fin.volu.2.quæ iniuſtitia ſequeretur: quia niſi fieret conſignatio, eſſet in facultate ipſorum ciuium poſsidentium prædia in finibus dictorum locorum Nuuolariæ & Bagnoli fraudare pedagiarios,conducendo nedum fructus & reditus prædiorum ſuorum,ſed & aliorũ,quod tenderet in maximum præiudicium dominorum pedagij,& ſic poſ
95 ſent fraudari,† quibus fraudibus obuiandum eſt,l. in fundo.ff.de rei vend.clem.j.vbi Card. de vſur.cle.
96 j.§.fi.vbi etiam ipſe Card de conceſ.præben.†& quas
97 fraudare non licet.Nam ignoti iuris non eſt, † quòd mercatores defraudantes gabellas Principis iuſtas, peccant.Abb.in conſ.58.& in conſ.102.vol.j.Iul. Fer-
98 ret.vbi ſuprà num.92.vbi † iſtud ampliat procedere, etiáſi eſſent mercatores Principis. Et ideo videmus, quòd à lege imponitur pœna amiſsionis rerum,quæ portantur, de quibus non eſt facta profeſsio neq; ſolutio,l.j.vbi doctor.C.de vectig.& comm. Hinc dici-
99 tur,† quod ſi quis eſt immunis à gabellis, & portat res alienas,& mentiendo dicat eſſe ſuas, dicitur fraudare gabellam,l.j.vbi Barto.C.de nauicul.lib.11. & in l.fin.vbi etiam Bart. C.de anno.& trib.lib.10.vbi inquit, quòd ſi ciuis exemptus dixerit in fraudem gabellarum vel collectarum comitatinorum obligatos ſoluere certum quid communi pro gabella, vel taxis ſiue collectis, res eſſe ſuas, & eas emiſſe vel emi feciſſe proprio nomine, res ipſæ confiſcari debent.
100 Iul. Ferret. vbi ſuprà num.184. Et hæc interpretatio tanquam æquior & humanior amplectenda eſt, l.in his,de cond.& demon.Bald.in auth. ad hæc, de vſur. & etiam quia concurrit veriſimilitudo arbitros ita ſenſiſſe,l.fi.ff.quod met.cau.c.quia veriſimile.de præſum.Nam ſi aliter voluiſſent,vtiq; expreſsiſſent.arg. l.j.§.ſin autem. C. de cad.toll.& ſi fuiſſent de hoc interrogati,vtique ita reſpondiſſent.arg.gloſſ.in l tale
101 pactum.§.fi.ff.de pac.† vbi doct.vbi extendunt illam nedum in leg.b. & ſtatutis, ſed etiam in conuentionibus,reſcriptis,& vltimis voluntatib.Pariſ.in conſ. 41.num.51.vol.2 conſ.75.nu.37.conſil.78.nu.14.& in conſ 99.num.17.vol.eo.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ LXXX.

1 *Neceſsitate vrgente, à communi & ſtricta regula recedi poteſt.*

2 *Neceſsitas aliqua permittit, quæ aliàs non permitterentur.*

3 *Vaſallus vel ſubditus, qui eo inuito non poteſt alienari.ex cauſa neceſsitatis alienatur.*

4 *Actus tempore neceſsitatis poteſt expediri ſine conſenſu illius,qui debet requiri.*

5 *Tutor ex cauſa neceſsitatis inuentario non confecto, poteſt adminiſtrare bona pupilli.*

6 *Neceſsitas alienandi bona eccleſiæ cathedralis ſi immineat,& tanta,quæ ſuperiorem conſuli non patiatur, poteſt fieri alienatio per epiſcopum, non obſtante iuramento de non alienando,inconſulto Pontifice.*

7 *Statutum pœnale prohibens,ne quis in conſilio proponat de imponenda collecta, locum non habet, quando imminet magna neceſsitas:quia eo caſu ſtatutum efficitur non ſtatutum.*

8 *Examinatio teſtis ad perpetuam rei memoriam, licèt fieri debeat coram iudice, coram quo cauſa principalis venit ventilanda, tamen in caſu neceſsitatis poteſt fieri coram alio iudice.*

9 *Statutum prohibens aliquid fieri ſine certa ſolẽnitate,nunquam includit actum de neceſsitate iuris faciendum.*

10 *Tutor vel curator & ſi non poſsit paciſci nec compromiſſum facere,poterit tamen compromiſſum neceſſarium facere.*

11 *Neceſsitatis tempore,res ſacra alienari poteſt.*

12 *Neceſsitatis tempore,pater poteſt vendere filium.*

13 *Interpretatio illa ſumenda eſt,per quam minus offenditur diſpoſitio iuris communis.*

14 *Vendere licèt quis non cogatur,tamẽ vrgente neceſsitate poteſt cogi ad vendendum etiam viliori pretio.*

15 *Neceſsitatis tempore ruſtici & agricultores poſſunt compelli venire ad ciuitatem ad vendendum.*

16 *Laudum tribuens immunitatem ciuibus conducendi victualia extra ciuitatem,locum ſibi non arrogat,ſi neceſsitas vel publica vtilitas aliud ſuadeat.*

17 *Immunitas conceſsa ab omnibus oneribus, locum non habet tempore belli,peſtis,& cariſtiæ.*

18 *Reſpublica ſi neq; prædia poſsideat,neque ærarium habeat,et vrgeat inedia,vt habeatur modus vbertatis, imponi poteſt collecta,à qua nemo quantumcunque priuilegiatus excuſatur.*

19 *Noſtra enim intereſt ne pauperes moriantur,quia ſine eis ciuitas non eſt perfecta.*

20 *Priuilegia tempore famis & guerræ ſilent.*

21 *Priuilegium immunitatis conceſsum à publicis oneribus,non extẽditur ad munera & functiones, à quibus nemo excuſatur.*

22 *Diſpoſitio generalis limitationem recipit de habilitate,niſi publica vtilitas in contrarium ſuadeat.*

23 *Habitantes in domibus & prædijs Principum & Auguſtæ,nõ excuſantur in emptione ſpecierum patriæ neceſſariarum.*

24 *Neceſsitas omnibus legibus derogat, & omnem immunitatem excludit.*

25 *Neceſsitate publica emergente propter famẽ vel guerram nullus prætextu priuilegij poteſt ſe excuſare.*

26 *Neceſsitate grani imminente & aliarum ſpecierum, quilibet compellitur ire ad emendum,etiam ad partes remotas, nec ſub prætextu priuilegij excuſatur.*

27 *Immunitatem habens cum ampliſsimis verbis, nõ excuſatur ab onere ex improuiſo,inopinatoq; caſu impoſito.*

28 *Et eò magis, quando eſſet tanta neceſsitas, quòd alijs commodo non poſſet prouideri, niſi exempti grauarentur.*

29 *Verba ſententiæ ſi dicunt, quòd talis ſit immunis & exemptus ab omnibus & ſingulis capitationibus, gabellis, impoſitionibus, collectis, muneribus, realibus, perſonalibus, & quibuſcunque alijs, quæ dici & excogitari poſſunt quocunque nomine cenſeantur, & quacunque ratione vel cauſa, illum non excuſant, quotiens aliorum non ſuppetunt facultates, vel ſi ſuppetunt, cum magno ſcandalo.*

30 *Succedere vnuſquiſque poteſt in bonis ſibi relictis, & num.32.*

31 *Moderator & arbiter eſt quilibet in re ſua.*

32 *Statutum ſi prohibet alienationem ſimpliciter in forenſem, per illam non cenſetur prohibita ſucceſsio ab inteſtato.*

33 *Prohibitione alienationis facta extra familiam, non prohibet,qui eſt extra familiam ab inteſtato ſuccedere.*

34 *Forenſis ſi eſt prohibitus acquirere in aliquo loco, huiuſmodi prohibitio non trahitur ad alienationem legalem.*

35 Statu-

35 *Statutum si disponit, quòd forensis non possit acquirere rem immobilem à ciuitate, & aliò quòd quarta pars bonorum interficientis applicetur consanguineis defuncti, consanguinei poterunt consequi dictam quartam partem bonorum primo statuto non obstante.*

36 *Prohibitio simplex de non alienando in extraneum, non extenditur ad casum testati.*

37 *Alienatio si est prohibita quoquo modo, cẽsetur etiam prohibita alienatio necessaria.*

38 *Vnusquisq; ire potest ad molendum vbi vult: quod declara, vt infrà.*

39 *Prohibitioni de non eundo ad aliud molẽdinum, si fuit paritum, & ei non contradictum, prohibentes constituuntur in possessione ita ordinandi, & si accedũt ad alia molendina, possunt puniri.*

40 *Et idem dicitur de prohibitione furni.*

41 *Quod amplia procedere etiamsi prohibitio facta fuisset extraiudicialiter.*

42 *Verba laudi sunt strictissimè intelligenda.*

43 *Mens arbitratorum spectanda est.*

44 *Interpretatio illa in dubio capi debet, quæ non tendit in præiudicium tertij.*

45 *Concessio Principis facta alicui, quòd aquam ducere possit de flumine publico, intelligitur sine iniuria vicinorum.*

46 *Beneficia Principum, etsi latissimè sint interpretanda, tamen si de præiudicio alterius agatur, stricta fit interpretatio.*

47 *Vectigal legitimè dicitur impositum, quando est impositum ab habente auctoritatem, vel ex concessione Principis.*

48 *Bona vnusquisque consignare debet gabellario & soluere, aliàs ipso iure cadunt in commissum & confiscantur.*

49 *Verbum, hactenus, est designatiuum temporis præteriti.*

50 *Mutanda non sunt, quæ iam diu certam interpretationem & obseruantiam habuerunt.*

51 *Verba vbi sunt clara, non indigent alia glossa vel interpretatione.*

52 *Verba sententiæ strictè sunt intelligenda.*

53 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

54 *Exceptio in vno facta in transactione firmat regulam in omnibus alijs.*

55 *Verbum, debere, importat necessitatem præcisam.*

56 *Dictio, nec, copulat & continuat præcedens dictum, et ei iniungitur.*

57 *Verbum, posse, præsupposita negatiua, inducit præcisam necessitatem.*

58 *Verbum perpetuò importat perpetuitatem.*

CONSILIVM LXXX.

IN casu præcedentis consultationis nonnulla dubia de nouo proponuntur, quorum primum est: An nominati in laudo non obstante immunitate inserta in octauo capitulo possint conducere fructus suos exceptos ex præd̃is ipsorum, non obstante prohibitione d. Illustr. Comitum facienda tempore necessitatis, inediæ, vel belli. Et non effundendo verba vbi non ex-
1 pedit, dico quod non, † quia vrgente necessitate, à communi & stricta regula recedi potest, l. quæ propter necessitatem. ff. de regulis iur. l. j. §. cùm in ea-
2 dem. ff. ad l. Rhod. de iac. Nam † necessitas facit aliqua permitti, quæ aliàs non permitterentur, l. prim. §. huius. & ibi laso. in 5. notabili. ff. de off. eius cui
3 mand. est iurisd. Et ideo videmus, † quòd vasallus vel subditus, qui inuito eo non potest alienari, gloss. in l. inuiti. ff. de fideicomm. liber. ex causa necessitatis potest alienari. Ale. in l. j. in princ. ff. solu. matrim. Ias. in §. item seruiana, in verb. de qua, de act. Roma. in consil. 26. Fel. in cap. cum accessissent. colum. 9. de
4 const. Item, † quòd tempore necessitatis potest actus expediri sine consensu illius, qui debet requiri, l. tu-
5 tor qui repertorium. ff. de administ. tut. vbi † ex causa necessitatis tutor potest inuentario non confecto administrare bona pupilli, quod aliàs cessante necessitate facere non posset, & ideo per illum tex. decidit
6 Abb. in cap. fin. col. 2. de eccle. ædif. † quòd si imminet necessitas alienandi bona ecclesiæ cathedralis, & tanta exigatur celeritas, quæ superiorem cõsuli non patiatur, potest fieri alienatio per episcopum, non obstante iuramento de non alienando, incõsulto Pontifice, sequitur Fel. vbi suprà, & Annibal. in l. nemo potest. num. 52. de lega. j. Accedit quod voluit Bald. in
7 l. diuus. ff. de pet. hæred. vbi † si statutũ prohibet sub pœna, ne quis in consilio proponat de imponenda collecta, illud locũ non habet, quando imminet magna necessitas: quia eo casu statutum efficitur non statutum, & cum Bal. transit Fel. in c. querelam. col. fin. de iureiur. vbi multa adducit, quæ conferunt ad propositum, quæ non transcribo. Alex. in l. si ex toto. col. 2. in fin. de legat. j. Et ideo dixit Ang. in l. cùm hi. §.
8 transactionem C. de transact. † quòd licèt examinatio testis ad perpetuam rei memoriam debeat fieri coram eodem iudice, coram quo causa principalis venit ventilanda, tamen in casu necessitatis potest fieri coram alio iudice, quod & tenet Curt. Sen. in l.
9 admonendi. nu. 241. de iureiur. † Plus, statutum prohibens aliquid fieri sine certa solennitate, nunquam includit actum de necessitate iuris faciendum, seu
10 quem quis subire tenetur. Et ideo † licèt tutor vel curator nõ possit paciſci, l. pactum curatoris. C. de pac. & per consequens nec compromissum facere, poterit tamen compromissum necessarium facere, videlicet quando ad id cõpelli potest vigore statuti. Ang. in cons. 162. Dec. in cons. 22. col. 2. 255. col. j & 401. col.
11 2. Item † res sacra propter necessitatem potest alienari, cuius alienatio aliàs prohibetur. §. sacræ. instit. de
12 rer. diuis. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Item † eo casu potest pater vendere filium. l. j. & 2. C. de patr. qui fil. distrax. ergo stante necessitate à iure multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, igitur videtur dicendum, quòd & similiter in casu dicti laudi, licèt sit data licentia ciuibus & alijs ibi nominatis conducendi eorum victualia percepta ex prędijs suis alibi, tamen quòd hoc intelligitur nisi adsit necessitas in loco victualium: quia hoc modo minus offen-
13 ditur dispositio iuris, † quæ interpretatio sumenda est, l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Pro cuius
* confirmatione facit *communis theorica scribenti-
14 um, quæ habet, † quòd licèt quis vendere non cogatur, l. nec emere. C. de iure delib. tamen tempore necessitatis potest cogi ad vendendũ, etiam viliori pretio. Bartol. in l. j. § cura carnis. ff. de off. præfec. vrba. Mod. in tract. de emp. & vend. in 3. q. prin. col. 10. vers. & notandum est. Alex. in con. 190. col. 2. vol. 2. Barb. in c. j. col. fi. de emp. & vend. Ripa in tract. de peste. num. 171. Franc. Marc. in decis. 511. in j. parte. Cùm igitur cogi quis possit ad vendendum victualia tempore cariſtiæ viliori pretio, quàm res valent, ergo multò fortius prohiberi, ne extrahat victualia tempore necessitatis: & tantò magis, quando possunt vendi communi pretio currente in loco. Accedit quoque, nam
15 nos videmus, † quòd tempore necessitatis, rustici & agricultores possunt compelli venire ad ciuitatẽ ad vendendum, vt est casus sing. in l. j. C. de nund. Barb. vbi suprà. Ripa. in d. tract. de peste, fo. mihi 72. nu. 166. per l. locis. C. de anno. & trib. lib. x. Franc. Marc. in decis. 540. col. fin. in j. parte. ergo multò magis poterunt prohiberi, ne extrahant ipsa victualia. Vlterius dici-
16 tur, † quòd verba dicti laudi, quę tribuunt immunitatem ciuibus conducendi victualia sua extra dicta loca, vendicant sibi locum, nisi necessitas & publica vtilitas aliud suadeat: quia ad dictũ casum nõ extenditur immunitas. Hinc videmus, † quòd immunitas
17 concessa ab omnib. oneribus, locum non habet tempore belli, vt per doct. *communiter in l. si ex toto. de
* leg

leg.j.Ripa.in d.trac de peste,fo.mihi iii.nu.245.Frâc. Marc.in decis.458 num.18.in j.par.item nec tempore pestis,vt per Rip. vbi supra. Nec similiter tempore ca
18 ristiæ,seu inediæ. Et ideo concludunt doct.† quòd si respublica neq; prædia possideat,neque ærarium habeat,& vrgeat inedia, vt habeatur modus vbertatis, imponi poterit collecta,à qua nemo quantumcunq; priuilegiatus excusatur, quominus secũdum ratam patrimonij conferre teneatur,l.j.C.vt nem.lic.se excu
19 sa.lib.x.interest†enim nostra ne pauperes moriantur,quia sine pauperibus non est ciuitas perfecta, l.j.
20 ff.de nund. † Silent enim priuilegia tempore famis & guerræ,l.pro tironibus. C.de priui.do.August.lib. ii.nam secundum Cicer.lib.2.off. Non est dubiũ propter ærarij tenuitatem tributum esse conferendum, vt omnes intelligãt pro salute reipublicæ necessitati parendum. Ripa,vbi suprà fo.72.nu.158.Et ideo dicit
21 Io.de Plat.in l.j.C.de qui.mune.lib.10.† quòd priuilegium immunitatis concessum à publicis oneribus habet tacitam conditionem, vt non extendatur ad munera & functiones,à quibus nemo excusatur,sed
22 illa subire tenetur, cùm tempus exegerit: † quia generalis dispositio limitationem recipit de habilitate,nisi publica vtilitas suadeat in cõtrarium. Et ideo
23 inquit,† quòd habitantes in domib. & prædijs Principum,& Augustæ,non excusantur in emptione specierum patriæ necessariarum, de hoc Io.de Plat. in l.
24 cùm te,la 2.C. quemad. ciuil. mun. dicit, † quòd necessitas omnibus legibus derogat, & omnem immunitatem excludit. Rursus in l.j.C.vt nem.lic.se excus.
25 lib.x.† quòd emergente necessitate publica, propter famem vel guerram nullus prætextu priuilegij potest se excusare, quin teneatur eo tempore conferre secundum quantitatem sui patrimonij, siue sit pauper,siue sit diues.Et subdit,† quòd imminente neces-
26 sitate grani,& aliarum specierum quilibet compellitur ire ad emendum, etiã ad partes remotas, nec excusatur aliquis sub prætextu priuilegij vel immunitatis, licèt aliàs vbi non imminẽt necessitas,sed prouisio in futurum, excusaretur quis propter ætatem & numerum liberorũ, & ex alijs causis. Et in fine dicit: Nota quòd à muneribus publicis necessitate imminente quis non excusatur, etiam si sit domus Augusta vel Principis. Alcia. in l. munus. ff.de verb.sig.
27 vbi ait,† quòd habens immunitatem cum amplissimis verbis concessam, non excusatur ab onere eximprouiso inopinatoq; casu impositio, vt si bellum superueniat.publicè enim interest huiusmodi concessiones tũc negligi, facit l.iubemus nullam, & ibi Bal.
28 C.de sacrosan.eccle. † & eò magis hoc dicendum venit,quando esset tanta necessitas, quòd aljs eommodè non posset prouideri, nisi huiusmodi prohibitio exẽptis fieret,vt per Alex in d.l.si ex toto,col.fi.versi. & hæc puto.& melius ibi Soc.in vers. tertia cõclusio, vbi dicit,quòd quando imminet publica necessitas, cui per superiorem non potest prouideri, nisi etiam exemptis imponatur, tunc tale augmentum potest illis imponi, quia nulla concessio eximit dicto casu propter publicam necessitatem. d.l.iubemus. sequitur Curt.Iun.in consil.61.nu.14. Accedit etiam decis.
29 Bald.in cons.406.volu.5.col.pen vbi tradit,† quòd si verba sentẽtiæ dicunt, quòd talis sit immunis & exemptus ab omnibus & singulis capitationibus, gabellis,impositionibus,collectis,angarijs,& perangarijs,realibus,& personalibus, & quibuscunque aljs, quę dici & excogitari possunt,quocunq; nomine censeantur,& quacunq; ratione vel causa,is non excusatur quotiens aliorum non suppetunt facultates, seu cum magno scandalo suppetunt, quia possunt grauari exempti ad contribuendũ cum cæteris,per iura ibi per eum allegata.

Circa alium articulum, an de iure ciues ipsi Rhegij possint succedere per viam vltimæ voluntatis in bonis immobilib. sitis in dictis territorijs Nuuolariæ & Bagnoli,& quæ fuerint ciuium Rhegij, & quia nescio quomodo loquatur statutum ipsorũ locorũ, prohibens alienationem immobilium, ideo faciam
* nonnullas conclusiones* communiter à doctoribus receptas, ex quibus apparere poterit, an possint succedere tam per viã intestati, quàm testati. Prima igi-
30 tur erit cõclusio,† quòd de iure cõmuni nedum ipsi ciues Rhegij poterunt succedere in ipsis bonis, sed etiam & alij: quia sicut vnusquisq; potest disponere de rebus suis,& arbitrio suo,testando,legando,& fideicommissa relinquendo. § disponat. in auth. de nup. coll.4.l.i.C. de sacrosan.eccl.toto tit.ff.& C.ad Treb.
3 Paris.in cons.2.in fi.vol.2.cùm † quilibet sit moderator & arbiter in re sua, l in re mandata. C. mand. & possit rebus suis apponere legem, quam vult, c.verum.de condi.appo.l.quotiẽs.C.de don.quæ sub modo.Paris.in cons.72.nu.3.vol.j. ita etiam vnusquisq; potest,si vult,succedere in hereditatibus sibi relictis, vel tacitè,id est,ab intestato,l.conficiuntur.in princ. ff. de iure codicil vel expressè ex testamento Ceph. in cons.iii.nu.24.vol.j.

32 Secunda est conclusio,† quòd si extat statutum in ipsis locis prohibens alienationem simpliciter in forensem, per illam non censetur prohibita successio ab intestato,vt per Rui.in consil.147.nu. 0.vol.2.vbi dicta prohibitio non comprehendit alienationem legis prout est successio ab intestato, per notata in l. si ita quis.§.ea lege.ff.de verb.oblig.& in cons.203.nu.3.
33 &17.volu eod.vbi inquit,† quòd facta prohibitione alienationis extra familiam, non prohibetur ab intestato succedere ille, qui est extra familiã, l.cùm pater.c.cùm inter.de leg.2.Bart.in l.peto.§.fratre.de leg. 2.Cephal.in cons.153.in prin.volu.2.& in cons.152.nu.
34 81.vol.2.Et ideo etiam videmus,† quòd si forensis est prohibitus acquirere in tali loco, huiusmodi prohibitio non trahitur ad alienationem legalem, vt est successio ab intestato,vt per Anch in c. canonum statuta,de constit.vbi dicit,† quòd stante statuto,quòd
35 forensis nõ possit acquirere rem immobilem in ciuitate, & alio, quòd quarta pars bonorum interficientis applicaretur consanguineis defuncti,ipsi consanguinei eam quartam bonorũ immobilium consequuntur,non obstante illo primo statuto. Fulg.in consil.102.reprobata opinione Bart.Ang.& Aret. in l. ventre.ff.de acq.hæred. vbi in tali casu statuti voluerunt, quòd extraneus consanguineus etiam proximior defuncti non possit ei succedere in bonis eius loci, in quo id statutum est, quia in hoc contrarium voluerunt Bar.Imol.Pau. de Cast.in d.§. ea lege.per l. cùm pater.§.cùm inter.de lega.2.sumendo argumentum de dispositione testatoris ad dispositionem statuẽtium:nam ibi dicitur,quòd si testator prohibuerit hæredem alienare extra familiam,poterit tamen post mortem ipsius hæredis proximior ei succedere, vt latissimè scribit Tiraq.in tract de retract. fol.mihi 164.cum multis sequentib.

36 Tertia est conclusio, quòd † talis prohibitio simplex etiam non extenditur ad casum testati in extraneum,vt cõcluditur per Bart.in d.l peto.§.fratre.Iaf. in cons.101.col.fin.vol.j.vbi dicit, quòd quando prohibitio est simpliciter facta,tũc nõ intelligitur prohibita hæredis institutio: Nam ex quo prohibitus non potest omni tempore viuere, oportet quòd hæredem habeat, l.j.ff.de fund.dot. Alex.in cons.55. col.
* 2.in prin.vol.3.vbi attestatur Doct. ita* communiter tenere,in cons.155.col.j vol.2.Rui.in consi.38.colum. 8.in princip.in vers.& dato etiam.vol.5.& nu.15.Iaso. in consil.120.colum.2.vers.aut enim.vol.j.Opizo in l. filiusfam.§.diui.num.171.de legat.j. Ceph. in consil. 153.in princip.volum.2.in consil.13.num.21.volum.j. Ruin.in cons.89.num.16.vol.2.& 188.num.13.volum. eod.

37 Quarta & vltima est conclusio,† quòd si est prohibita alienatio quoquo modo, & tunc quòd prohibita videtur alienatio necessaria, l. quidam.§. j.iuncta gl.in vers.quoquo modo,de fideicom.libe.prout est illa, quæ causatur à successione tam testati, quàm intestati. Rui.in consi.71.col.2.vol.j. vbi inquit,quòd quamuis Ang.& Alex.ibi per eum citati teneant contrarium, tamen quòd nihil allegant nisi notata per Bartol.in l.peto.§.fratre. de lega. 2. qui non loquitur quando prohibitio fit per verba vniuersalia & geminata,vt de hoc est text.in auth.de restit. fideicom. colla.8. vbi fuit prohibita alienatio per vẽditionem, donationem,permutationẽ,vel aliter aliquo modo, & tamen per hoc intelligitur prohibita alienatio per viam vltimæ voluntatis, quem text.ad hoc pro casu singulari allegat Soc.in cons.251.col.3. vers.postremò.

Idem

Idem Rui.in consi.363.nu.26.vol.5.vbi nonnulla allegat ad propositum,& in consi.98.nu.11.vol.2.vbi prohibitio alienationis quoquomodo, comprehendit non solùm volùtariam alienationem, verum etiam & necessariam, quæ aliàs non comprehenderetur sub simplici prohibitione. Dec. in consil. 23. col.2. in princ.& in consil.481.col.2.vers.vel secundo responderi potest.Paris.in consil. 22. num.51.cum sequenti, volum.3.Ceph.in consil.121.col.j.in fin.cum prin.sequentis,volum.j.in consil.58.num.17.volum.eod.& in consil.53. num.18.cum pluribus sequentibus vol. eod.vbi multa allegat,& in consil.152. num.80.vol.2. Rui.in consil.123. num.10. volum.2.Conclusionibus igitur istis sic stantibus videndum erit an verba statuti prohibentia alienationem, loquantur simpliciter, & tunc seruabitur communis schola doctorum, de quibus in 2. & 3. conclusion. si autem per verba vniuersalia quoquomodo,vel alijs vniuersalibus,& geminatis, & tunc locum habebunt, quæ scripta reperiuntur in vltima conclusione.

Venio ad aliud capitulum, an ciues Rhegij qui aliquando per interualla temporum habitant in dictis territorijs Nuuolariæ & Bagnoli teneantur & obligati sint ire ad molendum ad molendina ipsorum Illustrissimorum Comitum? prima facie dicendum
38 videretur, quòd non, † quia vnusquisque ire potest ad molendum vbi vult, nec valet aliqua ordinatio in contrarium: quia aut istud faciunt domini ratione iurisdictionis contentiosæ vel saltem voluntariæ, & hoc nullo iure cauetur: cum ergo non sit de aliqua specie iurisdictionis dominus præcipiendo videtur esse ad instar priuati,ergo sua ordinatio nulla,l fin.ff. de iurisdom.iud.item quia ire ad certa molendina debet esse de libera cuiuslibet voluntate.arg. l. viam publicam. ff. de via publ.

Tamen in contrarium est veritas in casu de quo
39 agitur, † quoniam ordinationibus factis per d.Illustris.Comites & eorum antecessores semper fuit paritum, & ipsis acquieuerunt omnes incolæ & habitantes in dictis terris, & territorijs: Vnde cum ipsis non fuerit contradictum, constituti fuerũt ipsi Comites in possessione ita ordinandi,& posteà per longissimum tempus, & quidem immemoriale acquisiuerunt ius prohibendi, ne quis accederet ad alia molendina: vnde ex his sequitur quòd possunt cogi volentes ire ad molendum, vt accedant ad molendina sua, & non ad alia, &si aliter fecerint poterunt
40 puniri. Ita Abb,in c.significante, de appel. vbi † idem
* dicit de furno. & cum Abb. ibi transit * tota schola Canonistarum. Rursus Abb. in c. Abbate S. Syluani,
41 de verb.sign.vbi per illum text.iuncta glo.† extendit hoc dictum,etiam si prohibitio facta fuisset extraiudicialiter, & ei etiam fuisset obtemperatum ob bonum pacis. subdens ibi esse text. quem dicit nescire alibi.Balb.in tract.de præscri. in 4.parte 5. par. princ. in 5.q.col.2.vers.hanc conclusionem limita.vbi citat
* hanc esse * cõmunem opinionem doctorum.Craue. de antiq temp.in §. circa præmissa,in princ.vbi dicit, quòd licèt dominus non possit cogere subditos ad molendum in suis molendinis, & ad coquendum ad furnum suum: quia iste est actus merè voluntarius, tamen istud procedit & locum habet, nisi esset quæsita possessio, & præscriptio ex prohibitione & patientia subsecuta,per notata in d.c. significatione, dixi in consil.22. num.23.vsq; ad finem consilij vol.2. Stantibus igitur his, nulli dubium est, quòd etiam ciues,qui per interualla tempore moram trahunt in ipsis locis vel territorijs, debent accedere ad molendum ad molendina ipsorum Illust. Comitum, sicut faciunt comites alij. Et eo magis istud locum habere debet, cùm verba dicti laudi nullum verbum de hoc faciant. Vnde,cum(vt sæpissimè dictum fuit) verba
42 † ipsius laudi sint strictissimè intelligenda, & non comprehendant id, quod omissum est, sed tantùm id quod de necessitate infertur, sequitur quòd teneantur & obligati sint ipsi ciues accedere ad ipsa molendina, & non alibi pro tempore quo moram trahent in ipsis territorijs.

Ex ista igitur resolutione infertur, quòd dicti ciues nec alij priuilegati in dicto laudo non poterunt conducere farinam in ipsis locis & territorijs in præiudicium molendinorum ipsorum Illustrif. Comitum, & si contrafecerint, quòd puniendi veniant: quoniam negari non potest quin minus commodi essent percepturi ipsi Illustrif. Dom.si hoc liceret,vel quod ad nihilum possent redigi molendina ipsorum, ad quę omnes tenẽtur accedere vigore iurium & decisionum allegatarum in antecedenti capite, quod non est ferendum. Nam certissimi iuris est,q; vigore dicti laudi hoc eis non licet: quia in eo nulla penitus verba sunt, ex quibus inferri potest, quòd permittatur huiusmodi facultas ipsis ciuibus. Vnde cùm hoc omissum sit,pro omisso haberi debet.arg.l. cõmodissimè.ff.de lib.& posth. nec talis præsumitur
43 fuisse mens arbitratorum, † quę spectanda est,l.qualem.ff.de arbitr.arg.l.2.§.meritò,& in §. si quis à Principe, nè quid in loco publ. l. nec auus. C. de emanc.
44 lib. l. impuberi. ff. de adm. tuto. Nam † semper capi debet interpretatio,quæ non tendat in præiudicium tertij. Et ideò videmus quòd si Princeps alicui concedit priuilegium faciendi molẽdinum, intelligitur sine præiudicio tertij. Bald. in c.j.§. si quis de manso. col.7.de contro.inuest.Bar.in l.quominus,vbi etiam
45 Iaſ.colu.2. ff. de flum. vbi † concessio Principis facta alicui quòd ducere possit aquam de flumine publico,intelligitur sine iniuria vicinorum.Bald.in tit.de pace constan.in vers.in detrimentum. vbi per illum text. notat ad concessiones, quas quotidiè faciunt Principes de aquis publicis. Iaſ. in l. si quis, col. j. ff.si quis cautio. Nam dispositio quælibet interpretari debet,vt non lędat ius tertij.Paris.in consi.144.nu.25.
46 volum.4.Hinc etiam videmus † quòd licèt beneficia Principum sint latissimè interpretanda.l.fi.de const. Princip.Rui.in consi.161.nu. 12. vol.5.si tamen de præiudicio alterius agatur, sit stricta interpretatio, vt per gloss.& docto. in c. per venerabilem, qui filij sint legit. Rui.in consi.79. nu. 7.vol.3.Iaſ.in l.beneficium, col.4.vers.in vlt. parte habes.ff. de consti.prin. Vnde, cum hoc sit plus quàm clarissimum,superfluum esse arbitror,vlterius super hoc capite verba facere.

An districtuales, & alij descripti in laudo sint, & esse debeant exempti pro rebus conducendis à territorio Rhegij ad loca Nuuolarię & Bagnoli,dico quòd non: quia cùm laudum eos non eximat nisi à grauaminibus pro eorum bonis præsentibus & futuris sitis in territorio ipsorum castrorum,vt cantant verba laudi in septimo capitulo,quæ non possunt cauillari,cum clarissima sunt.Bar.in l.si expressim,de appel. ideò sequitur, quòd ipsi tenentur soluere dacia prout tenentur alij,qui conducunt bona per ipsa territoria: nam clarum est in iure, † quòd vbi dacium
47 vel vectigal legitimè impositum est ab habente auctoritatem,vel ex concessione Principis,vt est tex.in c.super quibusdam.§.præterea,de verb.sign.Bal.in l. si plures, col.penul.C.de cond.insert.Spec.in titul.de cau. pos.& propr. §. j. vers. quid de colligentibus vel præscriptione, vt per Bertach.in tract. gabel.in j.par.
48 in q.10.Franc.Marc.in decis.440.par.2.quòd † vnusquisq; debet consignare bona & soluere, aliàs ipso iure cadunt in cõmissum, & sic confiscantur fisco, cui debuit solui vectigal.Bar. & alij in l.cõmissa.ff.de public.vbi eo ipso quòd omittitur professio,& non soluitur vectigal, res incidit in cõmissum, & sic dominus perdit dominium, licèt vt auferatur possessio, requiritur factũ hominis, secundùm Bal. in l.si quis in tantã, col.14.C. vnde vi. Bertach.in d.tract.gabel. in vlt.par.in 4.q.ver.quòd autem suprà dixi.Mod.in rep.l.noua vectigalia.nu.5.C. noua vectig.instit. non pos. Ex istis igitur resultat indubitata cõclusio, ipsos nõ esse exemptos à solutione daciorum,prout etiam ex dictis iuribus tenentur etiam ad solutionem pro rebus,quæ ducuntur ex partibus transuersalibus.

Circa caput, an ciues ipsi & alij de quibus suprà possint facere mercantiam de bestijs & alijs rebus alibi collectis, quàm ex prædijs eorum,dico seruandum esse laudum,in quo legitur, q; attendi debeat, quod gestum est in præteritum,vt designant illa ver-
49 ba, tunc seruetur, q; hactenus seruatum est.† quod verbum hactenus, est designatiuum temporis præteriti,vt per Signorel.de Homod.in consi.22.col.antepen.versic. nam hoc verbum,per tex.in l.j.in prin. ff. de no. oper. nunt. Vnde si per tempora præterita

consuetum fuit, quòd solueretur dacium de præmis-
50 sis, † minimè mutanda sunt, quæ iam diu certam interpretationem & obseruantiam habuerunt. arg. l. minimè. ff. de ll. Paris. in consil. 16. num. 11. volum. 1.

Respectu verò rerum & mercium quarumcunq;, quę conducenter per comitatinenses, vel districtuales de ciuitate & districtu Rhegij ad partes inferiores, seu à partibus inferioribus ad dictam ciuitatem & districtum, idem dicitur, quod in prȩcedenti capitulo, quod seruandum est, quod hactenus seruatum fuit, vt in c. 11. laudi, vbi verba expressè ita cantant, à
51 quibus non licèt recedere, cùm clara sint. † nam verba vbi sunt clara, non indigent alia glossa, vel interpretatione. l. ille aut ille §. cùm in verbis, de lega. 3. in verbis enim clarè significantibus non cadit interpretatio sermonis, nec coniectura voluntatis. l. licèt Imperator, de leg. 1. Soc. cons. 13. num. 38. vol. 1. in consil. 9. num. 10. vol. 3. Respectu verò ciuium, & habitatorum Rhegij quod viæ publicæ sint liberæ & territor a libera, iuxta formam d. capituli, respectu verò quæ conducentur à dictis partibus inferioribus ad superiores, vel à superioribus ad inferiores extra ciuitatem & districtum Rhegij, quòd soluât gabellam prout alij: quia ita intelligi debet laudum duplici ex causa. Et primò vigore d. c. 11. vbi dictum laudum dicit de rebus & mercibus conducendis ad ciuitatem vel districtum, loquitur enim de ibi remanentibus, ergo de non remanentibus non senserunt arbitratores, cùm nullam penitus mentionem fecerint. Et pro hac sententia facit quod scribit Socin. in cons. 18. num. 10. cum duobus sequentibus, vol. 3. vbi inquit, q; si arbiter in laudo reseruauit iura Zanobio contra alios obligatos in casu in quo non acceperit episcopum in debitorem, manifestè patet quòd in casu acceptationis noluit reseruare dicta iura Zanobio, ergo idem dicendum venit in terminis nostris laudi, q; ex quo ibi sola fit mentio de rebus mercibus remanentibus in ciuitate & districtu Rhegij, constat clarè, quòd de conducendo extra ciuitatem & districtum non senserunt arbitratores: Vnde, cum verba satis sint clara, non indigent alia interpretatione. So. Iun.
52 in cons. 134. nu. 72. vol. 3. Item † verba sentẽtiæ stricte sunt intelligenda. l. j. C. si plur. vna sent. Paul. de Cast. in cons. 40. in j. col. vol. j. Soc. Iun. in cons. 45. num. 23. vol. j. & in cons. 105. num. 9. vol. 2. si enim voluissent etiam loqui de his, vtiq; ita expressissent. arg. l. j. C. de cad. tol. sicut mentionem fecerunt de rebus & mercibus, quæ remanere debent in ciuitate vel districtu.
53 Secundò † quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis: nam per illa verba datur intelligi, quòd præter quàm in casu exceptuato, si ducentur res & merces extra ciuitatem vel districtum, quòd debeât soluere gabellam, prout faciunt alij, ex quo exceptio à regula generali facta eam declarat in nõ exceptuatis locum non habere. l. nam quod liquidæ. ff. de pen. leg. Soc. Iun. in cons. 140. num. 15. vol. 2. & in con. 234.
54 num. 106. vbi † exceptio in vno facta in transactione firmat regulam in omnibus alijs. Soc. Iun. in consil. 134. nu. 106. vol. 3. vbi inquit, quòd Imperator reseruanda alicui resartionem damni, ac etiam ius domini subfeudantis in alijs si quod ius habuit, voluit illi adimere: quia exceptio in vno vel duobus declarat in alijs contrarium fore dispositum. l. quæsitum. §. denique. vbi Bar. ff. de fund. instruct. in cons. 50. nu. 13. vbi citat Gem. post Lap. in c. qui ad agendum, de procur. in 6. §. fin. in fi. vbi dicit, quòd si do procuratori mandatum ad agendum cum clausula, quòd possit omnia facere, quæ ego possem, excepto quòd non possit iurare de calumnia, nec iuramentum deferre, ista exceptio operatur quòd potest expedire omnes alios casus etiam requirentes speciale mandatũ. Fel. in c. quoniam frequenter, in prin. vt lit. non contest.

Quod aqua canalis Rhegij debeat decurrere perpetuo Bagnolum & Nuuolariam pro molendinis ipsorum locorum, & pro irrigandis pratis per canale solitum defluere Bagnolum, lex est aperta, vt in c. 10. dicti laudi. quòd autem astricti sint Rheginenses ad faciendum quòd decursus prędictus locum habeat,
55 demonstratur primò per illud † verbum debere, quod importat necessitatem præcisam. glo. ordinaria in l. sæpe audiui Cæsarem, de off. præsid. Bald. in l. j. in fin. C. qui admitti. Abb. & Fe[illegible] in c. cum dilecta, de rescrip Bart. in l. 3. col. 2. C. de pign. Paris. in consil. 22. num. 32. vol. 2. 95. num. 17. vol. j. & in consil. 6. nu. 5. volum. 4. Soci. in consil. 41. num 9. vol. 3. in consil. 46. num. 13. vol. 4. 73. num. 7. volum. eod per l. prætor, in princ. ff. de eden. in l. j. §. ff. si quisque iur. & in cons. 92. num. 14. vol. eod. Gozad. in consil. 51. num. 2. Item &
56 dictio, nec, ibi nec impediri posse, quæ † dictio nec, copulat & continuat præcedens dictum, & ei iungitur, l. nec quicquam. ff. de off. procon. & leg. Socin. in consil. 10. nume. 5. volum. 3. & declaratiuè ad præcedentia venit, per Paris. in consil. 112. num. 26. volum.
57 j. Plus & illa verba nec impediri posse, † quod verbum posse, pręposita negatiua, inducit præcisam necessitatem. Bart. in l. vbi lex, col. pen. & fin. ff. de fideiussor. vbi negatiua adiuncta verbo posit, negat actum & potentiam. Ias. in l. Gallus, in princip. de lib. & posthu Bald. in l. j. C. qui admitt. Alexand. in l. stipulatio ista. §. alteri, de verbor. oblig. Paris. in consil. 68. num. 40. volu. 4. Annib. in l. nemo potest, nu. 322. de leg. 1. Curt. Sen. in l. pacta quæ contra, num. 3. C. de pact. Butigel. in l. 4. §. Cato. num. 154. de verbo. oblig. glo. in c. j. in versic. non potest, de reg. iur. in 6. Bart. in l Mæuius. §. duobus, col. 11. versic. quartò quæro, de leg. 2. Alcia. in l. j. in princ. num. 5 de verb. oblig. & ibi
* Iacob. Niger in princip. vbi dicit * ab omnibus ita receptum esse. Cùm igitur aqua ipsa de necessitate discurrere debeat, & quidem perpetuo, vt ibi verba dicti laudi cantant,
58 † quòd verbum importat perpetuitatem. Paris. in consil. 20. num. 13. vol. j. 30. num. 24. vol 2. vbi verbum in perpetuum, habet tractatum in futurum, & denotat tempus sine præfinitione, & in secula seculorum. in cons. 63. num. 18. vol. 2. vbi verbum perpetuò, intelligitur in sempiternum. in cons. 14. num. 12. vol. 4. 2. num. 13. vol. j. & Gozad. in consil. 102. num. 7. sequitur quòd de necessitate Rheginenses ipsi omne remedium adhibere debent, vt aqua dicti canalis decurrat: Vnde si hoc non facient, saltem præcedente interpellatione, cùm sit in eorum facultate id operari, imputandum eis erit si impedimenta non remouerent. glo. in vers. suspensiones, in capit. qui diuersitatem, de concession. præbend. Socin. Iun. in consil. 18. nu. 8. vol. 2. & in cons. 117. num. 9. vol. eod. Et ideò ex his concluditur, quòd cùm ipsi dictum laudum obseruare teneantur tum vigore compromissi & pœnæ ibi insertæ, tum ex vi ipsius laudi, vt in capit. 20. vbi arbitratores mandant ipsis partibus, vt illud obseruent, & omnimodè obseruare debeant sub pœna in compromisso contenta. l. j. ff. de pact. l. j. ff. de const. pecu. cùm iustum & æquum sit promissa adimplere. c. qualiter in Sardinia, de pac. quòd sint obligati ad omnia damna & interesse in futurum patienda per d. Illust. Comites propter non decursum dictæ aquæ. l. si quis ab alio. §. j. de re iudi. Dec. in cons. 2. col. fin. l. stipulationes dum diuiduntur. l. Celsus, de verb. oblig. & Petr. Rebuf. in l. j. num. 465. ff. de eo quod interest. Ale. in cõs. 65. nu. 10. vol. 7.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXXI.

1 *Mater succedit filio defuncto vnà cum fratre in viriles portiones.*

2 *Mater transiens ad secunda vota priuatur proprietate bonorum, quæ filio venerunt ex hæreditate paterna retento sibi vsufructu, & num. 5.*

3 *Mulier transiens ad secunda vota post mortem filij licèt ipsi iniuriam non faciat, tamen iniuriatur viro, cuius anima contristatur de secundis nuptijs vxoris.*

4 *Vidua illa est, quæ honorat maritum, quæ verò secundo loco nubit, honorem non seruat.*

5 *Mater transiens ad secunda vota, etsi priuetur proprietate bonorum in quibus successit filio, tamen id intelligitur volente filio, & num. 10.*

6 *Emphyteota non soluens canonem in tempore, etsi priuetur*

netur ipso iure re emphyteotica, tamen id intelligitur domino ita volente & declarante.

7 *Vasallus etsi priuetur feudo ipso iure, tamen id locum sibi arrogat, si dominus vult feudum ad se reuerti.*

8 *Compensatio, quæ fit ipso iure, in effectu locum non habet, nisi pars velit & opponat.*

9 *Arbiter & moderator vnusquisque est de rebus suis.*

10 *Mater transiens ad secunda vota de voluntate expressa filij non admittit proprietatem bonorum in quibus succeßit.*

11 *Cautus esse debet Aduocatus quando consulit matri secundò nubenti & filias habenti, vt filij consensum præstent dicto matrimonio.*

12 *Mulier transiens ad secunda vota, etsi inferat iniuriam animæ primi viri, tamen si ad ea conuolat marito consentiente vel promittente, nulla infertur iniuria.*

13 *Consensus tacitus filiorum sufficit vt mater transiens ad secunda vota non priuetur proprietate bonorum filij in quibus succeßit.*

14 *Filius instituit matrem sciens eam transiuisse ad secundas nuptias, videtur ei pœnam tacitè remisisse.*

15 *Idem si decedat ab inteßato.*

16 *Culpa aliqua si committitur per vasallum propter quam ipse priuandus veniat feudo, si dominus non conqueritur in vita hæres, eius non poterit eum priuare.*

17 *Maritus si sciuit adulterium vxoris, hæres eius non poterit opponere contra vxorem de adulterio.*

18 *Ius agendi ad reuocationem donationis propter ingratitudinem, non transmittitur ad hæredes.*

19 *Remißio iuris competentis facilius præsumitur inter matrem & filium ob maximam affectionem, quàm inter alios.*

CONSILIVM LXXXI.

1 IN Tsi certissimi iuris sit † quòd Illustriss. Dom. Catharina Rotaria primo loco vxor quondam Illust. Dom. Ludouici Rotarij poterit succedere pleno iure cum Illust. Dom. Hieronymo eius filio Illust. Dom. Mariæ filiæ, & sorori respectiue ipsorum Illust. Catharinæ, & Hieronymi, iuxta tex. in authen. defuncto. C. ad Tertyl. in versic. sed si cum parentibus, vbi legislator inquit: quòd si cum parentibus fratres & sorores vtrinq; coniunctæ supersint defuncto, vocantur cum ascendentibus in viriles portiones exclusa prorsus omni differentia sexus, & patriæ potestatis. §. consequens, in authent. de hæred. ab inteßa. §. quoniam. versic. si verò coll. 9. in authent. de nupt. §. soror. §. sed cum in anteà. versi. ita tamen. coll. 4. inßit. ad Tertyl. vbi gloss. & docto. Paris. in consil. 49. in princ. volum. 3. & in consil. 146. nume. 26. volum. 4. Socin. Iun. in consil. 4. nume. 11. volum. 3. & in consil. 23. in princip. volum. eod. Dec. in consil. 206. in princip. Tamen etiam ignoti iuris
2 non est, † matrem ipsam ob transitum ad secunda vota priuatam fuisse proprietate bonorum, quæ filiæ obuenerunt ex hæreditate paterna. text. est ad literam in l. mater. C. ad Tertyl. vbi mater succedit filio pleno iure vnà cum fratre vel sorore defuncti, nisi ad secunda vota conuolauerit, quo casu perdit proprietatem bonorum quondam mariti, & solo vsufructu formali humanitatis contemplatione potitur. §. hinc nobis, in auth. de nupt. Doct communiter in auth. ex testamento. C. de secund. nup. Alex. in consil. 3. num. 4 volum. 7. in consil. 21. colum. 2. vol. eod. in consil. 63. volum. 5. & in consi. 68. colum. 2. vol. 4. Roma. in consil. 405. colum. fin. Ruin. in consil. 8. num. 18. volum. 3. & in consil. 91. num. 12. volum. 2. in consil. 113. colum. fin. volum. eod. & in consil. 58. col. 2. volum. 5. Ripa in l. fœminę. §. illud. C. de secund. nup.
3 Et ratio est, † quia licèt nõ faciat iniuriam per transitum ad secunda vota post mortem filij ipsi defuncto, tamen facit iniuriam viro, cuius anima contristatur de secundis nuptijs vxoris, vt in d. authent. de nup. §. quæ verò, ibi, defuncti animam contristaret.
4 Nam † vidua est illa, quæ honorat maritum, sed illa, quæ secundò nubit, honorem non seruat, vt in dict. §. ibi, dum dicit. quæ honorat defunctum omnino abstinet à nuptijs Bald. in auth. ex testamento, col. 2. C. de secund. nup. Alex. in consil. 63. vol. 5. Ex istis igitur infertur, quòd cùm Illustr. Dom. Catharina post mortem dom. Mariæ defunctæ, cui succesit ab inteßato in viriles, id est, in capita cum quondam Illustr. dom. Hieronymo fratre vtrinque coniuncto per transitum ad secunda vota, tantùm consequuta fuerit vsumfructum formalem in bonis filiæ peruentis ex substantia paterna humanitatis contemplatione, & proprietatem dictorum bonorum perdiderit, ꝙ ipsa acquisita fuit d. Illust. dom. Hieronymo vti fratri d. dom. Mariæ.

His tamen non obstantibus contraria sententia in terminis, de quibus agitur, omninò est tenenda: quoniam, etsi negari non possit quin vera & infallibilis sit cõclusio proximè relata, † quòd mater transiens ad secunda vota, tantùm habeat vsumfructum
5 in bonis filiæ, quæ ei peruenerant ex substantia paterna, & proprietas acquiratur fratri superstiti, tamen ea limitatur locum habere volente filio primi matrimonij, & declaranti matrem priuatã esse proprietate bonorum sororis vtrinque coniunctæ propter transitum ad secundas nuptias, vt probatur ex
* infrascriptis. Et primò ex his, quæ notat Bartol. & communiter doctor. in l. 2. ibi si modò voluerint. C.
6 de iure emphy. vbi † licèt emphyteota non soluens canonem in tempore, priuetur ipso iure re emphyteotica, tamen id intelligitur, domino ita volente & declarante id velle. Bald. in authent. qui rem, in fin. C. de sacrosan. eccles. vbi ait, quòd priuatio emphyteosis propter canonem non solutum, non est in facto esse, sed in potentia fieri domino volente. Dec. in consil. 138. colum. 2. 185. in addit. colum. 2. 206. colum. 3. 341. colum. fin. & 604. colum. penult. in princ. Ruin. in consil. 2. colum. 2. volum. 2.

Secundò accedit, quod scribit Bald. in l. fin. C. de
7 reuoc. dona. vbi † licèt vasallus priuetur feudo ipso iure, tamen id locum habet, si dominus vult feudum ad se reuerti. Alexand. in consil. 173. col. 2. vol. 2. & in consil. 103. colum. penult. in fin. volum. 3. Abba. in consil. 67. colum. 2. volum. 2. Dec. in dicto consi. 185. in addition. colum. 2. 144. colum. penult. versic. præterea. 206. colum. 3. & 341. colum. fin. Ruin. in consil. 2. colum. 2. vol. 2. 70. col. 2. volu. 5. Socin. Iun. in consil. 111. colum. 2. in princ. volum. 2.

8 Tertiò facit, nam idem videmus † in compensatione, quę fit ipso iure, & tamen non fit in effectu, nisi pars velit & opponat, vt notatur in l. verum. ff. de compens. Dec. in cita. consil. 138. col. 2.

Quartò in terminis quęstionis nostræ ita decidit Dec. in consil. suprà citato. 206. colu. 3. vbi dicit, quòd licèt pœna priuationis bonorum filij quò ad proprietatem locum habeat in matre transeunte ad secunda vota, quod quidem introductum fuit in fauorem filiorum, tamen sententia ipsa locum sibi vendicat filijs volentibus, & ita declarantibus. Cùm igitur in casu nostro nunquã fuerit declaratum per quondam Illustriss. Dom. Hieronymum Rotarium fratrem vtrinq; cõiunctum sororis defunctæ, quòd Illustr. eius mater priuaretur proprietate bonorum filiæ, cui in partes viriles cum ipso Illustr. Dom. Hieronymo successerat propter transitum ad secundas nuptias, sequitur quòd dicta proprietate priuata non fuit, sed quòd pleno iure ipsa in dicta dimidia
9 successerit prædictæ filiæ, & † quòd de dictis bonis vti suis tam quò ad proprietatem, quàm ad vsumfructum potuit testando disponere. l. in re mandata. C. mandat l. j. C. de sacrosan. eccles. Boer. in decis. 191. col. 2. in fin. ac de ipsis fideicommissum constituere iuxta notata per Paris. in consil. 2. in fin. vol. j.

Quintò dicitur quòd sententia prędcdens locũ sibi
10 non arrogat, † quando mater de voluntate filij conuolauit

uiolauit ad ſecunda vota. gl. eſt notabilis in verb. copulantur, in auth. de nō elig. ſecun. nub. coll. j. quam ſingularem notat ibi Ang. dicens in verſ. & prædicta, quòd mater ſecundò nubēs, punitur pœnis inductis in fauorem filiorum, quando nubit filio inuito, ſecus ſi eo volente: quia tunc nullas pœnas ſuſtinet. Et
11 ideo † admonet aduocatū vt ſit cautus, quando conſulit matri ſecundò nubenti & filios habenti, vt faciat filios conſentire tali matrimonio: quia hoc modo euitabit omnes pœnas. Rom. in conſ. 219. col. 2. di-
12 cens, † quòd etſi mulier tranſiens ad ſecunda vota, quia infert iniuriam animæ primi viri, & eandē reddit contriſtatā, incurrat pœnas inductas contra mulieres ſecundò nubentes, §. quæ verò. verſ. nos igitur. in d. auth. de nup. tamen ſi ad ea cōuolat marito conſentiente vel permittente, nulla infertur iniuria, l. j. §. vſq; adeò. ff. de iniur. l. cum donationes. C. de tranſact. Hinc dixit Bald. in l. j. col. 3. verſ. ſed pone. C. de ſecun. nup. vbi ponit queſtionē de marito, qui reliquit vxori mille ſi ſtaret vidua, & quinq; centū ſi ad aliud tranſiret matrimonium, quòd tali caſu poterit mulier impunè de voluntate mariti tales ſecundas nuptias contrahere. Et ratio videtur, quia mulier quæ nubit, facit primo viro iniuriam, quæ ceſſare videtur, quando de eius voluntate trāſit ad ſecundas nuptias. Et ideo inquit ſe conſuluiſſe, quòd quędam caſtra relicta cuidam nobiliſsimæ mulieri à primo viro ſub conditione nubendi, non perderentur etiam quò ad proprietatem propter liberos primi matrimonij occaſione nuptiarum poſteà cōtractarum. Et ſic patet, quòd à marito poteſt dari licentia impunè tranſeundi ad ſecundas nuptias. ſequūtur Iaſ. in conſ. 53. col. j. vol. j. in l. j. col. 2. in fin. verſ. limita. C. de indic. vidui. tollen. & in l. filium quem habētem. col. 6. poſt etiam Bald. ibi C. fam. ercii. vbi etiam Coraſ. nu.
* 63. Dec. in conſi. 620. col. 2. & hanc eſſe * communem dixerunt Dec. in rubr. C. de ſecund. nup. Garro. in d. l. j. nu. 78. cum ſequen. eo. tit. & Ripa. in l. fœminę. nu. 25. eo. etiam tit. Pet. de Vbal. in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. in 2 par. prin. in 5. quæſt. Dec. in l. j. nu. 8. & col. fi. de ſecund. nup. in c. eccleſia S. Mariæ. num. 40. verſ. & iſta communis, de conſtit. in conſil. 206. col. 2. 396. col. 2. verſ. & ideo. 604. nu. 5. Ang. in l. mater. C. ad Tertyl. in 2. col. in fi. & plenius in col. fi. in fi. Barb. in l. cùm acutiſsimi. nu. 60. C. de fideicom. Card. Ale. in ca. fin. in fi. de ſecund. nupt. Pariſ. in conſ. 95. nu. 201. vol. 2. & in conſ. 29. num. 83. vol. 3.

Nec habet obſtare ſi dicatur, q; prædicta loquuntur, vbi apparet de expreſſa voluntate mariti, ſecus
13 de tacita. quia reſpondetur, † etiam ſufficere tacitum conſenſum filiorum, vt probatur ex not. per Bal. in l. mater. in verſ. quęro vtrum. C. ad Tertyl. vbi inquit,
14 † quòd ſi filius inſtituit matrem, ſciens eam tranſiuiſſe ad ſecundas nuptias, videtur ei pœnam tacitè remiſiſſe, quod poteſt, §. diſponat. in d. auth. de nupt. Roma. in conſ. 219. Dec. in conſ. 206. col. 2. 620. col. 2. & in conſ. 485. nu. 9. Pariſ. in conſ. 29. nu. 83. vol. 2. Alex. in conſ. 62. col. j. verſ. Item quia filius. volu. 5. vbi inquit,
15 † quòd ſi filius, poſtquam tranſiuit mater ad ſecunda vota, decedat ab inteſtato, non cōdendo teſtamentum, in quo matrem hæreditate priuet, videtur remiſiſſe iniuriam ſibi à matre illatam. l. fi. C. de reuo. donatio. Iaſ. in conſ. 53. col. 3. verſ. ad idem. vol. j. Ripa. in l. fœminæ. num. 29. C. de ſecund. nupt. Io. Garro. in rubric. C. de ſecund. nup. nu. 112. Barb. in l. cùm acutiſſimi. nu. 60. C. de fideicom. Ang. in conſ. 396. col. pen. Boēr. in deciſ. 191. col. 1. Bal. in auth. ex teſtamento. col. 2. verſ. pone quòd Berta. C. de ſecund. nupt. Soc. Iun. in conſ. 71. col. j. vol. 2. Pariſ. in conſ. 29. num. 82. vol. 3. cum ſequentibus. Quòd autem adfuerit tacitus conſenſus præd. Illuſtr. do. Hieronymi ſatis demonſtratur: quia in vita ſua nunquā conqueſtus eſt de tranſitu matris ad ſecundas nuptias, quo caſu ſequitur, quòd cùm nihil dixerit, quòd ei videtur remiſiſſe iniuriam, vt probatur ex nota. per gloſ. in c. j. quibus
16 mod. feud. amit. vbi concludit, † quòd ſi eſt commiſſa aliqua culpa per vaſallum, propter quam debuerit priuari feudo, ſi dominus non eſt conqueſtus in vita, quòd eius hæres non poterit eum priuare. allegat gl. in l. omnimodò. C. de inoff. teſta. Quod tamen ſanè intellige, quando dominus ſciebat feloniam, &
* habuit tempus reuocandi, & non fecit: & hanc eſſe * communem doctorum ſententiam dicit Curt. Iun. in tracta. feud. in 3. part. in 2. principali dubitatione, colum. j. facit quoque quod ſcribit Bald. in l. rei iudi-
17 catæ, per illum text. ff. ſolut. matrim. vbi ait, † quòd ſi maritus ſciuit adulterium vxoris, non poterit hæres mariti opponere adulterium contra vxorem, quod & voluit Nicol. de Neapol. in l. j. §. fi. cum l. ſeq. ff. ad Syll. facit etiam text. in l. ſed ſi maritus. ff. qui &
18 à quib. Similiter dicitur, † quòd ius agendi ad reuocationem donationis propter ingratitudinem, non tranſmittitur ad hæredes, quia iſta eſt iniuria, quæ extinguitur morte iniuriati, l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Curt. vbi ſuprà. Sed magis accedendo ad terminos quæſtionis noſtræ, ita dixit Bal. in auth. ex teſtamento. col. 2. verſ. ſed pone. C. de ſecund. nupt. vbi ponens quæſtionem de matre, quæ duos habebat filios, quorum vnus deceſsit antequā nuberet, & alter pòſt, concludit quòd mater ſuccedit: quia filius moriens de tali iniuria nihil dixit, ergo illam remiſiſſe videtur. arg. l. fi. C. de reuoc. donat. ſequitur Ale. in conſ. 63. col. j. vol. 5. Idem dixit Dec. in conſ. 206. col. 2. Pariſ. in conſ. 29. num. 84. & 91. vol. 3. Item de tacito conſenſu etiam apparet, quia ipſe ratum habuit dictum matrimonium matris, ex quo diligebat tam dictam eius matrem, quàm vitricum, in quorum domo educabatur & habitabat, & quem vt filium diligebat dictus vitricus, & de quo matrimonio nunquam nec priuatim, vel occultè d. Illuſt. dom. Hieronymus oblocutus fuit, vt iſta conſiderat Pariſ. in loco ſuprà citato. Oſtenditur etiam & tacitus conſenſus ex alio: quia perueniens ad mortem d. Illuſtriſſ. dom. Catharina condidit teſtamentum, in quo inſtituit æqualiter prædictum Illuſt. do. Hieronymum ex primo viro, & Illuſtr. dom. Theodorum ex ſecundo in omnibus bonis ſuis, inter quæ erant bona, in quibus ipſa ſucceſsit filiæ, & quæ hæreditas fuit pro parte ſua adita per prædictum illuſtr. dom. Hieronymum, per quam aditionem & acceptationē hæreditatis, ſatis datur intelligi ipſum tacitè conſenſiſſe dicto ſecundo matrimonio, & eum approbaſſe, & ſic remiſiſſe omnem iniuriam à iure cōſideratam in fauorem filiorum contra matrem ſecundò nubentem, vt per docto. in auth. ex teſtamento. C. de ſe-
19 cund. nup. † Nam inter matrem & filium ob maximam affectionem remiſsio iuris competētis facilius præſumitur, l. Procula. ff. de proba. Dec. in conſil. 206. col. fi. in fi. & in conſ. 267. col. 2.

Similiter non habet obſtare, quòd licèt prædictus Illuſtr. dom. Hieronymus tacitè potuerit remittere iniuriam ſibi illatam per matrem ob trāſitum ad ſecundas nuptias per ea quæ ſuprà dicta ſunt, tamen non potuit remittere iniuriam factam marito d. Illuſtr. do. Catharinæ, & ſic eius patri, §. quæ verò. in d. auth. de nupt. quia reſpōdetur, quòd talis iniuria facta marito & ſic patri, poteſt per filiū remitti, vt clarè dicit laſ. in l. j. col. fi. in prin. C. de indic. vidui. tol. in verſ. ſimiliter. vbi dicit, quòd ſi mulier tranſit ad ſecundas nuptias de licentia filiorum, non perdit proprietatem legati relicti à viro, per gl. in verſ. copulantur. in d. auth. de non elig. ſecund. nub. quam Ang. ibi dicit ſingularem, vbi ait, quòd cautus eſſe debet aduocatus quando conſulit mulieri volenti nubere habenti filios, quòd faciat filios conſentire. Cremen. in ſing. 74. in fi. Rom. in ſing. 248. verſ. ſed quid ſi nubit conſenſu filiorum primi matrimonij, allegat Ang. in l. mater. C. ad Tertyl. & ſubdit q; ita cōſuluit Florentiæ. Et mouetur hac ratione, quia per ſecundum matrimoniū fit iniuria filijs primi matrimonij, §. Gregoria. in d. auth. de non elig. ſecun. nub. & in §. ſed vltrò. in d. auth. de nup. quæ ceſſat, ſi de conſenſu filiorum fuerit contractum. Pariſ. in conſ. 29. nu. 88. vol. 3. vbi concludit, q; licèt maiori iniuria afficiantur filij & maritus propter tranſitum matris & vxoris ad ſecunda vota, quàm quādo pater tranſit ad ſecundum matrimonium, tamen hoc non obſtāte, filij poſſunt remittere matri dictā iniuriam & expreſsè & tacitè, quia cùm dicta pœna inducta ſecundis nubentib. ſit introducta in fauorem filiorum, vtiq; fauori ſuo renuntiare poſſunt, vulgata l. quod fauore, de legib.

LAVS DEO.

SVMMA

SVMMARIVM CONsilij LXXXII.

1 Masculinum, secundùm communem concipit fœmininum.
2 Masculinum in rescriptis, quæ stricti sunt iuris, & strictè intelligenda sunt, continet fœmininum.
3 Clausula, & quosdam alios, apposita in rescriptis, comprehendit & fœminas.
4 Masculinum in priuilegijs complectitur & fœminas.
5 Quod amplia etiam procedere in materia correctoria.
6 Masculinum in vltimis voluntatibus concipit fœmininum.
7 Interpretatio benigna & lata debet fieri in vltimis voluntatibus.
8 Fideicommissum iniunctum alicui si decesserit sine filijs, expirat relictis filiabus.
9 Grauatus si quis est simpliciter post mortem restituere, subintelligitur conditio, si sine liberis decesserit.
10 Testatrix in dubio videtur voluisse secundum iuris communis dispositionem testari.
11 Testatrix instituens filios masculos hæredes vniuersales, & filiam particulariter, censetur exclusisse neptes ex filio.
12 Mater præsumitur magis diligere filiam, quàm neptem.
13 Filia matri est in primo gradu, neptes autem in vlteriori.
14 Causa proxima magis influit quàm remota.
15 Agnatio conseruatur per masculos, & non per fœminas.
16 Mulier est caput & finis suæ familiæ.
17 Verba sunt intelligenda secundum qualitatem personæ.
18 Neptis non debet esse melioris conditionis, quàm propria filia.
19 Illatio recta non sit ex separatis.
20 Argumentum de filia ad neptes ex filio non procedit, quando agitur de exclusione & priuatione.
21 Exhæredatio facta de filio, non trahitur ad nepotem, declara vt in nu. 41.
22 Statutum excludens filiam, nō dicitur excludere neptem ex filia, sed contra nu. 41.
23 Testatrix si instituta filia, in re certa filios instituit vniuersaliter, cum cōditione, quòd si alter eorum decesserit sine filijs, superstes succedat, si extat neptis ex testatrice, illa excludit patruum, & numero 33.
24 Voluntas testatoris potius consideranda est in substitutione, quàm qualitas verborum, quæ protulit testator.
25 Intentio enim non verbis, sed verba intentioni deseruire debent.
26 Sententiæ ita verbis præponēdæ sunt, sicut anima corpori.
27 Voluntatem testatoris sequitur lex, vt venator leporem.
28 Testatoris sensus vbi est manifestissimus, nunquā fieri debet interpretatio, vt melior sensu existat.
29 Conditio posita in substitutione, censetur repetita in sequenti, ne plus iuris videatur translatum in secundum substitutum, qui censeatur esse minus dilectus à testatore quàm in primum.
30 Absurdum enim videtur, quòd remotior & minus dilectus sit melioris conditionis, quàm proximior & magis dilectus.
31 Absurdum vt euitetur, debent capi verba impropriè et largè.
32 Substitutio concepta in vno casu, quæ solet ad alium trahi, nunquam trahitur ad casum omissum vbi resultaret absurdum, quòd minus dilectus esset melioris conditionis, quàm magis dilectus.
33 Testator habens quatuor filios, si instituit eos vniuersaliter, filiamq; in certa quantitate, et si alter ex filijs decesserit sine filijs, substituit superstites, istud verbum, vltimum restringitur ad masculos, & non ad fœminas.
34 Masculinum, quod concipit fœmininum, est ex interpretatione extensiua, non ex proprietate sermonis.
35 Masculinum non concipit fœmininum, quando constat de contraria mente testatoris.
36 Fratris appellatione licèt contineatur soror, tamen fallit si ex coniecturis aliud appareat.
37 Priuilegium concessum fratribus minoribus, & prædicatoribus, cùm non sint eiusdem ordinis, non comprehendit moniales.
38 Voluntas demonstratur per coniecturas.
39 Masculinum si concipit fœmininum ratione dignitatis, dicitur extēsio, si ratione affectionis, dicitur coniectura, si verò propter identitatem rationis, tunc dicitur comprehensio.
40 Declaratio ad l. cum auus. ff. de cond. & demon. & ad l. cum acutissimi. C. de fideicommis.
41 Ratio agnationis conseruandæ, locum etiam habet in fœminis.

CONSILIVM LXXXII.

FACTVM præsentis consultationis sic se habet: Decessit ab humanis Illustr. quondam domina Catharina Rotaria, suo condito prius testamento, in quo instituit particulariter filios & hæredes vniuersales Illust. quondam D. Hieronymum Rotarium, & Illustr. do. Theodorū & eius filios vterinos tantùm, cum cōditione, quòd si quis ipsorum hæredum vniuersalium decederet sine filijs, substituebat superstitem. Exinde ab humanis migrauit d. Illustr. D. Hieronymus, nullis relictis filijs masculis, sed filiabus, quæ vellent excludere patruum substitutum. Ex aduerso autem patruus prætendit ratione dictæ substitutionis bona relicta ex fideicommisso materno consequi debere exclusis neptibus ex fratre. Quæritur quid iuris. Inficiari non potest, quin articulus sit dubius propter maximum conflictum consulentium, qui etiam inter seipsos sunt sibi aduersantes: idcirco, vt veritas ipsius elucescat, nōnulla adducam respicientia fauorē neptum, indeq; in medium afferam fundamenta militantia in fauorē d. Illustr. D. Theodori: Postrem overò loco conuertam me ad responsionem eorum, quæ in fauorem neptum adducta reperientur. In fauorem igitur neptum primo loco facere videtur, quòd dicta verba apposita in dicta conditione, si sine filijs, sunt apta comprehendere nedum masculos, sed etiam & * fœminas, quoniam *communis est conclusio doctorum, † quòd in omni materia masculinum concipit 1 fœmininum: quod patet, quia videmus, † quòd in rescriptis, quæ stricti sunt iuris, & strictè intelligenda, masculinum continet fœmininum, ca. significauit, vbi notant omnes de rescript. vbi † sub illa clausula, & quosdam alios, veniunt etiā fœminæ. † Idem 3 4 in priuilegijs secundum Arch. in ca. si quis suadente. 17. quæst. 4. Bald. in c. ad audientiam. col. fi. de rescrip. † ac etiam in materia correctoria. glo. & Cuma. in l. 5 Gallus. in princ. in verb. neptis. ff. de lib. & posthum. si ergo in casibus prædictis masculinum concipit fœmi-

6 fœmininum † vtiq; & fortius hoc dicendum venit
7 in vltimis voluntatibus, † in quibus benigna, & lata debet fieri interpretatio. l. in testamentis, de reg. iur. quòd autem hoc sit verum, iura sunt aperta, videlicèt l. j. C. de cond. insert. l. si ita scriptum, de lega. l. 2. si quis ita. ff. de testa. tutel. per quæ iura decidit in terminis Io. Andr. in c. Raynaldus. colu. 2. de testa. quem
* *omnes ibi sequuntur, † quòd fideicommissum in-
8 iunctum alicui si decesserit sine filijs, expirat relictis filiabus, nisi dicatur expresè sine filijs masculis. quã decisionem sequuntur Alex. in consil. 53. colum. fin. volum. 3. Curt. Sen. in consi. 48. versic. præmissis non obstantibus. Socin. in consil. 36. colum. j. volum. j. Curt. Iun. in consil. 39. nume. 14. Paris. in consil. 18. in princ. volum. 2. Ruin. in consil. 140. num. 3. volum. 2. 141. in princ. & in consil. sequenti num. 2. vol. eod. vbi dicit, quòd illa conditio si decesserit sine filijs comprehendit & filias: quia masculinum positum in conditione concipit fœmininum, rursus in consil. 147. in princ. volum. eod. Dec. in consil. 15. in princip. & in consil. 170. in princ. 299. colum pen. 318. colum. 2. 370. colum. j. 480. colum. 2. & 514 col. j. Cùm igitur tam ex dictis legibus quàm auctoritatibus satis liqueat appellatione filiorum in vltimis voluntatibus venire & filias, insurgere videtur conclusio, quòd illa verba sine filijs, debeant intelligi etiam de filiabus, & per consequens quòd in casu de quo agitur, neptes natæ ex d. quondam Illust. dom. Hieronymo habeant excludere Illustriss. D. Theodorum earum patruum à fideicommisso materno.

Secundò pro hac opinione facit tex. in l. cum auus, qui est Papiniani. ff. de cond. & demon. Cõmendatus ab Imperatore in l. cùm acutissimi. C. de fideicomm. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. † vbi si aliquis est simpliciter grauatus post mortem restituere, subintelligitur conditio si sine liberis decesserit. Vnde sequitur quòd licèt talis conditio fuit expressa, dicitur facta expresio eius, quòd tacitè inerat, quæ plùs non debet operari, quàm si non fuisset expressa. l. 3. ff. de lega. j. sed si tacitè subintelligeretur, non restringeretur ad masculos, vt in dictis iuribus, & per doct. ibi, ergo &c.

* Tertiò accedit quod notat Bald. cum quo *omnes transeunt in d. l. cum acutissimi, colum. j. vbi quærit, Pater habens filios, eos æqualiter hæredes instituit, & vnum ex eis substituit post mortem, an procedat dispositio. d. l. j. arguit quòd non: quia in ordine charitatis præcedit filius: posteà in contrarium determinat, quòd filius filij excludit patruum ex vi huius rationis: quia quam charitatem habuit testator ad filium suum, eandem continuatam habuit ad nepotem, vel neptẽ descendentem ex eo, quod inquit esse notandum. sequitur Cur. Sen. in consil. 63. col. 12. vers. confirmo præmissa. igitur dicendum videtur in casu nostro, quòd Illustr. Dom. Catharina testatrix illam eandem charitatem continuatam, quam habuit in d. Illustris. D. Hieronymum ipsius hæredem pro dimidia, illam etiam habuerit & habuisse censetur ad filios d. Illustris. quondam D. Hieronymi. Et mirum est secundùm Curt. vbi suprà, quòd Bal. non allegauerit pro d. quæstio. text. apertum in d. l. cum
10 auus. † quia in dubio testatrix videtur voluisse secundum iuris communis dispositionem testari, vt in terminis declarat Alexan. in consil. 5. colum. j. cum sequenti vol. 3.

Nec obstat si dicatur quòd doct. de quibus suprà,
11 non loquuntur in casu † in quo testatrix vniuersam hæreditatem attribuit filijs masculis, & filiam particularem hæredem instituit, ipsam excludendo ab vniuersali successione, & si eam exclusit admittendo filios masculos, pari ratione & à fortiori videtur ex-
12 clusisse neptes. Nam considerandum est, † quòd mater præsumitur magis diligere filiam, quàm neptem.
13 arg. l. si viua matre. C. de bon. mater. filia † enim ipsi testatrici erat in primo gradu. neptes autem in vlteriori. & potentius est ius in causa immediata, quàm
14 in causa mediata, † & proxima causa magis influit quàm remota. l. si mulier, & ibi gloss. ff. rer. amotar. quia respõdetur, quòd termini sunt inæquales: quia dato quòd dicta opinio sit vera, ipsa tamen procedit ex eo, quia testator habuit considerationem ad agnationem, & differentiam sexus facere voluit, vt fauee-
15 ret agnationi & familiæ, † quæ per masculos conseruatur, & non per fœminas. l. j. §. penul vers. publicè enim interest. ff. de ventr. insp. Doct. in l. venia. C. de in ius vocan. sed in casu præsenti cessat hæc ratio, quia testatrix, quæ est mulier, non habuit consideratio-
16 nem ad agnationem. † cùm mulier sit caput & finis suæ familiæ. l. pronunciatio. §. fin. ff. de verb. sign. vnde ex hoc infertur quòd conditio de qua suprà, non sit ad masculos restringenda: quia etiam quod huiusmodi restrictio fieret, non tamen familia dictæ testatricis conseruaretur, & sic cessaret ratio prædictæ restrictionis. Socin. in l. cum auus, col. 55. versic. tertius casus, de cond. & demon. vbi inquit, quòd quando fœmina est testatrix, & in conditione esset facta mentio de filijs, quòd neptis excluderet substitutum: quia non est censendum, quòd fœmina pro-
17 prium sexum odio habuerit: † & sic verba semper sunt intelligenda secundum qualitatem personæ. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. Item, quia fœmina non videtur habuisse respectum conseruandæ agnationis, cùm mater & filij non sint de eadem agnatione. quod inquit notandum, subdens quod ex hac decis. videtur inferri, quòd malè loquutus fuerit Fulg. in consil. 18 & 38. qui loquitur in fœmina testatrice. Nec huic conclusioni videtur obstare si dicatur, quòd imò oppositum dici debet ex eo, quòd testatrix propriam filiam excluserit ab hæreditate sua,
18 ob quod voluerit etiam excludere neptes, † ne aliàs essent melioris conditionis quàm propria filia. d. l. si viua matre. quia respondetur, quòd illa non dicitur sufficiens coniectura, vt recedatur à communi significatione sine filijs. maximè cum adesse videatur ratio differentiæ inter vnum casum & alium. Nam filia ideò exclusa fuit per testatricem, quia illa fuit instituta hæres particularis, neptes verò non fuerunt in aliquo institutæ, vnde cum non sit eadem ratio excludendi eas, qua fuit exclusa filia testatricis, se-
19 quitur † quòd ex separatis & diuersis recta non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. fin. de calum.
20 Vlterius dicitur, † quòd cùm hîc agatur de exclusione & priuatione, non debet fieri argumentum de filia ad neptes ex filio, per tex. in l. si quis filio in princ. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. § posthu. instit. de exhę.
21 lib. vbi † exhęredatio facta de filio, non trahitur ad nepotem. facit dictum Bald. in l. venia ad fi. C. de in
22 ius voc. vbi † statutum excludens filiam, non dicitur excludere neptem ex filio, & ita in terminis nostris arguit Cur. Sen. in consil. 44. in 5. & 6. fundamento. Præterea non videntur istæ fœminæ vti neptes considerandæ, cum videantur subintrare locum patris, & sic eum repræsentare, qui fuit masculus. maximè, cùm illam charitatem, quam habuit testatrix ad filium, habere etiam præsumatur ad eius posteritatem secundùm Bald. in d. l. cùm acutissimi.

23 Vltimò † hæc opinio pro neptibus summorum virorum auctoritate non caret: quia hanc partem tenuerunt Paul. de Cast. in lect. Bononiensi non impressa, in l. filius famil. âs. §. cũm quis, de lega. j. vbi dicit, quòd licèt aliàs consuluisset pro substituto contra neptem, per tex. in d. l. si viua matre, tamen hodie consuleret contrarium contra substitutum. Bald. in d. l. cùm acutissimi. Bolog. in consil. 53. inter consil. Alex. in 4. vol. cui se subscripserunt Io. Sadolet. Alb. Bellus Ant. à Leutis & Dom. de Massa. Io. de Anania in consil. 22. Collegium Bononiense & Auinonense, vt dixit Paul de Castr. in l. j C. de cond. insert. Curt. Sen. in consil. 44 & 63. num. 8. Socin. in consil. 55. vol. 3. & in consil. 237. colum. fin. volum. 2. Socin. Iun. in consil. 158. num. 47. volum. 1. & 13 num 20. volum. 3. Ias. in consil. 142. volum. 2 Alcia in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 32 Campeg. relatus per Crot. in consil. 17. num. 38 Cacialup. in d. l. generaliter, in § cum autem Docto. Perusini, vt refert Socin. in d. l. cùm auus. Card. in consil. 202. vol. 3. 38. & 111. colum. j. & 2. volum. j. & in consil. 66. volum. 2. D. Ioan Paliarensis de Senis, vt refert Corn. in d. consil. 130. Ruin. in consil. 93. num. 16. 142. num. 2. 143. num. 6. 144. num. 12. volum. 2. 115. num. 3. 124 num. 5. vol. 3. Grat. in consil. 64. Iacob. Riminal. in consil. 223. inter consilia Carati volum. 2. D. Virgilius de Sylueſtr. in consilio 24.

inter

¶ inter dicta consilia vol. 2. & hanc esse *communem doctorum firmant Curt. Sen. in consil. 44. & 63. vbi dicit hanc veriorem esse, & pro ea sæpe consuluisse. Paris. in consil. 41. nume. 43. vol. 3. Ceph. in consil. 45. num. 9. & 46. num. 28. vol. 2. Crot. in cons. 17. num. 38. Nec habet obstare quòd Paul. de Castro in consi. 358. teneat cõtra tot patres, quia de eius auctoritate non est curandum, cùm ipse videatur mutasse opinionem, cùm vidisset quòd contra eum consuluerat Collegium Bononiense & Auinionense, vt ipsemet dixit in l. j. C. de cond. insert. & in consil. 79.

Vlterius Paul. de Castr. in d. cons. 79. in quo etiam videtur sentire contra prædictos patres, non solum ponderat conclusionem neptum ex filio grauato, si decesserit sine filijs, quòd testator proprias filias excluserit, & quòd persona substituta sit agnatus masculus, sed etiam quòd substitutus ex forma statuti excludebat filiam grauati præmortui: & sic sentit quòd vbi hoc vltimum non concurreret, quòd alia non sufficerent ad exclusionem dictæ filiæ, & quòd illa tanquam posita in conditione excluderet substitutum, & istam fuisse intentionem Paul. de Castro dicit Alex. in cons. 38. col. 2. vol. 6. Corn. consi. 55. circa fin. vol. l. j. & Socin. consil. 51. col. penult. versic. octauò, in 4. volum.

Quibus tamen non obstantibus, quę verè non obstant, contraria sententia est de iure verior, ℘ Illust. D. Theodorus Rotarius tanquam substitutus succedere debeat exclusis neptibus natis ex d. Illust. quondam D. Hieronymo. Et in primis pro fundamento huius partis assumo mihi conclusionem ab omni-
24 bus receptam, videlicèt † quòd in substitutione consideranda est potius voluntas testatoris quàm qua-
25 litas verborum, quæ protulit testator. l. pen. de lega. j. l. fideicommissa. §. hæc verba, de lega. 3. Non † enim intentio verbis, sed verba intentioni deseruire debent. c. humanæ aures. 32. quęst. 5. c. in his. ff. de verbo.
26 sign. Ita † enim præponendæ sunt sententiæ verbis,
27 sicuti anima corpori. c. sedulò. 38. distin. Nam † lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, vt venator leporem. Bald. in l. fin. C. de necess. ser. hered. instit. Hinc dixit Bal. in l. quoniam indignũ. C. de testa. quòd non est curandum de qualitate vel significatione verborum, dummodò constet de voluntate
28 testatoris, & ideò inquit tex. in l. 3. C. de lib. præter. † quòd vbi est manifestissimus sensus testatoris, nusquam fieri debet talis interpretatio, vt melior sensu existat. Sed in terminis nostris constat de voluntate testatricis, ℘ noluerit per illa verba, & si quis eorum decesserit sine filijs, ℘ veniant filæ fœminæ: igitur per earum existentiam non euanescit fideicommissum in personam d. Illust. D. Theodori Rotarij substituti q. Illus. D. Hieronymo fratri decedenti sine filijs, ergo ad illa bona de quibus in testamento matris admitti debet ipse substitutus exclusis neptibus ipsius testatricis. Quòd autem hæc fuerit mens ipsius Illustr. D. testatricis, satis demonstratur: quia filias, quas habebat exclusit à bonis suis, & à dicto fideicommisso, hæredes vniuersales instituendo prædictos quondam Illustr. D. Hieronymum, & Illustris. Theodorum, & filias particulariter in certa quantitate pecuniarum. si ergo exclusit proprias filias, igitur & multò fortius dictas neptes veluti minus dilectas exclusisse censetur. arg. l. si viua matre. C. de bon. mater. facit decisio Oldra. in cons. 141. vbi dicit quòd
29 † conditio posita in prima substitutione censetur repetita in sequenti, ne plus iuris videatur translatum in secundum substitutum, qui censetur minus fuisse dilectus à testatore, quàm in primum, quem testator præsumitur magis dilexisse. l. liberti. §. ab hę-
30 redibus. ff. de alim. & ciba. lega. † Pro absurdo enim reputatur, ℘ remotior & minus dilectus sit melioris conditionis quàm proximior & magis dilectus. l. Publius. §. fin. ff. de cond. & demon. Et ideò videmus
31 † quòd pro tali absurdo euitando debent capi verba impropriè & largè, vt probatur ex nota. per Bart. & alios in l. Gallus. §. etiam parente. ff. de lib. & posthu. & in l. si mater. §. fin. ff. de vulg. & pupil. vbi notabiliter concludunt, † quòd substitutio concepta in vno
32 casu quæ solet ad alium trahi, nunquam trahitur ad casum omissum vbi resultaret absurdum, ℘ minus dilectus esset melioris conditionis quàm magis dilectus. Et pro ista sententia facit quòd notat Bar. in l.
33 fi. ff. ad Treb. vbi vult † ℘ si testator habens quatuor filios instituat eos vniuersaliter, & filiam in certa quantitate, & si alter ex filijs decesserit sine filijs, substituit superstites: istud vltimum verbum restringitur ad masculos, & sub illo filia non continetur: quia sicut testator prætulit masculos institutione, ita illos videtur voluisse prę ferre in fideicommisso: allegat. l. Lucius. §. pater. eo. tit. & l. j. C. de impub. & alijs substit. & cum Bar pertranseunt Dec. in cons. 304. col. j. Ias. in consil. 220. col. 4. versic. quintò, & col. fin. vol. 2. dum declarat Bar. ibi. Curt. Iun. in cons. 11. col. pen. in
* fi. cum sequen. vbi asserit hanc esse *cõmunem. Facit etiam alia decisio Bart. in l. Lucius, col. pen. vers. sed quæro circa hoc. ff. de vulg. & pupil. vbi format quæstionem: pone, filię sunt institutæ ex certis rebus, vel quantitatibus, filij verò masculi vniuersaliter instituti, posteà dicit, omnes filios meos inuicem substituo: vtrum intelligãtur substitutæ cum masculis? & concludit ℘ non, per rationem de qua suprà. Rursus Bar. in cons. 54. Bal. Ang. & cõmuniter Moder. in l. ex testamento. C. de testa. milit. & in dicta l. Lucius. Petr. de Ancha. in cons. 74. Aret. in §. j. in 4. col. de vulg. & pupil. Alex. in l. cohęredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupil. & in cons. 66. col. j. vol. 2. Paris. in cons. 61 col. fin. vol. 2. Cui sententiæ accedit ℘ scribit Ful. in cons. 18. vbi loquendo de quadam dom. Solomutia, quæ duos filios hęredes vniuersales instituit, & filias particulariter in quinquaginta pro qualibet, ac ipsos filios reciprocè substituit: concludit, neptem ex filio instituto non excludere patruum. quod & recipit in cons. 38. & in l. j. C. de cond. insert. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom. Cuma. in cons. 117. Ricard. Malumbr. vt citat Ias. in cons. 141. col. pen. vol. 2.

Secundo, & nouissimo loco fit argumentum ab auctoritatibus iuris prudentum: nam in primis hoc voluit Paul. de Cast. in cons. 79. secundùm antiquam impressionem, vbi determinat ℘ quando substitutus est filius vel agnatus, tunc illa verba sine filijs, intelliguntur de masculis tantũ ex coniecturata mente testatoris, qui censetur fuisse vt bona conseruentur in agnatione. si verò substitutus est extraneus, & tunc illa verba comprehendunt etiam fœminas: sed in casu nostro nos sumus in primo capite dicti Castren. quia substitutus Illu. D. Theodorus filius testatricis, ergo &c. & cum Paulo pertranseunt Dec. in cons. 15. col. penul. in fin. 270. col. 2. vers. septimò. 370. col. pen. 480. nu. 495. col. 2. & 674. in fin. Aret. in cons. non impresso incip. Stomachatus sum, de quo mentionem facit Soc. in d. l. cum auus, col. 56. in fin. cum prin. seq. Cur. Iun. in consil. 11. col. antep. vers. tamen reperio, in cons. 111. col. penult. in princ. & in cons. 139. nu. 16. circa fin. Ias. in cons. 140. col. antep. in vers. 11. & col. fin. & in cons. 141. col. 10. vol. 2. Barb. in cons. 52. nu. 32. inter cons. Alexand. in 4. vol. cui se subscripserunt Aret. Cato, Soc. & Io. de Puteo, vt refert Alex. in cons. 62. Soc. in cons. 6. col. fin. vol. 3. in cons. 14. col. fin. vol. eod. in cons. 40. inter cons. Curt. Sen. quòd fuit subscriptio ad consilium Ambros. de Opizo. & Lancel. Decij, & in l. cum auus, col. 55. in vers. quartus casus. ff. de cond. & dem. Cur. Sen. in cons. 51. col. 2. & 4. & in cons. 75. colum. 10. vers. suadentur. Crot. in cons. 1. & cons. 13. nu. 10. & 104. col. fi. Alba. in cons. 19. per totum. Cor. in cons. 149. col. 3. in prin. vol. 2. Rui. in cons. 141. col. 2. & pen. vol. 2. & in cons. 130. col. fin. vol. eod. & in cons. 139. num. 16. vol. 3. Bal. Sercole. in cons. 120. inter cons. Cor. in 2. vol. quem sequitur Cor. in cons. seq. Soc. Iun. in cons. 158. nu. 47. vers. nec auctoritas, vol. 2. in cons. 76. num. 13. vol. 3. & in cons. 90. num. 17. vol. j. Socin. in cons. 63. num. 15. vol. 3. Calca. in cons. 47. cui consil. se subscripserunt Alui. Tentor. & Ambro. de Aduo. Iacob. Philip. Port. in conclusionibus suis, conclusi. 40. in fin. Girard. Mazol. in cons. 5. Bru. in tract. exclus. fœmina. in 5. artic. prin. q. 22. num. 28. & 43. & hanc distinctionem solent communiter sequi Moderniores, teste Curt. Iun. in cons. 35. colum. j. quam partem vti communem sequuntur Dec. in cons. 51. 4. col. 2. Goz. in cons. 89. in vers. quintò. Bero. in consil. 113. num. 4. 114. num. 5. in cons. 116. num. 2. & in consil. 115. nu. 13. vol. 2. vbi inquit, quod huiusmodi distin-

ctionem Castren. tanquam canonizatam inter doctos semper in consulendo & iudicando sequutus est. quod & repetit in consil. 120. num. 12. vol. eod. & hanc
* esse magis * communem attestantur Alex. in consil. 62. Bero. in cons. 113. num. 11. vol. 2. & Soc. Iun. in cons. 1. num. 114. vol. j. & in cons. 87. col. 2. vol. 3. & in consil. 168. num 84. vol. 2. Gozad. in consil. 56. inter consil. Grati. in 2. vol. cui se subscripsit ipse Grat. & in consil. 55. vbi inquit ita vidisse alias consultum per D. Io. de Sala. Vincen. de Paleotis, & Io. Ant. de Botonibus, & quòd ita tenuit D. Io. Franc. de Pepis, cui consse subscripsit Bernardinus Gamarrus. Et in fortioribus terminis quando etiam non apparebat substitutionem factam fauore agnationis, voluit Paul. de Cast. in consil. 368. & in alieno solenni consilio non impresso, sed quasi ad verbum relato per Socin. in d. l. cum auus, col. 45. cum quatuor sequen. Fulg. in l. j. C. de cond. insert. in consil. 18. & in consil. 38. & Raph. Cum. qui tunc Paduæ vnà cum Fulg. legebat, & omnes ferè aduocati Curiæ Romanæ, & etiam Collegium Florentinum, vt citant Paul. de Cast. in d. consil. 79. & Socin. in d. l. cum auus, colum. 50. & in terminis de testatrice, ita consuluit Fulg. in d. consil. 18. & 48. quem sequuntur Dec. in consil. 370. col. j. 51. 4. colum. 2. vbi etiam ipse loquitur in testatrice. Curt. Iun. in consil. 39. num. 16. Soc. Iun. in consil. 168. num. 84. vol. 2. & in cons. 81. col. 2. in 3. vol. vbi etiam consuluit in causa testatricis prout & consuluerunt Gerard. Mazol. in consil. 5. & 6. & Socin. Iun. in consil. 7. inter ipsa consil. & Fulg. etiam sequitur Soc. Iun. in consil. 7. nu. 114. vol. j. Idem voluit Dec. in consil. 468. loquens de D. Daria testatrice.

Non obstant modò quæ in contrarium adducta, & allegata fuerunt: & primò q̃ in substitutionibus appellatione filiorum veniant & filiæ, quæ faciunt
34 deficere fideicommissum: quia respondetur, quòd † licèt masculinum concipiat fœmininum, istud est ex interpretatione extensiua, vt probatur in l. pronunciatio, de verbo. sign. non ex proprietate sermonis: quia ipsum vocabulum filius sonat in masculis. Bar. in l. j. de verbo. sign & ibi Alcia. sed melius in l. j. col. fin de pecul. vbi fortius dicit, quòd neque ex sermone, nec ex interpretatione scilicèt intellectiua comprehenditur, sed per extensionem. Socin. inter cons. Curt. Sen. num. 40. col. 3. & in consil. suo 73. col.
* j. in 4. vol. Crot. in cons. 1. num. 7. * Communiter docto. vt tradit Iaf. in l. si quis id quod, de iurisd. iud. Dec. in l. 2. colum. 13. de reg. iur. Socin. Iun. in cons. 114.
35 num. 18. vol. j. † quæ interpretatio non admittitur quãdo in contrarium constat de coniecturata mente testatoris: quia tunc verbum filijs positum in conditione, restringitur ad masculos, vt clarè probat text. in l. Lucius. in § quæritum, ibi, nisi aliud sensisse
36 testatorem probetur. ff. de lega. 3. vbi † licèt appellatione fratris contineatur soror, tamen fallit si ex
37 coniecturis aliud appareat. & per hoc infert ibi Bal. † quòd priuilegium cõcessum Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, cùm non sint eiusdem ordinis, non veniunt moniales. Alex. in consil. 126. in j. vol. & in cons. 15. col. j. vol. 4. Accedit & tex. in l. j. C. de cond. insert. in fin. ibi, nisi alia defuncti voluntas euidenter probetur. Dec. in l. 2. col. 14. ver. 4. limita, de reg. iur. in consil. 15. col. 2. & fin. Cuma. in consil. 117. quem sequitur Iaf. in cons. 141. col. 11. vers. non obstat, vol. 2.
38 Cur. Iun. in cons. 139. num. 15. Et † de tali voluntate sufficit constare per coniecturas, vt per Dec. in d. l. 2. vers. 4. limita. & Socin. Iun. in consu. 4. num. 18. vol. j. sed in casu de quo agitur, vt iam dictum fuit, satis liquet de coniecturata mente testatricis, quod voluerit loqui de masculis, & non fœminis, cum filios vniuersaliter instituerit, eósque inuicem substituerit, si aliquis eorum decesserit sine filijs, & filiam in re particulari instituerit, ex quibus infertur verum non esse, quòd fœminæ isto casu veniant appellatione filiorum, vt probatur etiam ex nota. per Barba. in
39 d. cons. 52. num. 8. vbi post Bald. ibi per eum citatum ait † quòd si masculinum concipit fœmininum ratione dignitatis, dicitur extensio, si ratione affectionis, dicitur coniectura, si propter identitatem rationis, tunc dicitur cõprehensio. Et subdit in terminis nostris, quòd si volumus dicere quòd masculinum concipiat fœmininum ratione affectionis, hoc esse falsum, eò quia testator præsumitur maiorem affectionem habuisse ad filias, quàm ad neptes, quas forsitan tempore testamenti non habebat, vt per Bart. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. ergo ex affectione testantis filiæ fœminæ non comprehenduntur. Aut ex identitate rationis, & minimè, quia testator non vocauit fœminas ad paria cum masculis, cum proprias filias particulariter instituerit, & masculos vniuersaliter, ergo non censetur voluisse testator masculinum concipere fœmininum. facit etiam quod scribit Soc. in cons. 168. in fi. vers. istis sic stantibus, vol. 2.
* vbi inquit, manifestam & * cõmunem esse omnium conclusionem, quòd vbi inter masculos & fœminas sit ratio differens, dispositio loquens in genere masculino, non comprehendit fœminam: quia sic de voluntate disponentis constat.

40 Nec obstat † tex. in l. cùm auus, & in l. cùm acutissimi, quia respondetur, quòd dicta iura procedunt attento iure communi, secundum quod non est differentia inter mares & fœminas, secus in terminis nostris vbi filij masculi sunt vniuersaliter hæredes instituti, & inuicem substituti sub cõditione, si vnus ipsorum sine filijs decesserit, & filiæ particulariter relictum, & sic exclusę à successione vniuersali testatricis, quo casu & à fortiori videntur neptes excludi. quæ ratio cessat in iuribus prælegatis secundum Paul. de Castro in d. consil. 79. & 358. Dec. in consil. 15. col. fin. Curt. Iun. in consil. 35. col. j. vers & quia. Soc. Iun. in cons. 168. num. 85. vers. & vltra, vol. 2. Socin. in cons. 6. col. fin. volu. 3. vbi post Cuma. in cons. 2. in j. dub. dicit quòd præsumptio d. l. cum acutissimi, non habet locum in fœminis descendentibus, quando apparet quòd testator conseruare voluit lineam masculinam.

Similiter non obstat decisio Bal. in d. l. cùm acutissimi: quia respondetur decisionem ipsam procedere, nisi constaret de coniecturata mente testatricis, quòd eosdem quos dilexit in institutione, voluerit & prædiligere in substitutione per communem sententiam Bart. & aliorum in d. l. fin. ad Treb. & quòd dicitur de charitate habita per testatricem ad ipsum Illust. D. Hieronymum vt videatur etiam habita ad eius posteritatem, intelligitur quando in posteritate concurrit illud propter quod charitas fuit habita ad filium, scilicèt in proposito nostro qualitas masculinitatis, vt ex prædictis constat, vt per Soc. Iun. in consil. 163. num. 48. & 90. volum. 2.

41 Pariter non obstat † quòd ratio agnationis conseruandæ, in qua fundantur Paul. de Cast. & cæteri non militat in testatrice præsenti, quæ respectũ non habuit ad agnationem, cum sit caput & finis suæ familiæ. d. l. pronunciatio. § fi. quia respondetur, quòd contrarium tenuit Ful. in cons. 18. & 38. vbi loquitur propriè de testatrice, quæ instituta filia particulariter, instituit hęredes vniuersales filios eos inuicem substituendo, si quis decesserit sine filijs, & tamen concludit, patruum excludere neptem, & Ful. vt suprà dixi, sequuntur Cur. Iun. in cons. 139. nu. 16. Dec. in cons. 370. col. j & in con. 514. col. 2. Soc. Iun. in cons. 168. nu. 84. vol. 2. Girard. Mazol. in cons. 5. & alij suprà citati.

Vlterius dicitur, q̃ dicta testatrix etiam habuerit respectum ad agnationem filiorum, vt probatur per Soc. Iun. in cons. 81. num. 5. vol. 3. vbi inquit, q̃ si testatrix aliquas filias D. Franceschinæ veluti fœminas excluisset ab vniuersali eius hęreditate, eis certum quid relinquendo, & nepotes instituendo, cum conditione q̃ si quis eorum decesserit sine liberis, alter succedat, quòd testatrix cẽsetur illud fideicõmissum feciſſe fauore conseruandæ agnationis nepotũ suorum ab illa institutorum, prout cõmuniter contingere solet in testatoribus similia fideicõmissa facientibus. allegat Fulg. in d. cons. 18. Dec. in cons. 568. col. fin. vers. & respondendo. vbi dicit, q̃ in casu suo non obstat quòd testatrix instituerat filium masculũ, & voluerit præponere masculos filiabus: quia respondet, illud procedere existentibus masculis prout testator loquitur. quia quandò concurrunt masculus cum fœmina voluit testator masculos esse melioris conditionis, quia per masculos agnatio cõseruatur,

quæ

quæ ratio cessat in casu suo vbi non extabant masculi sed tantum fœminæ in quibus agnatio non conseruatur. & sic præsupponit, ꝙ si testatrici extitissent masculi ratione agnationis ipsorum conseruandæ excluderentur fœminæ. Accedit quoꝙ quod voluit Girard. Mazol. in cons. 5. nu. 95. vbi inquit non obstare ꝙ fœmina non videatur habuisse respectum conseruandæ agnationis, cum mater & filij non sint de eadē agnatione: quia respondetur, ꝙ licèt matres non sic habeant rationem conseruandæ agnationis sicut patres, satis est nobis ꝙ mater ad illam respexerit. nec videtur sufficiens ratio, quia sint de diuersa agnatione: quoniā mater præsumitur diligere filios ratione sanguinis, & cum eos procreauerit & ante partum, & in partu, & post partū nutriuerit, & gaudium habet, quia natus est homo in mundū, & propter charitatem & pietatē, quam habet ad filios, ideò velle diu durare suam posteritatem censendum est. Mulier enim cum nupta sit, efficitur de domo viri, vnde propria agnatio sua non dicitur in ea conseruari. Idē dixit in nu. 75. vbi ait, ꝙ & matres respicere possunt tam agnationem filiorum quantū in se est, quàm patres, & si enim aliquæ non respicerent, sat est ꝙ potest pariformiter consulere iuxta vires suas: & vbi respexerint matres, stamus dispositioni, & certo, & quod argumentum à solitis & cōmuniter accident. procedit in dubio, secus si contrarium ostendatur: nam satis mater dicitur disposuisse, cum mens sua contraria constet, quod & repetit in cons. 6. col. 2. in fi. versic. huic dubitationi, vbi inquit, ꝙ imò ratio cognationis conseruandæ habet locū quando testatrix filium substituit alteri filio, & quòd opinio contraria procedit in extraneo substituto instituto. Hāc quoꝙ sententiam amplectitur Soc. Iun. in con. 7. inter cons. d. Gerardi, vbi inquit, quòd licèt mater propriam agnationem non considerauit, tamen dicitur considerasse agnationem & filiorum suorum familiam, quæ absque dubio matri solet esse charior siue magis dilecta quàm propria, vt experientia docet, quæ dicitur efficax rerum magistra. c. quam sit, de elec. in 6. Videmus enim sæpissimè, imò ferè semper quando mulieres habentes filios testātur ꝙ masculos præponunt fœminis: quod certè facere censentur fauore familiæ & agnationis filiorū conseruandæ siue velimus dicere fauore virilis sexus, ex se & ex suis per virilem sexum descendentis. Cōmune enim est votum parentū tam fœminarum quàm masculorum habere suos vniuersales successores filios masculos, & ex eis descendentes masculos. pro quo facit text. in c. j. de eo qui sibi vel hęre. suis masculis, dum ibi dicitur, ꝙ licèt per feudū venerit ad fœminam, tamē semper in masculis ex ea descendentibus conseruandū est donec aliquis supereſt excluſis fœminis etiā proximioribus. vltimo decedenti. & id est quia lex in illa materia sexū virilem considerauit: sic ergo & in casu nostro dici debet, cum testatrix nostra sem per virilem sexū considerauerit, eum instituendo & substituendo, & fœminas excluserit donec supersit aliquis masculus, subdens ꝙ prædictā considerationem reperit facere circa interpretationē statuti Pau. de Cast. in cons. 91. col. 3. versic. statutum vol. 2. Ex his igitur resultat conclusio, dispositionem testatricis factam fuisse, vt bona sua apud masculos ex se descendentes conseruarentur, quasi ipsa voluerit illud fieri fauore conseruandę agnationis filiorū suorum.

Non obstat quòd Soc. in d. l. cum auus, aliter dicat in testamento fœminæ: quia ad Soc. respondetur, ꝙ ipse non determinat hunc casum, sed relinquit cogitandū, & dum allegat emphyteosim concessam fœminæ transire ad fœminam quādo concessio est facta pro se & filijs, istud nihil facit ad propositum nostrum: quia illud procedit inspecta dispositione iuris cōmunis quando concessio emphyteosis habet originem in fœmina, quia transit ad fœminam: secus quando constat de contraria mente testatoris, vt in terminis nostris, per ea, quæ iam suprà dicta sunt. Nec obstat quòd in testatrice cessat ratio agnationis conseruandæ: quia ad hoc nihil allegat. & ideò dum ipse impugnat vel dubitat de Ful. in cons. 18. respondetur, quòd doctores sunt contrariæ sententiæ, quia Fulg. in d. consil. 18. non impugnatur, vt constat ex auctoritatibus suprà citatis, vbi videntur pręsupponere, quòd sic: vbi licèt ageretur de testamento fœminę, nullam tamen super hoc nec̄ pro, nec̄ contra difficultatem faciunt. & pro Fulg. stat communis opinio, teste Gerardo in d. consil. 5. in fin. vbi inquit, quòd ab opinione Ful. cum quo alij transeunt communiter, non est recedendum, & in cons. 6. col. ante pen. in fin. versi. nec verum est, num. 7. vers. & in matre. & Soc. in d. 7. cons. num. 14.

Non obstat denic̄ ꝙ neptes excludi non debeant tanquam sint melioris conditionis quàm filiæ, quia filiæ relictū fuit per matrem & neptibus nihil, quia respondetur secundùm Paul. de Castr. in d. cons. 79. quòd per hoc non videntur filiæ magis dilectæ: quia filiabus pater tenebatur relinquere legitimam, in cuius locum succedit quantitas relicta, sed neptibus nihil tenebatur relinquere, ex quo pater viuebat, & tamen totum eis videretur reliquisse si substitutos excluderet, & sic melioris essent conditionis quàm filiæ. sequitur Dec. in cons. 15. col. 2. Ias. cons. 141. col. 7. Soc. in d. l. cùm auus. Calca. in con. 47. Alex. in con. 62. Bru. vbi suprà. Portius in cons. 4. in j. limitat. & Soc. Iun. in citā. cons. 168. nu. 42 vers. nec istis. vol. 2.

Nec obstat, quod dictum fuit de exclusione: quia respondetur, quòd argumentum prædictum non facit in proposito nostro, scilicet vt exclusio filiæ per se operetur exclusionem istarum neptium, sed quòd verba illa sine filijs, stare debent in sua importantia, & sic quòd de masculis tantùm intelligātur, ne aliàs istæ neptes excluderent substitutum, quem propriæ filiæ antepositum: & sic vt tollatur absurdum, ne sint istæ neptes remotiores & minus dilectæ melioris conditionis ipsa filia proximiore & magis dilecta, & iura ex aduerso allegata locū sibi vendicant, quando nepos erat necessario instituendus, vel exhæredandus: quia tunc verum est, quòd exhæredatio facta de filio non operatur exhæredationem neptis, etiam ex ipso filio exhæredato: quod ex eo causatur, quia exhæredatio nominatim fieri debet. Sed iste non est casus noster, cum istas neptes pater earum præcederet tempore mortis testatricis, de quibus non erat facienda mentio, vt in d. l. si quis filio. Nec obstat * doctr. Bald. in d. l. venia, quia ab omnibus * communiter reprobatur, teste Soc. in allega. cons. 168. nu. 44. & seq. Cur. Iun. in cons. 111. col. antepenul. versic. non obstat dictum Bald.

Ad illud ꝙ dicebatur has neptes eorum patrem repręsentare, & sic non reputari pro fœminis, respondetur hoc ab omni veritate alienū, quantum attinet ad casum nostrū, quia ex repręsentatione patris non tollitur eis sexus fœmineꝰ, & quin per eas bona essent transitura in alienas familias, & si ita patrem repræsentātes volunt admitti ex persona eius, hoc dici non potest, tum quia in eis non est qualitas masculinitatis, vt dicunt Alex. & alij in d. l. venia, tum etiam quia agitur ad quem pertineant bona patris earum post ipsius mortem: vnde non conuenit alia bona dari venienti ex persona sua, cùm mortuus præsupponatur, & mors omnia soluat. §. deinceps, in authent. de nup. colu. 4. & cùm in effectu testatrix voluerit post mortem Illustr. D. Hieronymi partem suam venire ad superstitem per quem agnatio posit conseruari, vt iam dictum fuit, constat quòd neptes haberent omnino repugnare voluntate testatricis.

Non obstat etiam quòd amplius non agatur de bonis testatricis, sed prædicti quondam Illustriss. D. Hieronymi, quia respondetur, hoc esse falsum, quoniam etsi verè bona fuerint effecta d. D. Hieronymi, tamen negari non potest, quin fuerint testatricis & per ipsum tali onere fideicommissi affecta, ita vt ipsi D Hieronymo dicātur acquisita cum sua causa, iuxta tex. in simili in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad treb. nam in dicto fideicōmisso de dictis bonis agitur tāquam de bonis testatricis & ab ea subiectis fideicommisso, non autem vti de bonis D. Hieronymi, in cuius arbitrio non fuit de his disponere in præiudiū fratris, vt est text. clarus, vbi not. omnes in l. fi. §. pen. & fi. C. cōm. de leg. ita Soc. in d. l. cùm auus, col. 49. vers. 11. dicebatur, post Castren. ibi per eum citatum, quem sequitur Soc. Iun. in cons. 168. num. 67. volum. 2.

Non obstat ꝙ adsint tot auctoritates in fauorem

neptium contra patruum: quia respondetur, quòd in contrarium sunt auctoritates maioris ponderis, numeri & mensuræ, à quibus (vt dictũ fuit) non est neq; in consulendo, neq; in iudicando, recedendum. Pariter fundamentũ fieri non potest in eo, quod dicitur, non esse curandũ de auctoritate Paul. de Cast. cum ipse mutauerit sententiam: quia respondetur, q; licèt Cast. in l. j. ad fi. de condi. insert. dicat q; sępius requisitus nunquam voluit consulere pro ista parte, postquã vidit contrariũ consultũ fuisse per doctores ibi citatos, & fortius dicat in d. l. filius familiâs. §. cum quis, q; si casus contingeret, consuleret contrarium, tamen q; idẽmet Paul. de Cast. in consi. 79. referens verba, quę posuit in d. l. j. & alia omnia, quę hactenus sibi contigerunt in tali materia, dicit sufficere posse dari notabilem distinctionẽ, secundũ quam omnes opiniones reducuntur ad concordiã: Quòd aut substitutus est de descendentibus testatoris, vt in casu nostro, & tunc vera sit conclusio, q; patruus non excluditur ä nepte. Aut est substitutus extraneus, & tunc q; neptis non excluditur. Curt. Iun. in consi. iii. nu. 16. Dec. in consi. 15. col. pen. in fin. cum cuius distinctione pertranseunt cõmuniter scribent. vt satis constat ex auctoritatibus suprà citatis, ad quas me remitto. Nec est verum q; Paul. de Cast. in cita. consi. 39. requirat quòd etiam statutũ excludat fœminas: quia satis est, quòd instituti sint agnati & substituti, quòd fœminæ magis dilectæ ab institutione reperiantur exclusæ: quia constat ex his quòd voluit bona testator in agnatione conseruari: & propterea de fœminis non sensit, quando filios in conditione posuit: quia aliàs intentio testatoris non posset adimpleri, neq; effectum sortiri, & ita est de intentione aliorum doctorum, qui sequuntur Paul. de Castr. de quibus per Soc. in d. l. cùm auus, col. 44. vers. tertiò quæro. Et quamuis Castren. ibi dicat quòd hodie hoc est multum in vsu in Italia, vbi sunt statuta, quòd extantibus masculis filię fœminæ non succedãt: & ad quem communem vsum videtur habuisse testator respectum: tamen intentio ipsius non fuit, quòd dictum statutum debeat actualiter interuenire, sed voluit dicere, quòd casu quo adesset quòd tunc magis procedat dicta opinio, quæ etiam locum habet cessante dicto statuto: quia etiam si in loco non adsit, tamen testator disponendo dicto modo habuit respectum ad communem & vsum generalem Italiæ, & non ad illum locum particularem, in quo cõtenditur: quia etiamsi in illo loco statutum nihil disponeret, quia tamen cõmuniter in alijs locis Italiæ statuta excludunt fœminas propter masculos, ad hunc communem vsum testator habuit in genere respectum, nec quantum ad id de quo agitur, Soc. & alij aliter intelligunt. Paul. de Cast. qui illum allegant ad hoc, quòd vbi in loco statutum excludit fœminas, appellatione filiorum veniunt masculi tantùm. ita Rui. in consil. 141. col. pen. & fin. vol. 2. Dec. in cons. 514. col. 2. vers. Ex quibus patet istam communem esse opinionem, quæ maximè haberet locum stante statuto, quòd agnati excludunt fœminas. Soc. Iun. in consi. 168. num. 61. in fin. vers. & ex prædictis, & in num. 73. vers. & ex his habes. & num. 86. vers. ego tamen, vol. 2. Barba. in d. consi. 52. Gozad. in consi. 89. in 5. concluſi. Bald. idem sentit in consi. 186. col. j. & 2. vol. j. Ex istis igitur concluditur sequendo cõmunem scholam doctorum, quod dictæ neptes non habeant excludere prædictum Illustris. D. Theodorum substitutum earum patruum à fideicommisso materno.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXXIII.

1 *Statutum disponens quòd extantibus filijs legitimis & naturalibus, filia dotata non succedat, non habet locum in legitimato per rescriptum, & nu. 10. sed contrà num. 11. cum sequentib.*

2 *Filiorum appellatione intelligitur de his, quos iustæ nuptiæ demonstrant.*

3 *Legitimatus non dicitur propriè filius: quia sibi non competit diffinitio filiationis. contrà vt in casu nostro, vt in num. 25.*

4 *Dictio perinde, denotat fictionem.*

5 *Dictio quasi, denotat fictionem.*

6 *Imago repræsentata non est essentialiter ipsa res, cùm diuersis nominibus nuncupetur.*

7 *Legitimatus non excludit substitutũ vocatum sub conditione si grauatus decesserit sine filijs legitimis & naturalibus. sed contra secundùm cõmunem, nu. 19.*

8 *Accipiens rem in emphyteosim pro se & filijs, non veniunt legitimati.*

9 *Legitimatus secundùm communem vsum loquendi non dicitur legitimus, & de tali communi vsu loquendi tanquam notorio non debet fieri probatio.*

10 *Verba statuti loquentis de filio masculo, debent intelligi in potentiori significatu de illo, qui est legitimus ex origine, & non ex accidenti.*

11 *Verus status legitimorum est in legitimatione, licèt non sit verum principium.*

12 *Legitimatus est verè legitimus, & nihil differt à legitimis. & num. 14.*

13 *Statutũ præbens facultatem solis legitimis retrahendi rem venditam extra familiam, extenditur ad legitimatos.*

14 *Verba laudi in quo quis condemnatur soluere cuidam, & eius filijs legitimis, & naturalibus, locum etiam habent in legitimatis.*

15 *Legitimum aliquem esse vel non, pendet à iure.*

16 *Verba quæ aliàs denotant fictionem, & improprietatem in his, quæ sunt iuris, significant veritatem.*

17 *Statutum si disponit quòd filia nupta habeatur ac si esset sui iuris, verè & propriè erit sui iuris.*

18 *Filiorum appellatione venit legitimatus.*

19 *Casus fictus & verus quando sunt æquiparati per modum regulæ, dispositum in casu vero, locum etiam habent in casu ficto.*

20 *Communis vsus loquendi debet probari.*

21 *Communis vsus loquendi non attenditur quando verba sunt prolata literaliter, sed tantùm in sermone vulgari.*

22 *Verba, quæ proferuntur à peritis, intelliguntur secundùm proprietatem verborum.*

CONSILIVM LXXXIII.

QVOD Marcus Antonius legitimatus per rescriptum in amplissima forma ad instantiam Herculis Belingerij sui patris excludere non habeat ab hæreditate paterna Cęciliam filiam d. Herculis legitimam & naturalem, † stante statuto quòd extantibus filijs legitimis & naturalibus filia dotata non succedat, demonstrant sequentia. † Nam appellatione filiorum intelligitur de his, quos iustę nuptię demonstrant. l. filium diffinimus, de his qui sunt sui vel alie. iur. §. legitimi, auth. quib. mod. nat. effi. sui. coll. 7. † sed legitimatus non dicitur propriè filius: quia sibi non competit diffinitio filiationis. Bald. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Ang. in l. iubemus in prin. C. ad Treb. probatur in §. filium, in d. auth. quib. mod. nat. effi. sui. vbi litera dicit, legitimatum velut ex quadam machinatione cognatum. §. generaliter, eod. titu. ibi, siue per aliam quamlibet machinationem, & sic perfectionem, & non verè. l. qua in prouincia. §. diuus, in fin. de ritu nup. ibi, perinde, ac si legitimè concepti fuissent, † quæ dictio perinde denotat fictionem. glo. in l. si quis vi, in prin. vbi Roma. & Alex. ff. de acqui. pos. glo. in c. innotuit, vbi legitimatus non dicitur legitimus, sed tanquam legitimus: quæ dictio tanquam, est nota improprietatis. l. meminimus, vbi Gul. de Cun. C. de legit. hæred. l. imperialis, ibi, quasi ius quæritur, & in vers. quasi natalibus, C. de nupt. † quæ dictio quasi, denotat

denotat etiam fictionem l. posth. ff. de iniust. rup. testa. † Nam imago repræsentata non est essentialiter ipsa res, cùm diuersis nominibus nuncupetur l. si idem. C. de codicil. Nam propriè loquendo, aliud est quem esse legitimum, & aliud esse legitimatum. Sal. in l. etiam C. de appell. l. cum legitime. ff. de stat. hom.

7 Et ideò videmus, † quòd legitimatus non excludit substitutum vocatum sub conditione, si grauatus decesserit sine filijs legitimis & naturalibus. Sal. in l. generaliter §. cum autem, vbi Dec. num. 22. C. de instit. & substit. Alex. qui multos citat in consil. 25. col. j. vol. j. repet. Hispa. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 184. de lib. & posth. Cur. Sen. in cons. 17. Parisin cons. 9. num. 28. vol. 2. & in cons. 12. num. 44. vol. eod.

8 item etiã videmus, † quòd si quis accepit in emphyteosim rem pro se & filijs, non veniunt legitimati. Bald. in l. fin. C. de his qui ven. æta. impetr. Dec. in consil. 284. col. pen. in fin. Bero. in consil. 23. colum. 3. volum. 2.

9 Secundò facit, nam † secundum cõmunem vsum loquendi, legitimatus non dicitur legitimus. Paul. de Cast. in l. fi. C. de his qui ven. æta impetr. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. Alex. in cons. 25. in princ. vol. j. vbi inquit, q̃ si in loco cõmunis vsus loquendi habet, quòd appellatione filiorum legitimorum & naturalium, non cõprehendantur legitimati, quòd existentia filij legitimati non excludit substitutum. quia dispositio testatoris regulariter secundum talem vsum communem restringitur, l. librorum. §. quod tamen Cassius, de lega. 3. sequitur Dec. in cons. 52. col. 2. vers. & ad hoc facit. in cons. 445. col. 4. versi. quartò considerandum est. & in citato cons. 284. col. j. vers. j. si in loco. Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus, vbi etiam Ripa. num. 44. ad treb. Imol. & Cuma. in l. si ita quis. §. fi. de lega. 2. Franc. Niconit in rubr. de no. oper. nunt. num. 246. Craue. in cons. 166. num. 10. Et in tantum vera est & recepta huiusmodi sententia, cùm vbique locorum videatur hoc esse notorium, quòd de tali communi vsu loquendi non est opus facere probationem. Fulgo in consil. 62 col. 2. vbi inquit, quòd communiter appellatione filiorum veniunt tantùm hi, qui nati sunt ex iustis nuptijs, & non illicitè nati, quamuis legitimati per rescriptum Principis: quia ita apparet ex communi vsu loquendi, qui attenditur d. §. quod tamen Cassius. & quòd in ciuitatibus, & earum moribus apud bonos & graues ciues non est par eadémque ratio filiorum iustorum, & aliorum postea legitimatorum? quisquis enim facilius est daturus filiam suam in vxorem filio ex iustis nuptijs nato, quã legitimato. sequitur. Dec. in cita. cons. 284. num. 10. vbi ait quòd etsi Alexand. in cons. 60. volum. 2. consulat Aduocatum, vt probatur cõmunis vsus loquendi, illud consilium est ad maiorem cautelam.

Tertiò quod tale statutum locum sibi non arrogat in legitimato per rescriptum. hoc voluit primo

10 Castren. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. † quia verba statuti loquentis de filio masculo debent intelligi in potentiori significatu de illo, qui est legitimus & naturalis ex origine, non ex accidenti. arg. l. fi. C. de his qui ven. æta. impetr. rursus in cons. 223. in fin. secundùm antiquam impressionem, vbi tradit quòd etsi legitimati, per rescriptũ sint veri legitimi, non tamen de iure cõmuni, sed speciali, de quo non censentur cogitasse statuentes. Bal. in cons. 120. in fin. vol. 4. Ang. in cons. 76. col. 2. vers. & ita nec obstat statutum. Soc. in cons. 246. col. pen. vers. sed posito, vol. 2. Curt. Sen. in cons. 26. col. 4. versic. in Christi. vbi inquit hanc partem veriorem & æquiorem: quia ista nomina denotantia naturam, putà filius vel frater, si proferatur à statuto exorbitante à iure communi, intelliguntur de legitimis & naturalibus tantùm: quia in vsu loquendi de talibus intelligimus, vt per Cy. Bald. & omnes in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Vinc. Paleot. inter dicta cons. nu. 17. Fulg. in consi. 62. col. 2. Benedict. de Plumb. in disputat. incip. Statuto Pisano. Alexan. in cons. 60. in 2. dubio, vol. 2. vbi concludit, quòd statutum disponens quòd fiat compromissum inter coniunctos vsq; ad quartum gradum, non extenditur ad legitimatos. Bolog. in 58. Roman. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. vbi ait se pridie consuluisse in ciuitate Lucana contra Bald. in d. l. cùm acutissimi, & quod eius consilium fuit approbatum à quampluribus doctoribus famosissimis ciuitatis Senarum. Iacob. Zoch. in c. per venerabilem, & ibi Card. Alex. in §. quòd autem, char. 27. versicu. quæro 15. qui fil. sint legit. Rosel. in tract. legitimationis in j. lib. sub rubrica. de causa fin. legit. col. j. versic. hic quæro, & in 2. lib. de casu. fin. col. 6. vers. vltimò facit Ro. in l. necessarijs & ibi Alex. de acqui. hæred. Natta in c. quanuis, col. 44. versic. secundò quæro, de pac. in 6. Bero. in con. 173. num. 44. vol. 2. Dec. in cons. 284. col. pen. 393. col. pen. vers. quartò non obstat. 383. col. j. 155. num. 4. in l. j. C. de bono. pos. contra tab. in l.

* liberos. C. de collat. & hanc esse *communem doctorum sententiam firmant patres infrascripti, videlicet Cur. Sen. in cons. 35, col. 6. in princ. in cons. 74. in 3. dubitatione. col. 2. & 3. subdens se ita aliàs consuluisse, & quòd consil. suo se subscripserunt solennes doctores dom. Bar. Soc. Vin. Paleotus, secundum quod iudicatum fuit in ciuitate Mediolani per præstantissimum docto. D. Ioannem de Besutijs. quia absurdũ hoc esset cùm concurrerent duo specialia, contra l. j. C. de dot. promis. videlicet primum, quòd legitimatus admitteretur vt legitimus & naturalis, secundum quod excluderet filiam legitimam & naturalem, quod esset absurdissimum. Dec. in cons. 52. col. 2. vers. ex quibus omnibus. 275. col. pen. in fin. versic. tertiò non obstat. in cons. 316. col. pen. in princ. Ceph. in cons. 278. nu. 1. & magis communem Dec. in consi. 392. num. 3. Iaf. in d. l. si is qui pro emptore, col. 63. Rui. in consil. 84. col. 3. vol. 3. Gozad. in cons. 6. num. 9. & 75. Tiraquel. in rep. l. si vnquam, in vers. susceperit. C. de reuo. dona. nu. 98. Paul. de Castro in d. l. fin. C. de his qui ven. æta. impetr. vbi dicit huiusmodi statuta locum non habere in legitimato secundùm communem vsum loquendi.

Sed prædictis non obstantibus altera pars est de iure verior, quòd imò statutum prædictum locum etiam habet in legitimatis per rescriptum, vt primò voluit Bald. sibi contrarius in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. vbi inquit, quòd stante tali statuto, quòd extantibus filijs masculis fœminæ non succedant, quòd etiam legitimati excludunt filias legitimas & naturales: quia legitimatus se extendit ad statutum,

11 † cùm in legitimatione fit verus status legitimorũ, licèt non fit verum principium, & in l. eam quam. col. 7. in prin. vers. Item fuit quæsitum. eo tit. vbi ait, quæsitum fuisse ab eo, an statutum dictans, quòd fœmina non succedat extantibus masculis, porrigatur ad legitimatos? & dicit quòd sic: quia legitimatio se extendit ad statutum, cùm recipiat interpretationem passiuã. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. Paul. de Castro in l. sed si hac. §. patronum, il. 2. ff. de in ius vocan. vbi concludit, quòd extante statuto, quòd fœmina non succedat extante filio masculo legitimo & naturali, nisi in eo quod sibi relinquitur à patre, & plus petere non possit, quòd si extat legit imatus quo ad quædam tantùm, puta quòd possit succedere ex testamento, non ab intestato, non habet locum statutum in legitimato: quia non dicitur extare masculus legitimus & naturalis: quia ista non fuit vera legitimatio, quę non potuit fieri pro parte, sed dispensatio: secus si fuisset legitimatus simpliciter quò ad omnia, quia contineretur appellatione legitimorum. allegat Bald. vbi suprà. idem repetit in l. si ita quis. §. fin. in fin. de lega. 2. in rubr. C. de iur. aur. annu. in cons. 227. colum. 2. secundum antiquam impressionem in consil. 223. colum. penul. in fin. & in consi. 226. Iaf. in l. cùm acutissimi, col. 2. ver. breuiter. vbi dicit bis ita consuluisse, & iudicatum fuisse. Et

12 ratio est, † quia legitimatus dicitur verè legitimus, & non per fictionem, in l. generaliter. §. cùm autem, col. fin. C. de institu. & substit. in l. cum filio familiâs. col. fin. de leg. 2. in l. j. col. fin. C. de bono. pos. contra tab. in d. §. patronum, in cons. 2. num. 33. vol. j. & consi. 60. num. 9. vol. 2. Crot. in cons. 60. num. 4. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. nume. 168. cum seq. de lib. & posth. & in d. l. si is qui pro emptore. num. 92. dum se remittit ad dicta per eum in d. §. & quid si tantùm, ne videat eandem cantilenam semper decantare, quod turpe est secundùm Cicer. eisdem semper insistere

vestigijs. Lauden. in quæst. incip. Augerius, colum. 19. Fab. Acoramb in l. qui se patris, nu. 149. C. vnde lib. Io. Cirier. in tract. suo primog in 13. q. colum. 4. vers. item legitima. Soc. Iun. in cons. 142. col. pen. volum. j. Rui. in cons. 82. num. 3. vol. 3. & 86. nu. 3. vol. eod. Aret. & Corn. in l. liberos. C. de collatio. Aret. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posthum. Paris. in consil. 5. num. 13. volum. 2. Barba. in consil. 68. colum. 54. versic. capio. volum. 2. Butr. in c. per venerabilem, colum. 17. qui filij sint legit. vbi dicit legitimatum per rescriptum comprehendi in statutis facientibus mentionem de filijs legitimis quando facta fuit legitimatio restituta, vt quia dictum sit, quòd restituit primęuæ naturæ, adeò quod nihil differat à verè legitimis, sed sit verè legitimus, ac si natus esset de vero matrimonio & legitimo. Soc. in d. §. patronum, in cons. 68. num. 21. vol. 3. 65. nu. 9. vol. eod. & in l. cùm auus, col. 24. versic. infertur, de cond. & demon. Bru. in tract. exclus. fœm. in 12. artic. in versic. quartò quæro, colum fin. Bero. in cons. 13. num. 5. vol. 2. vbi inquit hanc esse veritatem, cùm verè & propriè legitimatus dicatur filius legitimus & naturalis, vt per Bart. & alios communiter in d. l. si is qui pro emptore. rursus in consil. 172. nume. 34. vol. eod & pro hac parte bene faciunt tradita per Vasqui. in l. si quando. num. 70. C. de in-
13 off. testa. vbi tradit, † quòd statutũ præbens facultatem retrahendi rem vẽditam extra familiam, etiam extenditur ad legitimatos, contra Tiraquel. & Dec. ibi per eum citatos. Didac. in primo tomo. c. 8. §. 10. num. 3. vbi determinat quòd stante lege regia ad ius retractus admittitur legitimatus per rescriptum principis, vt etiam per Moder. in consuet. Paris. tit. j. §. 8. in glo. j. post. Afflict. in tract. protom. versic. item quæro an consanguineus. Accedit quoque quod
14 scribit Ang. in consil. 71. vbi verba laudi in quo quis erat condemnatus soluere cuidam Guelpho & eius filijs legitimis & naturalibus, etiam habeat locum in legitimato. sequitur Dec. in consil. 365. colum. 3. & in
* cons. sequenti col. 2. & hanc esse magis * communem doctorum sententiam firmant Curt. Iun. in consil. 153. colum. 3. Alex. in consil. 307. num. 2. Bero in consil. 14. num. 2. vol. 2. & in consi. 174. num. 10. & seq. volum. eod. vbi inquit ita fuisse iudicatum per Rotam Bononiensem.

Qua conclusione stante, supereſt vt diluantur adducta in contrarium, & deueniendo ad primum argumentum, dicitur quòd imò legitimatus per rescriptum dicitur verè legitimus, & non per fictionem, vt per Bart. in l. si is qui pro emptore. in 3. q. ff.
15 de vsucap. † quia aliquem esse legitimum, vel non, pendet à iure, & in his, quæ sunt iuris, verba quæ alias denotant fictionem & improprietatem, veritatem significant. & cum Barto. transeunt cæteri teste Cur. Iun. in cons. 64. num. 11. 27. col. 4. in prin. & cons. 153. nu. 10. vbi ait hanc esse communem. Curt. Sen. in d. cons. 35. col. 3. in fin. Idem Bart. in l. maritus. §. legis,
16 de adult. vbi † in his quæ sunt iuris, idem est esse talem, vel haberi pro tali. Vnde dicit, † quòd si statutum vellet, quòd filia nupta habeatur ac si esset sui
17 iuris; verè & propriè erit sui iuris Bald. in l. nuper, in fin. C. de nat. lib. Alexan. in cons. 2. col. 4. vol. 1. Dec. in cons. 316. col. fin. 366. col. 2. vers. & ista conclusio, & in cons. 399. nu. 5. & ad hoc adducitur j. tex. in §. sit igitur licentia, in auth. quib mod. nat. effi. legit. coll. 6. ibi, nihil à legitimis differentes. Ponderanda est illa dictio, nihil, quæ est vniuersalis negatiua. l. fi. de lib. & post. & sic denotat quòd nulla sit differentia inter legitimatos & legitimos ac naturales. §. quoniam variæ, ibi, nihil dissimiles à legitimis. quib. mod. nat. effi. sui. & in §. reliqui. ibi, illas successiones quas habent hi, qui ab initio sunt legitimi. & in §. illud ibi, nihil à legitimis differentes. Bald. in d. l. cùm acutissimi, vbi dicit, quòd legitimatione est verus status legitimorum, licèt non sit verum principium. Soc. in
18 cons. 63. num. 24. vol. 3. vbi dicit, † quòd appellatione filiorum venit filius legitimatus. l. tutelas, vbi scriben. de cap. diminu. prout & appellatione filiorum legitimorum & naturalium ex quo legitimati in nihilo differunt à filijs legitimis, & naturalibus. Socin. in cons. 251. col. 10. & seq. vol. 2. Paris. in cons. 1. num. 55. vol. j. vbi subdit, quod æquiparatur filius solenniter legitimatus filijs legitimè natis, ita quòd iura loquentia de filijs, locum sibi vendicant in legitimatis, & nihil à legitimis differunt, maximè quò ad successionem. rursus Paris. in cons. 10. num. 75. volum. eod. Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus. num. 44. ad Treb. facit quod notat Bald. in l. manumissio. ff. de iust. & iur. vbi spurius legitimatus, dicitur legitimus non factus, sed detectus & natus. Nec habet obstare quòd in iurib. ex aduerso adductis sint verba perinde, quasi &c. quia respondetur, quòd isto casu denotant veritatem, quia quòd quis sit legitimus pendet à iure, vt suprà dictum fuit: & ita respondet Curt. Iun. in cons. 27. col. 4. in princ.

Vlterius dicitur quòd etiam dato quòd non esset verè legitimus, sed fictè, adhuc non excluderetur à dicto statuto legitimatus: quoniam notabilis est con-
19 clusio, † quòd quando casus fictus & verus sunt æquiparati per modum regulę, dispositum in casu vero, etiam habet locum in casu ficto. c. cùm dilectus, c. ad audientiam, vbi communiter doct. de cler. non resid. legistæ communiter in l. Gallus. §. & quid si tantum, de lib. & posthu. & in terminis nostris Curt. Iun. in cons. 153. col. 4. in princ.

Nec obstat, quòd non conueniat diffinitio filij, quia respondet Ang. in consil. 71. quòd sufficit adæquatam esse conditionem legitimorum & legitimatorum. l. j. de lega. j. l. j. & 2. & vtrobique per doct. C. comm. de lega. sequitur Curt. Sen. in d. cons. 35. col. 3. Alex. in cons. 2. num. 55. vol. j. Item respondetur, quòd tex. in l. filium, loquitur secundum tempora quibus non erat introducta legitimatio, nisi per matrimonium, licèt aliquando Princeps confirmaret ius liberorum, vt dicit tex. in l. qua in prouincia. §. diuus. de ritu nupt. vnde posteà legislator habens considerationem ad naturalem concupiscentiam, quæ illis naturalium tantummodò filijs inferebatur, prouidit de pluribus modis legitimandi. §. si quis ergo, in d. auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. liceat, quib. mod. nat. effi. legit. nimirum, si legitimatus à iure, appelletur posteà legitimus & naturalis. ita Alex. vbi suprà.

Non obstat quoq; quòd legitimatus non excludit
* substitutum: quia respondetur * communem esse opinionem, quod si quis grauatur si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus quòd legitimatus facit deficere illam conditionem. ita Io. Andr. post Iacob. de Aret. in additio. ad Spec. in tit. de succes. ab intest. §. fin. in fin. Ang. in disput. Quidam nobilis genere. But. in c. per venerabilem, qui filij sint legit. Moder. in l. ex facto. in princ. de vulg. & pupil. Alber. de Rosa. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. Cuma. in cons. 168. col. pen. Ancha. in cons. 226. Barba. in cons. 27. col. 19. versi. capio aliam, vol. j. Rui. in consil. 145. col. pen. in fin. vol. 3. consil. 86. in prin. vol. eod. Paul. de Castro in consil. 223. in col. Gozad. in consil. 25. num. 3. Bero. in consil. 63. num. 9. vol. j. 107. num. 33. vol. 2. Roma. in cons. 178. col. penult. Paris. in consi. 58. num. 43. vol. 4. consil. 63. num. 10. vol. eod. Neuiza. cons. 99. num. 22. Durand. de arte testan. tit. 5. caut. 15. num. 5. & hanc esse receptam doctorum sententiam admittunt Doctores infrascripti. Alex. in l. generaliter. §. cùm autem, col. pen. C. de instit. & substit. in consil. 2. num. 41. vol. j. vbi inquit ab ea in iudicando non esse recedendum, quod est duplicatum in cons. 87. vol. 2. in cons. 121. col. pen. in fin. vol. 2. duplicato in consil. 92. vol. 4. & 35. vol. 3. Ias. in d. §. cùm autem, col. penult. in fin. & in cons. 39. colum. 2. versic. confirmatur, volum. 4. Curt. Sen. in cons. 35. colum. 3. Imol. in l. Lucius, la 2. de hæred. instit. in l. ex facto §. in princip. de vulg. & pupil. in l. ex facto. §. si quis rogatus, post gloss. ibi ad Trebel. Corne. cons. 177. in fin. volum. j. Paul. de Castro. in cons. 221. secundum antiquam impressionem, vbi dicit omnes docto. ita tenere. Socin. in cons. 226. colum. 2. volum. 2. & in cons. 63. num. 21. vol. 3. Curt. Iun. in consil. 83. num. 8. Bru. in consil. 15. num. 10. Paris. in consil. 1. num. 78. vol. 2. cons. 8. nu. 9. & in consil. 51. num. 15. vol. eod. Rui. in consil. 173. nu. 7. vol. j. 78. num. 13. vol. 3. 87. nu. 13. vol. 3. 84. col. 2. in fin. vol. eod. in cons. 112. num. 6. vol. 4. & in l. Gallus. §. & quid si tantùm. nu. 190. de lib. & posthu. Dec. in cons. 258. colum. 3. 284. num. 9. 425. num. 8. 365. num. 6. & in consil. sequenti. num. 4. Crot. in cons. 60. colum 2. &

113.nu.20.Bero.in conſ.180.nu.7.volu.2. Goza.in conſ. 29.nu.19.& 48.nu.15. Riminal. in conſ.28.nu.15. Grat. in conſ.65.nu.5.vol.1.& 29.nu.45.vol.2.& eam vti crebriorem ſequuti ſunt Ripa in l.ex facto. §.ſi quis rogatus.nu.44.ad treb.Ceph.in conſ.117.nu.20.188. nu. 19.276.num.70.& in conſ.286.col.j.

Vltimò nõ obſtat, quod dicitur de communi vſu loquendi, quia illud poſſet procedere, †quando probatus fuiſſet ipſe communis vſus, vt per Alex. in d. conſ.60.col.2.verſ.attamen.vol.2. vbi conſulit Aduocatum quòd conetur illum probare, in conſ.2.nu.54. vol.1.Dec.in conſ.316.col.fi.366. col.pen.verſ. nõ obſtat.Rui.in conſ.63.col.pen.vol.3.qui quidem nõ fuit probatus in caſu noſtro, ergo,&c.

Vlterius dicitur, quòd etiã dato (ſed non permiſſo) quòd probaretur, quòd talis ſit communis vſus loquendi, id non ſufficeret, ſed opus fuiſſet probari, quòd tempore conditi ſtatuti vigeret talis communis vſus loquendi: quia tunc poſſet dici, quòd ſtatuentes ad illum habuerunt conſiderationem, & non ad futura, de quibus non fuit cogitatum, vt declarat Soc.in l.Gallus.§. ſi eius.in fi.ff.de lib.& poſthu. Alex. in l.5.de verb.oblig. vbi ſtatutum recipit interpretationem à communi vſu vigente tempore cõditi ſtatuti.Rui.in d.conſ.63.num.7.vol.3.

Secundò reſpondetur, quòd præmiſſa ſentẽtia locum habere poſſet † vbi verba eſſent prolata in ſermone vulgari, & non literali, ita Bal.in l.lege 12. tabularum.in fin. C. de legit. hæred. Alex.in conſ.2. num. 9.volum.1.conſ.9.num.vol.eo. & in conſ.84.col.pen. vol.3 Dec.in conſ.258.col.4.de ſucceſſ.feud. vbi † verba, quæ proferuntur à peritis, intelliguntur ſecundum propriet atem verborũ, prout iuriſtæ loquuntur.Soc.in conſ.115.col.1.vol.1.Catel. Cot in memor. ſuis in verſic. prolata. ſed in terminis noſtris verba ſunt literaliter prolata, ergo,&c.

Vltimò non obſtãt auctoritates ſuprà citatæ: quia in contrarium eſt maior ſchola doctorum, vt conſtat ex deciſionibus ſuprà allegatis.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONſilij LXXXIIII.

1 *Scriptura priuata trino teſte notata cum hypotheca, præfertur inſtrumento publico poſteriori, & nu.7.*

2 *Scriptura priuata trino teſte notata, tantam vim habet, quantam publicum inſtrumentum.*

3 *Scriptura priuata ſubſcripta à tribus teſtibus, eãdem vim habet quam inſtrumentum, quando eſt ſubſcripta per tres viros maſculos.*

4 *Scriptura priuata trino teſte notata, debet recognoſci à teſtibus, & ſufficiunt duo.*

5 *Scriptura priuata trino teſte notata, debet etiam eſſe ſubſcripta ab vna ex partibus, declara vt in num.11. cum ſeq.*

6 *Inſtrumentum vt valeat, ſufficit quòd notarius ſit rogatus ab ea parte, qua mediante inſtrumentum conficitur.*

7 *Diſpoſitio l.ſcripturas, C.qui pot.in pign.hab.vt habeat locũ, requiritur quòd tres teſtes ſubſcripti in ſcriptura priuata ſint integræ atq; probatæ opinionis.*

8 *Teſtes non inſcripti in inſtrumento, ſi ipſi contradicunt, debẽt eſſe idonei & omni exceptione maiores, cautiq; eſſe debent Aduocati, vt fiant probationes de fidelitate teſtium.*

9 *Statutum Bononiæ diſponens, quòd ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium deceſſerit, interueniet probatio trium teſtium optimæ opinionis de fama, mors non erit probata, niſi probetur teſtes eſſe optimæ opinionis & famæ.*

10 *Statutum ſi punit abducentem mulierem honeſtæ vitæ, bonæ conditionis & famæ, qualitates iſtæ probandæ ſunt, vt abducens mulierem, pœna ipſius ſtatuti puniatur.*

11 *Diſpoſitio d. l.ſcripturas, vt locum habeat, requiritur, quòd omnes teſtes recognoſcant eorum ſubſcriptiones, adeò quòd ſi vnus ex ipſis mortuus eſt, aliorum recognitio non ſufficit.*

12 *Teſtes recognoſcentes ſubſcriptiones ſuas, debent deponere, quòd fuerunt præſentes ſcripturæ & quòd viderunt eam ſcribi, & quòd illi ſe ſubſcripſerunt, ſecus ſi deponerent, contenta in ſcriptura eſſe vera, & quòd debitor ſe obligauit prout in ea continetur.*

13 *Contractus quando excedit libram auri, requirit tres teſtes.*

CONSILIVM LXXXIIII.

DOm. Hieronymus Saracenus prætendens ſe creditorẽ D. Blaſij de Barleginis, de ſumma ſcutorum mille, produxit in iudicio contra dictũ ſuum debitorem† quandã ſcripturam priuatã cum trino teſte notatã cum hypotheca bonorum pro conſecutione ſummæ. Ex aduerſo comparuit do.Albertus de Clauis, poſterior creditor d.dom. Blaſij per inſtrumentum publicum omnia habens ſolennia à iure requiſita, & de quibus per Dec.in c.1.de fide inſtru. requirens ſe præferri dicto D.Hieronymo. Dubitatio enim oritur, quis ipſorum iuſtius induat arma, & quis præferri debeat an dicta ſcriptura priuata, an publicum inſtrumentum? Primo igitur aſpectu dicendum videretur D. Hieronymum præferendum eſſe, cùm habeat ſcripturam trino teſte notatam, & ſubſcriptam per debitorem,† quoniam talis ſcriptura tantam vim habet quantam publicum inſtrumentum, ita Ange. in l.ſcripturas, per illum text. C. qui pot.in pigno.hab. † maximè, cùm habeat ſubſcriptionem trium virorum maſculorum & non fœminarum, vt requiritur, ſecundum Bald.in ipſa l.ſcripturas, colum.2. Ripa in l.admonendi.num.104. & Purpurat. nu.164.de iureiur.Iaſ.in l.ſi quis id quod.in 10.limita. de iuriſd. om.iud.Dec.in l.fœminæ.de reg.iur.& in c.2.num.6. * de fide inſtru. vbi aſſerit hanc eſſe * communem.Crauet.de antiq. temp.char.43.col.3.verſi. ſed ad intelligentiam, vbi etiam fatetur hanc eſſe receptam doct. ſententiam. Item † & per duos teſtes ex ipſis fuerint recognitæ ipſorum ſubſcriptiones, quæ recognitio neceſſaria eſt, vt per Soc.in conſil.274.col.7. verſ.circa tertium.Neguſ.in tracta. de pigno. char.mihi 101. num.47.& Craue.vbi ſuprà char.45.col.3. & ſufficere videtur, vt legitur & notatur in auth. & ſi contractus.C.de fide inſtru.Nec habet obſtare, †quòd dicta ſcriptura non eſt ſubſcripta à partibus, vt in d.l.ſcripturas, diſponitur, ſed tãtùm ab ipſo debitore: quia reſpondetur, quòd in caſu de quo agitur, ſatis eſt, q; fuerit ſubſcripta ab ipſo debitore, de cuius præiudicio agitur.ita voluit Roma.in l.admonendi.ff.de iureiur.Alex. in conſ.118.col.2.volum.4.Curt.Sen. in d. l.admonendi.num.10. per ea, quæ not.Bart.in rubr. C.de fide inſtru. vbi † ad validitatem inſtrumenti nõ requiritur, quòd notarius ſit rogatus ab vtraq; parte, ſed ſufficit tantùm rogari ab ea parte, qua mediante inſtrumentum conficitur. Idem tenẽt ibi Fulg. Cato, Socin.nume.46. vbi aĩt ſufficere ſi vna pars ſe ſubſcripſerit, aſſerendo eſſe ſuam ſcripturam & ſuum debitum, licèt non adſit ſubſcriptio alterius partis. & Coraſ.num.57. vbi dicit, quòd id, quod pertinet ad d. l. ſcripturas, quæ loqui videtur, cùm ſubſcripta eſt ſcriptura ab vtraq; parte, non eſt ita coarctanda, niſi fortaſſe in contractu vltro citroq; obligatorio vbi per ſcripturam agitur de probando in præiudicium vtriuſque, aliàs ſecus, vt per Imol.in c. 2.de fide inſtru. Purpur. ibi etiam nu.166. Bologn. in additio.ad conſilium 40.Anna.in fi. vbi tradit, quòd licèt tex. in d.l. ſcripturas, videatur requirere, quòd priuata ſcriptura non ſit ſcripta manu vnius ex contrahentibus, ſed amborum, vt patet ibi in verſ. ſeries earũ manu contrahentiũ, quæ verba ſonant in pluralitatẽ, tamen quòd verba ipſa non ſtant pluraliter

ad hoc vt vterq; contrahẽs teneatur scribere, sed resoluuntur in singularitatem. Pone enim quòd vnus ex contrahentibus nesciret scribere, vel non posset, certè propter hoc non debemus dicere, quin alter ex contrahentibus scribere possit, nec istud prohibet d. l. scripturas, si rectè ponderetur. Vltimò in terminis ita iudicatum fuisse in ciuitate Romana refert Curt. Sen. in l. admonendi. num. 122. vbi inquit, hanc quæstionem occurrisse, quam vidit in practica relatione dignam, dum resideret Romæ, locum tenens Illustr. Senatoris do. Sceuę de Curte, Comitis, Doctoris & Militis de agnatione sua, & Cacialup. ibi. nu. 63.

Sed prædictis non obstantibus, contraria sententia in casu nostro est de iure verior, quòd dictum instrumentum prævalet huiusmodi scripturę priuatę.

7 Quoniã clarissima est iuris dispositio, † quæ ad hoc vt habeat locum d. l. scripturas, requiritur quòd tres testes subscripti in dicta scriptura priuata, sint integræ atque probatæ opinionis, vt ibi in tex. & per Soc. in cita. cons. 274. num. 10. & Negus. vbi suprà in versi. tertiò requiritur. & in tantum, quòd ista qualitas debet articulari & probari, vt satis constat ex his, quæ scribit Bart. in l. 2. §. si quis neget. col. fi. ff. quemad. testa. aper. vbi dicit, quòd

8 † quando testes non inscripti in instrumento ipsi contradicunt, quia in dubio præsumitur pro instrumento, requiritur, quòd probatio fiat per testes multùm idoneos ex omni exceptione maiores: & quòd cauti esse debent aduocati, quòd fiant probationes de fidelitate testium. Et pro

9 hoc infert ibi Ang. quòd † statutum Bononiæ disponens, quòd ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium esse dicatur decessisse, interueniat probatio per tres testes optimæ opinionis de fama, quòd non erit probata mors, nisi probetur illos deponentes esse optimæ opinionis & famæ. sequitur Alex. in cons. 82. col. 2. vol. j. Iterum Ang. in l. vel necare, eo. tit. Mars. in cons. 96. colum. 2. Cæpol. in cons. 57.

10 versic. postremò. vbi dicit, † quòd si statutum punit abducentem mulierem honestæ vitæ, bonæ conditionis & famæ, quòd istæ qualitates erunt probandę ad hoc, vt abducẽs mulierem puniatur pœna statuti. Dec. in con. 37. col. 4. 575. col. 2. & in c. j. nu. 14. de appella. & in c. post cessionem. col. 3. de proba. Cur. Sen. in cons. 55. col. 4. Barba. in cons. 47. col. 12. vol. j. Ias. in consil. 13. col. fi. vol. 3. Paris. in cons. 24. num. 17. volu. 3.

* Mars. in sing. 187. col. 2. & hanc esse * crebriorem doct. sententiam inquit Alciat. in tract. de præsumpt. in 3. reg. præsump. 2. num. 9. versic. non recedo, & in terminis, de quibus nunc tractatur, ita dixerunt Socin. in iam sæpius allegato cons. 274. nu. 10. & Negus. vbi suprà. Ripa in d. l. admonendi. num. 104. & Purpurat. ibi num. 165. Craue. in tracta. de antiq. temp. char. 44. col. 4. sed in casu præsenti nedum probata fuit talis qualitas probatæ & integræ opinionis ipsorum testiũ, imo nec deducta ad articulata, ergo illi scripturæ priuatæ non standum in præiudicium vltimi creditoris habentis publicum instrumentum cum hypotheca, ergo, &c.

Secundò dicitur, quòd dictæ scripturę nõ est stan-

11 dum: † quia vt etiam locũ habeat disposition d. l. scripturas, requiritur, quòd omnes testes recognoscant eorum subscriptiones, adeò quòd si vnus mortuus est, aliorum recognitio nõ sufficit, dato etiam, quòd alij duo asserant se recognoscere subscriptionem tertij defuncti, qui fuit præsens tali scripturæ, & illi se subscripsit. Spec. in titu. de instru. edit. §. nunc dicendum restat, post principium, & col. 4. vers. regulariter. vbi dixit huiusmodi scripturam habentem subscriptionem trium testium, mortuis ipsis, non probare. sequitur Castren. in cons. 406. col. 2. vol. j. Calca. cons. 29. col. fi. ita Aret. in cons. 64. col. 3. vers. sed dico, per text. in §. si quis igitur. vers. nã & si de instru. caut. & fide. Soc. in d. cons. 274. col. 7. vers. tertiò principaliter. & in 10. col. vers. nec dicat aliquis. & Craue. vbi suprà per tex. in c. 2. de fid. instru.

Tertiò, posito etiã quòd sufficerent duo ex tribus, quod tamen non admittitur, dicitur quòd etiã eorũ recognitiones non sufficiunt: † quia opus fuisset, q̃

12 ipsi deposuissent, quòd fuerunt præsentes quando debitor scripsit, & quòd viderũt eam scribi, & quòd illi se subscripserunt, non autem quòd in eorum recognitione dicant contenta in ipsa scriptura esse vera, & quòd debitor se obligauit prout in ea continetur, vt actum reperitur in terminis nostris. ita Soci. in cons. 274. col. 3. Craue. vbi suprà nu. 59.

Non obstant allegata in contrarium, quia ad primum, & si videatur satis superq; responsum ex præmissis conclusionibus, tamen specialiter respondendo dico, quòd illud posset habere locum, vbi probatum fuisset testes esse integræ & probatæ opinionis, vt disponitur in d. l. scripturas, & dictum fuit in j. concluſ. Item & quando testes recognouissent suas subscriptiones eo modo, quo superius scriptum reperitur in 2. concluſ. per notata per Socin. & alios ibi relatos. Necnon & si omnes tres testes deposuissent de eorum subscriptione, quod factum non fuit in casu nostro ex morte Ioan. Galesij vnius ex testib. subscriptis. ex quibus resultat dictæ scripturæ fidem adhibendam non esse. Nec est verum, quòd in casu præsenti sufficeret recognitio duorum ex ipsis testibus,

13 quatenus alia cessarent: quia ignoti iuris non est, † quòd quando contractus excedit libram auri, vt in casu præsenti, non sufficiunt duo, sed tres requiruntur, vt not. in auth. & si contractus. C. de fide instru. Alex. in cons. 181. col. penul. in fi. vers. secundò respondeo. volum. 2.

Ad secundum, quòd satis sit subscriptio vnius ex partibus, respondetur, quòd contrarium tenuerunt Bar. in d. auth. & si contractus. col. pen. vers. circa primum. in d. l. scripturas. in vers. secundò nota. Fel. in c. . col. 2. versic. sexta declaratio. de fide instru. vbi ait, quòd d. l. scripturas, pro forma requirit subscriptionem partium. Ana. in consi. 40. col. 6. Butr. in d. c. 2. Aret. in cons 64. col. 5. Sal. in l. admonendi. & hanc esse

** communem inquit Soc. in d. cons. 274. nu. 8. quem sequitur Negus. in d. suo tracta. de pigno. vbi suprà, vers. secundò ad hoc.

Secundò respondetur, quòd præmissa sententia posset habere locum inter creditorẽ & debitorem, non autem contra tertium, vt in terminis nostris. ita declarat Ripa in d. l. admonendi. nu. 104. & Craue. in d. tracta. de antiq. temp. char. 48. col. j. in princ. Et ratio est, quia per pluralitatem subscriptionum cessat suspicio fraudis, quam rationem etiam considerat Aret. in cons. 64. col. 5.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXXV.

1 *Legatum dotis factæ filiæ spuriæ, valet.*

2 *Pater filio spurio potest relinquere quantitatem sufficientem pro alimentis.*

3 *Causa dotis non minus est fauorabilis, quàm causa alimentorum.*

4 *Frater sicut tenetur sororem inopem alere, ita & dotare.*

5 *Vasalli nedum pro filia legitima, sed etiã pro filia spuria domini maritanda tenentur.*

6 *Dos filiæ spuriæ non debet excedere legitimum modum alimentorum.*

7 *Dispositio c. cùm haberet, de eo qui dux. in matr. quã pol. per adult. secundum magis communem habet locum nedum in foro canonico, sed etiam in ciuili.*

8 *Pœna debet suos auctores tenere.*

9 *Dos excessiua facta filiæ spuriæ & vltra modum congruum alimentorum, repetitur per hæredes dotãtis.*

10 *Dos dicitur legitima secundum conditionem mulieris & facultatem patrimonij.*

11 *Filij possunt reuocare dotem immensam datam filiæ legitimæ per patrem eo mortuo, in eo quod excedit, & etiam constante matrimonio.*

12 *Presbyter si maritauerit filiam suam spuriam, & dotem sibi constituerit, quæ ad maritum peruenerit, consanguinei non possunt aliquid reuocare à marito,*

rito, constante matrimonio, cùm illam habeat titulo oneroso, secus eo mortuo.

13 *Dos est titulus onerosus respectu mariti.*

CONSILIVM LXXXV.

PRæsens consultatio duo continet capita, quorum primũ est, An legatum dotis factum per do. Iulium de Frottis, Ioaninæ eius filiæ spuriæ valeat: Secũdum verò est, an posito quòd valeat si excedit modum congruum alimentorum, possit auocari à filijs legitimis & naturalibus hæredibus patris, nedum soluto matrimonio per mortem viri, sed etiam eo constante. Quò ad
1 primum, dicendum videtur † legatum ipsum valere, & de iure fieri potuisse de æquitate canonica, vt in c. cùm haberet, in fin. de eo qui dux. in matr. quã pol. per adult. vbi deciditur, quòd filijs spurijs debent secundum facultates necessaria subministrari, & per quem tex. concludit Bart. in auth. ex complexu. C. de
2 incest. nup. se cõsoluisse, † quòd pater potest filio spurio relinquere quantitatem sufficientẽ pro alimentis: & pari modo filiæ suæ spuriæ pro dote: quia sine alimentis & dote viuere nec nubere potest, & ista videntur necessaria, quæ spurijs debent subministrari, d. c. cùm haberet. Rursus Bart. in l. fi. col. 1. ff. de his quib. vt indign. subdens de facto ita dixisse. Ang. in §. legari. col. j. Instit. de lega. §. nouissimè. col. 2. versic. quòd autem ad successionem, ad Orficia. Bal. in con. 258. in fin. volu. j. Abb. in cons. 50. col. 2. & in consil. 115. col. 2. versi. nam vt prædixi. volu. 2. vbi ait, quòd sicut ratione alimẽtorum pater potest aliquid relinquere
3 filijs incestuosis, ita & filias dotare: † quia causa dotis non minus est fauorabilis, quàm causa alimentorũ, per ea quæ notat in simili Cy. in l. non ex omni. C. de
4 admin. tuto. vbi † sicut frater tenetur sororem inopem alere, l. cùm in plures. ff. eo. tit. ita & dotare. Dec. in cons. 611. col. j. Port. in cons. 188. nu. 9. Bero. in consi. 165. nu. 23. vol. 2. Cacialup. in auth. si qua illustris. nu.
* 91. C. ad Orficia. vbi asserit doct. ita * communiter tenere, & quod ita vidit responsum per magnos Iuristas, & inter eos per dom. Marianum Senensem, & D. Franciscum de Accolitis de Aretio. Franc. de Alber. de Aret. in d. auth. ex complexu. vbi tradit, quòd scripta ibi per Bart. sunt noua, pulchra, & notanda, quia quotidiana. Bal. in l. neque mater. C. de iure dot. & in consil. 456. lib. 5. vbi scribit, ius ciuile tantùm amasse castitatem, quòd destruxit pietatem: sed ius canonicum piè agens voluit patrem debere alere & dotare spuriam. Cæpol. in caut. 38. Nicol. de Vbal. in tract. de
5 succes. ab intesta. col. 18. Aret. & Soc. in l. j. ff. solu. matr. Matthesyl. in notab. 146. Campeg. in tract. dot. parte j. quæst. 17. Alba. in consil. 44. Galiaul. in rub. de verb. oblig. nu. 23. Boër. in decis. 127. col. 2. Gabriel Paleot. nũc Cardinalis meritissimus in tract. de noth. & spurijs, c. 48. Baptista de S. Blasio in tract. de priuil. dota. centur. 2. priuilegio 242. Benedic. de Barzijs in trac. de filijs non legit. nat. nu. 34. Ang. à Gambellio. in tracta. de testa. in gl. 69. nu. 2. Rolan. in tract. vltima. volunt. in rubric. de spurijs. Petr. Duen. in reg. 366. Euerar. in cent. sua 139. Cur. Iun. in cons. 37. colum. fi. & hanc esse communem opinionem tradit Didac. in thomo j. in 2. part. c. 8. & crebriorem Paris. in cons. 64. col. 2. vol. 3. Et adeò hoc verum est, quod inquit Mar. de Laud. in ca. j. an apud Iud. vel do. quæst. feud. debe. termi. se
6 cõsoluisse, † quòd vasalli nedũ pro filia legitima, sed etiam pro filia spuria domini maritanda tenentur: quoniam quemadmodum pater tenetur præstare alimẽta filiæ spuriæ de iure pontificali, d. c. cùm haberet. ita etiam eam dotare. sequitur Præpos. in c. j. §. similiter. col. fin. de cap. Conrad. Chassanę. in consuet. Burgundiæ rubr. 8. §. 5. nu. 38. Zas. in tract. feud. char. 43. Boër. in decis. 127. & Didac. vbi suprà num. 11. in fi. Quam conclusionem sanè intelligendam esse arbi-
7 tror, † quando dos non excedit legitimum modum alimentorũ & sic nõ sit excessiua, per ea quę not. Bar. in l. fi. colum. 2. ff. de his quib. vt indign. & per ea quæ infrà dicentur in sequenti capite. Nec habet obsta-
7 re, † suprà dictam conclusionem tantùm posse procedere secundum dispositionem iuris canonici, de qua in d. c. cum haberet, quæ seruanda non venit in foro Cæsareo. Ale. in l. j. col. 9. solut. matr. in l. cogi. §. hi qui solidum. ad Trebel. & in cons. 74. col. 2. vol. 3. Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. il j. col. 3. ad Treb. & in l. Lucius. §. j. de hæred. instit. Ias. in authen. res quę. col. pen. C. com. de lega. Vasqui. in 2. lib. §. 20. par. 2. num. 313. quia respondetur, contrariam sententiam fore
* veriorem, & * frequentiori calamo receptam, vt satis constat ex his, quæ dixi in cons. 74. nu. 47. vol. j. quibus addo Benedic. de Barzijs vbi suprà. Io. Durand. in tract. de arte testan. in princ. caut. 14. nu. 13. Ang. in §. si aduersus. Instit. de nu. Guliel. Benedic. in c. Raynutius. in verb. Et vxorem. nume. 123. de testa. Petr. Duen. in reg. vtr. iur. reg. 366. nu. 4. & in reg. 367. versic. amplia primò, vbi asserit hanc esse communem, cui sententiæ omnino adhærere debemus, cùm sit fundata in naturali pietate. Nã esset summa crudelitas, si puellæ non possent maritari: quia cogerentur ad verecundiam progenitorũ meretricari, quod prope insaniam est, teste Bal. in cons. 456. col. 2. volu. 2. Item summa esset inhumanitas, si propter peccatum parentũ alimenta deberent negari innocenti, qui nun quam deliquit, nec in culpa genituræ suæ fuit. contra æquitatem etiam iuris ciuilis, vt in tit. ne fil pro
8 patr. † Debet enim pœna suos dũtaxat tenere auctores, l. sancimus. C de pœn. ita Guliel. Benedic. vbi suprà. Ex his igitur firma remanet conclusio, quòd legatum factu filiæ spuriæ tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, valet & tenet, vt etiã attestantur communiter doct. in d. c. cùm haberet.

Deuenio ad secundum caput, in quo videtur di-
9 cendum, † quòd per hæredes d. dom. dotantis potest repeti id in quo dos reperitur excessiua, & vltra modum congruum alimentorum, vt sentit Bart. in l. fi. col. 2. ff. de his quib. vt indig. vbi ait, se de facto dixisse, quòd spuriæ filiæ quis potest dotem & alimenta legare, nisi excedat magnam quantitatem, aliàs præsumitur fraus, & deuoluitur ad personas, de quibus in l. j. C. de nat lib. Io. Durand. in tract. de arte testan. de his qui non hab. factio. testa. caut. 14. num. 14. vbi dicit, dotem dandam filiæ spuriæ moderatam esse debere, l. filiæ, de lega. 3. l. quæro. de iure dot. & quod est vltra honestum modum, censeri in fraudem relictum Bald. in l. eam quam. col. 9. vers. pone dicit decretum. C. de fideicom. vbi tale legatum restringitur ad commodum alimentorum taxandum per Iudicem, & quòd in reliquo legatum non tenet. Ang. in §. nouissimè. col. 2. ad Orficia. Abb. in consil. 115. col. j. vol. 2. vbi dicit, quòd dans dotem non debet excedere modum alimentorum, seu quãtitatem dotis pro-
10 ut conueniebat filiæ spuriæ. † Dos enim dicitur legitima, secundum conditionem mulieris, & facultatem patrimonij. in l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Soci. in consil. 2. & in fi. volu. 4. Curt. Iun. in consil. 37. col. fi. vbi concludit, quòd quatenus dos est excessiua, potest repeti per filiũ. Petr. Duen in reg. 366. versi. amplia. 3. in fin. Cacialup. in auth. si qua illustris. nu. 92. C. ad Orficia. Capic. decis. 181. Bero. in cons. 165. nu. 23. volum. 3. Et magis accedendo ad individua, ita voluit Nicol. de Vbal. in tracta. succes. ab intestato, char. 7. colum. fin. quia si à principio non valuit constitutio tanquam facta in fraudem, vt per Bart. in d. l. fin. & Bald. in d. l. eam quam. sequitur quòd non potuit ex post facto conualescere, reg. non firmatur de reg. iur. in 6. imputandum est enim marito, si cum tali contraxit: quia debebat cautius negotiari. argum. c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. cum qua sententia transit Ripa in l. j. num. 68. ff. solut. matr. Didac. in j. tomo fol. 305. in princip. Lup. in cap. per vestras. in §. 24. num. 3. versic. sed quamuis, de dona. inter vir. &
11 vxor. vbi dicit, † quòd dotem immensam datam filiæ legitimæ à patre, eo mortuo, possunt filij reuocare, & in eo quod excedit etiam constante matrimonio, vt voluit Castren. in l. vnica. C. de inof. dot. Lup. in cap. per vestras. §. 22. vbi dicit ita in prætorio Pinciano iudicatum fuisse, id fortius erit in filia illegitima, & in §. 22. columna 3. Guliel. Benedic. in repet. ca. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 126. de testa. Ciphuen. in l. 9. taur. num. 10. vbi dicit, quòd hodie de iure regio taxatum est vsque

ad

ad quintam partẽ bonorum patris, quam potest relinquere filijs spurijs pater vel mater, in vita vel in morte, de qua filij possunt ad libitum disponere, etiam quantum ad proprietatem. sequitur Petr. Duen. in loco suprà citato.

Contrariam verò partem tenuit Bart. in l. fin. ff de
12 his quæ in fraud. cred. vbi dicit, † quòd si presbyter maritauerit filiam suam spuriam, & dotem sibi constituat, quę ad maritum peruenit, consanguinei non possunt reuocare aliquid à marito constante matrimonio: quia illam habet ex titulo oneroso, sed quòd eo mortuo, & sic postquam ad mulierẽ reuersa fuerit, bene potuerũt illam reuocare, cùm illam habeat ex titulo lucratiuo, Bal. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. vbi dicit, quòd sacerdos de suo proprio patrimonio potest dotare filiam suã spuriam, adeò quòd non poterit auferri à marito per fiscum. quia
13 bona ipsius non sunt ipso iure confiscata: † & dos est titulus onerosus respectu mariti. Ang. in d. §. si à socero. Capici. in decis. 18. col. 2. Bal. Nouel. in tract. dot. in 7. part. priuilegio 16. Campeg. in tracta. dot. in 3. part. * quæst. 48. Rui. in cons. 124. col. 2. vol. j. & hãc esse *communem opinionem dixerunt, Bertand. in consil. 54. vol. 2. & Io. Lup. in d. c. per vestras. nu. 24. licèt teneat contrarium, & aliàs ita dixi vt in cons. meo 74. num. 48. & sequenti vol. j.

In isto igitur conflictu, fœdere distinctionis puto opiniones ipsas inuicem posse legitimè cõciliari, videlicet quòd prima sentẽtia possit habere locũ quotiescunq; dos immensa fuerit legata vel donata filiæ spuriæ: quia tunc verum est. quòd cùm dotem ipsam habeat titulo lucratiuo, & sic donatiuo, quòd excessum reuocari possit ab hæredibus tanquam fraudulenter relictum, vt per Bart. in d. l. fin. de his quib vt indign. & alios suprà citatos. Item & soluto matrimonio per mortem viri ex eadẽ ratione, vt per Bart. in d. §. si à socero, & cæteros nominatos suprà in secunda opinione: secus quando data fuisset dos immensa per mulierem marito, qui ignorauit vxorem illegitimam, arg. l qui contra. C. de incest. nup. Nico. de Vbal. in tracta. de succes. ab intesta colum. 18. Ripa in l. j. num. 68. ff. solut. matr. Io Lup. in ca. per vestras. §. 24. num. 3. versi. sed quamuis, de donat. inter vir. & vxo. Item & quando per patrem spuriæ marito acceptanti dotem tradit, bonaq; ea maritus non à filia, sed à patris manibus cõsequitur: quia nihil prohibet ab initio, quin pater in collocanda filia possit erogare quamcunq; patrimonij partẽ, quæ constante matrimonio integra conseruabitur, nec in vlla parte diminuetur: quia cùm maritus eam titulo oneroso habeat, vt per Bart. in d. §. si à socero, & alios de quibus suprà, ipse dominus verè dotis efficitur, l. dote. C. de rei vendic. vnde nulla fraus subest, quia nihil in spuriam transfertur, sed in maritum, qui fructus lucratur, dominium & possessionem nanciscitur, & ad filiam spuriam nihil præter alimenta pertinet: ita Gabriel Paleot. in d. tract. de nothis, spurijsq; filijs, c. 5. Et eò magis hoc dicendum venit, vbi maritus tantam dotem mereatur, vel si sine tanta dote spuria non poterat maritũ inuenire, vt in terminis nostris. Nã eo casu non possunt hæredes auocare à se dotẽ quandiu viuet maritus, cuius contemplatione dos talis constituta fuit, vt declarat Guliel. Benedic. in repetitione d. c. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 126. Quibus stantibus concludendum venit, vt etiam aliàs dixi, licèt non ita diffusè in dict. cons. 74. num. 48. & seq. quòd viuente marito, nullo modo id, quod excedit veram mensuram dotis, possit ab hæredibus reuocari.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONSILIJ LXXXVI.

1 *Conductori fieri debet restaurum secundum communem, quando circa perceptionem fructuum deductis sumptibus reperitur deceptus vltra dimidiam iusti pretij.*

2 *Conductor remissionem consequi debet, quando fructus recollecti ita sunt modici, quòd soluendo pensionem remanet deceptus vltra dimidiam iusti pretij, vel quando nõ colligit dimidium eius, quod erat consuetum percipi.*

3 *Restaurum vt fiat, requiritur sterilitas & damnum intolerabile.*

4 *Conductor qui agit ad remissionẽ mercedis, debet probare sterilitatem, aliàs succumbere debet.*

5 *Actor debet probare id, quod est fundamentum intentionis suæ.*

6 *Conductori non fit remissio, quando annis præteritis redditus fuerunt vberes, ex quibus commodum consequutus fuit.*

7 *Prælati ecclesiarum non possunt allegare sterilitatem temporis & incursum hostium, si præcedentibus annis habuerunt redditus vberes.*

8 *Remissio conductori fieri non debet, quamuis non perceperit dimidiam fructuum, si tamen facti sunt chariores, ita vt per venditionem pensio integra solui possit.*

9 *Conductori remissio non est faciẽda, quando facta denuntiatione sterilitas locatori obtulit se paratum suo periculo recipere fructus & remittere pensionẽ, oblationemq; recusauerit.*

10 *Conductori non est facienda remissio, quando in contractu locationis renuntiatum fuit omni iuris et legum auxilio.*

11 *Remissio conductori fieri non debet, quando sterilitas euenit culpa conductoris.*

CONSILIVM LXXXVI.

IOanni Torrello cõductori pecuniario prædiorum magnifici dom. Augustini de Boidis remissionẽ fieri debere ob sterilitatem fructuũ præsentis anni, primo aspectu demonstrant sequentia: Nam apud doctores communiter receptum est,
1 † quòd conductor tunc consequi debet restaurum, quando circa perceptionem fructuum reperitur deceptus, deductis sumptib. vltra dimidiã iusti pretij soluendi locatori. Butr. Imol. & Abb. in c. propter sterilitatem loc. Iaco. de Arena & Bal. in l. licèt, loc. Paul. de Castro in l. ex conducto. §. si vis. col. 2. ff. eo. Bal. in cons. 429. vol. j. Alex. in cons. 108. col. fi. vol. 2. Cor. in cons. 128. col. 5. versi. tertia est opinio. vol. 2. Gozad. in cons. 74. colum. 2. in princ. Paris. in cons. 38. col. fin. volu. j. Ripa in tract. de peste, in tit.
* de priuil. contract. pest. nu. 25. & hanc esse *communem doct. sententiam firmant Rui. in con. 81. in prin. vol. j. Didac. in lib. practic. quæst. c. 30. Bos. in tract. suo crim. in tit. de remis. merced. conduct. nu. 4. Soc. Iun. in cons. 68. nu. 9. vol. 2. imo magis receptam attestantur Aret. in cons. 52. col. 2. in duob. locis. Bero. in cons. 143. nu. 14. vol. j. & Alex. in cons. 3. col. pen. vers. tamen. vol. j. vbi expressè concludit, huiusmodi conductori fieri debere remissionem.

Item & apud iuris vtriusq; interpretes hoc non pa
2 titur difficultatem, † quòd conductor remissionem cõsequi debet, quãdo fructus recollecti ita sunt modici, quòd soluendo pensionem remanet deceptus vltra dimidiam iusti pretij, vel non colligit dimidiũ eius, quod erat consuetum percipi. Doct. in l. licet. C. loca. Bart. in l. si vno. §. vbicunq; ff. eo. & hanc esse doctorum opinionem falsi sunt Alex. in d. cons. 3. & 108. col. fin. vol. 3. Gozad. in citat. consil. 74. colum. 2. circa princ. & col. 3. Ruin. in cons. 87. num. 2. vol. j. Didac. vbi suprà col. 4. in fin. Paris. in d. con. 38. col. fi. Ceph. in cons. 104. num. 3. vol. j. & crebriorem Io. de Amicis in consil. 142. num. 4. sed in terminis nostris per d. Ioan. conductorẽ videtur allegari † sterilitas, & damnum
3 intolerabile, quod etenim requiritur ad effectum remissionis consequendæ: quia propter damnum exiguum non fit remissio. d. l. si vno, in princip. in l. ex conducto. §. sed & si labes. l. si merces. §. vis maior.

eod.tit. vbi vis maior conductori damnosa esse non debet, si plus quàm tolerabile est, læsi fuerunt fructus, alioquin modicum damnum æquo animo colonus ferre debet, ca. propter sterilitatem locati. Paris.in d.cons.38.num.14.Bero.in cons.130.col.j.volu.j. vbi hæc est sententia omniũ, quod & repetit in cons. 143.num.14.vol.j. cum qua communi etiam transit Natta in cons.449.col.j.

Verùm his non obstantibus contrariam partẽ vti veriorem, & frequentiori calamo receptam amplectendam fore arbitror: Nam ambigui iuris non est,
4 †quòd conductor, qui agit ad remissionẽ mercedis, debet probare sterilitatem concludenter, & intolerabile damnum, aliàs succumbere debet, cùm se fundet in ipsa sterilitate & intolerabili damno: nã quilibet tenetur probare id quod est fundamentũ intentionis suæ, l.ei qui dicit.ff.de probat.l.actor quod asseuerat.C eo.tit. Clarum est enim, quòd ille qui locat, habet intentionem fundatã ex conuentione, & contractu locationis: ideo nimirũ si conductori incumbit onus probandi.Bald.in d.cons.139. Bos. vbi suprà col.2.in fi.Corn.in alleg.con.128.col.pen. vers.& propterea.Natta vbi suprà.Paris.in cons.38.col.2.vol.j.& Bero.in cons.142.nu.3.& 8.vol.j.

6 Secundò dicitur, †quòd etiã dato dicto damno intolerabili, conductori ipsi non est fiẽda remissio, ex quo in themata præsupponitur pro firmo, q̃ annis præteritis redditus fuerunt vberes, ex quibus commodum magnum consequutus fuit: quo casu vbertas præcedens vel etiam subsequens cum sterilitate compensatur, ca. propter sterilitatem, locati ibi, nisi cum vbertate pręcedentis vel subsequentis anni valeat sterilitas compensari, l.si vno. ff.loca. d.l.licèt. vbi glo.Paul.de Castro in cons.53.colum.2.in fin.vers. sed hîc subnectitur dubium, secundum antiquam
7 impressionem.gl.in c.vobis.12.q.2.quæ dicit, † quòd Prælati ecclesiarum non possunt allegare sterilitatem temporis & incursum hostium, si præcedentib. annis habuerunt reditus vberes.Gozad.in consil.83. num.15.Soc.Iun.in cons.68.col.j.vol.2. Roma.in con. 432.versic.secundò principaliter. vbi inquit, quòd si post sterilitatem, & sic post id tempus, quo ex re locata cõductor nihil percepit, vbertas superueniat, ipse tenetur ad integram pensionem soluẽdam eius anni, quo sibi mercedis remissio facta fuit. Bald.in d.l. licèt.col.fin.vers.nono quæro, vbi ait, quòd quando confusis annorum reditibus, conductor non remanet deceptus vltra dimidiam iusti pretij, ei non fit remissio: quia velamine vbertatis, paupertas opitulatur, & ideo subdit in vers.dum quęrit, quid est iste annus, qui supplet vices anni alterius? respondit, quòd præcedens est suppletiuus, sequens est suspensiuus, donec venerit.& tunc cùm venerit, supplebit, & si interim dominus remisit, & posteà annus fertilis superuenit, nõ nocebit domino ista remissio propter æquitatem casus superuenientis, d.l.si vno.& hęc vera in vna & eadem conductione. Bero.in cons.131. nu.14.volum.j. vbi compensari debet vbertas annorum aliorum cum sterilitate quia si annis præteritis vel sequentibus fuerit fertilitas & vbertas, suppleri debet illud, quod minus fuit solutum ex fertilitate & vbertate aliorum annorũ: rursus in consil.40.nu. 3.& num.32.vsque ad 34.inclusiuè.141.nu.5.& 143. nu. 16.volum.eo.

Tertiò, ex alio non debet fieri sibi remissio: quoniam, licèt ipse conductor nõ perceperit tot fructus ascendẽtes ad dimidium eius, quot solitus erat per-
8 cipere, † tamen dicti fructus adeò facti sunt chariores, ita quòd per venditionem ipsorum merces seu pensio integra solui potest, quod sufficere videtur ad euitandam ipsam remissionem. Corn.in cita.consil. 128.col. pen. vol.2. vbi ait, quòd si conductor nõ percipit dimidiam redditus, qui percipi consueuerunt, tamen si fructus percepti sunt tantæ extimationis, quia fortè sunt in charo foro propter generalem sterilitatem, quòd deductis expensis ascendunt ad æstimationem mercedis conuentæ, non suadet ratio, quòd cõductori propter sterilitatem fieri debeat remissio: quia tunc propter tenuem fructuum receptionem, non patitur conductor magnum dãdum seu intolerabile incommodum, prout requirunt iura suprà allegata, & æquitas, in qua prout ait Raphaël in l.si merces. §.vis maior. ff. loca. fundatur dispositio iurium citatorum, quæ cessat penitus in isto casu, ideo cessare debet remissio mercedis. Ceph.in cõsil.104.col.fi.in princ.vol.j.

9 Quartò hoc cõprobatur, † quia quando per conductorem facta fuit denuntiatio sterilitatis magnifico do. Augustino, locatori ipse obtulit se paratum suo periculo recipere fructus, ac remittere pensionẽ & mercedem, quam oblationẽ recusauit: ex quo datur intelligi, quòd nullum damnum sentiebat, sed lucrum peroptabat, à quo omninò excludendus venit, teste Paris.in cons.78.nu.38.vol.j.

10 Accedit quoq; † remissionem ipsam dicto conductori minimè faciendam esse, cùm in contractu locationis ipse renuntiauerit omni iuris & legum auxilio, vt notabiliter dixit Alber.de Rosa. in l.item quæritur. §.exercitu. ff.loca. vbi dicit, Collegium Pergamense ita dẽjudicasse. rursus in l. licèt. C. eo. & in l.j. col. 3. de iure emphy. Cæpol. in cautela 51. Gozad.in cons.59.col.3.in fi.87.col.3.& 88.col.4. Capic. in decis. 87.col.pen.& in decis.seq.col.j.in fin.Iaf.in l.j.col.pen. in fi.C.de iure emph. vbi dicit, quòd quãdo in instrumento emphyteotico renuntiatum fuit exceptioni doli mali, cõditioni sine causa, & omni legum auxilio, quo posset se tueri emphyteota à præstatione canonis vel pensionis, quòd teneretur etiam emphyteota ad pẽsionem, dato, quod bellum superueniret post instrumentũ locationis celebratæ: & istud procedere nedum in emphyteota & libellario, sed etiam in quocunq; simplici colono seu conductore, & in omnib. casibus, in quibus propter sterilitatem fieret remissio, vel ob alium quemcunq; casum, quod dicit singulare & diligentissimè notãdum: quia huiusmodi clausula semper in instrumentis apponi cõsueuit. Catel.Cotta. in memor. incip. Conductor. col.3. vbi inquit, hoc esse memoriæ dignum. Port.in cons. 143.nu.18.Soc.Iun.in cons.180.nu.24.vol.3.

11 Vltimò, † quòd restaurum ipsum non sit faciendum, patet quoniam in dictis prædijs sterilitas euenit ex culpa ipsius conductoris, qui non cultiuauit, nec cultiuare fecit prædia ipsa, cuius rei causa ad ipsum remissionem non tenetur locator, l.si vno. §. cùm quidam.vbi gloss.in verb. remissio. ff.loca.l.si merces. §.conductor.eo.tit.Bero.in consil.142.num. 5.volum.j.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXXVII.

1 *Querela inofficiosi testamenti competit fratri contra turpem personam institutam à fratre.*
2 *Spurius dicitur turpis persona.*
3 *Spurius dicitur infamis infamia facti.*
4 *Producenti testem spurium, non defertur iuramẽtum suppletiuum.*
5 *Spurius potest habere simplex officium tabellionatus: quia non est dignitas, sed onus.*
6 *Instrumenta confecta à spurio tabellione valent.*
7 *Spurius tabellio esse non potest Principis.*
8 *Spurius non potest esse notarius ad banchum iuris.*
9 *Spurius procurator esse non potest in curia Papæ, Imperatoris, vel Regis.*
10 *Curia Principis non debet ab infamibus fœdari.*
11 *Testamentum in quo instituta est turpis persona, infirmatur, nedum quò ad institutionem, sed etiã quò ad legata & fideicommissa.*
12 *Clausula codicillaris apposita in testamento rupto per querelam, non operatur vt ab intestato intelligatur relicta hæreditas hæredi scripto.*
13 *Querela inofficiosi testamenti datur contra testamentum aui, in quo instituit spurium filij sui legitimi et naturalis.*
14 *Concubinam si quis instituat præteritis vel exhæredatis*

datis fratribus & sororibus, querelare poterunt ipsi testamentum fratris.

15 *Querela competit fratri contra testamentum fratris, qui in eo fratre præterito instituit excõmunicatum maiori excommunicatione.*

16 *Decisiones propriè sunt doctorum.*

17 *Spurio potest relinqui ab extraneo, vel aliquid dari inter viuos.*

18 *Parentes licèt non possint instituere spurios, extraneus tamen potest.*

19 *Extraneus dicitur, qui non habet filium in potestate.*

20 *Nepos spurius natus ex filio legitimo, succedit ex testamento cognatis patris, licèt non patri, nec auo.*

21 *Titio quando aliquid relinquitur & eius descendentibus, veniunt descendẽtes ex eo, licèt sint spurij, quando sunt transuersales relinquentibus.*

22 *Spurij non sunt odibiles, quò ad transuersales.*

23 *Frater legitimus potest sibi in hæredem vniuersalem instituere fratrem spurium.*

24 *Spurius potest succedere, præterquam patri, omnibus alijs parentibus, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, si ei relinquatur.*

25 *Spurius licèt non possit capere à patre, potest tamen ab extraneo.*

26 *Naturalis vel spurius, licèt prohibeatur succedere patri, tamen non prohibetur succedere fratri suo pupillo, etiam ex iudicio patris.*

CONSILIVM LXXXVII.

VIso testamento quondam magnifici dom. Petri Pauli Innocentij Louerię, in quo hæredem vniuersalem sibi instituit magnificum dom. Achillem Loueriam filium spurium quondam magnifici do. Ludouici fratris ipsius testatoris: Prima facie dicendum videretur, quòd don Eusebius frater d ctorum dom. Petri Pauli, & Ludouici, & monachus professus in monasterio dominorum monachorum S. Mariæ Prathaley Patauinæ diœcesis vigore cessionis sibi factę per Reuerendum dominum Abbatem, & monachos dicti monasterij potuerit intentare querelam inofficiosi testamenti contra d. dom. Achillem, tanquam turpẽ personam institutum à prædicto quondam dom. Petro Paulo: & quæ querela statim per mortem dicti testatoris delata fuit prædicto monasterio, vt per Rui. in
1 cons. 5. num. 10. vol. 3. vers. 2. per l. fratres. l. fratris. l. si pater tuus. C. de inoff. testa. §. soror. instit. eo. tit. † vbi
2 frater querelare potest testamentum fratris, quando reperitur ab eo turpis persona instituta: † sed d. dom. Achilles est turpis persona, quia spurius. Alex. in l. ex facto. col. 5. ff. de vulg. & pupil. Curt. Sen. in l. admonendi. col. 3. ff. de iureiu. Nicol. de Vbal. in trac. de succes. ab intest. char. 15. in 4. specie filiorũ. Guliel. Benedic. in c. Raynutius. in verb. Raynutius. nu. 28.
3 de testa. † quia infamis infamia facti secundum Azo. in summa de his qui not. infa. quem refert & sequitur Bald. in l. j. C. de iure aur. annu. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & subst. in l. 3. ff. de lib. & post. Cacialup. in l. si qua illustris. nu. 76. C. ad Orficia. Rui. in cons. 35. nu. 14. volu. 4. Mod. in repet. c. per vestras. §. 11. nu. 4. de don. inter vir. & vxor. Dixi in cons. 79. nu.
4 51. volu. 2. Et adeò turpis, † quòd producenti eum in testem, non defertur iuramẽtum suppletiuum, tanquam eius testimoniũ non sit integrum, secundum Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. & prædictos patres in locis suprà citatis. Et ideo videmus, † quòd li-
5 cèt posit habere simplex officiũ tabellionatus, cùm infamis tabellio esse possit: quia non est dignitas, sed onus, iuxta glo. fing. in l. fi. C. qui mil. non pos. lib. 12.
6 † Vnde valebunt instrumenta ab eo confecta, secun-
7 dum Bal. in l. j. q. 6. C. de testa. † tamen non potest esse tabellio ad latus Principis: quia ille dicitur habere dignitatem. l. j. C. de mand. Princip. l. laudabile. C. de aduoc. diuer. iud. ita Ang. in §. fi in princ. inst. de excep. Accedit quod not. Ale. in cons. 80. circa principiũ.
8 vol. 2. † vbi spurius non potest esse notarius ad banchum iuris. sequitur Gul. Benedic. vbi suprà num. 28.
9 Rui. in cons. 35. num. 14. vol. 4. Hinc † etiam videmus, quòd non potest esse procurator in curia Papæ, Imperatoris, vel Regis, vel alicuius domini: Nam ibi nõ
10 potest esse procurator infamis, † quia talis curia ab infamibus non debet fœdari, nec licet eis ingredi, l. sed & milites. §. sed ignominia. ff. de excus. tutor. secundum Bal. in l. j. §. ait prætor. ff. de postulan. sequitur Ang. in d. §. fin. prope finem. Et in tantum vera est
11 huiusmodi conclusio, † quòd infirmatur testamentum, nedum quò ad institutionem, sed etiã quò ad
* legata & fideicõmissa singularia, vt per Doct.* communiter in dicta l. fratres. Paul. & Alex. in l. si patroni. §. fi. ff. ad Trebel. Imol. in l. filio præterito num. 66.
12 ff. de iniust. rupt. & irrit. testamen. † adeò quòd etiam clausula codicillaris apposita in dicto testamento, non operatur quòd ab intestato intelligitur relicta hæreditas hæredi scripto per fideicommissum rupto testamento per querelam. Fulgo. in cons. 71. in 2. dub. per tex. in l. Titia. ff. de inoff. test. Dec. in cons. 561. col. j. Doct communiter in d. l. fratres. Iaso. in cons. 71. in fi. vol. j. Rui. in cons. 5. num. 20. vol. 3. Cagnol. in l. j. nu.
* 13. ff. de inoff. testa. vbi asserit hanc esse* communem. Vasqui. Pincia. in trac. de successio. creatio. §. 10. Cùm ergo dictus dominus Petrus Paulus instituerit dominum Achillem prædictum spurium & infamem, meritò dicẽdum venit, quòd annullatur dictum testamentum per querelam inofficiosi testamenti in-
13 tentatam. Et ideo videmus, † quòd etiam si auus instituit spurium filij sui legitimi & naturalis, quòd datur querela inofficiosi testamenti contra suum testamentum, teste Angel. in §. fin. in auth quib. mod. nat. effi. sui post Odofred. ibi per eũ citatum. Bal. in cons. 408. col. 2. vol. 3. & in cons. 66. vol. j. Et ideo dixit Paul. de Castro in consil. 61. quòd si vxor maritum condemnatum ex causa, quæ reddebat eum infamem, hæredem instituit, fratribus & sororibus præteritis, quòd dictis competit querela contra dictum testamentum, quia turpem personam instituerat. Acce-
14 dit quod notat Ang. in consil. 171. vbi tradit, † quòd si quis instituit hæredem concubinam, præteritis vel exhæredatis fratribus & sororibus, poterunt fratres & sorores querelare testamentum fratris: quia turpem personam instituit. Idem voluit Dec. in consil.
15 530. vbi concludit, † quòd testamentum fratris, qui instituit hæredem illum, qui habet vxorem, & tenet concubinam, proposita querela impugnari potest à sorore, eo prætextu, quòd instituta sit turpis persona, in quo etiam casu consuluit Rui. vt in cons. 5. in 3. vol. Hinc etiam dixit Bald. in c. intelleximus. de iud. quòd si frater instituit excommunicatũ maiori excommunicatione fratre præterito, quòd ipse habebit querelam contra testamẽtum fratris, qui talem excommunicatum & sic turpem personã instituit, sequitur Andr. de Besse. in l. j. num. 68. C. de sacrosan. eccles.

Quibus tamen nõ obstantibus, quæ verè non obstant in terminis nostris, contrariam sententiam veridicam esse arbitror, ac in consulendo & iudicando sequendam. & omittendo regulas, quæ est scholasti-
16 corum, † & deueniendo ad decisiones, quod propriè est doctorum, vt inquit Fel. in cap. Rodulphus. col. 9. de rescrip. dico quòd in fauorem d. dom. Achillis facit gl. fing. in §. fi. in auth. quib. mod. nat. effi. sui, colla.
17 7. in verbo participium, vbi dicit, † quòd ab extraneo potest spurio relinqui vel dari aliquid quolibet titulo inter viuos, cùm hoc lege nõ prohibeatur. Omnia enim licent, quæ expressè prohibita non sunt. l. nec non. §. sed quod propterea. ff. ex quib. cau. maio. quã gl. sequitur ibi Iacob. de Beluis. col. pen. vers. queritur septimò. & per quam dixit Abb. in c. cum haberet. de
18 eo qui dux. in vxo. quã pol. per adult. quòd † licèt parentes non possint instituere spurios, extraneus tamen potest. quia non prohibentur nisi parẽtes. Vnde, cùm in casu de quo agitur, D. Achilles non fuerit institutus à quondam do. Ludouico eius patre, sed
19 à do. Petro Paulo fratre patris ipsius dom. Achillis, † qui est sibi extraneus, cùm ipse non fuerit in eius potestate,

testate, vt in l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. vbi ille qui non habet filiam in potestate, censetur extraneus, resultare videtur conclusio, quòd institutio facta de eo per d.dom. Petrum Paulum sit valida, & quod contra testamentum celebratũ per prædictum dom. Petrum Paulum nullo modo potuerit intentari querela inofficiosi testamenti. Idem tenuit Ang. in d. §. fi. in vers. ex testamẽto. vbi concludit † quod nepos spurius natus ex filio legitimo, succedit ex testamento cognatis patris, licèt non patri, nec auo: quia quo ad eos non est spurius, nec reperitur hoc lege probibitum. Bal. in cons. 373. incipiente præmittendũ est, col. 3. vers. licèt aliquis, volum. 1. vbi ait, † quòd quando aliquid relinquitur Titio & eius descendentibus, quod veniunt descendentes ex eo, licèt sint spurij, quando sunt transuersales relinquentib. & sic sunt spurij alieni, & non sui, per gl. d. §. fi. Nec obstat secundum eum si dicatur, quòd tales spurij sunt odibiles: quia respondetur, † q̃ imò non sunt odibiles quò ad trãsuersales. rursus in cons. 140. in 2. volum. vbi quærit, † an frater legitimus possit sibi hæredem vniuersalem instituere fratrem spurium & natum ex damnato coitu, ita quòd etiã bona paterna capiat per mediã personam legitimi instituentis ipsum spuriũ: & primò arguit q̃ non, quia quod est prohibitum recta via, non debet per obliquum concedi. l. j. in verb. per interpositã personam. C. de nat. lib. l. fi per impressionẽ. C. qd' met. cau. tamẽ posteà determinat in contrariũ: qa quod per me nõ possum, per alium consequar, quando non sum prohibitus per vitiũ meum. l. Aristo. ff. quæ res pign. obl. pos. sed spurius non est prohibitus vitio suo, sed paterno. l. fi. C. de nat. lib. Vnde licèt non possit capere à patre, tamen nihil prohibet ipsum instituì ab extraneo, dicitur enim extraneus frater legitimus, & inquit, vt non teneamus diẽ in sermone, quod quæstio ista determinatur per casum, l. si is q. ff. de vulg. & pupil. & per gl. in d. auth quib. mo. nat. effi. sui. §. fi. in gl. magna in vers. Itẽ à patre, & in vers. sed quid si pater. Et ideo q̃ absq; dubio frater legitimus põt instituere hęredẽ fratrem spurium, & testamentũ ipsius firmiter valet. Guliel. Bened. in repe. c. Raynutius. in vers. Et vxorem nomine Adelasiam, in 5. decis. nu. 130. de test. vbi ait † q̃ spurius potest succedere præterquã patri, omnib. aliis parentibus tã inter viuos, quã in vltima voluntate, si ei expressè relinquatur. Rursus ibi in vers. absq; liberis, il 2. num. 74. vbi per dictã gl. decidit, q̃ licèt spurius patri succedere prohibeatur, non tamen fratri. Cacialup. in l. si qua illustris, nu. 86 in fi. C. ad Orficia. vbi inquit, q̃ etiã spurij possunt instituì à transuersalibus, & possunt eis ex testamento & per fideicõmissum succedere. cum hac sententia etiam pertransit Iacob. Aricombo. in l. qui se patris. nume. 14. C. vnde liberi. vbi refert Bald. ita quoq; consuluisse in con. 5. incip. Casus. vol. j. Moder. in c. per vestras. §. 11. nu. 10. de dona. inter vir. & vxo. Barto. in l. quod conditiones, col. 2. & ibi latiùs Io. de Imol. ff. de dona. cau. mor. vbi licèt spurius nõ possit capere à patre, † potest tamẽ capere ab extraneo per dictã gl. fing. in ipso §. fi. qa non videtur reperiri in iure cautũ q̃ prohibeatur capere ab extraneo, ergo in dubio intelligitur permissum. d. l. necnon. §. sed qd', ex quib. cau. maio. rursus in l. prima. in prin. ff. de iure fisc. Pro quorũ cõfirmatione accedit, quod scribit idem Bar. in j. si is qui ex bonis. ff. de vulg & pupi. vbi in j. notab. sic inqt: Nota ex hac l. mirabili, quòd † licèt naturalis, vel spurius prohibeatur succedere patri, tamen nõ prohibetur fratri suo pupillo succedere, etiã ex iudicio patris, vt not. gl. in d. §. fi. iam sepius allegat. Guliel. Benedi. in d. c. Raynutius, in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam. in 5. decis. nu. 128. de testa. vbi inquit, quòd si spurius filio patris testatoris legitimo pupillariter per patrẽ eundem substituere-tur, aduenientе conditione substitutionis, licèt nihil possit spurius de bonis à patre testatore prouẽtis capere, per tex. gl. & doc. in d. l. si is qui, tamẽ benè poterit capere bona propria ipsius pupilli fratris sui, cui fuerat à patre substitutus quorũ bonorũ est capax tanquã non paternorũ, licèt ex ordinatione patris, scilicet ex substitutione pupillari facta per patrẽ, qa talis substitutio non est testamentũ patris, sed ipsius filij pupilli. l. Papinian. §. sed nec impuberi. ff. de inoffi. test. nec per eam tunc succeditur patri, sed tantùm pupillo, & sic in hæreditate fraterna, cuius spurius est capax. Idẽ Guliel. vbi suprà in verb. absq; liberis. in 2. nu. 74. Fede. de Sen. in cons. 57. Bald. in d. con. 140. col. j. & in l. eam quã, col. pen. vers. item dubitatur. C. de fideic. vbi quærit, vtrũ d. l. si is qui, habeat locum in spurio, & dicit, quòd quidam aiunt, quòd sic: vnde pater filio legitimo impuberi potest substituere spurium, qui succedat in bonis pupilli, & non in paternis. Et ex his infertur conclusio, quòd spurius potest succedere fratri legitimo in ipsius bonis, non ex testamẽto patris, sed ex mero testamento fratris poterit succedere in omnibus bonis ipsius fratris, & ab ipso quæsitis. Alexand. & ibi Aret. in dicta l. si is qui. Gabriel. Paleot. in tracta. de nothis spurijsq; filijs, capitul. 55. nu. 5.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXXVIII.

1 *Veritati omnia cedunt.*
2 *Veritas est mater iustitiæ.*
3 *Ambages sunt reijciendæ.*
4 *Pactum iuratum factum inter creditorem & debitorem, quòd solutio debiti non possit probari nisi per instrumentum, valet.*
5 *Probatio non debet angustari, sed potiùs ampliari.*
6 *Pactum simplex inter creditorem & debitorem, quòd solutio debiti non possit probari nisi per instrumentum, non valet.*
7 *Confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi.*
8 *Confessio partis admittitur post renunciationem probationis.*
9 *Probatio in contrarium licèt non admittatur contra præsumptionẽ iuris & de iure, tamen admittitur probatio per confessionem.*
10 *Terminus si est datus alicui ad probandum, qui sit lapsus, ille excluditur nedum à facultate probãdi, sed etiam vt partem interrogare possit.*
11 *Positiones si quis fecerit post renunciationem & conclusionem in causa, pars illi respondere non tenetur.*
12 *Prohibita etsi sit probatio per statutum, tamen admittitur confessio voluntaria, non autem inuita seu coacta.*
13 *Testes etsi recipi non possint stante pacto iurato, quòd solutio debiti non possit probari per testes, tamen ex officio iudicis poterunt recipi.*
14 *Vsuras iurans non repetere, quamuis iuramentũ seruare debeat, per iudicem tamẽ possunt recipi testes super vsuris ex officio, & demum cogere partem ad restitutionem.*
15 *Testes quamuis post didicita testificata non possint produci, cautela est, secundum communem, vt pars det nomina testium iudici qui poterit illos ex officio examinare.*
16 *Solutio debiti etsi fieri non possit per testes stante pacto de quo supra iurato, tamen probatio poterit fieri per testes, & instrumenta simul.*
17 *Statutum si disponat quòd debitum non possit probari per testes, intelligitur per testes solos, secus cum alijs adminiculis.*
18 *Testes etsi non liceat examinare post didicita testificata, tamen secus est ad concomitantiam instrumenti.*

CONSILIVM LXXXVIII.

VIsis, ac diligenter perſpectis verbis inſtrumenti mutui mille ſcutorum celebrati inter dominum Aſcanium de Badis creditorem, & dom. Franciſcum de Lupis debitorem, & pacto iurato inter ipſas partes confecto, ꝙ debitor non poſsit ꝓbare ſolutionē debiti niſi per publicū & ſolenne inſtrumentū: inhærendo † veritati cui omnia cedunt. c. conſuetudo. c. veritati. 8. diſt. & in c. fraternitatis, de frigid. & malef. † cū mater ſit iuſtitiæ. Bal. in l. libertini. ff. de ſtat. hom. Mars. in pract. crim. in §. 2. q. nu. 18. Bero. in conſ. 100. col. j. vol. 3. † ac reiectis ambagib. & filateriis, quæ omninò à ſapientibus reiici debent, Specul. in titul. de aduoca. §. nunc de exordiis. verſicu. vel ita ſunt nulli. iure meritò dicendum videtur, d. dom. Franciſcum, qui non probauit ſolutionem debiti per inſtrumētum legitimè fuiſſe condemnatum per magnificum delegatum ad ſoluendum dicta ſcuta mille præfato D. Aſcanio.

Quoniam indubitati iuris eſt † tale pactum iuramento firmatum valere & obſeruandum eſſe, vt per Specu. in tit. de proba. §. fi. verſ. ſed qd ſi debitor iurauit ſe nō probaturum. arg. c. ſi verò, & c. ad noſtram, il 2. de iureiur. & ibi Io. And. Lap. Dominic. & Abb. in c. quar de pact. in 6. Alexandr. in conſi. 102. colu. pen. circa. fi. volu. 5. Fulg in conſ. 120. col. 2. & in conſ. 208. vbi dicit hoc pactum iuratum valere, eùm non ſit dolo & vi extortum, & poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, nec quicquā turpe cōtineat. nec habet obſtare ſecundum eum, quòd iſta pactio ſit contra communem vtilitatem teſtificandi, vt in auth. de teſtib. colla. 7. in prin. † qa non debet anguſtari, ꝓbatio l. quoniam. C. de hæred. ſed potius ampliari. l. generaliter, in princ. C. de reb. cred. quia ſecundum eum reſpondetur, quòd hoc pactum iuratum non eſt contra publicam vtilitatem principaliter, licèt ſecundariò. Imol. in cap. 2. vbi etiam Feli. col pen. in fi. & Dec. col. fi. verſ. ſed pro dicto, de probatio. Iaſ. in auth. iubemus, poſt Alex. ibi col. 2. in princip. C. de iud. in l. vbi pactum, col. 5. verſ. tertiò confirmo. C. de tranſact. Marſ. in rubric. de proba. num. 33. Bero. in conſ. 100. num. 19. vol. 3. Cœpol. in caut. 254. Alberic. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Are. in §. idem iuris, colu. 22. in fi. ver. quæro an valeat, de excep. † quāuis ſi dictum pactū fuiſſet ſimplex & ſine iuramēto, non valeret, vt per gloſſ. quam ibi approbat Ange. in §. propterea, in auth. vt ſine prohibit. coll. 7. Imol. in c. ſi diligenti, de foro compet. vbi aſſerit hanc eſſe * cōmunem. Marſ. in rubric. C. de prob. nu. 33. Iaſ. in d. auth. iubemus, col. j. in fi. C. de iud. Dec. in c. 2. in fi. de ꝓba. Iacob. de Beluiſ. in pract. iud. in 2. par. nu. 36. Tiraq. in tract. de retract. char. 291. nu. 17. Nec habet obſtare qd ex aduerſo obiicitur, ꝙ licèt ſtante dicto pacto, probatio ipſius debiti non potuerit fieri per teſtes, tamen quòd non debeat reiici confeſsio ſolutionis ipſius debiti: † quoniā confeſsio non eſt ſpecies probationis, ſed releuatio ab onere probandi. Cyn. & Iacob. de Arena in l. actor. C. de proba. Paul. de Caſt. in rub. eo. tit. Ale. in conſ. 35. col. j. vol j. vbi ex hoc infert poſt Butr. in capit. 2. de off. ord. & Ioan. Andr. in rubric de probat. quòd teſtis non dicitur reddere rationem ſufficientem ſcientiæ veri facti, ſi reddit rationem, quòd interfuit confeſsioni, & ideò ſi quis articulauit ſe mutuaſſe Titio decē, teſtis non probat articulū, ſi dicat ſe interfuiſſe confeſsioni factę per Titium de mutuo ſibi facto: quia articulus cōcernit verum, & naturale mutuum, ſed teſtis deponit de mutuo ciuili, quod contrahitur per confeſsionem, & non deponit de mutuo naturali, iuxt. notata in l. 2. §. fin. vbi Barto. de innouatio. Dec. in rub. de proba. num. 37. vbi † ſi quis renūciauit probationibus, vel ſit concluſum in cauſa, quæ concluſio pro renunciatione habetur, tamen admittitur confeſsio partis. Iaſo. in l. cum te, col. j. C. de tranſact. pro cuius confirmatione facit. Nam nos videmus, † quòd contra præſumptionem iuris de iure non admittitur probatio in contrarium. gl. & doct. in l ſiue poſsidetis. C. de probatio. Bartol. in l. ſi. in princip. ff. quod met. cau. Feli. in cap. quanto, colum. penultim. de præſumpt. Marſ. in conſ. j. numer. 77. & in conſ. 127. numer. 20. Cur. Sen. in l. admonendi. in fi. de iureiu. vbi etiam Cato. Sach. numer. 72. Pariſ. in conſ. 10. numer. 84. volum. 2. Cacialup. in l. omnes populi, nume. 70. de iuſt. & iure. Ruin. in conſ. 128. numer. 9. volum. 2. & in conſ. 34. numer. 7. volumin. 4. Rub. Ale. in l. non ſolum, in §. morte. numer. 252. de oper. no. nun. vbi aſſerit hanc * eſſe * communem, & nihilominus contra talem præſumptionem admittitur probatio per confeſsionē. gl. in §. illud, in auth. de æqual. dot. coll. 7. auth. ſed iam neceſſe. C. de ſecund. nupt. vbi Bar. & alij gl. in l. contractibus, in princ. C. de non num. pecu. Quia reſpondetur, quod ſtante huiuſmodi pacto non admittitur niſi confeſsio ſpontanea & facta ex propria voluntate creditoris non autem inuita, adeò vt cogatur confiteri: ita ſingulariter inquit Specul. in tit. de dilatio §. fi. col. 4. verſ. ité quid ſi vbi. † ſi eſt datus terminus alicui ad probandum, qui ſit lapſus, ſicut ille excluditur à facultate probandi, ita etiā excluditur vt partē interrogare non poſsit, & ſic confeſsio inuita remouetur. & cum Specul. ibi pertrāſit Bal in additio. Et ideò dicit Pau. de Caſtr. in rubric. C. de proba. in fin. † ꝙ ſi quis poſt renunciationem vel concluſionē in cauſa fecerit poſitiones, peteretq; partem arctari ad illis reſpondendum, ꝙ reſpondere non tenetur, ſicut non teneretur admittere probationes, quæ poſteà fierent per l. in contractib. §. illa. C. de non nume. pecu. vbi etiā ipſe Caſtren. col. j. & in l. fi. col. 3. de feriis. Angel. in l. ſed & ſi reſtituatur. §. j. ff. de iudic. Hinc ait Dec. in dicta rubric. de proba. numer. 13. † ꝙ licèt ſi per ſtatutum ſit prohibita probatio, admittatur confeſsio, tamen illud procedit, quādo quis ſponte & propria voluntate confitetur: inuitus verò non poteſt interrogare, vt reſpōdere cogatur. Ale. in conſ. 102. col. 5. in prin. vol. 5. vbi loquitur in ſtatuto prohibentē fieri probationem aliter quàm per inſtrumentum. Sed in caſu de quo agitur, non interuenit ſpontanea & voluntaria confeſsio creditoris, ſed pars debitrix mediantib. poſitionibus, vel interrogationib. inuitè volebat extorquere cōfeſsionem à debitore, ergo legitimè reiecta à iudice. Vnde ex his concluditur, dictum debitorem verſus creditorem legitimè fuiſſe condemnatum.

Cautus enim eſſe debebat aduocatus partis debitricis, ſi clientulum ſuum adiuuare volebat, † quòd operam dediſſet, quòd debitor procuraret teſtes recipi ſuper probatione ſolutionis ex officio iudicis, vt inſtruit Specul. in titul. de probatio. §. videndum reſtat, verſ. ſed quid ſi debitor iurauit vbi dicit ꝙ ſi debitor iurauit ſe ꝓbaturum niſi per inſtrumētum, tale iuramentum venit ſeruandū, c. ſi verò, de iureiuran. tamen conſiliū eſt, ꝙ debitor procuret teſtes recipi ex officio iudicis, & ſic vult, quòd qui non poteſt probare per teſtes, procurare poterit vt officio iudicis examinentur, quam cautelam ſequitur Cœpol. in cautel. 254. incip. Dubitari poteſt. Alexand. in l. autem iubemus. column. 3. in princip. verſicul. & ſubdit. C. de iud. Felin. in capitul. 2. colum. penul. verſic. 3. limitatur. de probatio. Iaſo. in l. vbi pactum. colum. quinta, verſicul tertiò confirmo. C. de tranſact. Dec. in dicto capitul. 2. num. 22. Marſ. in rubric. C. de probatio. numer. 58. Bero in conſ. 100. numer. 19. vol. 3. Pro cuius confirmatione facit in ſimili tex. in c. ad noſtrā, il 2. de iureiur. † vbi qui iurauit vſuras non repetere, iuramentum ſeruare debet, ſed ex querelis & inſtigationibus ipſius iudici factis poterit iudex ex officio teſtes examinare ſuper vſuris, ac facere ꝙ ei reſtituantur, nec propter hoc ille, qui iurauit, periurus reputabitur, nec aliquid contra iuramentum ex malitia & fraude tentaſſe. quē tex. ad propoſitum alleg. Io. Andr. in addit. ad Specu. in loco proximè cita. cum quo etiā tranſit Bero. in d. conſ. 100. nu. 19. in fi. Accedit etiā quod not. Bal. in l. ampliorem, in fin. principij. C. de appellatio. vbi dicit, † ꝙ ſi quis propter didicita teſtificata non poteſt teſtes producere, cautela eſt, vt det nomina teſtiū iudici, deinde diſcedat, nec aliter petat, ꝙ teſtes ad ſui inſtantiā producantur: quia tunc iudex poterit illos recipere & examinare, & illud ſimplex pactum partis eiusq; inſtigatio non impedit quin iudex poſsit teſtes ex officio ſuo recipere, & quandocunq; repetere. Roma. in con.

488. Ang. in cons. 95. col. pen. Alex. in l. 4. in §. hoc autem. de dam. infec. & in con. 238. vol. 6. Fel. in c. fraternitatis. verficul. item limit. de testib. Ias. in d. l. vbi pactum, col. 5. vers. secundò confirmo. Rui. in consil. 30. nu. 2. vol. 4. Cępol. in cautela suprà allegata. Craue. in cons. 134. col 1. & Bero. qui asserit hoc dictum * communiter receptum in d. con. 100. & in hoc est bonum
16 habere iudicem fauorabilem. Item † etiam potuisset probare solutionem debiti non obstante tali pacto per testes & instrumenta simul, vt per Bartol. & communiter alios, in l. certi condictio. §. quoniam. si cert. pet. Bald. in auth. sed nouo iur. C. eo. tit. Ale. in cons. 68. vol. 3. duplic. in cons. 36. volum. 5. & 57. vol. 6. iterum in cons. 58. in fi. vol. 4. & 258. in fi. vol. 6. Dec. in c. 2. nu. 24. de probat. & in cons. 11. col. 3. in prin. Ange. Aret. post gl. in verb. scriptura, de liter. oblig. vbi di-
17 cit, † quòd stante statuto quòd debitum non possit probari per testes, quod intelligitur per testes solos, sed cum alijs adminiculis potest probari per testes. Mars. in rub. C. de prob. nu. 53. & Paris. in cons. 77. nu.
18 22. vol. 3. Hinc etiam videmus, † quòd licèt post dicita testificata non liceat testes examinare, tamen secus est quando requiritur examinatio post publicationem ad concomitantiam instrumenti. Doct. per illum tex. in c. series. de testib. Ale. in cons. 213. volu. 2. Affl. in decis. 33. nu. 4. & 216. col. 2. in fi. vers. Item fuit publicatum. Et miror, quòd hoc non fuerit requisitum, cum per partem debitricem mihi relatum fuerit, quòd poterat probare solutionem debiti per testes, apochas, & alia adminicula.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij LXXXIX.

1 *Spurij de iure ciuili non sunt alendi à patre, secus de iure canonico.*
2 *Dispositio c. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quā pol. per adult. secundum magis communem locum habet in prato Cæsaris.*
3 *Legatum alimentorum factum filio spurio & liberis, comprehendit & nepotes.*
4 *Appellatione filiorum in vltimis voluntatibus veniunt & nepotes, maximè in fauorabilibus.*
5 *Liberorum terminus comprehendit nedum nepotes, sed & pronepotes, ac alios.*
6 *Dispositio l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. quæ lequitur de liberis, extenditur ad nepotes.*
7 *Legatum dicitur esse honor.*
8 *Appellatione liberorum veniunt nedum masculi, sed & fœminæ.*
9 *Stipulatio prose & liberis, includit & filias.*
10 *Alimenta quando alicui relinquuntur in domo testatoris, si commodè potest in ea habitare, non debent extra domum præstari.*
11 *Experientia est omnium rerum mater.*
12 *Testator in sua dispositione censetur magis voluisse prospicere hæredibus minus eos grauando, quā legatarijs.*
13 *Morari si quis non potest cum aliquo ex iusta causa, non perdit legatum, & nu. seq.*
14 *Alimenta quādo à pluribus hæredibus debentur duobus, potest diuidi præstatio per tempora, declara vt infrà.*
15 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
16 *Persona cuiuslibet hæredis non repræsentat in totum personam defuncti, sed pro parte.*
17 *Appellatione cuiuslibet rei, venit in dubio tota res, & non pars.*
18 *Appellatione alimentorum quæ veniant, remissiuè.*

CONSILIVM LXXXIX.

SVPER primo articulo non insistendo vbi non expedit, sed tangendo medullam quæsiti, clarissimè tenendum esse arbitror, † quòd etsi tex. in auth. ex complexu, in fi. C. de incest. nup. velit spurios non esse alendos à patribus, &
1 idem disponatur in §. fi. quib. mod. nat. effi. sui. coll. 7. Vnde sumpta est d. auth. ex complexu Spec. in tit. qui filij sint legit. §. j. vers. quid de natis. Ale. in cons. 74. vol. 3. Et Aret. in cons. 44. col. 2. tamen ꝙ inspecta dispositione Pontificia, de qua in c. cū haberet, de eo qui dux. in matr. quā pol. per adul. per D. Io. Antoniū Rubeum potuit fieri legatū alimentorum Baldessari e-
2 ius filio spurio, cui sententiæ non habet obstare, † ꝙ nōnulli teneāt dispositionem d. c. tanquā exorbitantē, & correctoriam, tantū habere locum de iure canonico, & non esse obseruandā in prato Cæsaris, vt per Imo. in l. ex facto. §. j. fi. quis rogatus, il j. col. 3. ad Treb. & in l. Lucius. §. j. ff. de hæred instit. Alexand. in l. j. col. 9. ff. solut. matri. in l. cogi. §. hi, qui solidū, in l. fratres. & in cons. 74. col. 2. vol. 3. Feli. in c. quæ in ecclesiarum, col. 17 de cōstit. & in ecclesia S. Mariæ, col. 7. eo. ti. Aret. in d. cons. 44. col. 2. vers. sed dubitatio remanet. Lud. Sard. in tract. legit. in 2. par. nu. 24. Vasq. in 2. lib. §. 20. nu. 313. Ias. in auth. res quę, col. pē C. com. de leg. quia respondetur cōtra prædictos patres fore
* nedum * communem sententiam tā Canonistarum quàm Legistarū, sed magis receptam doctorum sententiā, vt latè demonstraui in con. 74. vol. j. pro quorū confirmatione adducūtur auctoritates infrascriptæ: Nam huiusmodi sententiā approbant Corset. & in verb. alimenta. Port. in tract. de vlt. fine, illatione 8. Opizo. in l. filiusfamilias. in. §. diui. nu. 142. de leg. j. Hercula. in l. j. col. 15. ff. sol. matri. Capic. in decis. 164. Ripa. in rub. de verb. obl. in fi. & ibi Galiaul. nu. 22. qa educatio liberorum est de iure ciuili, & ex instinctu naturę procedit: & sicut lex canonica vigorē assumit à iure naturali, ita debet præferri iuri ciuili, etiam in foro Cæsaris, vt velle videtur Abb. in d. c. cum haberet, in vlt. notab. dicens expressè, iuri canonico standū esse de iure ciuili: quia ecclesia hoc inducit ex quadam æquitate naturali, ne spurij alimentis priuati pereāt. Neuiza. in Sylua nuptiali lib. 3. nu. 25. Pic. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Lup. in cap. per vestras. in 3. notab. & in §. 9. nu. 14. Port. in cōs. 146. nu. 7. Card. Paleot. in tract. de nothis spurijsq; filijs. c. 47. Bermond. in tract. de publ. cōcu. char. 34. nu. 72. Calca. in cons. 62. nu. 12. & hanc esse cōmunem doctorū sententiam firmant Dec in c. clerici, col. 1. de iud. in c. in præsentia. nu. 115. de probatio. Petr. Duen. in regu. 366. nu. j. Ripa. in l. fi vnquam. q. 27. C. de reuo. don. & in l. j. nu. 65. sol. matr. Zanet. in c. j. in 61. differentia de accusā. Didac. in j. tomo. char. 304. colu. 4. Gul. Benedic. in c. Raynutius, in verb. & vxorē, nu. 123. ipsamq; sententiā frequentiori calamo receptā attestantur Alcia. in cons. 685. & in lib. 4. pater. c. 6. Rui. in cons. 124. col. fi. in prin. vol. j. Ex his igitur liquet, huiusmodi legatū alimentorū valere & subsistere, & illud esse præstandū vsq; ad modum alimentorum. Bal. Nouel. in trac. dot. in 6. par. priuilegio 16. col. 4. Bal. in l. eam quā. C. de fideicom. Opizo. vbi supra nume. 142. Cassanæ. in cons. 39. nu. 55. Dixi etiam in cita. cons. 74. nu. 40.

3 Circa secundum caput in quo quæritur, † an in legato alimentorum facto Baldessari filio spurio & eius liberis comprehendantur nepotes, concluden-
4 dū videtur, ꝙ fi. c. quoniā † si appellatione filiorum in vltimis voluntatib. veniunt nepotes, cùm in fauorem illorum aliquid statuitur, vt per Bar. in l. liberorū, col. 2. vers. sed mihi videtur, de verb. sign. vbi inquit, quòd appellatione filiorum veniūt nepotes, quādo filij fuerunt honorati, vt quia instituti hæredes. quē sequuntur Rub. Ale. in l. Gallus. §. quidā rectè. nu. 58. ff. de lib. & posth. Paris. in cōs. 75. nu. 65. vol. 2. & in cons. 78. nu. 10. vol. eod. Tiraq. in repet. l. si vnquā, in verb. filios nō habens nu. 12. C. de reuoc. do-
* na. Mandel. Alben. in cons. 87. col. 2. & quam * cōmunē affirmant Dec. cōs. 391. col. j. vers. prędictis tamen. Soc. Iun. in cons. 22. nu. 13. & magis cōmunem Soc. in cons. 17. vol. 4. Multò fortiùs venire debent appella-

5 tione liberorum. † Nam terminus liberorũ comprehendit nedũ nepotes, sed & pronepotes & alios. Dec. in conſ.248.nu.3.223.col.fi.Soc.in conſ.62.nu.4.vol.3. Doct.in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſth.Barb. in l.cùm accutiſſimi.in prin. C.de fideicom. Io. Garro.in l.fœmina nu.10.C.de ſecund.nupt.Pariſ.in cõſ. 36.nu.4.vol.ij.& in conſ.38.nu.7. vol. eod. Tiraq. vbi ſuprà,& de hoc eſt tex.in l.liberorũ, de verb. ſign. Et ideò inquit Natta in l.hac conſultiſſima.§.ex imper-
6 fecto.in fi. C. de teſta. † ꝙ diſpoſitio illius §. loquens de liberis, extenditur ad nepotes:& eò magis hoc di-
7 cendum venit, cum agatur † de legato, ꝙ dicitur eſſe honor l.amiciſſimos, ibi, honorem legati eos perſequi.ff.de excuſa.tutor.Cur.Iun.in conſ.62.nu.3.Et in tantum eſt vera huiuſmodi ſententia, ꝙ nedũ habe-
8 at locum in nepotib.maribus, † ſed etiã in fœminis, vt conſtat ex his, quæ dicunt ſcriben. in l. ſed ſi hac.§. liberos.ff.de in ius vocand.vbi dicunt per illum text.
9 † quòd ſi quis ſtipulatur pro ſe,& liberis, filiæ quoq; includuntur. Alexand in l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb.in l.quod dicitur.nu.25.de verbo.oblig.Iaſ.in l.ſi quis id quod,col.5.verſ. conclude, de iuriſ.om.iud.Ruin.in cõſ.114.nu.14.vol.3.Ceph.in con.11.col.j.vol.j.quia liberorum terminus generalis eſt, & in conſ.72.col.2. vol.eod. & in terminis quæſtionis noſtræ ita conſuluit Alex.pater veritatis in conſ.158.in princ.volu.7. pro qua ſententia facit quod ſcribit Portius in conſ. 146.col.j.& 2.vbi concludit, quòd diſpoſitio Pontificia de qua in cap. cum haberet, de eo q dux. in matr. quam pol.per adult.quę diſponit, liberis ſpurijs ſubminiſtranda eſſe neceſſaria, cuius diſpoſitio etiam ſeruatur in foro ciuili, vt ſuprà dictum eſt, habet etiam locum nedum in liberis, ſed etiam & in nepotibus: quia appellatione liberorum nepotes & vlteriorꝭ gradus deſcẽdentes continentur. d. l. liberorum. l.cognoſcere.§. liberorum.eo.tit.& in conſ.188. nu.9.

Super tertio dubio, in quo hæſitari videtur, an liberis d.Baldeſſaris pręſtari debeãtur alimenta in domo hæredum d. quondam D. Io. Antonij Rubei, an verò extra ipſorum domum. Primo aſpectu dicendum venit, quòd in domo ipſorum præſtanda ve-
10 niant: quoniam trita eſt doctorum cõcluſio, † quòd quando alicui relinquuntur alimenta in domo teſtatoris, ſi cõmodè põt in ea habitare, non debet extra domũ præſtari: quia iſta verba cenſentur adiecta in fauorẽ hæredum, qui alimenta præſtare debẽt: quoniam, cum minoris ſumptu in domo ipſorum poteſ-
11 runt miniſtrari, vt docet † experientia, quæ eſt omnium rerũ mater.c quàm ſit, de elec.ita Bar. in conſ. inc:. Quidã ſibi filios. quem ſequitur Ale.in con.178. col.2.vol.2.Bar.in l.j.C.de leg.in l.illis libertis, de cõd. & demon.& in l. Caio.§. Imperator, de alim.& ciba. leg.Ancha.in conſ.254.col.2.verſ.& ſic. Natta in cõſ.
12 387.col.2. Nã negari non põt, † quin teſtator ita diſponendo magis voluerit proſpicere hæredib.minus eos grauando quàm legatarijs, teſte Ancha. vbi ſuprà.Alexan.in cita.con.178.col.2. Nec habet obſtare, ꝙ ipſi nõ poſſunt morari in domo hæredum, qa ipſi nõ ſtant in cõmunione hæreditatis & in domo ipſorum, in qua cõmuniter viuere ſolebãt, quo caſu cùm nõ poſſint in domo ipſorum morari ex culpa & defectu eorundẽ, ſequitur, quòd alimenta ipſa cõſequi debeant extra domum: ſicut etiam quando ex alia cauſa non poſſunt in domo morari, per ea, quæ no-
13 tat Bar. in d.§. Imperator. vbi inquit † ꝙ ille qui debet morari cum aliquo, ſi non poteſt ex iuſta cauſa, non perdit legatũ: quia reſpondetur ꝙ ſicut † quãdo
14 à plurib.hæredib. debentur alimenta duobus, poteſt diuidi præſtatio per tempora, vt ſcilicèt ab vno certo tẽpore tantum præſtentur alimenta, & ab altero alio tẽpore.Bar.in l.ſolent, de alim.& ciba.lega.Idem etiã dicendum ſit in caſu de quo agitur, in quo non poſſunt legatarijs ab ambobus hæredib. in cõmuni domo & habitatione, prout voluit teſtator, alimenta præſtari: quia hoc modo voluntas teſtatoris magis conſeruatur, & ab illa minus receditur. l. in cõditionibus, in prin.ff. de cond.& demon. vel ſaltem pro rata temporis debent capere alimenta in domo vnius hæredis, & pro alia in domo alterius cohæredis.

Sed præmiſſis non obſtantibus contraria ſententia vti de iure verior, amplectenda venit: quoniam certiſſimi iuris eſt, vt ſuprà dictum fuit, quòd & ſi alimẽta veniant præſtanda in domo hęredũ, & nõ extra tamẽ id nõ procedit & locũ ſibi nõ arrogat, quando non ſtat per legatarios quominus in domo percipiantur alimẽta, ſed per hæredes: ita Bar. in d.l.Caio. §.imperator. vbi inquit, ꝙ ille qui debet morari cum aliquo ſi non põt ex iuſta cauſa, non perdit legatum, per l.Meuia, in fi. de an. leg. Et ideò ſubdit, ꝙ ſi teſtator relinquit alimenta vxori in domo ipſius teſtatoris, ſi nõ poteſt ibi cõmodè morari, quia eſt iuuenis, & aliqui ſunt ibi, qui verìſimiliter luxuriarentur cum ea, poteſt habere & petere alimenta, & recedere de domo, Sal. & alij in l.j.C. de leg. Pau. de Caſt. & Imo. in l.ſi cum dotem.§. trãſgrediamur. ff. ſol. mat. Bald. Nouel. in tract. dot. in 7. par. priuil. 36. Bero. in cõſ. 24. nu.10.vol.2.52.nu.14.vol.eo. & in con.185.nu.2.volu.j. Ale.in conſ.178.colu.2.verſ. niſi legatarius vol.6.& in con.158.col.j.in fi.vol.7.Pau.de Caſt.in conſ.188.in fi. ſecundum antiquã impreſſionem. Ancha in cõſ.354. col.2.Natta in conſ.387.col.2.Rui.in con.80.col.2.vol. 2.& in conſ.81.col.3.verſ.poſtquã ergo.vol.eo. vbi dicit, ꝙ ſi ab vno hærede relicta fuerunt alimenta in domo, & per eum fit quoquomodo quominus legatarius poſsit cum eo ſtare in domo, poſſunt alimenta peti extra domum. ſed in caſu noſtro ſtetit per ipſos hæredes quominus legatarij ipſi perceperint alimenta in domo ipſorum, cùm ipſi non viuant in communione, & in eadem domo, in qua ſolebãt morari, & de qua ſenſit teſtator, non aũt de habitatione cui iuſſit libet diſtribuiè, & ſic quando ſeparatim habitarent, ſed collectiuè & de cõmuni illorũ habitatione, ergo, &c. ita in terminis noſtris conſuluit Rui. in conſ.80.col.2.vol.2.& in conſ.81.col.3.volu.eo. vbi inquit, ꝙ quocunq; impediatur facto hæredis legatarius alimenta in domo capere, vt quia veniunt hęredes ad diuiſionẽ, & ſeparatim habitent, ꝙ illa extra domum petere poteſt, cùm per eos dicatur fieri quominus poſsit in eorum cõmuni habitatione legatarius alimẽtà capere, ex quo non põt cum vtroq; habitare, & iſtud in caſu magis dubio, vt inquit Rui. in cita.conſ.81.col.3.voluit Cuma.in con.38.vbi concludit, ꝙ ſi alimenta relinquuntur vxori ſi ſteterit cum filijs, & illi deueniant ad diuiſionẽ, ac ſeorſum habitent, ꝙ vxori debentur alimenta ſi cum vno habitauit, cũ per ipſos filios factum ſit quominùs conditio mixtà poſsit impleri, ſcilicèt ſtandi cum eis, ideo pro impleta debet haberi.l.j.C. de inſtit.& ſubſtit. Impoſsibile eſt enim ſtare & habitare cũ omnib. ideò licuit vnum ex his eligere. l. 3. §. cũ omnes. ff. ad Syllan. vnde ad illum relictum contribuẽdum alij fratres compellendi ſunt. l. 3. cum ibi nota. ff. de alim. & ciba.leg. ſi ergo dicto caſu illa verba indefinitè prolata, ſcilicet ſi cum filijs habitauerit, ſignificant, quòd cum omnibus filijs ſimul & in eadem domo debeat habitare, ſecundũ Cuma. & ea ratione, quãuis non
15 dicat, † quia indefinita æquipollet vniuerſali collectiuè, & non diſtributiuè, vt per Imo. in l. ſi ita ſcriptum filiabus, de leg.2.Ale.in l. q filiabus, in prin. eo. ti. ergo multò magis in caſu noſtro, in quo teſtator voluit, ꝙ legatarij haberent alimenta in domo ſua: quæ verba ſignificant cõmunem & eandem habitationem omnium hæredum.

Supereſt igitur ſolùm reſpondere ad allegata in contrarium. & primò non obſtat, quòd quando relinquũtur alimenta alicui præſtanda in domo teſtatoris, quòd ea peti non poſſunt extrà. quia reſponſum videtur ex his, quæ ſuprà dicta ſunt, quòd prædicta ſententia locum ſibi vendicare non põt, quando per hæredes fit quominus legatarij poſsint capere alimenta in eorũ communi habitatione: quia tũc cum non poſsint cum vtroq; habitare: ideò extra domũ peti & conſequi poſſunt alimenta, vt per Bart. in d.§. Imperator, & in alijs locis ſuprà citatis.

Nec obſtat quòd certo tempore poſsint ſtare & habitare cum vno, & alio tempore cum alio, vt per Bar. in d.l. ſolent, quia ſi bene aduertatur, ipſe loquitur in terminis illius legis, videlicèt, quando alimenta fuerunt ſimpliciter relicta abſq; eo quòd teſtator dixerit velle ea præſtari in domo ſua: quo caſu poſſunt peti extra domum, & diuidi præſtatio per tempora: ſed quãdo voluit quòd in domo pręſtarentur,

non

non potest habere locum diuisio prædicta. Et ratio
16 est, † quia persona cuiuslibet hæredis non repræsentat in totum personam defuncti, sed pro parte tantum. l. cum à matre. C. de rei vend. Bar. in l. 2. §. Item si in facto, de verb. obl. habitatio ergo cuiusliber non potest in totũ dici habitatio testatoris, sed pro parte tantum, sicut pro parte (vt dictum est) repræsentatur à quolibet hærede, & ideò habitatio & domus cuiuslibet non potest simpliciter dici habitatio de-
17 functi, sed secundum quid, † sicut appellatione cuiuslibet rei venit in dubio tota res & nõ pars illius. l. si in rẽ, in prin. vbi Bar. de rei vẽdica. Bar. & alij communiter in l. de pupillo. §. qui nũciat. de ope. no. nun. Nam quando testator à pluribus hæredibus tempore testamenti & mortis simul in communione cum eo habitantib. legat in domo sua alimenta, perinde est ac si dixisset, quòd ab hæredibus in cõmunione habitantibus simul præstarentur: quia aliter nõ potest dici, q̃ in domo, id est, in habitatione testatoris præstẽtur, si ergo explicitè à testatore fuisset dictũ, quòd ab hæredib. suis alimenta præstarentur in eorum habitatione simul, sine dubio diuisim & in diuersis locis ab eis præstari non possent, ergo nec in casu nostro, in quo & si expressè hoc nõ dixit, tamen implicitè hoc voluit: ita formaliter respondet Ruin. in dicto cons. 80. col. secunda & in cons. 81. col. quarta in fi. & ita aliàs dixi in cõs. 22. nu. 15. vol. primo. Ex his igitur resultat indubitata iuris conclusio, quòd lega
18 tarijs prædictis præstanda veniunt alimenta ab hęredibus dicti Domini Ioannis Antonij Rubei extra ipsorum domum: † quę autem veniant appellatione alimentorum, satis superq̃ constat ex his, quę abundè dixi in cons. 22. vol. 1. & per Bologn. in cons. 48. col. fi. in princ. Bero. in con. 24. nu. 8. vol. 2. Port. in cõs. 188. col. fi. in princ. Alcia. in cons. 241. & nunc Illustriss. Paleotum Cardinalem in tract. suo, de nothis spurijs q̃ filijs. c. 47. in fin.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XC.

1 *Viam ferro aperit, qui per contraria scandit.*
2 *Actore non probante reus debet absolui, etiamsi nihil præstiterit.*
3 *Quod ampliatur procedere etiam in criminalibus.*
4 *Actor si nihil probat, ab aduersario conueniri potest actione iniuriarum.*
5 *Actor si facit positiones, quibus non respondeatur per aduersarium in tempore, habentur pro confessis ad commodum ponentis, & dicitur habere intẽtionem fundatam, & nu. 15.*
6 *Positiones sunt inductæ vt quis releuetur ab onere probandi.*
7 *Statuto si caueatur quòd omnis citatus ad respõdendum positionib. si non cõparuerit, habeatur pro confesso, iudex eo existente contumace & absq; alia citatione illas poterit declarare pro confessis.*
8 *Statuto si caueatur quòd non respondens positionibus habeatur pro confesso, illud intelligi debet, si accusata fuerit contumacia nõ respondentis, sed cõtra nu. 16.*
9 *Contumax vt quis dicatur, opus est vt eius contumacia accusetur.*
10 *Ablatiuum importat conditionem.*
11 *Contumacia accusari debet etiam in criminalibus quando proceditur per accusationem.*
12 *Statuto si disponatur, quòd non comparens in termino præfixo habeatur pro cõtumace & legitimè bannito, huiusmodi statutum locum non habet, vbi contumacia partis aduersæ non fuerit accusata.*
13 *Verba ipso iure, non operantur vt non requiratur accusatio contumaciæ.*
14 *Iura, quæ imponunt aliquam pœnam ipso iure, intelliguntur, si pars aduersa accusauerit contumaciam, & si de ea constat in actis.*
15 *Statutum odiosum strictè debet intelligi.*
16 *Statuto si caueatur quòd non comparens in termino banni, habeatur pro confesso, non requiritur quòd contumacia partis accusetur.*
17 *Pœna vbi imponitur à statuto ipso iure, non requirit factum hominis.*
18 *Verba, ipso iure, æquiparantur verbis sine ope exceptionis.*
19 *Verba sine ope exceptionis, important sine præsentia partis.*
20 *Declaratoria iudicis non requiritur quãdo statutum disponit, quòd contumax non respondens positionib. ipso iure habeatur pro confesso.*
21 *Verba ipso facto, & ipso iure, æquiparantur.*
22 *Verba ipso facto, non requirunt aliquam sententiam.*
23 *Verba ipso facto, seu ipso iure, non requirunt aliquod ministerium hominis.*
24 *Nihil aliud est dicere ipso iure, nisi sine scientia.*

CONSILIVM XC.

ARGVENDO ad partem, vt decet, consulentem, q̃a † viam ferro aperit, qui
1 per contraria scandit, vt inquit Bald. in l. precib. C. de impub. & alijs substit. Cur. Sen. in cons. 78. in princ. prima fronte dicendum videtur, quòd
2 stante regula triuiali, quę habet, † q̃ actore non probante reus debet absolui. l. ei qui. ff. de prob. l. quod assẽuerat. C. eo. tit. etiam si nihil præstiterit. l. qui accu-
3 sare. C. de eden. † Et quæ regula ampliatur procedere in criminalib. c. licet causam, in fi. de proba. Curt. Sen. in d. l. qui accusare. nu. 4. In tantum quòd tradit Ang. in l. item apud Labeonem. §. si quis libellos. ff. de
4 iniur. quod aliàs cõsultus respondit, † q̃ actore non probante posset aduersarius eum conuenire actione iniuriarum, quod dictum refert Curt. Sen. in rep. l. admonẽdi. nu. 356. de iureiur. didicisse à pfundę memoriæ do. Rolando Curtio patruo suo, qui vt vtar verbis suis, de hoc faciebat magnũ cãtare, & festum, quòd dom. Ant. de Magistris debeat absolui, cùm ex parte D. Aluisij Goselini nihil adeò probatum comperiatur, quod fundet eius intentionem pro consequutione scutorum 400. de quib. in eius libello, quę tamen per ipsum probanda erat. c. ex literis, de pba. gl. sing. in c. vt nostrum, vt benefic. eccleſiastica. quod procedit etiam sine iuramento rei. c. fi. de iureiu. Nec habet obstare si dicatur, quod imò intentio eiusdem
5 Domini actoris satis fundata videtur, † cùm ipse fecerit positiones de summa petita, quib. à reo in termino à decreto statuto, & sibi per iudicem assignato responsum non fuit: quo casu ipso iure habentur p confessis ex vi dicti decreti, & prout vtilius fuerit ponenti, & ex qua non responsione resultat pro
6 batio ponentis, † cùm sint inductæ, vt quis releuetur ab onere pbandi, iuxta not. in l. 2. §. qd' obseruare. C. de iureiur. propter calum. gl. in clem. sæpe, de verb. signi. Matthæs. in notabili 37. in fi. qd' procedit etiam si nulla præcesserit citatio pro declaratione facienda, iuxta Io. de Imo. in l. si finita. §. si plures. ff.
7 de dam. infec. vbi inquit, † quòd si statuto cauetur, quòd omnis citatus ad respondendum positionib. si non venerit, habeatur p confesso: quòd tunc iudex absq; alia citatione illo sic existente contumace poterit illas declarare pro confessis. Marſ. post alios per eum citatos in l. de vnoquoq; nu. 89. de re iud. Quia
8 respondetur † huiusmodi statutum seu decretum locum nõ habere in terminis nostris, vbi pars actrix in tempore dicti decreti statuto ad respondendum positionibus, non accusauit contumaciã rei non re-
9 spondentis, quãtamen accusare tenebatur: † quoniam vt quis contumax dicatur, necesse est, vt eius contumacia accusetur. l. properãdum. §. j. vbi no. omnes. C. de iud. ibi, actoris absentiã incusante. qd' ver-
10 bum incusante † ablatiuum, importat conditionem.

l.à teſtatore.ff.de cond.&demon.Alex.in cõſ.100.vol.
5.Iaſ.in l.qui ante calendas, col.pen.ff.de verb.oblig.
Bar.in l.2.col.pen.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit. quod
11 procedit nedum in ciuilibus,†ſed etiam in crimina-
libus, quando proceditur per accuſationem. Nam
in criminalib. proceditur ad inſtar ciuilium.l.abſen
tem.ff.de pœn.Bar.& Imol.in l.inter accuſatorẽ.ff.de
publ.iud.Sal. in l.abſentem.C.de accuſat.Ant.de Tri-
go.in ſing. 88. vnde cùm non reperiatur in actis d.a-
ctorem accuſaſſe contumaciam partis cõuentę,meri-
tò dici nõ poteſt, ꝙ poſitiones ipſæ debeant haberi
ꝓ confeſſatis in fauorẽ ipſius actoris:ſed ꝙ citatio fa
cta fuerit circunducta,& contractũ homicidium, vt
in l.& poſt edictũ.§.j.ff. de iud.c.j.de dolo & cõt.& res
redacta ſit ad terminũ, ac ſi dicta citatio tranſmiſſa
non fuiſſet.Minus obſtat ꝙ ſtante decreto diſponẽte
quòd ſi reus non reſponderit poſitionib.in tempore
de quo in eo habeatur ꝓ confeſſo, nõ requiritur ac-
cuſatio cõtumaciæ,iux.not per Bal.in l.ſi tutor.C.de
12 interd.matr.vbi inquit, † ꝙ ſi ſtatuto diſponatur,ꝙ
qui non cõparuerit in termino banni, habeatur pro
confeſſo, non requiritur, ꝙ in termino præſens ſit
aduerſarius, & accuſet contumaciã, cùm confeſsio
ipſa ꝓcedat in diſpoſitione legali, ad cuius effectum
nõ requiritur præſentia perſonarũ. Ale.in conſ. 120.
col.pen.vol.7.& Iaſ.in d.l.properandũ. §.& ſi quidem
col.2.quia reſpondetur, ꝙ imò requiritur accuſatio
contumaciæ, non obſtte dicto decreto, vt voluit An
cha.in conſ.97.vbi concludit,ꝙ ſtante ſtatuto, quòd
non cõparens in termino prefixo habeatur pro con-
tumace,& legitimè exbannito, quòd dictũ ſtatutum
locum non habeat vbi actor non comparens in ter-
mino aduerſarij contumaciã non accuſauit: quia a-
ctor non comparens non poteſt reo contumaciam
imputare, cùm maior ſit contumacia actoris,quàm
rei.c.j.de dolo & cont.in 6.quia trãſacto die ad com-
parendum præfixo ſolutum fuit iudiciũ quò ad am-
bas partes. Et ad ſtatutum diſponens ꝙ non compa-
rens habeatur pro confeſſo, reſpondet, quòd debet
intelligi ſecundum terminos iuris cõmunis requi-
rentis, vt aduerſarius compareat & accuſet contu-
maciã,& illicentiatus non recedat,ſecundũ Inn.in c.
calumniã, de pœnis.& cum Ancha. pertranſit Natta
aliàs collega meus in conſ. 363. vbi ſubdit ꝙ hæc opi-
nio confirmatur: qa decretum dum vult contuma-
cẽ in reſpondẽdo poſitionib. haberi ꝓ confeſſo, ipſo
iure ꝓuidet in hoc circa factũ iudicis, quia tenebatur
ſecundum diſpoſitionẽ iuris cõmunis pronuntiare expreſsè dictas poſitiones propter contumaciã
habẽdas eſſe pro confeſsis,decretum autẽ vult quòd
ipſo iure habeantur pro confeſsis,& ſic non requirit
ſententiã iudicis prout ius cõmune requirebat. vn-
de hæc diſpenſatio, quæ fit contra ius circa factum
iudicis,quod remittitur,non debet trahi ad factum
litigatorũ,vt non teneantur accuſare contumaciam
non reſpondentium:qa nõ debent ſtatuta præſertim
correctoria, trahi de vno caſu ad aliũ, & de perſona
ad pſonã. l. ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.mari. Nec obſtãt
not.per Bal. in d.l.ſi tutor. qa dicit Natta vbi ſuprà,ꝙ
dictũ Bal.procedit in extraiudicialibus, in quib.fal-
tẽ interueniebat factum vnius partis,nos autem ſu-
mus in iudicialibus, in quib.partium præſentia re-
quiritur. vbi autem altera pars abeſt contumaciter,
contumacia facit eum haberi pro præſente, ſed vbi
neutra partium adeſt,vt in caſu præſenti,impoſsibi-
le eſt iudicium celebrari.Nec obſtat quòd Alex.& Iaſ.
ſecuti ſunt Bal.quia refert,ꝙ ipſi ſunt meri relatores
nec eis tribuendum eſt quãtum tribui debet Petro
de Ancha.qui grauius & maturius eſt loquutus arti-
culum diſputãdo. Pro cuius ſententia facit quod vo
luit Nicel.in concordia Bal.in l.ſi finita.§.Iulian.ff.de
13 damn.infec.vbi inquit,quòd † verba ipſo iure, non
operantur vt non requiratur accuſatio cõtumaciæ,
iuxta no.per Barto.in l.eius qui delatorem.ff.de iure
14 fiſci,vbi omnia † iura, quæ imponũt aliquã pœnam
ipſo iure, intelliguntur, ſi pars aduerſa accuſauerit
contumaciã,& quòd de ea conſtet in actis. Ceph. in
con.50.num.11.vbi ait,ꝙ verba ipſo iure,intelligi de-
15 bent parte petente.Nec mirũ, † quia cùm hoc ſtatu-
tũ ſit odioſum. l. abſentẽ. ff. de pœn. Bal. in c.nullus,
de præſump.quẽ ſequitur Dec in c.conſuluit,colu.8.
ver. quartus caſus,de off.dele.debet reſtringi.c.odia.
de reg.iur.in 6. l. cùm quidam. ff. de lib. & poſth. Boſ.
in ti.de bannulit.nu.3.quod eò magis dicendum eſt,
cum ius actoris non ſit factum deterius.

His tamẽ non obſtantibus cõtraria ſententia vti
verior tenẽda eſt, quæ probatur ex concluſionibus
infraſcriptis. quarum prima eſt,quòd ſtante ſtatuto
quòd cõtumax in reſpondendo poſitionibus in ter-
mino ſibi à ſtatuto deſignato habeatur ipſo iure pro
confeſſo, ſi pars nõ reſpondet ipſis poſitionibus,ha-
betur pro confeſſo,ex cuius ficta confeſsione reſul-
tante ab ipſo ſtatuto actor dicitur habere ſuã inten-
tionem fundatam,vt not.in d.l.2.§.quod obſeruare,
vbi nõ.omnes. C. de iureiur. propter calum.& in c.ſi
præſtitum,de confeſ.in 6.

16 Secunda eſt cõcluſio,†quòd ſtante ſtatuto, quòd
contumax habeatur pro confeſſo,non requiritur,ꝙ
pars accuſet contumaciã rei:quia vbi à lege ipſo iure
inducitur confeſsio, tunc non requiritur huiuſmo-
di accuſatio contumaciæ,ſed ipſa operatur effectum
ac ſi facta fuiſſet præſente parte in iudicio,vt proba-
tur ex not.per Bal.in d.l.ſi tutor.C.de inter.matr.vbi
ait per illum tex.ꝙ quando lex fingit aliquem cõfeſ-
ſum,quòd æquiparatur cõfeſsio prędicta confeſsio-
ni factæ in iudicio præſente parte,& ſolẽniter. Et ex
hoc infert ꝙ ſi ſtatuto caueatur,quòd qui nõ cõparet
in termino banni,habeatur pro cõfeſſo,quòd nõ re-
quiritur ꝙ aduerſarius in illo termino ſit præſens,&
accuſet contumaciã: quia iſta confeſsio procedit ex
diſpoſitione legali, ad cuius effectũ non requiritur
præſentia perſonarũ. & ſubdit quòd alibi non eſt ita
bene expreſſum,ſicut ibi. quod dictũ vti notandum
& ſingulare ſequitur Iaſ.in d.§.& ſi quidẽ,col.2.verſ.
limit.no.& ibi Ant.de Ale.in addit.ad Bar.in l.abſen-
tẽ,col.2.verſ.ibi iudex,in fi.ff.de pœn.in l.inter accu-
ſatorẽ,in verſ.item quæro.ff.de publ.iud. & in conſ.
120. nu. 7.vol.7. Marſ. in l. de vnoquoq;.nu.150.ff.de
re iud. Neuiza.in cõſ.6.nu.4.Bru.in tract.de conſt.in
verb. contumacia. Bertach.in ver.contumacia il 2.&
in verb.contumax pro cõfeſſo.An.de Trigo.in ſing.
88.ſi ergò in d.caſu vbi nõ eſt appoſita dictio ipſo iu-
re,non requiritur aliqua accuſatio cõtumacię,mul-
tò magis id dicendum venit in terminis ſtatuti, de
quo agitur, vbi dictio ipſo iure appoſita reperitur,
17 † quę operatur ꝙ vbi à ſtatuto imponitur pœna ipſo
iure,non requiritur factũ hominis, & ſic nec partis,
Barba.in c.pen.col.ſi.de iura.calum.Iaſ.in l.3.§. quod
autem.ff.quod quiſq; iur.poſt princi.dũ arguit con-
tra cõmunem opinionem, quæ habet, quòd pœna
illius tituli intelligatur ipſo iure:nam ipſe ponderat
in contrarium.l.j.eiuſdẽ tit.quę dicit reo poſtulante,
ergo non ipſo iure. Vult ergo Iaſ.quòd vbi dicitur i-
pſo iure, non exigatur ꝙ reus poſtulet. Accedit quod
no.Fel.in c.Rodulphus,col.19.ver.pub.ſunt bona,de
18 reſcr.dũ ęquiparat hęc verba † ipſo iure, ad verba ſi-
19 ne ope exceptionis, † quę vltima verba important
ſine facto partis.Neuiza. in conſ.6.verſ.2.moueor.

20 Tertia eſt concluſio,† quòd vbi ſtatutũ diſponit,
quòd contumax in non reſpondendo poſitionibus
ipſo iure habeatur pro confeſſo,quòd nulla requiri-
tur declaratoria, ſeu pronunciatio, vt in terminis
conſuluit inſignis & excellentiſs. præceptor meus
Rui.in conſ.117.nu.9.vol.5.vbi inquit,ꝙ ſtante ſtatu-
to, ꝙ nõ reſpondens poſitionib.ipſo iure,hę habean
tur pro confeſsis,nõ eſt neceſſaria alia declaratio.ſe-
quitur Natta vbi ſuprà in cita. conſ.363. col.4. in fin.
verſ.reperio etiam.bene facit quod voluit Bar.in l.j.
21 circa medium.ff.de his quæ no. infam. vbi † verba
ipſo facto,& ipſo iure,æquiparantur.ſed vbi dicitur
22 † ipſo facto,non requiritur aliqua ſentẽtia, ergo nec
vbi eſt appoſita dictio ipſo iure:ita Iaſ.in con.128.col.
3.ver.In primis eſt,vol.4.Corroboratur hoc dictum
23 ex not.per Ale.in conſ.139.nu.2.vol.7. vbi † dictio ipſo
facto, idem importat quod ſtatim ſeu iure abſq; ali-
quo miniſterio hominis, vt nota. Arch.in cap. j. in
prin.in verb.ipſo iure, de reſcri.in 6. Nã ſecundum
Alex.idẽ eſt dicere ipſo facto,quod ipſo iure.Bologn.
in l. Iulianus. §.ſi finita. nume.153. de dam. infec.vbi
24 † nihil aliud eſt dicere ipſo iure,niſi ſine ſcientia. per
Barto. in d. l. j. vbi idẽ dixit eſſe ſi dicatur ipſo facto.

Cum igitur D.Aluiſius Guſilinus intentionem ſuam

ſua-

fundatam habeat in dictis positionibus, quib. in terminis statuti responsum non fuit, necessariò sequitur, quòd in dicta summa scutorũ quatuor centum petita per d. D. Libellantem veniat condẽnandus d. D. Antonius reus conuentus cũ victoria expẽsarum, iuxta vulgatam regul. l. eum quem temerè. ff. de iud.

Non obstant modò adducta in contrarium: quia ad primum argumentum respondetur, quòd intentio D. agentis reperitur optimè fundata ex non responsione facta in termino dictis positionibus, vt suprà latè dictum fuit, igitur, &c.

Similiter non obstat q̃ accusata nõ fuerit contumacia rei, qui non respondit in termino statuti: quia dicitur illã non esse necessariam, vt constat ex d. doctrina Bar. in d. l. si tutor, * cõmuni approbata. Nec obstat q̃ Ancha. consuluit contrariũ in d. cons. 97. qa Anch. malè loquitur, & contra communem decisionem Bal. suprà relatam, & quem in specie reprobat Neuiza. in d. cons. 6. Pariter nõ obstat responsio Nattæ ad dictum Bal. in d. l. si tutor, vt procedat in extra iudicialibus, non autẽ in iudicialibus: quia respondetur responsionem ipsam non valere, sed quod vera ratio est illa, quam ponunt Doctor. vbi suprà, quæ est, q̃ ideò ibi nõ requiritur accusatiõ contumaciæ, quia confessio inducitur ipso iure à lege, quæ idem operatur ac si facta esset parte præsente: & eo magis dicendum venit in casu nostro, vbi sunt verba ipso iure, per supradicta.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCI.

1 *Notarius si est rogatus de instrumento extra territorium, illud facit fidem inter subiectos illius, qui creauit notariũ, & de rebus positis in domino illius.*

2 *Instrumentum recipere vel rogitum eorum non est actus iurisdictionis voluntariæ vel contentiosæ, sed est quoddam officium publicum, quod exerceri potest extra territorium.*

3 *Tutor datus infra territorium, potest gerere officium & authorari extra territorium.*

4 *Præcepta guarentare, quæ consistunt in voluntaria iurisdictione, facere non potest notarius extra territorium, si habet auctoritatem ab inferiore à supremo Principe.*

5 *Statutum Mediolani disponens, quòd notarius non originarius Mediolani nec in matricula notariorum non possit conficere instrumenta in territorio Mediolani, non habet locũ si notarius Pergami recipit instrumentũ compromissi & laudi Mediolani inter Pergamenses.*

6 *Statutum sicut non potest habilitare personas forensium inhabiles, ita nec habiles inhabilitare nisi seruetur certa forma.*

7 *Statutum de iure personæ potest tripliciter disponere.*

8 *Statutum dictans quòd nullus minor vel filius familiàs cõtrahere possit sine tali solennitate quia loquitur in personam principaliter, non attenditur locus contractus, sed inhabilitas personæ.*

9 *Argumentum à sufficiẽti partiũ enumeratione valet.*

10 *Notarius creatus ab inferiore à supremo Principe nõ potest secũdum communem recipere instrumenta indistinctè in alieno territorio.*

11 *Notarius creatus à non supremo domino, non potest recipere in alieno territorio instrumenta inter subditos illius domini, qui illum creauit.*

12 *Iurisdictio etiam voluntaria ab alio concessa quàm à Principe, non potest extra territorium concedentis exerceri.*

13 *Notarius dicitur seruus publicus.*

14 *Notarius constitutus ab alio quàm à principe, non potest dici publicus extra territorium constituentis.*

15 *Notarij officium dependet à potestate constituentis.*

16 *Notarius vnius loci non potest in alio loco facere instrumenta, etiam partibus volentibus.*

17 *Solennitas loci attẽditur, vbi conficitur instrumẽtum.*

18 *Notarius creatus ab Imperatore secundum cõmunem potest conficere instrumentum vbiq; locorum.*

19 *Paul. de Castro. in cons. 226. vol. 2. reprobatur. & nu. sequent. vsq; ad finem consilij.*

20 *Instrumentum receptum à notario non valet, stante statuto, quòd notarius forensis nõ matriculatus non possit conficere instrumentum, cum clausula annul latiua.*

21 *Statutum disponens quòd minor 25. annis non possit testari, non extenditur ad forensem.*

22 *Statutum dictans quòd filius familias nõ possit testari, non extenditur ad forensem.*

23 *Statutum dictans quòd maritus non possit legare vxori, non ligat forensem maritum.*

24 *Statutum disponens quòd pater nõ possit testari sine sex testibus, ligat forensem.*

25 *Statuto si caueatur quòd notarius non possit conficere instrumenta nisi sit matriculatus, iurauerit, & satisfecerit, tale statutum comprehendit forensem notarium.*

26 *Minor si ex forma statuti non potest se obligare sine certa solennitate, etiam forensis contrahens in loco, si sit minor, tenetur illam solennitatem seruare.*

27 *Statutum Mantuæ, quòd nullus notarius, qui nõ fuerit per collegium deputatus, assumptus, approbatus, & descriptus in collegio & matricula notariorum possit nec valeat actum notariatus exercere, nec alì quem actum conficere sub pœna, extenditur ad forensem rogatum in loco subiecto dicto statuto.*

28 *Statutum dans formam contractui celebrando, ligat etiam forensem adeò vt si contraxerit in loco ipsius statuti, ipsius forma non seruata, actus non valet.*

29 *Solennitas actus spectat ad iurisdictionem statuentis.*

30 *Statutum si disponit quòd contractus celebrati per minorem 25. annis non valeant nisi interueniat consensus duorum propinquorum, & auctoritas iudicis afficit forensem minorem.*

CONSILIVM XCI.

NEruus presentis consultationis in vno articulo consistere videtur, † an notarius Aragonensis creatus ab inferiore à supremo Principe potuerit conficere instrumentũ mandati, & de quo agitur ad alienandum ad instantiã Aragonensis in ciuitate Capuæ, in qua confectione instrumentorum certa debet abhiberi solennitas, de qua per Affl. in constitut. instrumentorum robur, & in constitutionibus Capuæ sub tit. de iu. incip. in locis, & in constitut. consuerudinem, sub etiam illo titulo, quę requirunt multas solẽnitates. Prima facie dicendũ videtur, quòd sic, siue inspiciamus dispositionem iuris cõmunis, siue dispositionẽ seu constitutiones prædictas, de qua per Affl. & alios vbi suprà. De iure cõmuni constat, quòd sic, ex dicto Bal. in c. cum dilectus, de fide instr. in princ. vbi inquit, quòd si rogatum est instrumentum extra territorium, illud non facit fidem nisi inter subiectos illius, qui creauit notarium. Idem Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide Cath. Feli. in c. cùm P. tabellio, col. pen. vers. quartodecimò, de fi. instru. in c. ad audientiã, col. 3. de præsc. Abb. in c. sicut, nu. 14. de cler. vel mon. Boer. in decis. 242. col. 2. Paul. de Cast. in l. fi. C. de temp. in integ. rest. col. fi. vbi dicit se consuluisse Pergami, & verum dicit. vt in con. suo 226. in 2. vol. quòd notarius creatus ab aliqua communitate, vel ab aliquo domino potest conficere instrumen-

de rebus positis in illo dominio: quia penes diuersitatem locorũ non subest diuersa ratio, sed penes personas & res, de quibus constat instrumẽtum. Et mouetur ratione Bal. in fi. ff. de iurisd. om. iud. † quia recipere instrumentum, vel rogitum eorũ non est actus iurisdictionis voluntariæ, vel contentiosæ, sed est quoddam officium publicum: vnde † sicut tutor datus infra territorium, potest gerere officium & authorari extra territorium, ita & notarius instrumentum conficere. † Sed præcepta guarentare, quę constituunt in voluntaria iurisdictione, facere non posset extra territorium, cùm habeat auctoritatem ab inferiore ad supremũ Principẽ. l. 2. ff. de off. procõs. & leg. quã partem etiam sequitur Iacob. Philip. Por. in conc. reg. & com. op. in 5. lib. cõclusi. 30. vers. amplia.

Non obstantib. etiam dictis constitutionib. requirentibus solennitatem, vt patet ex. notatis per Paul. de Cast. in con. 226. in prin. vol. 2. vbi concludit, quod † stante statuto in ciuitate Mediolani, ꝙ notarius nõ originarius Mediolani nec in matricula notariorũ, non possit cõficere instrumẽta in territorio Mediolani, si notarius Pergami recipit instrumẽta compromissi & laudi in territorio Mediolanensiũ inter Pergamenses, ꝙ valent: † qa præfatum statutũ Mediolani sicut non põt habilitare personas forenſiu inhabiles, vt per Bald. in l. j. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. ita nec habiles inhabilitare, vt Bart. & Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fi. catho. Et sic patet secundũ eum, ꝙ etiã dato ꝙ persona non inhabilitetur simpliciter, sed sub certa forma, cũ illa veniat accessoriè ad personas, ꝙ de ea non sit curandum. Quod confirmatur ex no. per Bal. in d. l. cunctos populos. vers. istis præmissis. vbi inquit, † ꝙ statutum de iure personæ potest disponere tripliciter. Primo habilitando inhabiles, Secundò inhabilitando habiles, Tertiò habilitãdo certa forma, & inhabilitando ea cessante, vt quòd mulier non possit contrahere sine cõsensu consanguineoũ, vel quòd notarij nõ possint conficere instrumenta nisi sint approbati in collegio notariorũ, & demum concludit, ꝙ non possit statutum habilitare vel inhabilitare forẽsem simpliciter, & idem dicit si mixtim disponit de iure formę, & de iure personę principaliter, ex quo in principali, id est, in iure personę, non potest statui: quia forensis formę adiectio nihil operatur, qa hoc casu forma est accessoria personę, & disponitur respectu personę. Idem etiã ibi vult Cacialup. nu. 90. ꝙ si statutum respicit solennitatem, & formam contractus, ita demum comprehendit forensem ibi contrahentẽ, quãdo statutum dat formã cõtractui, solennizando actum, & sic quãdo loquitur in rẽ, vt qa statutũ dicat ꝙ in contractib. mulierum, vel minorum interueniat præsentia iudicis, aut consensus propinquorum: quia tunc principaliter inhabilitat actum factum non seruata solennitate, & dat formã actui, licèt hoc faciat ratione personæ, quę nõ attenditur: quia statuto cõsideratur non principaliter, sed secundariò. secus aũt quando statutũ dat formã inhabilitando personã, vt † si statutũ dicat ꝙ nullus minor vel filiusfamilias contrahere possit sine tali solennitate: qa tũc statutum, quod loquitur in personã, intendit principaliter inhabilitare personã cessante dicta solennitate: & ideò ex hac ratione non attenditur locus contractus, sed personę inhabilitas, & cum Cacialup. pertrãsit Port. in reg. conclus. & com. op. suis in 5. lib. cõclus. 25. & 31. in fi. Rui. in cons. 160. col. j. & 2. vol. 4. vbi asserit hanc esse * communem.

* Præmissis tamen non obstantib. sententia cõtraria est de iure verior in terminis de quib. agitur, qd demonstratur arguendo à sufficienti partium enumeratione, † quod argumentum cõmuniter recipitur. l. patre furioso, vbi notant oẽs. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum alijs vulgarib. quia, aut volumus dicere quòd de iure communi † notarius creatus ab inferiore ad supremũ dominũ possit indistinctè recipere instrumẽta in alieno territorio, & istud penitus est falsum, vt per Bar. in d. l. cunctos populos, in vers. 7. quæro. C. de sum. Trin. & fide catho. quem ibi omnes alij sequuntur, & in l. j. ff. de officio procon. & leg. Io. And. in addi. ad Specu. in ti. de instr. edit. §. restat, vers. quid de his. Butr. Imol. & alij in c. cum P. tabellio, de fid. instr. Luc. de Pen. in l. duumuirum. C. de decur. lib. 10. Affl. in const. instrumentorũ robur. nu. 10. Butr. in c. per venerabilẽ, col. 21. vers. potest tertio, qui filij sint legit. & ibi Præpos. in §. quod autem. col. 153. vbi dicit hanc esse * cõmunem, prout & illã tanquam cõem sequũtur Abb. in d. c. cum P. tabellio col. pe. in fi. Rui. in cons. 69. col. 3. in prin. vol. 3 Boer. in decis. 242. & Bero. in cons. 89. col. j. vol. 3.

Aut verò † ꝙ talis notarius possit in alieno territorio, vt in casu nostro, inter subditos illius domini, qui eũ creauit notariũ, recipere instrumẽta, & similiter dicitur, ꝙ non põt, vt in terminis decidere videtur Aegid. Bella. in cons. 42. vbi loquitur de quodã testamento cõdito per Bisuntinensem in ciuitate Parisij, & rogato per notariũ Bisuntinensem, concludẽdo ꝙ per dictũ notariũ creatum à domino inferiore nõ potuit confici ipsum testamentũ. Idẽ tenuit ibi in cons. sequẽti Io. Armion. Bero in cons. 89. col. j. vol. 3. nec nõ & Abb. in c. cũ P. tabellio. col. pen. in fi. de instru. vbi dicit hãc esse * cõmunem, qa † iurisdictio etiã voluntaria ab alio concessa quã à Principe, non potest extra territoriũ cõcedentis exerceri. l. 2. ff. de off. procon. & lega. Nec obstat ratio Bal. tenẽtis contrariũ, ꝙ tabellio non exercet iurisdictionẽ sed officiũ quoddã sine iurisdictione, qd nõ astringitur territorio: quia secundũ Abba. tale officiũ non extenditur extra territoriũ constituentis, † cùm notarius dicatur seruus publicus. c. 2. de vsur. in 6. † sed constitutus ab alio quã à Principe, nõ põt dici publicus extra territoriũ constituẽtis. arg. d. l. 2 & hanc rationẽ Bal. etiã impugnat Affl. in ti. quæ sint regal. in verb. potestas. nu. 60. † quia officiũ notarij depẽdet à potestate cõstituentis eum, vt in auth. de tabel. coll. 4. circa mediũ. Vnde sicut cõstituens non habet potestatẽ nisi in territorio suo, ita nec põt tradere potestatẽ & officiũ alteri faciendi instrumentũ extra territoriũ, d. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Nã extra territoriũ constituẽtis notarius est persona priuata, quæ non põt facere instrumentũ. Et ideò subdit, manifestè cõstare, † ꝙ notarius vnius loci non facit in alio loco instrumentũ, etiam partibus volentib. quia nõ possunt partes facere notarium illum, qui non est, & per hanc rationem idem determinat Aegid. Bella. in cita. consil. 42. col. 3. vers. 2. auctoritas.

Vlterius, dato quòd altera opinio esset vera, adhuc dicitur, ꝙ dictũ instrumentũ mandati nullã fidem facit, quoniã in illius confectione nõ interuenit solennitas requisita ex constitutionib. suprascriptis, quæ etiã locum habet in ciuitate Capuæ, quæ tamen interuenire debebat, † quoniã quò ad solennitatem attẽditur locus, vbi conficitur instrumentũ. l. fi. fundus. ff. de euic. Bar. & alij com. in d. l. cunctos populos. Ias. in cons. 48. col. j. vol. j. vbi dicit hãc esse * communem & indubitatam conclusionẽ doctorũ. Paris. in cõs. 39. nu. 54. vol. 1. Sal. & Bal. in l. multũ interest. C. si quis alteri, vel sibi. vbi quò ad solennitatem contractus inspicimus locũ vbi actus celebratur, & locum verborũ, pbatorum. Iac. Philip. Port. in d. cõclu. 31. in prin. quod equidẽ locum habet nedum in notario creato ab inferiore, sed ẽt à supremo Principe, † qui vbiq; locorũ põt conficere instrumenta, vt atteſtantur Doc. * cõmuniter in d. c. cũ P. tabell. Bart. in d. l. de offi. procons. & leg. Ias. in cõs. 122. in 3. vol. Bella. in cõs. 42. col. 3. Bero. in cons. 89. col. j. vol. 3. Pau. de Cast. in cita. cons. 226. col. 2. Quod ampliatur etiã procedere in forensib. ibi contrahentibus, vt per doct. in d. l. cunctos populos. Ias. in cita. cons. 43. colum. 3. Aret. in cons. 54. col. 2. & 73. col. 3. in fi. Capra in cons. 144. col. 2. Fel. in c. j. col. 13. de spons. vers. facit.

Nec habet obstare istud non militare quando statutum inhabilitat personã, vt inquit Castren. in d. cons. 226. quia ad hoc patebit respõsum infrà, † dum confutabo ipsius decisionem, quę nullo modo multis ex causis potest locum habere in terminis de quibus agitur. Ex his igitur dicendum videtur, ꝙ huiusmodi instrumentum tanquam carens solennitatib. à constitutionib. requisitis nullius sit valoris & momenti, nullamq; fidem facit propter clausulam annullatiuam positam in dictis constitutionibus, quæ quantũ operetur satis liquet ex cons. 17. Dec. vbi clarè concludit, † quòd si statutũ disponit ꝙ notarius forensis

forensis non matriculatus non posit conficere instrumentum, & cum clausula annullatiua, quòd instrumentum redditur nullum, secus si non est dicta clausula, & in cons. 169. col. 7. & in cõs. 564. col. 3. Ang. in cons. 194. colu. j. vbi dicit, quòd ex quo statutum annullat scripta per notarium non matriculatum, non est à verbis statuti recedendum. Soc. in cons. 97. in prin. vol. j.

Superest modò vt ex aduerso allegatis respondeatur. & ad primum fundamentum dicitur, vt iam scriptũ est, q̃ ipsa conclusio non ita passim à doctoribus recipitur, cum contra eã tenuerint Abbas in d. c. cum P. tabellio, col. pen. in fi. dicens hanc esse communem. Aegi. Bella. in cita. cons. 42. & Io. Armion. in consi. sequenti. & Bero. in allleg. cons. 89. col. j.

Secundò respondetur, quòd sententia prædicta posset sibi locum vendicare vbi essemus in terminis iuris cõmunis, vt loquuntur Bal. Abba. Fel. & Paul. in lecturis suprà relatis: secus autem vbi in loco in quo celebratur instrumentum, adesset aliqua solennitas obseruanda in ipsius confectione, vt in terminis præsentis nostræ consultationis, vbi in ciuitate Capuæ debent confici instrumenta secundum formã cõstitutionis regni, de qua per Afil. in consti. consuetudinem, & in consti. instrumentorum robur, & cõstitutiones Capuæ, de quib. suprà, quia tunc nisi illa adsit, instrumentũ nullam fidem facit, vt constat ex auctoritatib. suprà relatis, in quib. satis liquet quòd ad solennitatem obseruandã inspiciendum esse locum vbi instrumentũ celebratur. Sola igitur difficultas remanet in respondendo ad consiliũ Pauli de Castr. in iam sæpius alleg. cons. 226. vbi etiam vult q̃ si statutum disponit, q̃ notarius non possit recipere instrumentum nisi sit notarius originarius Mediolani, & descriptus in matricula notariorũ, q̃ tamen notarius forensis Pergami possit inter Pergamenses conficere instrumẽtum, dato quòd sit creatus ab inferiore domino: quia statutũ nõ potest inhabilitare forẽses, nec habiles inhabilitare, quoniãad consil. ipsum respõdetur: Et primò, q̃ Paul. malè sentit & pessimè cõcludit, quod demonstratur: quoniam, si ipse vult quòd statutum absolutè inhabilitãs, vel habilitans personam non comprehendit forẽsem, vt est,
21 † si statutum disponit, quòd minor 25. annis nõ possit testari, tunc verum diceret, quòd non extenditur ad forensem, vt notant omnes in d. l. cũctos populos. Iaſ. in cõs. 59. col. 2. vers. nec habet obstare, vol. 3. vbi dicit, quòd si statutum disponeret circa personas habilitãdo aliàs inhabiles, vel econtrà: isto casu, licèt statutum, quod est fortius, disponeret circa ea, quę sunt voluntariæ iurisdictionis, cùm persona forẽsis non sit subiecta statuentibus, non comprehenderet fo-
22 renses. † Vnde si statutũ disponit, quòd filius familiàs possit testari, certè filius familiàs forẽsis existens in illo loco non poterit testari per text. optimum. in l. j. in fi. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.

23 Similiter † si statutum inhabilitet personam: quia disponat, quòd maritus non possit legare vxori: certè forensis in dicto loco poterit legare vxori: allegat Bal. in d. l. cunctos populos. in 7. col. in 3. quęst. q. princ. & Bar. in 7. quæst. in fi. & subdit Iaſ. quod ab hac opinione nemo discrepat. Ruin. in cons. 201. col. j.
* volu. j. vbi dicit hanc esse * communem. & in nume. 7. Crot. in l. omnes populi. num. 2; 4. ff. de iust. & iure. Sed in isto casu non loquitur Castren. sed tantum quando statutũ pręcise & absolute non inhabilitat, vel habilitat personam, sed in defectum formæ non seruatæ: quia tunc vera est conclusio contra eum, q̃ forensis sub statuto loci, in quo instrumentum conficitur, comprehenditur, vt in casu de quo agitur. ita Bal. in dicta l. cunctos populos. in 7. charta, versicul. tertio casu. vbi dicit, quòd quando statutum aliquid
24 vetat cum aliqua modificatione, putà † quòd pater non possit testari inter liberos nisi cum sex testibus, tunc ligat forensem. allegat l. 12. C. quemad. testa. aper. sequitur Socin. in cons. 97. col. 2. in princip. volumin.
25 j. vbi consuluit, † quòd si statutum dictat, quòd notarius non possit conficere instrumenta nisi sit matriculatus, iurauerit, & satisfecerit, quòd comprehenderit forensem notarium: quia statutum cùm non habilitat præcisè, sed cum modificatione, nisi fuerit descriptus &c. Bal. in repet. l. fi. ff. de iurisd. om.
26 iud. vbi dicit, † q̃ si ex forma statuti minor nõ possit se obligare sine certa solennitate, etiã forensis contrahens in loco si sit minor, tenetur seruare illam solennitatem: licèt enim statutum absolutè inhabilitans personam, non comprehendat forensem. & Bal. sequitur Aret. in cons. 54. col. 3. versicul. tunc succedit, vbi inquit hanc communem sequi Ancha. in capit. j. quæstio. 12. princ. versicul. quid dicis, de const. quam putat verissimam. Iterum ipse Aret. in cons. 74. col. 3. & 4. Tiraquel. in legib. connub. glo. 8. nu. 226. Rui. in
27 cons. 201. volum. j. vbi consuluit, † quòd stante statuto in ciuitate Mantuæ, quòd nullus notarius, qui non fuerit per collegium deputatus, assumptus, approbatus, & descriptus in collegio & matriculano-tariorum, possit nec valeat actum notariatus, neq̃ aliquem actum conficere sub pœna: quòd si notarius forensis fuerit rogatus in loco subiecto dicto statuto, non valet dictum instrumentum, quia non fuit seruata forma dicti statuti: item & quia istud statutum non inhabilitat præcisè notarium, sed cũ quadam modificatione, videlicet quando non est in collegio receptus, & nõ est in matricula descriptus: ideò nimirum si notarium forensem comprehendit, etiam q̃ verba sint in personam cõcepta: allegat multas rationes & auctoritates, quas non transcribo. Hanc quippe partem tenuit Bero. in cons. 89. volu. 3. vbi decidit, q̃ stante statuto in loco, quòd nullus notarius nisi sit creatus & matriculatus secũdum formam statutorum illius loci, possit instrumenta conficere. q̃ si à notario Mantuano fuit rogatum instrumentum, non seruata forma dictorum statutorum, non valet, & tamen statutum loquebatur in personã, non simpliciter & absolutiuè illũ inhabilitando, sed cũ modificatione certæ formæ. Hanc quoq; sententiã amplectitur Christo. de Castel. in cõs. suo 23. vbi cõsuluit, q̃ stante statuto Placentiæ disponente testes quinq; sufficere in testamẽtis, & altero statuto Papiensi inhibente cuilibet notario quæuis instrumenta conficere in ciuitate Papię nisi sit de Collegio notariorũ Papiæ, & descriptus in matricula eorundem notariorũ cum decreto annullatiuo: si Placentinus in ciuitate Papiæ corã septem testib. Placẽtinus confici fecit testamentũ per notariũ quoq; Placentinũ q̃ non sit de Collegio notariorũ Papiæ & descriptus in matricula, q̃ testamentũ non valet. Ecce q̃ ibi statutũ Papiæ loquitur in personam cũ modificatione certæ formę, & tamen concluditur illud nullũ, quamuis rogatũ à notario Placentino factum à testatore Placentino ac coram testib. ipsius ciuitatis Placentię: ex quo solẽnitas requisita à statuto Papię, in qua confectũ fuit testamentum, non fuit seruata. Ex his igitur auctoritatibus satis liquet, Paul. de Castro in citato cons. 226. aberrasse, & in eius dicto fundamentum validũ fieri nõ posse. Et tantò magis hoc locum habere debet in terminis nostris, vbi forma datur actui celebrando, quo in casu ab omnib. reci-
28 pitur, † q̃ statutum dans formam contractui celebrando ligat etiam forensem, adeò vt si contraxerit in loco ipsius statuti, nõ seruata forma statuti, actus non valet: ita Bar. Bal. & cõmuniter alij in d. l. cunctos populos. Iaſ. in cons. 48. in fi. vol. j. & in cons. 59.
26 col. 2. vol. 3. † q̃ solẽnitas actus spectat ad iurisdictionem statuentis. Bal. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. vbi di-
30 cit, † quòd si statutum disponit, quòd contractus celebrati per minorẽ 20. annis nõ valeant nisi interueniat consensus duorum propinquorum & auctoritas iudicis, quòd tale statutum afficit forensem, adeo quòd si minor ibi contraheret, teneretur seruare formam illius statuti, ex quo non inhabilitat directè personam, sed magis dat certã formam actui, sine qua nõ vult actũ posse fieri. sequitur Iaſ. in dicto. cons. 59. col. fi. vers. secundò & notabilius. Aret. in cõs. 54. col. 3. Ruin. in citato con. 201. Crot. in l. omnes populi, col. penul. de iust. & iure. quòd autem dicta forma sit attributa actui, patet, quia si primò inspiciatur constitutio sub tit. de iud. incip. in locis, illa non loquitur in personam, sed dicit contractum celebrandum in ciuitate Capuæ confici debere coram iudicibus. Plus, si etiam attendatur alia constitutio incipiente consuetudine, sub titu. de iudicib. & constitutiones

tiones regni, de quibus suprà loquuntur de instrumentis,& per verba instrumenti,ergo illa consuetudo loquens de instrumento celebrando sub certa forma,etiam attendi debet per forẽsem, qui Capuæ contrahit vel facit instrumentum.

Ex alio etiam capite non facit consilium Castrensis:quia in casu nostro non interuenit in confectione instrumenti, de quo agitur, solennitas requisita in constitutionibus Aragoniæ, prout tamen requiritur secundum Castren.ibi,vbi in plurib.locis vult, quòd saltem obseruata fuerit solennitas statuti Pergamensis in cõfectione instrumenti, de quo ibi per eum,vt in col.2.ibi, cum solennitatibus statutorum Pergami.Item in d.col.in fi.ibi, & eadem ratione dicendum est,quantum ad solennitatem instrumentorum prædictorum: quia sufficit quòd in eis reperiatur solennitas requisita per statuta Pergami,& in fi.col.ibi, sed notarius Pergamẽsis debet seruare statutum Pergami,non Mediolani. Itẽ,& inferius dum dicitur: vnde concluditur quòd dicta instrumenta merentur executionem in ciuitate Pergami, ac si ibi facta forent, si habent omnia, quæ requiruntur ad hoc secundum formam statutorum dictæ ciuitatis Pergami, quæ non apparet fuisse obseruata. Cùm igitur per dictum notarium Aragoniæ in confectione instrumenti dicti mandati non fuerit obseruata d.solennitas Aragoniæ, sequitur quòd decisio Castrensis non obstat casui nostro.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCII.

1 *Liber rationum mercatoris plenam fidem non facit pro scribente.*
2 *Imò nec semiplenam.*
3 *Scripturæ priuatæ mercatoris non debet plus credi, quàm eius viuæ voci.*
4 *Scripturæ mille priuatæ non faciunt fidem,nisi liber rationum esset mercatoris bonæ famæ.*
5 *Statutum vel consuetudo disponens, quòd scripturæ mercatorum adhibeatur plena fides,valet.*
6 *Libro mercatorum vt detur plena fides, sex requiruntur.*
7 *Statuto,vel consuetudini prædictæ non est standum,si esset indifferens & indiscreta, puta quòd crederetur omni scripturæ mercatoris.*
8 *Statutum vel consuetudo si disponat, quòd libro mercatoris detur plena fides,id debet intelligi quando mercatores in libro scribũt de spectantibus ad suam artem seu mercantiam.*
9 *Statuto ciuitatis siue artis lanificij approbato per superiorem,si caueatur quòd nullus lanifex, etiam in causis non pertinentibus ad artem lanificij possit conueniri alibi quàm sub consulibus,ex causa quæ nullo modo pertinet ad artem,poterit conueniri lanifex coram officialibus mercantiæ.*
10 *Auctoritas,quæ competit ratione officij, non debet operari vltra naturam officij.*
11 *Statutum si disponat quòd cum filiofamilias nõ possit cõtrahi nisi sit mercator,si filiusfamilias mercator non contrahit ex causa mercantiæ, contractus non tenet.*
12 *Statutum si dicat de fide plenaria adhibenda Thesaurario, non procedit, quando agitur de materia non pecuniaria.*
13 *Literæ episcopi vel alterius ordinarij sigillatæ sigillo authentico ipsius,& subscriptæ manu testium,licèt faciant fidem, tamen illud procedit in spectantibus ad officium sigillantis,& non in alijs.*
14 *Statutum seu consuetudo prædicta locum sibi non arrogat, vbi in libro rationũ seu parcellis in eo descriptis,non est appositus annus, mensis, & dies.*
15 *Item & locum habet in mercatore legali, & non reprobato in aliqua parcella sui libri rationum.*

CONSILIVM XCII.

IN præsenti cõsultatione primo quidem aspectu dicendum videtur,Do. Ioannem de Insula teneri & obligat eas se ad soluendum & soluere debere Ioanni de Platea mercatori scuta ducenta, de quibus in libro rationum ipsius mercatoris. quoniam & legibus sancitũ sit,† librum rationum mercatoris pro scribente plenam fidem non facere,quia exemplo perniciosum est vt eius scripturæ credatur, qua vnusquisq; sibi annotatione propria debitorem constituit.l.exemplo. C. de probat.Albe.in l.rationes, in vers.sed adhuc quæro.C.eo.titul. vbi dicit quòd si reperitur campsor,argentarius, vel alius, qui sit cõsuetus habere libros rationũ,& appareat in suo libro qualiter Titius deposuit penes se centum, & in eodem libro comperiatur qualiter ipse Titius centum illa receperit, liber ille rationum ita scriptus non probabit liberationẽ compsoris, quia alia requiritur probatio.Legistæ communiter in l. admonendi.ff.de iure-
2 iur.& Canonistæ in c.2. de fide instr. † imò nec semiplenam, vt per Petr.& Cyn.in l.bonæfidei.C.de iureiur. vbi reprehẽdunt Speculatorem aliter sentientem in tit.de instrum. edit. §. nunc dicendum.dum voluit, librum rationum mercatoris etiam pro ipso semiplenam probationem facere, & cum vno teste
3 plenam: † quia priuatæ scripturæ mercatoris nõ debet plus credi, quàm viuæ voci eiusdem, sed si mercator viua voce p se deponeret, nihil ei crederetur, l.omnib. C.de testi. ergo non plus etiam credi debet eius scripturæ pro se, aliàs de facili vnusquisq; sibi pararet semiplenã pbationem scribẽdo in libro suo prout vellet: qd' est absurdũ. glos. ordi. in l. quædã. §. nũmularios, vbi Bar.& alij cõmu.ff.de eden. Ias.in d. l.admonendi,col. 50.in repe.ff.de iureiur. Cur.in l.j. nu.6.C.de eden. Bal.in rub.C.de cõtrouer.inuest.vbi
4 dicit, † & etiamsi essent mille scripturę priuatę, non facerent fidẽ, & tamen sanè intelligas non pcedere quando liber rationum esset mercatoris bonæ famæ: quia tunc faceret semiplenam probationem, vt per Bar.& Alex.in §. nũmularios, vbi etiam Ias.col.2. vers.in gl. magna. Io.de Vicomerca.in rub. C.de edẽ. nu. 24. tamen * in dubitata est doctorum sentẽtia, &
5 † vbi adest statutũ, vel consuetudo disponens, quòd scripturę mercatorum adhibeatur plena fides, vt est Florentiæ, secundum Castr.in d.l.admonẽdi, & Bononiæ secundum Imol.in capitul.2.de fi.instrumento.tunc scripturæ ipsi standum est, cum nitatur publica auctoritate. Bal.Ang.& alij in c.2.extra eo.Doct. in d.l.admonendi de iureiur.Boer. in decis.105.colu. 2.fin.Didac.in lib.pract.q.c.22. nu. 8.circa fi. Alex.in consil.217.col.2.vol.7.Bero.in consil.87.nu.57.vol.3.sed in loco & ciuitate dicti mercatoris extat huiusmodi statutum, ergo libro ipsi quamuis per eum scripto, & in ipsius fauorem contra prædictum D.Ioannem omninò fides adhibenda venit,cùm (vt dictum est) publica nitatur auctoritate.

Verùm his non obstantibus contrarium in terminis de iure est verius, quòd imò nulla fides libro ipsi sit præstanda in fauorem ipsius scribentis, vt ex infrascriptis demonstrabitur,ex quibus patebit responsio ad supradicta.

6 Et primò dico, † quòd ad hoc vt libris mercatorum fides plena adhibeatur, requirũtur ea quæ scribit Guid.Pap.in quæst.44.vbi dicit, quòd primò requiritur,quòd mercator fuerit legalis homo & talis reputationis,iux not.per Bart.admonendi, de iureiur.& in l.nuda.ff.de dona.

Secundò quòd ipse mercator scripturam manu propria scripserit.l.generaliter. C. de non nu.pecu.

Tertiò quòd veritatem scribere cõsueuerit. l. vel vniuersorum.ff.de pigno.actio.

Quartò quòd causam in scriptura subiunxerit, iux.notata.per Bar. in l. instrumenta. C.de probatio.

Quintò quòd aliquid contra se in eodem lib. scripserit.

scripserit.l.Publia.§.fin.ff.de pos.in l.quædã.§. nummularios.ff.de eden.

Sextò si ex verisimilibus circunstantijs præsumi possit esse verum, quod per eũ scriptum reperitur, vtpote habito respectu ad tempus debiti contracti solutionis factæ, & ad personas contrahentes,& ad locum contractus, quibus concurrentibus ex scriptura priuata à libro rationũ infertur probatio,per l.rationes.C.de probatio.Et ideò subdit, quòd dum practicabat, deducebat in facto per articulos suprascripta requisita, vt adhiberetur fides talibus libris mercatorum.quam decisio.sequitur Boer. in decis. 105.col.3.in prin. Quo fundamento stante, dico non obstare, quod adductum fuit pro fundamento partis aduersæ, videlicèt quòd imò dicto libro fides adhibenda venit vigore statuti vel consuetudinis disponentis, quòd scripturæ mercatoris fides adhibeatur: quia quatuor modis ad illud respondetur ex quatuor conlusionibus, * frequentiori calamo
7 receptis;quarum prima est, quòd † dicto statuto vel consuetudini non est standũ,nec fides prestanda si esset indifferens,& indiscreta: putà,si consuetudo disponeret quòd crederetur omni scripturæ mercatoris pro se, quia non valeret: quoniam prona ad falsum committendum, & quia medullitus forma consuetudinis debet esse rationabilis.§. erit autem lex, 4.distinct.ita in terminis dixit Bal.in l.vnica, in 4.col C.de confes.quod dictum reputat signandum Abb.in c.bonę,il 2.de postula.prælat.Dec.in c.2.num. 18.de fide instru.docto.cõuniter in d.l.admonendi. Alex.in cons.3.nu.10.vol.2.& in cons.117.col.3.versic. fortius dixit,vol.7.Ias.in l.de quibus,col.19.ff.de legib.sed statutum,de quo agitur,quòd omni scripturæ mercatoris credatur,tãquam carens ratione non valet,ergo,&c.

8 Secunda est conclusio, † quòd statutum vel consuetudo, de qua suprà, debet intelligi, quando mercatores in libro scribunt de pertinentibus & spectantibus ad suam artem seu mercantiam,putà si mercator pannorum scriberet de pannis traditis alicui,secus de depositio.ita Ioan.Andr.in addit. ad Specul. in tit.de instru. edi. in §. nunc dicendũ, in addi.magna, posita super verb. priuatorũ. quem sequitur Rom.in cõs.204.col.2. vers. primò probo, vbi inquit,quòd eo casu quo olim scripturæ nummulariorum plenam fidem faciebant per l. quædam §. nummularios. ff. de eden.si tamen scribebãt aliquid extra id,quod dictabat eorum officiũ,talis scriptura non probat.argu. optimo. l. idem ait.§.eo.modo.ff. naut.caup.stab.& in con.205.col j. Are.in con.33.col.
9 j.vbi per istam decisionẽ Io.And. inquit,† ꝙ si statutum ciuitatis, sue artis lanificũ approbatum per superiorẽ clarè & expresè disponat,quòd nullus lanifex,etiam in causis non pertinentibus ad artẽ lanificij,possit conueniri alibi quàm sub cõsulibus, quòd ex causa,quæ nullo modo pertinet ad artem,poterit conueniri lanifex coram officialibus mercantiæ.&
10 in cons. 44. col.2.† quia auctoritas, quæ competit ratione officij non debet posse operari vltra naturam officij. Dec.in c.j.num.35. vers. secundo talis, de probatio.& in cons.40.col.2.Doct.communiter in d. l.admonendi.Ias. in cons.103.per totum vol.j

Accedit quod scribit Bal. in l.fi.col.2. vers. quæro
11 statutum.C.ad Macedonia.† quòd si statutum disponit,quòd cum filiofamilias non possit contrahit nisi sit mercator, ꝙ filius familias mercator si non contrahit ex causa mercantiæ, non tenetur contractus quia ista præmissio non intelligitur respectu personæ, sed causæ, ergo cessante causa cessat permissio. Paul. de Castr. in l. j. §. in filio. ff. ad Macedonia. vbi dicit, ꝙ pluries vidit istũ casum de facto Florentiæ. Ias.in l.age cũ Geminiano col.2 C. de transact. Hinc
12 consuluit Roma.in con.319.† ꝙ statutum disponens de fide plenaria adhibenda Thesaurario,nõ procedit quando agitur de materia non pecuniaria,& sic non pertinente ad officium Thesaurariæ.pro hac sententia etiã facit, quod voluit Felin. in c post cessionem,
13 col.2.vers.j.conclusio.ff.de proba.vbi inquit,† quòd licèt literæ Episcopi vel alterius ordinarij sigillatæ sigillo authentico ipsius,& subscriptę manu testium, faciant fidem sufficientem, tamen illud procedit in spectantibus ad officium sigillantis & non in alijs. multa alia allegat,quę faciunt ad propositum.Et pro comprobatione huius sententiæ quamplura accumulantur per Iaso.in d.l.age cum Geminiano,colu. 2. sed in casu nostro partita descripta in libro ipsius mercatoris pannorum,est extra exercitium suum: quia facit mentionem de mutuo, ergo,&c. nam secundum Roma.in cita.cons.204.col.2.officium mercatoris consistit principaliter in negotiando, non autem in scribendo, vt etiam dicit Bald.in rub.C.de fide instrum.col.9.vers.sequitur módò videre: & in terminis nostris ita dixit Ias. in l. prætor ait. §. rationẽ.col.fi.in prin.ff.de eden.& in d.l.age,col.2.in prin.

14 Tertia est conclusio, † quòd dictum statutum seu consuetudo declaratur locum non habere,vbi in libro rationum,seu parcellis in eo descriptis nõ est appositus annus, mensis, & dies.Bald.in rub.C. de fide instru.col.ix vers. nam aliter, quia alias sine die ratio esset intricata, & non appareret ordo dati & recepti,& subdit quòd ex hoc sequitur,quod libro rationum nõ creditur nisi pro singulo, scilicèt post accepta & data,dies exprimatur.Alber.in l.rationes.C.de proba.Alex.in cons.182.colu. 2 vers. laborat insuper. vol.2. vbi dicit quòd licèt scriptura priuata non requirat diem l. cum tabernã. §.idem quæsiit.ff de pigno. tamen hoc limitatur secundum doct. vt locum non habeat in scriptura priuata continẽte rationem datorum & acceptorũ.rursus in cons.77.nu.8.vol.6. dicens aduertendũ esse,an in partitis libri rationum sit dies prout requiritur: quia aliàs nullam fidem facit.Rui.in cons.69.nu.13.vol.4.Cur.Iun.in l.j.nu.5.C. de eden. Vicomercat.in rub.eo.tit.nu.24. versi. illud etiam est verũ. At in casu nostro in dicta partita deficiunt mensis,& dies,ergo illi non est standum.

15 Quarta est conclusio,† quòd dictum statutum vel consuetudo habet locum in mercatore legali,& non reprobato in aliqua parcella dicti sui libri rationum vt probatur ex his,quæ dicit Vicomercat.in loco de quo suprà,vbi concludit perpetuò menti tenendum esse, ꝙ id,quod suprà dixit,quòd liber rationũ probat eo modo vt declarauit,locum sibi arrogat quando ipse liber esset scriptus à persona fide digna,bonæ reputationis & famæ,secus si esset persona malæ famæ & suspicionis: quia tali libro non crederetur, vt per gl. & Guliel. de Cuneo in l. edita. C. eo.tit. de eden. Cacialup.in l.admonendi.nume.72.de iureiur. vbi etiam alij.facit quod notat Bald.in l.Cassius,col. penultim.in fin.ff.de Senato.vbi tradit,quòd licèt libro mercatorum ex forma statuti detur plena fides, non tamen si sint infames infamia publica: quia faciliùs abrumpitur fides eorum, si publicam personam non habent, quam notarij,si auctoritate Principis gerunt officium. l. si quis ex argentarijs §. cogentur.ff.de eden. sed iste mercator aliàs fuit reprobatus in iudicio de duabus partitis descriptis in suo libro rationum,ergo malæ extimationis. Ex his igitur concludendum venit, libro prædicto in fauorem ipsius mercatoris nullam penitus fidem adhibendam esse, partemq; conuentam absoluendam esse à petitis cum victoria expensarum, iuxta l. eum quem temerè.ff.de iud.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCIII.

1 *Mors mariti præsumitur ex absentia decennali.*

2 *Mors de iure Longobardorum probatur per absentiã triennalem extra prouinciam.*

3 *Tempus longum dicitur decem annorum.*

4 *Matrimonium probatur per duos testes.*

5 *Etiam si testes essent fœminæ.*

6 *Matrimonium legitimè contractum redditur indissolubile.*

7 *Vxor non debet ad aliud matrimonium cõuolare antequam habeat notitiam de morte viri per certum nuntium.*

8 *Matri-*

8 *Matrimonium contractum per verba de præsenti non dissoluitur per absentiam quãtumcunq; mariti, etiamsi ignoretur de morte vel vita ipsius, ac etiã concurrente iuuenili ætate coniugum.*

9 *Hæreditatem adire debens, certus esse debet de morte testatoris.*

10 *Viuentis nulla est hæreditas.*

11 *Vxori non licet habere duos maritos, nec è contra.*

12 *Deus quos coniunxit, homo non separet.*

13 *Causa matrimonij est ecclesiastica & spiritualis.*

14 *Ius Canonicum vbiq; seruatur circa matrimonium.*

15 *Matrimonium est sacramentum.*

16 *Canones sequimur in spiritualibus.*

17 *Disponere de matrimonio spectat ad solum Pontificem.*

18 *Filij nati ex coniugio prohibito videntur legitimi, siue ambo coniuges, siue alter tantùm ignorauerint impedimentum matrimonij.*

19 *Filij nati in figura matrimonij excludunt substitutum vocatum per verba simplicia.*

20 *Item etiam sunt legitimi secundum communem quò ad ordines.*

21 *Matrimonium licèt de iure canonico ex cohabitatione masculi & fœminæ non præsumatur, sed fornicatio, tamen respectu filiorum, vt dicantur legitimi, præsumitur matrimonium.*

22 *Possessio vera acquiritur, licèt modus acquirendi sit fictus.*

23 *Matrimonium prohibitum palàm & publicè contrahentes, præsumuntur bona fide, & sic per errorem contrahere.*

24 *Solennitas de quo in c. cùm inhibitio, de clandest. despon. hodie de consuetudine non seruatur.*

25 *Matrimonium dicitur contractum in faciem ecclesiæ secundum communem, id est, conuocatis amicis.*

26 *Filij vt efficiantur legitimi & patri succedere possint, requiritur quòd matrimonium non sit clandestinum, sed celebratum in faciem ecclesiæ, præmissa denunciatione publicè in ecclesia, & seruata solennitate, de qua in d. c. cùm inhibitio.*

27 *Ecclesia dicitur fidelium collectio.*

28 *Quæ publicè fiunt, dicuntur fieri bona fide.*

29 *Matrimonium vt non dicatur contractum clàm, satis est quòd sit celebratum coram multis secundum consuetudinem patriæ.*

30 *Clam dicitur fieri, quicquid taliter fit, quod non possit venire in notitiam.*

31 *Præsumptio doli & fraudis oritur ex actu occulto.*

32 *Matrimonium dicitur etiam clandestinum, quamuis ad illius probationem producatur instrumentũ publicum, si non fuit cõtractum in faciem ecclesiæ, hoc est, conuocatis parẽtibus, amicis, & secundum consuetudinem patriæ.*

33 *Clam dicitur esse factum instrumentum, si commissum esset notario, vt illud teneret in secreto.*

CONSILIVM XCIII.

PRIMA facie dicẽdum videtur in præsenti consultatione, quòd matrimonium cõtractum inter No. Angelam de Opizonibus & No. Sylueſtrũ Burdum de iure subsistere potuit, attenta absentia No. Gabrielis eius primi mariti, quæ fuit decennalis. Et primò, quia nemini
1 dubium est, † quòd eo ipso quòd talis absentia probatur, præsumitur probata mors mariti absentis, vt per Bartol. in tract. de teste, in 3. char. vers. mortuũ. & in tracta. qual. probe. mors. col. 2. Alexand. in cons. 4. nu. 18. vol. 2. Maran. in l. is potest. nu. 145. de acquir. hæred. vbi mors alicuius, pbatur, eo ipso, quòd aliquis iuuenis luxuriosus & vagabundus cœpit vagari per vrbẽ, & nescitur vbi sit, nec aliquod nouum habetur de eius morte vel vita: nã si ex hoc tempore lapsi sunt solùm quinq; anni, ex hoc præsumitur & approbatur mortuus: quia Iustinianus hoc in muliere volente transire ad secunda vota approbauit, si tanto tempore expectauit. l. vxor. C. de repud. Socin. Iun. in cons. 26 col. 2. vol. 2.

2 Secundò dicitur, † quòd de iure Longobardorum mors probatur eo ipso, quòd stetit per triennium extra suam prouinciam, vt est tex. in Longob. de his qui extra pater. l. j. Iser. in capitul. j. columna 3. circa. fin. quo tempore miles. Maran. in lege is potest. numer. 147. ff. de acquiren. hæred. si ergo in casibus præmissis vtiq; probatur mors, ergo multò magis debet mors prædicti No. Gabrielis primi mariti
3 dici probata ex lapsu decem annorum, † quod dicitur longum tempus, secundum gloss. in l. si filius. Codic. de pet. hæred. Rui. in consil. 154. numero 3. volumine 5.

Quibus tamen non obstantibus contraria sententia videtur esse de iure verior, vt probatur ex in-
4 frascriptis. † quoniam per duos testes probatur matrimonium primò loco fuisse celebratũ inter ipsam No. Angelam, & prædictum No. Gabrielem, quod equidem sufficere videtur iuxta notata per scrib. in c. super eo, il 2. de testib. Soc. Iun. in cons. 88. in princ.
5 vol. 2 † etiam si testes essent fœminæ, vt per scriben. vbi suprà Paris. in cons. 58. nu. 6. vol. 4. Port. in cons.
6 36. num. 2. Cùm † igitur prædictum matrimonium legitimè contractum fuerit, indissolubile redditur, vt tradunt omnes in c. fi. de consuet. Port. in cons. 39. num. 43. 118. numer. 4. & 158. numer. 4. resultat indubitabilis conclusio, quòd non licuit d. No. Angelæ stante etiam absentia sui mariti per decem annos, alium accipere in maritum. Nam ambigui iuris non
7 est, † quòd antequam vxor habeat notitiam de morte viri per certum nuncium, nõ debet vxor ad aliud matrimonium conuolare, vt est tex. in capit. dominus, de secund. nup. & in capit. in præsentia, de sponsal. † vbi matrimoniũ contractum per verba de præ
8 senti, non dissoluitur propter absentiam quantumcunq; mariti, etiãsi ignoretur de vita vel morte ipsius, ac etiã concurrente iuuenili ætate coniugũ. quia requiritur vt possit conuolare ad secundum matrimoniũ, quòd primò receperit certum nuntium de morte viri. Hanc̃q; sententiam tenuerunt Abb. Soc. & Barb. in c. quoniam frequẽter. §. porrò, vt lite non contest. Ang. de Clauas. in summa sua, in verbo, Matrimonium il 3. in impedimento 13. in addit. in vers. vtrũ mulier. summa Sylvestr. in verbo Matrimonium. 8. considerari potest, in vers. decimo tertiò quæritur. Ale. in con. 4. nu. 18. vol. 2. Paris. in cõs. 57. nu. 16. vol. 4. Alba. in cõs. 44. in prin. Franc. Pauin. in trac. de visitat. quæst. 8. 2. par. nu. 59. vbi sic inquit: Moneantur cõiuges nè causa captiuitatis mariti vel peregrinationis absentis contrahant cum alijs, donec certum nuntium recipiant de morte, quocunq; temporis lapsu, non obstante d. c. in præsentia. & si de facto contrahant, non exigant debitum, sed reddant: & cum de vita fuerint certificati, statim recedãt ab inuicẽ. d. c. Dominus & in auth. hodie. C. de repud. Didac. in j. tomo fo. 262. vbi sic inquit: Hinc apparet coniugẽ expectandũ fore, nec ex dierum longo interuallo ante cõpertam absentis mortem matrimoniũ cum alio contrahi posse. d. c. in præsentia, ex quo probatur vxorem certam esse oportere de morte viri prius quàm alteri nubat, alioquin etiamsi mortuum esse virum ex aliquot coniecturis opinetur, & matrimoniũ contrahat, nec à peccato nec à pœna immunis ac libera iudicabitur, secundum Abba. in d. c. præsentia, post gl. fi. quamuis Butr. & Præpos. velle videantur mulierẽ esse liberam à pœna si contrahat matrimoniũ ex verisimili cõiectura mortis prioris mariti, non tamẽ ex hoc posse ecclesiasticum iudicẽ licentiam ei exhibere, vt alteri nubat. Port. in cõs. 26. per totũ, & similiter in cons. 78. Anch. in cõs. 402. in prin. vbi inquit, quòd Stiposius, qui secũdam vxorem temerè duxit, excusari nõ potest: quia donec verisimiliter præsumi potest, vxorem primam non mortuam,

mortuam, non debet cum alia contrahere, sed expe-
9 ctare. † Nam si debens adire hæreditatem, debet esse certus de morte testatoris, l. hæreditatem, de acquir. hæred. quia viuo eo non potest quis gerere se pro hæ-
10 rede, nec repudiare hæreditatem, † cùm viuentis nulla sit hæreditas. Marant. in l. is potest. num. 142. ff. eod. titul. quantò magis debet esse certa mulier, volens transire ad secundas nuptias de morte mariti. Nam si vbi agitur de pecuniario commodo, vt suprà, ita statuitur, ergo multò magis vbi agitur de tã-to præiudicio, vt per Port. & Aflict. vbi suprà. Vnde cum ista No. Angela notitiam non habuerit per certum nuntium No. Gabrielis sui viri, vt requiritur in dict. cap. in præsentia, nec de aliqua verisimili coniectura, non debuit cum dict. No. Sylvestro matrimo-
11 nium contrahere. † Et ideo cùm non liceat vxori habere duos maritos, sicut nec marito duas vxores, l. eum qui. C. de adult. cap. gaudemus. de diuort. Paris. in consil. 52. in princ. volum. 4. & in cons. 88. volum.
12 eod concludendum venit, ex quo, † quos Deus coniunxit, homo non separet, c. quos Deus. 32. q. 2. cap. ex publico. de conuers. coniug. reintegranda esse fœdera legitimarum nuptiarum, & sic, quòd ipsa teneatur & debeat cohabitare cum d. No. Gabriele, iuxta tex. in c. cum per bellicam. 34. q. 1. & 2. & in c. sequenti. & recedere à d. 2. matrimonio. Affli. vbi supra. Quòd si facere recusauerit, meritò notanda venit, ita vt ab ecclesiastica communione priuetur. Nam, vt inquit tex. in d. c. cùm per bellicam, in fi. sicut mulieres, quæ ad viros suos reuerti noluerint, impiæ sunt habendæ, ita illæ, quę in effectam ex Deo initum redeunt, meritò laudandæ sunt.

Non obstant modò, quæ in contrarium adducta fuerunt: quia ad primum argumentum respõdetur, quòd illud procedit in terminis suis, non autem respectu matrimonij, quia dispositio dict. l. vxor & authen. hodie. C. de repud. correcta fuit, adeò quòd hodie mulier nõ potest alij nubere, si maritus fuerit in expeditione quantiscunque annis, licèt neque nuntium neque literas à marito habuerit, imò debet expectare, quòd ad vsque audiat eum mortuum esse, & prædictam decis. Bart. non militare in terminis nostris matrimonij, hoc decidit ipse Bar. in d. tract. mortis. col. 2. & in tract. de testib. in verb. mortuum, col. 2. Alex. in citat. consil. 4. num. 18. volum 2. Iser. in cap j. in §. sancimus. colum. 3. in fi. versi. quantum ad hunc casum.

Non obstat secundum argumentum de iure Longobardorum: quia respondetur, quòd illud non attenditur, sed ius canonicum, vt per Aflict. in d. cap. j. num. 80. quo tempore miles, quod attendere debemus in materia spirituali, vt est matrimonium. Paris. in consil. 29. num. 3. volum. Bero. in consil. 33. nu.
13 2. volum. j. † vbi causa matrimonij est ecclesiastica &
14 spiritualis Et † ius canonicum circa matrimonium vbique seruatur, vt traditur in ca. penult. & fin. de secund. nup. Ant. Rosel. in tract. legitimationis. in tit. de matr. putat. num. 13. in fi. Dec. in l. nuptias. num. 7. de reg. iur. & in consil. 231. colum. 3. vbi dicit, quòd vbi agitur de matrimonio, attenditur ius canonicum, & quòd leges seculi in matrimonijs sacros canones sequi non dedignantur, vt notat Feder. de Sen. in cons.
15 36. in princ. † Nam matrimonium est sacramentum, glo. in c. veniens. in verbo necessaria, in fi. de transac. & causa matrimonialis dicitur spiritualis. ca. fin. vbi
16 gloss. de iud. in 6. † Et in spiritualibus sequimur canones. glo. in reg. possessor. de reg iur. in 6. Galderin. in consil. 18. in tit. de constit. Alex. in cons. 69. colum. 3. volum. 6. Curt. Iun. in cons. 136. vbi in materia matrimonij tanquam spirituali debemus sequi dispositionem iuris canonici.
17 † Disponere enim de matrimonio spectat ad solum Pontificem, & sic de venientibus in necessariam consequentiam, vt tradit Rosel. vbi suprà. num. 5.

Circa secundam dubitationem, quòd filij nati ex d. Angela & Sylvestro, sint legitimi & naturales pro-
* batur. quoniam ab * omnibus receptum est, † quòd
18 filij nati ex coniugio prohibito videntur legitimi, siue ambo coniuges ignorauerint, siue alter tantùm ignorauerit impedimentum matrimonij, text. est in c. 2. & penult. qui fil. sint legit. Ruin. in consil. 14. col. j. volum. 3. & in cons. 108. in princ. vol. eo. Dec. in consi. 153. colum. 2. Cur. Iun. in consil. 27. col. 2. vers. sed quid fortius. vbi inquit hanc esse veram conclusionem, & per omnes approbatam, quòd etiam stante impedimento prioris matrimonij vel consanguinitatis filij nati ex secundo matrimonio data ignorantia vnius ex coniugibus dicuntur legitimi, cùm sint nati in figura matrimonij: allegat iura suprà allegata. Et subdit eosdem filios de iure communi succedere patri & alijs coniunctis patri, vt ibidem habetur, & gloss. per illum text. in l. qui contra. in verb. acerrimo. in fin. C. de incest. nup. vbi Bald. in vers. quæro tertiò. &
19 per Bart. in l. Paulus. de stat. hom. † Quinimò tales filij excludunt substitutum vocatum per verba simplicia, vt consuluit Dy. in consil. 6. circa fin. Plus tales filij nati ex matrimonio putatiuo etiam succedũt in feudo, teste Bald. in c. j. §. naturales. colum. 3. si de feu.
20 fue. contro. inter dom. & agna. † Et etiam quò ad ordines sunt legitimi, vt per gloss. & doct. in d. ca. ex tenore. Ias. in consil. 156. colum. j. volum. 4. & in consil. 168. num. 4. volum. eo. Dec. in consil. 153 colum. 2. iterum Cur. in consil. 52. nu. j. vbi etiam attestatur hanc
* esse veram & * communem conclusionem. Nam vbi tractatur de fauore filiorum, lex ipsis tantum fauet quantum potest, vt in dubio censeantur legitimi, l. miles. §. defuncto. ff. de adult. Bal. in l. filium. colum. fin. de his qui sunt sui vel alie. iur. Et ideo videmus,
21 † quòd licèt de iure canonico ex cohabitatione masculi & fœminæ non præsumatur matrimonium, sed fornicatio, glo. & Doct. in cap. illud. de præsump. Dec. in consil. 471. colum. j. tamen respectu filiorum, vt ipsi dicãtur legitimi, præsumitur matrimonium, vt notanter dixit Abb. in cap. lator. in gloss. pen. qui filij sint legit. Dec. vbi suprà col. 2. Curt. Iun. in citat. consil. 52. col. j. Vnde in proposito nostro, licèt matrimonium non sit verum propter impedimentum præcedentis matrimonij, sed præsumptum, tamen
22 filij nati verè dicuntur legitimi, sicut dicitur, † quòd vera possessio acquiritur, licèt modus acquirendi sit fictus, l. 3. vbi Bart. & communiter docto. ff. de precario. Ruin. in consil. 100. colum. 2. volum. 3. & in consi. 51. num. 16. volum. 5. & in consi. 108. colum. j. volum. 3. Socin. Iun. in consil. 86. nume. 46. volum. 2. vbi dicit, quòd data ignorantia contrahentium nuptias prohibitas, qui ex illis nascuntur, dicuntur legitimi, & sufficit ignorantia vnius tantùm ex cõtrahentibus,
23 Ias. in cita. consil. 156. volum. 4. vbi dicit, † quòd contrahentes matrimonium prohibitum palàm & publicè præsumuntur bona fide, & sic per errorem contrahere. Bald. Alber. in l. nemo clericus. C. de summa Trin. & fide catho. Abb. c. de homine. de celebra. missar. Ias. in consil. 168. colum. 2. volum. 4. Nec habet obstare si dicatur, quòd huiusmodi matrimonium dicatur esse clandestinum: quia celebratum non seruatis solennitatibus, de quibus in ca. cum inhibitio, de cland. despon. videlicet non præcedentibus denuntiationibus & bannis, de quibus ibi, & in c. fin. eod.
24 tit. Quia respondetur, † quòd hodie de consuetudine non seruantur solennitates descriptæ in dictis capi-
25 tulis, sed sufficit, † quòd matrimonium contractum fuerit in faciem ecclesiæ, hoc est, conuocatis amicis, vt per Curt. Iun. in consi. 52. in princip. vbi attestatur
* hanc esse * communem sententiam, & in consil. 64. colum. 2. Et eò magis hoc dicendum venit, cùm de ipso matrimonio confectum fuerit instrumentum publicum, per quod excluditur fraus & clandestinitas, vt per Bart. in l. non intelligitur. §. tacitè. ff. de iure fisci. quod inquit menti tenendum ad ea, quæ dicuntur in l. fin. de ritu nuptiarum. vbi habetur, quòd si matrimonium sit clàm, præsumitur fraus, si palàm secus, & ideo si de matrimonio sit factum publicum instrumentum, non præsumitur fraus. Ruin. in cons. 51. num. 15. vol. 5.

Quibus tamen non obstantibus, sententiam contrariam in casu nostro veriorem esse arbitror, quòd filij nati ex prædictis Angela & Sylvestro non dican-
26 tur legitimi neque legitimè nati: † quoniam, vt efficiantur legitimi & patri succedere possint, requiritur quòd matrimonium non sit clandestinum, sed celebratum in faciem ecclesiæ, videlicet prę missa denuntiatione publicè in ecclesia, de qua loquitur tex.

in d.cap.cum inhibitio.& gloss. 3. vbi inter alios modos clandestini matrimonij dicit, quòd dicitur clandestinum, quod fit contra tenorem illius decretalis, scilicet præmissa denuntiatione, de qua ibi.& cum
* prædictis transeunt ibi *communiter docto. videlicet Innocen. Hostien. Io Andr.& Butr. in 5. quæst. Socin. Iun in consil. 31. num. 47. volum. 2. & in consi. 86. num. 48. volum. 2. vbi inquit, quòd matrimonium dicitur contrahi in faciem ecclesiæ, quando seruantur banna & solennitates, de quibus in cap. fin. de cland. despon. prout & voluit glos. ibi quam partem tenent Hostien. Inno.& Io. Andr. in cap. 2. qui filij sint legit. Ant. Rosel. in tract. de legit char. 8. col. 3.& quam vti meliorem sequi videtur Alex. in d.cap. fin.& in c. quod nobis. colum. 3. qui fil. sint legit. Verùm quia secundum Abb. in d.cap.cùm inhibitio. in multis locis seruatur, vt non fiant de consuetudine denuntiationis, de quibus suprà, & istam esse communem secundũ Cano. & Theologos tradit Lup. in tract. de matr. & legit. in 2. parte principali. num. 14. Ruin. in consil. 108. colum. penult. circa medium. volum. 3 & in consil. 51. num. 15. volu. 5. Ex alio capite dicitur, quòd matrimonium prædictum dicitur clandestinum ad finem vt impediatur legitimitas filiorum etiam natorum, quando non fuit contractum in faciem ecclesiæ, vt inquit tex. in d.cap. ex tenore. ex quo præsumitur scientia primi. Anchar. in consil. 402. Paris. in cons. 57. colum. 2. in princ. vol. 4. vt autem dicatur esse factum in faciem ecclesiæ secundum Abb. in d.cap. ex tenore, requiritur, quòd cõtrahatur coadiunctis
27 amicis, nullo ferioso excluso, † cùm ecclesia dicatur fidelium collectio, vt declarat Card. in c. constitutus. in 1. quæst. de conuers. coniuga & in casu nostro per Abb. in d.cap. cùm inhibitio. & tantum importat in terminis nostris matrimonium celebratum quantum quod publicè & coram multitudine contrahatur, vt per Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de cland. despon. super rubr. & Card. in d. cap. constitutus. & in c. cùm inhibitio. in 4. quæst. facit tex. in c. 2. qui filij sint legit. ibi, publicè sine contradictione. vbi Ancha.
28 in 4. notab. dicit † quòd ea quæ publicè fiunt, dicuntur fieri bona fide, & loquitur de matrimonijs prout loquitur ille tex. Ruin. in consil. 14. num. 2. volum.
29 3. vbi ait, † quòd ad hoc vt non dicatur contractum clàm, satis est, quòd sit celebratum coram multis secundum consuetudinem patriæ quia tunc in faciem ecclesiæ contrahi dicitur, in consil. 51. num. 15. volu. 5. 149. num. 7. vol. eod. Paris. in cons. 57. num. 59. volu. 4. Socin. Iun. in consil. 31. num. 48. volum. 2. sed in casu nostro non apparet, quòd huiusmodi matrimonium celebratum fuerit secundum consuetudinem patriæ, secundum quam tempore quo celebrantur matrimonia, adhibentur pater, mater mulieris, & tam cõsanguinei vxoris, quàm mariti amici & multi alij: Vnde, cùm præmissa non interuenerint, negari non potest, quin matrimonium dicatur clandestinè celebratum, vt propriè considerat Rui. in d. consil. 149. num. 7. volum 5. & Socin. Iun. in cons. 85. vol. 2. Paris. in consil. 57. colum. 3. volum 4. Ceph. in cons. 276. num. 15. volu. 2. Et eò magis iudicandum est clandestinum, quia iugales ipsi non fuerunt benedicti in ecclesia, quod etiam de consuetudine seruatur. Ioan. Andr. in d. rubr. vbi suprà. Geminia. in consil. 27. col. fin. versic. quò ad secundum. Oldra. in consil. 256. ad fin. vbi licèt de iure scripto essent necessaria banna seu denuntiationes, de quibus in d.cap. cùm inhibitio, tamen sine eis potest dici matrimonium contractum in faciem ecclesiæ, si solennis benedictio in ecclesia fiat, & fortius ex infradicendis luce clarius apparebit dici non posse, quin matrimonium prædictum non palàm, sed clàm fuerit contractum. His igitur stantibus satis constat prolem ipsam illegitimam, ignorantiamq; parẽtum vel alicuius ipsorum fuisse supinam & craſſam, & in fraudem matrimonium contraxisse.

Non obstant modò, quæ in contrarium adducta fuerunt: quia ad primum congruum datur responsum communi calculo receptum, quòd licèt filij nati in figura matrimonij data ignorantia parentum vel vnius ipsorum, efficiantur legitimi, succedantq; patri, & etiam in feudis, ac legitimi reddantur quò ad ordines, tamen id procedit quando matrimonium fuit contractum palàm in faciem ecclesiæ, id est, seruata consuetudine patriæ, videlicet adhibitis personis, de quibus in secundo fundamẽto, vt per Cur. Iun. in consil. 52. in princip. & 64. colum. 2. secus quando coram duobus testibus secretis noctis tempore, & sic clàm & occultè, ac dato iuramento testibus & notario de tenẽdo secretè matrimonium inter ipsos celebratum, vt per Bart. in l. 2. C. si ex publ. ratio lib. 10. vbi inquit, quòd si aliquid consueuit fieri publicè de consuetudine, vt matrimonium, & aliquis illud fecerit coram duobus testibus, dicitur factum clàm.
30 allegat l. fin. de ritu nuptia. † nam clàm dicitur fieri, quicquid taliter fit, quòd non possit venire in notitiam: † ex quo actu occulto oritur præsumptio doli
31 & fraudis, & sic quòd essent conscij præcedentis matrimonij: ita Ruin. in consil. 118. num. 5. & seq. volum. 4. Curt. Iun. consil. 64. columna 2. Paris. in consil. 7. num. 10. volum. 4. & istud magis comprobabitur, vt infrà.

Non obstat, quòd de dicto matrimonio confectum fuerit instrumentum ex quo præsumitur matrimonium palàm, & non clàm factum, & sic quod iugales ipsi per errorem & ignorantiam matrimo-
32 nium contraxerunt: quia respondetur, † quòd matrimonium dicitur etiam clandestinum, quamuis ad illius probationem producatur instrumentũ publicum, si non fuit contractum in faciem ecclesiæ, hoc est, conuocatis parentibus, & secundum consuetudinem, vt expressè probatur per Bartol. in d. l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fisci. vbi primò dicit, quòd actus de quo apparet publicum instrumentum, non videtur clàm, vt in §. j. d. l. quod dicit esse menti tenendum ad ea, quæ dicuntur in l. fin. de ritu nuptiarum, vbi habetur, quòd aut matrimonium fit clàm & præsumitur fraus, aut palàm, & tùc secus. Vnde si de matrimonio fit confectum publicum instrumentum, non est præsumenda fraus: quod vi-
33 detur durum secundum Bartol. & ideo dicit, † quòd etiamsi publicum instrumentum esset factum, tamen celaretur prout fit quotidie, vt ipse ait per notarios amicos tenendo in secreto, tunc dicitur factum clàm, quia illud dicitur factum clàm, quod tali modo fit quin possit deuenire in notitiam aduersarij. l. prohibere. §. clàm, quod vi aut clàm. Ange. & Imol. in l. tacitis. de lega. j. vbi videtur factum palàm & bona fide, de quo extat publicum instrumentum, dict. l. non intelligitur. §. j. quod est intelligendum secundum eos, nisi esset scriptura publica secretè facta, putà coram testibus multùm domesticis, & coram notario multùm amico, & eis fortè coniuncto, vt in secreto teneret vt sæpe fit, & prout in casu nostro actum reperitur, in quo testibus & notario, vt ipsemet sub iuramento attestatur, commissum fuit, vt nemini panderet. sequitur Curt. Iun. in consilio 64. colum. 3. Ruin. in consil. 118. num. 5. volum. 4. & col. fi. in versic. nec obstant allegata in contrarium, Paris. in cons. 57. col. 2. num. 10. volum. 4. Barba. in consilio 54. col. 6. vers. præmitto. vol. 4. Ex istis igitur concluditur, quòd cùm matrimonium prædictum nõ fuerit contractum publicè & secũdum consuetudinem loci, sed coram duobus testibus & notario, quod absque dubio dicitur clàm factũ: & similiter quòd proles eorum efficitur illegitima, adeò quòd patri succedere non potest.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCIIII.

1 *Reus si confessus est delictum post lapsum instantiæ biennalis, de crimine condemnari potest.*

2 *Ordo iuris non requiritur in notorio.*

3 *Reus contra quem resultat confessio tacita ex vi statuti disponentis, quòd contumax habeatur pro confesso & convicto, non obstante instantia biennali, condemnari potest.*

4 *Confessio quæ inducitur ex vi statuti disponentis,*

quòd

quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, dicitur ficta & præsumptiua.

5 *Confessio resultans ex contumacia, habet eundem effectum, quàm vera & expressa.*

6 *Inquisitus peremptа instantia biennali, absoluendus venit ab obseruatione iudicij.*

7 *Actor quamuis in ciuilibus lapsa instantia refectis expensis admittatur, secus tamen in criminalibus.*

8 *Instantia peremptа in criminali, curia vlterius audiri non debet.*

9 *Iudex nunquam ex capite suo debet aliquem condemnare, qui habet defensionem iuris ciuilis vel municipalis.*

10 *Paria sunt punire innocentem, vel punire nocentem, quem damnare non debet.*

11 *Tempus certum vbi est à lege vel à statuto præfixum ad inquirẽdum de crimine, illo elapso perijt ius procedendi, ita vt de eo elapso amplius cognosci non possit.*

12 *Maleficium vbi est notorium, si tamẽ post lapsum tempus datum ad inquirẽdum ad formam statuti, reus illud confitetur, damnari non potest.*

13 *Confessio ficta & tacita inducta per statutum, non operatur, vt quis ex ea damnari possit, nisi processus fuerit ritè & rectè formatus.*

14 *Contumax verus, & si perdat beneficium appellandi, tamen secus in ficto contumace.*

15 *Confessio vera probat delictum verè, sed non ficta confessio.*

16 *Notarius damnatus de falso ex vera confessione, & si amplius cõficere non possit instrumenta, tamen damnatus propter contumaciam non perdit confectionem instrumentorum.*

17 *Statutum disponens, quòd bannitus possit impunè occidi, debet intelligi de bannito ex vera confessione, vel ex veris probationibus delicti, non autem ex contumacia.*

18 *Probatio in contrarium nõ admittitur contra veram confessionem, secus contra fictam.*

19 *Statuto si caueatur, quòd pater teneatur soluere condemnationem filij, si statutum requirit filium deliquisse, & filius fuerit dãnatus pro contumacia, propter hoc non poterit pater damnari ad solutionem condemnationis.*

20 *Sententia lata contra sponte & verè confessum, & si confitentem infamet, quò ad omnes, secus si fuerit lata ex ficta contumacia & confessione: quia tunc non infamat, nisi quò ad personam, ad cuius instantiam fuit condemnatus.*

21 *Bona damnatorum ad mortem ratione fictæ contumaciæ, & ex forma statuti non publicantur, sicut bona damnatorum ex vera confessione.*

22 *Sententia lata contra reum licèt aliquãdo alteri præiudicet, tamen id locum non habet, quando sententia lata fuit contra contumacem.*

23 *Statuto si disponatur, quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, lataq; fuerit sententia contra principalem absentem, illa non præiudicat fideiussori de præsentando.*

24 *Fideiussores in instrumento pacis adhibiti in casu contrauentionis secundum communem non possunt cogi ad soluendum pœnam, nisi legitimè & plenè constet de pace rupta per testes vel veram confessionem principalis.*

25 *Statutum si dicat, quòd contumaces habeantur pro confessis & conuictis, si feudatarius damnaretur in contumaciam ob crimen commissum in personam domini, sententia non officit filijs, quæ aliàs si esset in præsentem lata, ipsis noceret.*

26 *Notarius quãuis si fecerit falsum in parte instrumenti, totum cancelletur, tamen si non constat de falso, nisi vigore condemnationis latæ in contumaciã propter statutum, cætera sustinebuntur.*

27 *Confessio facta in iudicio, & si præiudicet, tamen id procedit in vera confessione, & non tacita resultante ex ficta contumacia.*

CONSILIVM XCIIII.

1 ET si clarissimi iuris sit, quòd non obstante dispositione imperiali, de qua in l. fin. C. vt intra cer. temp. &c. † & sic lapsa instantia biennali, si reus confessus est delictum, posit contra eum procedi & de crimine condemnari, teste Bal. in l. properandum. in fin. principij, & ibi Iason. penul. vers. tertiò limita. C. de iud. vbi inquit, quòd sententia diffinitiua potest ferri in cõfessum, etiam peremptа instantia, tanquam super notorio,
2 † in quo non requiritur ordo iuris, quem sequuntur Ang. in tract. malef. in verb. inchoata, in 4. col. versic. vnum tamen. & ibi Arimin. in penult. colum. in fin. & in verb. comparuerunt dicti inquisiti & confitentur totum, in versic. quæro an confessus, colum. 2. Feli. in c. de causis. colum. penult. versi. tertiò limita, de offic. deleg. vbi dicit de hoc esse text. in ca. j. & 2. de accusa. in 6. & dictum Innoc. in cap. qualiter. il 2. de accusa. Alexand. in addit. ad Bart. in l. si confessus. in addi. incip. an ex inordinato. ff. de custo. & exhib. reo. Abb. in c. cum venerabilis. colum. penul. num. 18. vbi etiam Soc. de iud. Mars. in sing. 201. & Maran. in tract. de ord. iud. in 5. part. in §. ad quintam partem. nu. 60.
3 Tamen hæsitari contingit, † an quod dictum est de vera confessione, quæ operatur effectum supradictum, locum etiam sibi arroget in confessione resul-
4 tante ex vi statuti disponentis, † quòd contumax habeatur pro confesso & cõuicto, quæ dicitur ficta contumacia & præsumptiua. Iacob. de Aret. in l. fi. de iura. colum. Bal. in l. ita demum. circa finem. C. de procura. Mars. in consil. 10. num. 12. Primaq; facie dicen-
5 dum videtur, quòd sic: quia † confessio per contumaciam habet eundem effectum, quàm vera & expressa confessio. Oldr. in consi. 320. colum. 2. Cor. in cons. 235. colum. fi. volum. 3. Vnde stante ista confessione, quæ resultat ex actis, quæ inducit manifestum & notorium confitentem, & in notorijs procedatur ordine iuris non seruato, secundum doct. in ca. si clerici, de iud. sequitur quòd ex huiusmodi confessione condemnari posit de homicidio. Iacob. Stancha nõ obstante lapsu instantiæ biennalis, de qua in d. l. fi.

Quibus non obstantibus, contrariam sententiam vti æquiorem & veriorem amplectendam fore ar-
6 bitror: & intrepidè dico, † quòd attento dicto lapsu instantiæ nedum biennali, sed quindecim annorum inquisitus ipse de homicidio absoluendus veniat ab obseruatione iudicij, vt in d. l. fin. in versic. sed quid si procedatur. Dec. in consil. 102. num. 20. inter consilia crimi. diuer. vbi tradit, quòd siue per accusationem, siue per querelam procedatur, instantia cuiuslibet causæ seu querelæ, vel denuntiæ & accusationis criminalis, est solùm duorum annorum, quibus lapsis, reus debet absolui ab obseruatione iudicij per dict. l. fin. Galeat. Malua. inter ipsa consilia in consil. 110. nu. 4. Et adeò vera est huiusmodi sententia apud legum
7 vertices, † quòd quamuis actor in ciuilibus lapsu instantiæ non obstante refectis expensis admittatur, in criminalibus tamen non admittitur. Capic. in de-
* cisio. 206. Galeat. Malua. vbi suprà. & hanc esse * communem doctorum sententiam fatentur Sal. in l. qui de crimine. num. 8. de accusa. Grammat. in vot. 31. &
8 Clar. in pract. sua crimin. quæst. 51. vers. alia etiam est defensio. † & quòd vlterius curia non debeat audiri, iuxt. l. abolitionem. C. de adult. Grammat. & Galeat. Malua. vbi suprà.

Secundò in fauorem dicti inquisiti facit, quod de-

9 cidit Bald. in l. vt vim. colum. j. de iust. & iur. vbi † iudex nunquam ex capite suo debet aliquem condemnare, qui habet defensionem iuris ciuilis, vel municipalis, puta præscriptionis inductæ à lege vel statu-
10 to: † quia paria sunt, punire innocentem, vel punire nocentem, quem damnare nõ debet, vt quia sit præscriptum, vt in casu de quo agitur, vbi inquisitus præscriptione plus quàm septies biennali inducta à lege tutus est, vt in d. l. fin. cui sententiæ accedit quod voluit Bero. in consil. 167. num. 5. volum. 3. vbi dicit,
11 † quòd vbicunque à lege vel à statuto certum tempus est statutum ad inquirendũ de crimine, illo tempore elapso, perit ius procedendi de eo crimine, adeò quòd de ipso amplius cognosci non potest, l. ad commissa, & ibi gloss. in verb. prætendas, ac docto. C. de adult. l. mariti. C. eo. tit. l. vnica. C. vt omnes iud. tam ciuil. quàm crim. Dec. in ca. at si clerici. num. 5. de iud. vbi confessio rei, qui tutus est præscriptione statuti, non præiudicat nec ex illa potest condemnari, & ait Maria. Soc. ita tenere in ca. de accusa. vbi refert se ita consuluisse. & citat Dec. quòd dum ipse legeret Pisis, vidit originaliter consilium Soc. & cum similis casus iterum accidisset, ita iudicatum fuit, quod & voluit Bald. in c. fin. colum. 6. versic. pone quòd maleficium,
12 de offi. deleg. quærit enim ibi Bal. pone, † quòd maleficium est notorium, tamen elapsum est tempus datum ad inquirendum, secundum formã statuti, tandem reus confitetur maleficium, vtrum ex ista confessione possit condemnari: & decidit quòd non, quia quotiens quis cõfitetur id, cuius nomine cum aliquo non sit actio, non valet confessio, l. confessionibus. ff. de interroga. actio. sed post præscriptionem ipso iure accusatio est abolita, imo & ipsum maleficium: accusatio autem est abolita quò ad publicam iniuriam, maleficium autem quò ad priuatam, ita quòd nulla actio esse potest, l. si cum exceptione. §. satis. ff. quod met. cau. l. si vnus. ff. de iniur. ergo confes-
* sio non valet, quod ait notandum, & hanc esse* receptam docto. sententiam firmat Bero. in d. consil. 167. num. 13. vbi ex hoc dicit ita declarandum text. in d. c. j. de accusa. in 6. & quod voluit Inno. in d. cap. qualiter & quando, vbi probatur, quòd stante confessione delinquentis in iudicio facta non debet attendi, an seruata fuerit forma iudicij seu statuti, quia hoc non procedit quando reus esset tutus præscriptione statuti.

Superest modò vt remoueantur obiecta: & deueniendo ad illorum responsionem, dico illa quatenus vera sint, procedere posse in vera confessione & expressa, non in tacita & ficta causata ex contumacia: quia licèt primo casu possit ferri sententia diffinitiua contra cõfessum verum & expressum, etiam perempta instantia tanquam super notorio, in quo (vt dictum est) non requiritur ordo iuris, vt etiam voluit Cur. in tract. interrog. & posi. colum. 5. circa prin-
13 cipium, † tamen secus in tacita & ficta cõfessione inducta per statutum: quia ex ea non potest quis damnari, nisi processus fuerit ritè & rectè formatus. Bart. in l. si confessus. de custo. reo. Ang. in tract. malef. in verb. Qui dominus iudex. versic. quæritur tamen, quia tũc requiritur tela iudicij, alias processus & sequentia non tenent. Felin. & alij in d. c. at si clerici. Affli. ct. decis. 176. & Cur. vbi suprà. Nam inter veram confessionem & fictam, quę oritur ex dicta con-
14 tumacia, magna extat differentia, vt demonstratur ex infrascriptis: Et primò, † nam verus contumax perdit beneficium appellandi. l. ex consensu. §. fin. vbi gloss. Bart. & alij. ff de appella. in l. j. C. quorum appel. non reci. Alex. in l. sæpe. colum. 24. de re iud. in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iud. Nepos de Monte Alba in tract. de appella. in rubr. contra diffinitiuam sententiam. num. 7. Maran. in tract. de ord. iud. in 6. parte, in vers. secundus actus. num. 275. & in ead. parte, in verb. contumacia. num. 17. quod secus est in ficto contumace. Nepos vbi suprà. Bald. in l. ita demum. C. de procura. vbi contumax potest appellare stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto.

15 Secundò † vera confessio probat delictum verè, l. si confessus, de custo. reo. dixi in consil. 31. num. 12. vol. j. sed ficta non probat verè delictum. Bal. in l. si filio, la 2. circa fi. ff. solut. matr. Ang. in tract. malef. in verbo, Qui iudex videns, in versic. quæritur tamen, col. fin. Mars. in consil. 10. num. 13. 73. num. 72. 117. nu. 34. & 134. num. 18. Bero. in consil. 202. num. 43. vol. 3. tetigi in consil. 45. nu. 70. volum. j. Et ideo ex hoc infert Ang.
16 † quòd & si notarius damnatus de falso ex vera confessione non possit amplius conficere instrumenta. §. fi. in auth. de tabel. coll. 4. Bal. in l. eadem. in §. j. ad l. Iul. repetund. Mars. in consi. 10. nu. 13. tamen damnatus propter contumaciam non perdit cõfectionem instrumentorum. Barto. in l. si ideo, in princ. de euic. Bal. in l. transigere. C. de transact. Mars. in d. consil. 10. num. 13. & Cur. vbi suprà in 5. colum. vers. secundus effectus. Foller. in pract. sua in verb. Et si confitebuntur. num. 38.

17 Tertiò accedit, † nam statutũ disponẽs, quòd bannitus possit impunè occidi, debet intelligi de bannito ex vera cõfessione, vel ex veris probationibus delicti, non autẽ ex contumacia. Bal. & Imol. in l. si mora. solu. matr. Mars. in pract sua crim. in §. postquam. nu. 54. in §. sequitur. nu. 20. in l. j. nu. 135. C. de rap. virg. in cons. 73. nu. 73. 82. nu. 11. & 106. nu. 11. & de hoc loquutus sum in d. cons. meo 45. nu. 18. Cor. in cons. 42. vol. j. Foller. vbi suprà nu. 41.

18 Quartò facit: † nam contra veram confessionem non admittitur probatio in contrarium, quod secus est contra fictam. Imol. in l. creditor. in §. iussus. col. 3. ff. de appell. Butr. in c. fin. de confes. Are. in cons. 147. Curt. vbi suprà colum. 5. in princ. versic. & facit ad statuta. Alciat. in tract. de præsumpt. in 2. reg. præsump. 22. num. 7.

19 Quintò, † nam si statuto caueatur, quòd pater teneatur soluere cõdemnationem filij, si statutum requirit filium deliquisse, & filius fuerit condemnatus per contumaciam, propter hoc non poterit pater arctari ad solutionem condemnationis: quia illa verba si filius deliquerit, requirunt veritatem delicti, & non sufficit ficta contumacia in præiudicium patris. Mars. in l. si infans. nu. 21. C. ad l. Cornel. de sicar. Bar. & alij communiter in l. cùm filius. in princ. de verb. oblig. Alcia in regu. 22. in prin. in 3. parte, & de hoc dixi in cita. cons. 45. nu. 68.

20 Sextò † sententia lata contra spontè & verè confessum eum infamat quò ad omnes, l. quoniam. de infam. sed lata ex ficta contumacia, & confessione non infamat, nisi tantum quò ad illam personam, ad cũius instantiam fuisset cõdemnatus. Bart. in l. eius qui delatorem. in fi. de iure fisci. Cur. vbi suprà vers. tertius effectus. Cor. in cons. 300 nu 3. volu. 3. & 97. nu. 6. vol. 4. Foller. vbi suprà nu. 42.

21 Septimò videmus, † quòd bona damnatorum ad mortem ratione fictæ contumaciæ, & ex forma statuti non publicantur sicut bona damnatorũ ratione veræ confessionis. Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non possunt. Corn. in cons. 42. nu. 5. vol. j. Foller. vbi suprà nu. 44.

22 Octauò etiam videmus, † quòd licèt aliquãdo sententia lata contra vnum alteri præiudicet, tamen illud locum non habet, quãdo sententia lata fuit contra contumacem: quia tunc non nocet alteri. text. est in l. præses. C. de pigno. Castren. in consil. 270. in fin. Mars. in d. §. postquam. num. 53. in fine 4. in consi. 117. num. 35. & 134. num. 19. Ange. à Gambel. inter consil. crim. consi. 70. num. 74. Et ideo dixit Ambros. de Bozol. in consil. 38. & Raphaël de Raymund. in consi. 39.
23 inter dicta consil. crimin. diuer. † quòd stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, si est lata sentencia contra principalẽ absentem, & sic contra contumacem, illa non præiudicat fideiussori de præsentando ad omnem requisitionem prætoris, & de soluendo omnem condemnationem, quia ficta confessio, & sequuta condemnatio non egreditur causam promissionis. Foller. vbi suprà nu. 37. Accedit quod dixit Bero. in consil. 197. num. 2. vol.
24 3. vbi voluit, † quòd fideiussores in instrumento pa-
* cis adhibiti in casum contrauentionis secundum* communem non possunt cogi ad soluendum pœnam, nisi legitimè & plenè constet de pace rupta, & de contrauentione per testes, vel verã confessionem principalis, pro quo fideiusserunt: adeò quòd eius ficta confessio, quę inducitur ex contumacia seu bannono con-

no contra contumàcem dato non sufficeret, per doctrinam Bar. communiter approbatam in d.l.filius-familias. Gozad. in cons.31.num.10. per quam doctrinam in fortioribus terminis voluerũt Bos. in tract. crim. tit. de public. bono. nu.56. & Alcia. in cons.182. in
25 fi. † quòd stante statuto, quòd contumaces habeãtur pro confessis & cõuictis, si feudatarius damnaretur in contumaciam ob crimen commissum in personam domini, sententia non officeret filijs, quæ aliàs si lata esset in præsentem, noceret ipsis.

Nonò facit, quod notat Bald. in l. fi. C. de fi. instru.
26 vbi † quamuis notarius, si fecerit falsum in parte instrumenti, totum instrumentum cancelletur, tamen si non constat de ipso falso nisi vigore condemnationis latæ in contumaciam propter statutum, cætera sustinebũtur. Rimin. in l. si ex falsis. C. de trãsact. quos sequitur Alc. in tract. de præsump. in 3. reg. præsum. 22. num. 3.

Decimò accedit, quod dicit Bald. in l. j. colum. fi. in
27 prin. vers. item dicit. C. de confes. vbi ait, † quòd licèt confessio facta in iudicio præiudicet, istud procedit in confessione vera, non autem in tacita & ficta, quæ per contumaciam inducitur. quod & ibi voluit Ang. Alex. in cons. 117. colum. j. volu. 4. Cur. vbi suprà vers. primus effectus. Dec. in ca. at si clerici. nu. 6. de iud. Et ne illotis manibus transire videamus sine decisione in terminis nostris, in primis adduco Dec. qui hoc sentire videtur in c. at si clerici. in 4. notab. iuncta 6. limit. de iud. nam in d. 4. notab. dicit, quòd confessio facta in iudicio præiudicat, dato etiam quòd processus esset nullus. & ad hoc allegat decisio. Bal. in l. properandum. in prin. col. fi. de iud. posteà in 6. limit. inquit, quòd prędicta sententia limitatur procedere in vera & expressa confessione, secus in tacita & ficta, quæ per contumaciam inducitur, & sic videtur velle dictum Bald. in d. l. properandum. procedere in confessione vera & non ficta, sed expressius & clarius istud decidit Maria. Socin. in tract. de instan. in 27. princ. articulo, colum. 4. vers. aduerte tamen, vbi inquit, quòd ita aliàs obtinuit in practica. Et ad hoc mouetur: quia conueniens non est, quòd talis contumacia inducat duo specialia, contra l. j. C. de dot. promis. quæ induceret si aliud diceremus. Nam primò induceret confessionem, & confessionis auctoritatem, per quam validaretur absque validitate iudicij: & etiam, quia quamuis vera confessio non exigat ordinem iudiciarium, tamen iussus iudicis, per quem inducitur contumacia, videtur illum exigere, vt ibi latius per eum: Et eò maximè in terminis, de quibus agitur, sententia ipsa locum habere debet, cùm instantia ipsa biennalis nedum semel lapsa fuerit, sed sępties: Vnde si diuturnitas temporis solet commodum & beneficium afferre delinquentibus pro alleuiatione pœnæ, l. si diutino. ff. de pœn. Gramma. in consil. 39. in princip. ergo multò magis in casu præsenti, vbi inquisitus tutus est tam longa defensione legali, de qua suprà.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCV.

1 *Legitimato per rescriptum plus relinqui nõ potest per patrem, quàm filio legitimo & naturali.*

2 *Dispositio l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. licèt procedat extantibus filijs legitimis & naturalibus, & legitimatis simul, tamen id intelligitur, dummodò plus non relinquatur legitimato, quàm legitimo & naturali.*

3 *Matrimonium secundum contrahens, non potest plus dare secundæ coniugi, quàm vni filiorum primi matrimonij, cui minus dederit.*

4 *Legitimatus per oblationem curiæ tantùm agnascitur patri, & nõ alijs agnatis: quod secus est in legitimato per rescriptum.*

5 *Dispositio §. et quoniam variè. in auth. quib. mod. nat. effi. sui, coll. 7. ita habet locum in legitimato per rescriptum, sicut in legitimato per oblationem curiæ, sed contra nu. 11. cum sequentib.*

6 *Legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ fauorabilior est, quàm legitimatio ex priuilegio, & fortiorem habet effectum.*

7 *Odiosa restringenda sunt, quæ ex priuilegio fiunt.*

8 *Iniquissimum enim et absurdissimum est, vt legitimatus plus habeat quàm filij legitimi & naturales.*

9 *Dicta doctorum debent intelligi secundum iura allegata.*

10 *Legitimatis per oblationem curiæ si sunt sex, nõ datur pro legitima, nisi nouuncium, sed legitimatis per rescriptum, si sex sunt, datur semis.*

11 *Dispositio d. §. & quoniam variè, locum habet in legitimatione collatiua, & non in restitutoria.*

12 *Legitimatio collatiua est minoris virtutis, quàm restitutoria.*

13 *Dispositio d. §. & quoniam variè, non habet locum, dato quòd procedat in legitimato per rescriptũ, quando pater filiæ legitimæ & naturali minus reliquit legitimæ, quàm legitimatæ, & relicto quieuerit.*

14 *Pater sicut non potest minuere legitimam debitam iure naturæ filijs legitimis & naturalibus, ita nec legitimato.*

15 *Legitima à patre prohiberi non potest.*

16 *Dispositio d. §. & quoniam variè, locum nõ habet stante statuto, quòd extantibus masculis filia dotata à patre nihil vltra petere posit de bonis suis.*

17 *Persona excludens vt alium excludat, requiritur quòd succedat, aliàs secus.*

18 *Statutum mandans filias fœminas dotari existentibus masculis non minuit legitimam, nisi in eo dicatur, quòd dote sint contentæ, vel quòd vltra petere non posint.*

19 *Filia non potest agere ad supplementum congruæ dotis si statuto disponatur, quòd teneatur esse contenta dote data vel promissa.*

20 *Dispositio auth. licèt. C. de nat. lib. habet etiam locum quando pater haberet filias, quæ ipsi succedere non possent vigore renuntiationis iuratæ.*

CONSILIVM XCV.

1 IN hoc articulo, in quo quæritur, † an legitimato per rescriptum plus relinqui possit, quàm filio legitimo & naturali: Prima facie dicẽdum videtur, quòd non, per text. expressum in §. & quoniam variè, in auth. quib. mod. nat. effi. sui, coll. 7. quem Ang. ibi valde commendat, dicens, quòd filio legitimato pater non potest relinquere vel donare plus quàm habeat vnus filiorum legitimorum, qui minus habuerit, ad idem est text. in l. communium. C. de natur. lib. ibi, cui minima. vbi Bald. in fin. inquit: Nota, quòd filio legitimato pater non potest plus relinquere, quàm legitimè nato. facit quod voluit Bald. in cap. per tuas. de maior. & obed. vbi ait, quòd legitimatis non potest relinqui, nisi quantum vni legitimorum cui minus relinquitur, subdens, quòd ita debet intelligi priuilegium Imperatoris, quo cauetur, quòd succedant legitimati vnà cum legitimatis, vnde si statuto disponatur, quòd filia non succedat nisi in vna vncia, talis filia limitat filium legitimatum. Accedit quoque quod scribit Natta in l. hac consultissima. §. ex
2 imperfecto. C. de testa. q. 18. vbi tradit, † quòd licèt dispositio illius §. etiam procedat extantibus filijs legitimis & naturalibus, & legitimatis simul, tamen id intelligitur, dummodò non relinquatur plus legitimato quàm legitimo & naturali. Corroboratur hæc opinio per text. in l. hac edictali. §. j. C. de secund.
3 nup. vbi in simili videmus, † quòd contrahens secun

dum matrimonium, non potest plus dare secundæ coniugi quàm vni filiorum primi matrimonij, cui minus dederit. Nec obstat, quod text. in d. §. & quoniam variè, loquatur in legitimato per oblationem curiæ, & nõ in legitimato per rescriptum, inter quos
4 est maxima differẽtia, vt patet: quia videmus, † quòd legitimatus per oblationem curiæ tantùm agnascitur patri, & non alijs agnatis. §. filium. in d. authent. quib. mod. nat. effi. sui, quod secus est in legitimato per rescriptum, qui patri & cæteris fit agnatus, & inter illos succeditur iure agnationis actiuè & passiuè secundum Io. Andr. in addit. ad Spec. de succes. ab intest. in vlt. addit. Are. in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. pen. de lib. & posthu. Ang. in cons. 17. Ale. in consi.
* 139. volum. 3. vbi asserit hanc esse* communem: quia
5 respondetur, † quòd imo istud etiam habet locum in legitimato per rescriptũ, vt per Ang. in d. §. & quoniam, vbi dicit, quòd id quod dicitur, quòd legitimato per oblationem curiæ non potest plus relinqui, quam habeat vnus ex filijs legitimis & naturalibus, cui minus relictum est, vt loquitur ille text. habet etiam locum siue alijs modis legitimatus sit, nisi ex subsequenti matrimonio. Benedic. de Plumb. in disput. Statuto Pisano, in fin. 3. dub. vbi refert idem tenuisse Vber. de Bobio. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. il. 3. colum. fin. ff. ad Treb. in l. necessarijs. col. pen. post Roma. ff. de acquir. hæred. & in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. Cremõ. in fing. 51. Natta vbi suprà. Socin. in consi. 246. colum. pen. vers. præterea, volum. 2. Præpos in 6. per venerabilem. §. 3. nu. 25. qui filij sint legit. Rui. in cons. 158. num. 18. vol. 3. 82. num. 13. vers. & vbi prædicta. vol. 3. 83. num. 3. vol. eo.
* & hanc esse* communem doctorum sententiam firmant Dec. in cons. 393. colum. 2. Zucard. in l. posthumo. nu. 44. C. de bono. pos. contra tab. & magis communem Rui. in cons. 107. nu. 10. vol. 3. & Port. in cons. 106 num. 78. circa fin.

6 Quæ opinio confirmatur ratione, † nam fauorabilior est legitimatio quæ fit per oblationem curiæ, quàm legitimatio ex priuilegio, & fortiorem habet effectum. Paul. de Cast. in l. ex facto, in fin. princip. de vulg. & pupil. vbi etiam alij, qui inquiunt cõtra Bart. quòd si legitimatio ex priuilegio non reuocatur per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium, multo minus reuocari debet per oblationem curiæ. quia fauorabilis, vt etiam dicit tex. in d. l. communium. §. fin. ibi, omnimodò faciendum est curijs. si ergo legitimato per oblationem curiæ, qui de iure stante sobole legitima potest legitimari, d. l. communium, & in d. §. & quoniam variè, non potest plus relinqui per patrem, quàm vni ex filijs legitimis & naturalibus, cui minus est relictum, quantò magis debet habere locum in legitimato ex priuil. speciali Im
7 per. † Etenim quæ ex priuil. fiunt sunt odiosa & restringenda. Soci. in terminis in cons. 212. in fin. vol. 2. Natta in d. §. ex imperfecto. q. 18. vers. tertius modus. vbi dicit, quòd si in legitimatione subsequuta per oblationem curiæ, quæ fieri poterat iure communi stantibus filijs legitimis sit statutum, quòd pater nõ possit plus relinquere legitimato quàm legitimo, multò magis hoc procedere debet in legitimato per rescriptum aduersus ius obtenta, quæ est odiosissima. Nec obstat secundum eum, quod si vltra legitimam debitam filio iure naturæ pater possit residuum relinquere extraneo, vtique etiam possit relinquere legitimato: quia respõdetur, quòd non inconuenit. quòd hoc casu lex magis prouiderit aduersus legitimatum, quàm extraneum: quia nõ suspicatur ita de extraneo, quòd pater eum præferat filijs sine probabili causa, sicut facit de legitimato propter vitium pristinæ concupiscentiæ. Port. in d. consil. 106.
8 nu. 79. † Nam iniquissimum est, teste Paris. in consil. 12. nu. 172. vol. 2. & absurdissimum vt legitimati plus quàm filij legitimi habeant.

Sed his non obstantibus contraria sententia, præsertim in casu nostro, est de iure verior, & quia tota machina consistit in respondendo ad cõtraria, ideo ad illarum responsionem me cõuerto, & dico, quòd etsi doctores suprà citati ita teneant, quòd legitimato per rescriptum non possit plus relinqui, quàm vni ex filijs legitimis & naturalibus, cui minus fuerit relictum, per tex. in d. §. & quoniam variè, tamen quòd ille debet restringi ad terminos suos, & in casu in quo loquitur, iux. doctr. Bart. in l. non solùm. §. libe-
9 rationis, de lib. leg. † vbi decisiones debent intelligi secundum iura allegata, & sic quòd ad legitimatum per oblationem curiæ, non autem de legitimato per rescriptum: ita Ang. in cons. 17. colum. 2. vbi post Azo. Ibi apertè dicit, quòd per omnia omnes legitimati præterquam per oblationem curiæ succedunt vt legitimi. Aret. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. pe. de lib. & posthum. & in l. necessarijs. ff. de acq. hæred. Rui. in consil. 87. num. 23. vol. 3. vbi dicit non esse mirum si in hoc legitimatus per rescriptũ differat à legitimato per oblationem curiæ: quia & in alijs differunt: quia legitimatus per oblationem curiæ solùm agnascitur patri, & non alijs agnatis. d. §. filium, sed legitimatus per rescriptum, & patri & cæteris fit agnatus, vt suprà dictum fuit. qua ergo ratione doctores volunt, quòd iura loquentia de legitimato per oblationem curiæ, non extendantur ad legitimatum per rescriptum, eadem ratione quò ad effectum præcedentem, & de quo agitur, non debet fieri extensio. Subdens, quòd imo legitimato per rescriptum plus potest relinqui, quàm vni ex filijs legitimè natis, vt voluit Rosel. in tract. legit. in pen. colum. quando legitimatio plenè restituit antiquæ naturæ, vt in casu nostro. rursus in consil. 145. num. 2. volum. 3. & in consi. 89. num. 11. in fi. volum. 3. in cons. 67. col. fin. in princi. volum. eo & in cons. 68. num. 3. vol. eo.
10 Accedit quoque, † nam legitimatio per oblationem curiæ non datur pro legitima nisi nouunciũ si sunt sex, vt in §. excipiuntur, in authent. de trien. & semis. coll. 3. & legitimatis per rescriptum semis, prout fit legitimis & naturalibus, vt per doct. in auth. nouissima. C. de inoff. test. Bero in consil. 57. num. 40. vol. 3. Hanc quoq; partem amplectitur idem Rui. in consil. 75. colum. fin. vol. 3. Bero in consil. 174. num. 16. vol. 2.
11 vbi inquit, † quòd text. in d. §. & quoniam, variè loquitur in legitimatione collatiua, & non in restitutoria, hoc est, in legitimatione facta per oblationem curiæ, per quam legitimatus non restituitur primis
12 natalibus & primæue naturæ, † quæ legitimatio collatiua est minoris virtutis, quàm restitutoria per rescriptum in amplissima forma, vt colligitur ex his, quæ not. Bart. in d. l. communium. per quam legitimationem collatiuam legitimatus non efficitur verè legitimus, vt comprehẽdatur sub statuto loquente de legitimis & naturalibus, vt ibi per eum, & quòd ita intelligunt illum tex. Bart. in d. l. communium. &
* Sal. ibi. Et subdit Bero. ibi, quòd doctores magis* cõmuniter tenent, quòd in hoc sit differentia inter legitimatum per oblationem curiæ, & legitimatũ per rescriptionem. quod & repetit in nu. 17. in fi. dicens, quòd hæc est verior magisq; cõmunis opinio, quicquid sentiant contrarium tenentes, rursus in consi. 57. num. 37. vol. eo. & in consi. 172. nu. 53. & maximè 54. in fi. vol. eod. vbi dicit hanc esse veram & magis communem, subdens Bald. in d. c. per tuas, sic intelligere text. in d. §. & quoniam, dum vltimo loco dicit, eum text. sic debere intelligi & restringi, & consequenter hanc opinionem vltimo loco per eum positam videtur approbare. arg. gl. in l. filium. ff. ad treb. & Bal. ita etiam velle dicit Gozad. in consil. 6. num. 77. Nec est verum, quòd Alex. in d. l. necessarijs, velit contrariũ, videlicet quòd hoc etiam sit in legitimato per rescriptum, vt sibi plus non possit relinqui, quinimo dicit quòd Bald. in d. c. per tuas, sentit, quòd tex. in d. §. & quoniam, procedit in legitimato per oblationem curiæ: nam vt inquit Bald. in l. hac edictali, col. 2. C. de secund. nup. filij debent esse æquales in lucro legis ab intestato, vel in portione, quæ ipsis necessariò debetur à lege, vt est legitima: sed necessariò non debent esse æquales in prouidentia testatoris: nam licitum est patri facere filios inæquales, dummodò non minuatur eorũ legitima: quia si sunt plures, vnusquisq; proportionabiliter admittitur ad partem legitimæ, vt in authent. nouissima. C. de inoffic. testamen. & consequenter etiam filius legitimatus, cui debetur legitima debita de iure naturæ, sicut legitimis & naturalibus, & ita etiam potest intelligi text. in d. §. & quoniam variè.

Non

Non obstat quòd si in legitimatione per oblationem curiæ, quæ est fauorabilior, non potest plus relinqui legitimato per oblationem, quàm filio legitimo & naturali, ergo multò minus legitimato per rescriptum: quia respondetur, quod imò est minoris virtutis in pluribus quàm legitimatio per rescriptum, vt constat ex supradictis, & ex dictis per Bero. in d. cons. 172. num. 54. vol. 2. & dato quòd dicto legitimato per oblationem curiæ plus non possit relinqui quàm filio legitimo & naturali, cui minus relictum sit, id procedit, quia in alio fuit honoratus, & sibi magis concessum & tributum, quàm legitimato per rescriptum, quod patet, quia quis potest legitimari per oblationem curiæ etiam extantibus filijs legitimis & naturalibus, §. si quis igitur, in d. authen. quib. mo. nat. effi. sui, quod secus est in legitimatione per rescriptum. §. si quis ergo, in auth. quib. mod. nat. effi. legit. & ideò nimirum si plus potest relinqui legimato per rescriptum quàm per oblationem curiæ: ita Alex. in l. necessarijs, de acqui. hæred. Ruin. in cons. 67. col. penult. vol. 3. & 68 col. penult. vol. eod.

13 Secundò alio modo respondetur, quòd præmissa conclusio quatenus sit vera, † non habet locũ quando pater minus legitimæ debitæ de iure naturæ reliquerit filiæ legitimæ & naturali quàm legitimato, & ipsa relicto paterno acquieuerit, vel in super pluri renunciauerit: quia tũc non habet locum dispositio d. §. & quoniam variè, quoniam indubitati iuris est,

14 † quòd sicut pater non potest minuere legitimam debitam iure naturæ filijs legitimis & naturalibus, vt in l. quoniã in prioribus, & in l. omnimodò. C. de inoff. testa. Alex. in cons. 69. in prin. vol. 1. ita nec legitimato, cui ita debetur sicut filijs legitimis & naturalibus, cùm nihil à legitimis differat, vt in §. illud, in d. auth. quib. mod. nat. effi. sui. Fab. in auth. nouissima. num. 26. C. de inoff. testa. Alex. in cons. 139. col. 1. vol. 1. Bero. in consil. 172. num. 37. vol. 2. vbi dicit, quòd ita debetur legitima debita iure naturæ legitimato veluti filio legitimo & naturali, & in cons. 57. num. 40. vol. eo. vbi ait, quòd ad illam admittitur cum filio: nam ipsi debent esse pares & æquales in ipsa, secundùm glo. in d. §. & quoniam variè. & Bero. vbi proximè nu. 40. Rui. in cons. 84. nu. 5. vol. 3. Hinc videmus quòd à patre vlla dilatione aut oneris adiectione diminui potest. Alex. in cons. 103. nu. 2. vol. 2. & in cons. 201. col. 2. vol. 6. in cons. 43. col. 2. vol. 2. & in cons. 179. num. 6. vol. 5. Paris. in cons. 51. num. 2. vol. 2. & 65. num. 1. vol. eod. & in specie de legitimato ita dicit Paris. in

15 cons. 55. num. 4. vol. 3 Port. in cons. 97. num. 7. † Nec prohiberi, d. l. omnimodò, ibi, vel quodcunq; onus introducens tollatur. vbi etiam per docto. Bart. in auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid. Soc. in consil. 1. num. 3. vol. 3. & in cons. 2. num. 3. vol. eod. cùm igitur simus in casu in quo præiudicium aliquod fieri non potest in legitima dicto legitimato, meritò concludendum venit, quòd si filia voluit acquiescere legato sibi facto pro dote per patrem, quæ minus sit sua legitima, quòd huiusmodi renunciatio, & consensus non habet præiudicare legitimato quin relictum sibi factum, & quod est minus, legitima sibi debita, non valeat, quamuis sit in maiori quantitate quàm legatum factum filiæ. Quæ opinio satis probatur per tex. iuncta glo. in d. §. & quoniam variè, vbi dum tex. dicit, vt non habeat amplius legitimatus per oblationem curiæ vno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habẽte: supplet gl. dummodò illi non fuerit relictum minus legitima debita iure naturæ. & sic sentit quod vsque ad legitimam sibi potest relinqui, cùm sit de iure debita.

16 Tertiò & vltimò dicitur, † quòd dispositio d. §. quoniam variè, locum non habet vbicunq; extat statutum, quòd stantibus masculis filia dotata à patre nihil vltra petere possit de bonis suis. quoniam incerti iuris non est, * commune esse dictum † quòd

17 ad hoc, vt persona excludens alium excludat, requiritur vt ipsa succedat, aliàs si non succedit, non excludit. Corn. in cons. 342. in princ. vol. 1. Dec. in cons. 378. num. 2. sed filia dotata, quæ excluditur à bonis paternis, ita vt nihil amplius in bonis suis petere possit, non potest amplius succedere in bonis paternis ab intestato, nec per consequens petere aliquid vltra relictum à patre. Sal. in l. sancimus, ad fin. C. de

18 nup. vbi inquit, † quòd licèt statutum mandet filias fœminas dotari existentibus masculis, & per hoc non intelligantur diminuere legitimam, tamen hoc fallit si statutum vltra addat, quòd dote sint contentæ, vel quòd vltra petere non possint: quia tunc excluduntur à legitima, ex quo talia verba non possunt aliter intelligi salua ratione recti sermonis. sequitur Iaf. in cons. 221. col. fin. vol. 2. Dec. in cons. 505.

19 col. 2. vbi dicit † quòd si statutum disponit, quòd filiæ dotatæ de bonis paternis nihil petere possint, quòd supplementum congruæ dotis petere non possint, vt decidit Bal. in l. fin. col. 2. C. de dot. promiss. dicens filiam non posse agere ad supplementum congruæ dotis si statutum disponat, quòd teneatur stare & esse contenta dote data vel promissa: nam legitima commensuratur respectu successionis ab intestato. auth. nouissima. C. de inoff. testa. Et ideò cùm filia excludatur per statutum extantibus masculi*, illi non debetur legitima. Ang. in cons. 105. in fin. vbi ista ratione concludit, quòd filia exclusa à statuto non potest petere supplementum legitimæ, subdens Dec.

* hanc esse * communem, cùm igitur dicta filia excludatur à successione ab intestato extãtibus masculis, & à supplemento legitimæ, succedere videtur quòd stante forma dicti statuti potuerit pater plus relinquere legitimato quàm ipsi filiæ, pro qua sententia facit quod voluit Roma. in consil. 43. in 3. dub. vbi

20 concludit, † quòd auth. licèt. C. de nat. lib. quæ vult quòd pater possit relinquere filijs naturalibus totam substantiam quando non habet legitimam sobolem vel parentes, procedit etiam quando haberet filias, quę non possent patri succedere vigore renunciationis iuratæ, iuxta not. in cap. quanuis, de pac. in 6. quia paria sunt filios non extare, sed extare, & non posse succedere, l. j. §. fin. ff. de contratab. Et ne illotis manibus pertransire videamur, in terminis, de quibus agitur, sine aliqua decisione, adduco in iudiciuo Iaf. ita decidentem in cons. 68. colum. fin. vol. 3. vbi consuluit, d. §. & quoniam variè, locum non habere stante statuto, quòd fœminę ex testamento nullatenus succedant, sed sint dote contentę. Item etiam ab intestato non succedant extantibus filijs vel nepotibus masculis: quia tunc filia dotata, quæ non succedit patri, non impedit legitimatos plus habere. quod inquit probari ex his, quæ singulariter dixit Ang. in §. optimè, in auth. de nup. coll. 4. vbi per illum text. in verbo ingratitudinis, dicit quòd si extat statutum, quòd filia dotata patri non succedat, & pater vxori secundę plus reliquit, quàm filiæ dotatę, quòd illud plus non irritatur: quia ex quo filia non poterat succedere patri eo inuito, sicut nec filius ingratus non potest succedere patri eo inuito, ideò sicut filius ingratus nõ irritat tale relictum, ita nec filia tale relictum irritare poterit. idem tenuit Bero. in cons. 172. num. 45. circa fin. vol. 2. vbi determinat, quòd stante statuto excludẽte fœminas propter masculos, quod potest plus relinquere legitimato quàm filiæ legitimæ & naturali, cùm non sit talis, cui pater de iure debuerit aliquid relinquere vltra dotem. & ideò quòd isto casu non potest habere locum tex. in d. §. & quoniam variè: quia ille tex. procedit de iure communi, non autem in casu in quo statutum excludit filias propter masculos, quod etiam locum habet in legitimatis, vt ibi per eum, & maximè cum in legitimatione fuerit derogatum constitutionibus imperialibus, de quibus in d. auth. quibus mo. nat. effi. sui, vbi est d. §. & quoniam variè. rursus in num. 48. & in cons. 57. num. 35. & 174. num. 15. cum seq. vol. eod.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCVI.

1 *Veritas disputando facilius inuenitur.*

2 *Facultas legitimandi est de reseruatis supremis Principibus.*

3 *Legitimandi facultas solùm competit Principibus, vel alijs quibus per eos commissa fuit.*

4 *Legitimandi facultas non competit iure magistratus, sed dicitur esse quædam potestas insignis Cæsarea.*
5 *Dispensatio & non legitimatio cadit inter natum ex coniugato & soluta, cùm inter eos matrimonium esse non possit.*
6 *Vxores duas eodem tempore quis habere non potest.*
7 *Legitimandi potestas dependet à priuilegio.*
8 *Priuilegij tenor inspici debet & attendi.*
9 *Legitimandi potestatem qui habet, non potest dispensare.*
10 *Legitimare est aliud quàm dispensare, quia primum fauorabile, & secundum odiosum.*
11 *Dispensare est maius quàm legitimare.*
12 *Potestas in quocunque actu requiritur.*
13 *Legitimatio sicut vitiatur quando in eius impetratione non fit expressa mentio de existentia filiorum, ita vitiatur nullis extantibus filijs, si pater tacuit se coniugatum cum muliere, ex qua filios habere poterat.*
14 *Legitimatio reuocatur per superuenientiam filij legitimi & naturalis, sed contra secundum communem, num. 4. vers. tertiò.*
15 *Legitimatio redditur nulla, si filiatio non probatur.*
16 *Legitimatio de qua constat publico instrumento vnà cum priuilegio legitimantis fundat intentionem legitimati.*
17 *Instrumentum dicitur veritas apparens & probatio probata, disceptatione fori non indigens.*
18 *Præsumptio triplex oritur ex publico instrumento, scilicèt veritatis, solennitatis, & quòd de eo à partibus fuerit rogatus notarius.*
19 *Comes Palatinus potest legitimare incestuosos natos ex filia spirituali.*
20 *Filij nati ex sacerdote in sacris constituto dicuntur incestuosi.*
21 *Imperator vel Comes Palatinus habens specialem potestatem legitimandi bastardos, manseres, spurios, & ex incestu, ac quolibet alio illegitimo coitu procreatos, potest legitimare quò ad temporalia.*
22 *Legitimatio est actus principis, & non patris.*
23 *Legitimatio vera & non dispensatio dicitur quando quis legitimatur, & ad natalium iura reducitur, & omnis macula ei tollitur.*
24 *Verbum legitimatus, importat quòd quis dicatur restitutus naturæ & antiquæ ingenuitati.*
25 *Legitimare est abolere maculam & defectum natalium, seu natalibus restituere, sed dispensare est tollere obstantiam defectus, vt quis possit succedere non obstante defectu natalium.*
26 *Legitimari possunt nati ex coniugato & soluta non per medium matrimonij, sed si restituuntur ad natalia, & ad primæuam naturam, quæ omnes legitimi nascebantur.*
27 *Matrimonij medium non semper est necessarium ad inducendum veram legitimationem.*
28 *Legitimitas vera inducitur absque matrimonio per adoptionem vel arrogationem.*
29 *Argumentum de arrogatione ad legitimationem est validum.*
30 *Legitimatio est fauorabilior quàm arrogatio.*
31 *Adulterium dicitur ad alterius thorum accessus.*
32 *Natus ex adulterio legibus est odiosus.*
33 *Fœmina maior annis 50. apta non est ad generationem.*
34 *Mulierem quinquagenariam parere miraculosum est.*
35 *Probationes euidentiores requiruntur ad probationem nati ex quinquagenaria.*
36 *Lex adaptatur ad ea, quæ frequenter, & non de raro eueniunt.*
37 *Mens nec cogitatio trahitur ad id, quod nunquam fuit, vel de raro euenit.*
38 *Inspicimus enim non quod euenire potest, sed quod naturaliter euenire solet.*
39 *Paria sunt non habere vxorem, vel habere, sed inutilem.*
40 *Legitimatio non dicitur subreptitia, si ea quæ tacita vel expressa sunt, non retardassent legitimantem ad concessionem legitimationis.*
41 *Qualitas spurietatis impetratione legitimationis exprimi debet.*
42 *Illatio bona non fit ex diuersis.*
43 *Res perfecta & consummata etsi deueniat ad casum, ad quem incipere non posset, non irritatur.*
44 *Adoptiuus ab intestato succedit æqualiter patri cum filijs legitimis & naturalibus ante adoptionem vel post susceptis.*
45 *Legitimatum esse, plus est quàm adoptatum.*
46 *Legitimatus ad feuda ad instantiam patris secundùm communem succedit in feudo vnà cum filijs legitimis postea natis.*
47 *Tractatus quando fit in actu proportionabili filio probat filiationem.*
48 *Assertio confessionaliter & assertiuè facta, & non enunciatiuè, per se inducit præsumptionem filiationis, cui standum est, donec contrarium probetur.*
49 *Filius probatur emancipatus per instrumentum emancipationis.*
50 *Legitimatio debetur legitima sicut filio legitimo & naturali.*
51 *Legitimam consequi debet legitimatus titulo honorabili.*
52 *Filius legitimatus non potest grauari in legitima.*
53 *Filius legitimatus transmittit legitimam ad hæredes.*
54 *Filius legitimatus rumpit testamentum.*
55 *Filius legitimatus potest agere ad supplementum legitimæ.*
56 *Legitimæ in specie renunciari potest, præsertim cum iuramento.*
57 *Fallit data enormissima læsione: quia renunciatio non officit renuncianti.*
58 *Dolus sicut excluditur in casu c. quamuis, de pac. in 6. ita etiam quando quis enormiter reperitur læsus.*

CONSILIVM XCVI.

DEcreveram tantum me subscribere ad copiosum, & elegans consilium magnifici D. Ascanij Venturini vti fratris honorantissimi, verùm requisitus à patre, vt ego quoque in præsenti causa consulere vellem, libenter eius voto satisfacere volui. Accedendo igitur
1 ad materiam præsentis responsi, † quia veritas disputando facilius inuenitur, iux. celebre dictum Arcadij in l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & hono. sequar morem meum in arguendo ad vtranque partem. Et in primis nonnulla argumẽta adducam contra legitimationem dom. Antonij, deinde fundabo eius intentionem, Tertiò verò & vltimo loco respondebo adductis in contrariũ. Visa itaq; legitimatione facta per magnificum D. Conradum ex Comitibus Vintismilij Comitem Palatinum de No. Ant. filio D. Iacobi Raymoni, & ad instantiam & postulationem prædicti D. Iacobi dico eam non valere ex infrascri-
2 ptis: Nam certissimi iuris est, † quòd etsi facultas legitimandi sit de reseruatis supremis principibus. Paris. in cons. 2. nu. 7. vol. 2. cons. 3. nu. 8. vol. eo. Soc. Iun. in
3 cons. 100. nu. 30. vol. 2. Bero. in cons. 172. nu. 70. vol. 2. † Et ea solùm cõpetat ipsis supremis Principibus, vel alijs, quibus eam commiserunt. §. illud, in auth. qui. mod.

4 mod.nat.effi.sui.coll.7.† cùm illa non competat iure magistratus, sed dicitur esse quædam potestas insignis Cæsarea.l.2.C.de adop.Bero. in cons.176.nu.12. vol.2. in consil.172.num.13.vol.eod.Paris. vbi suprà. vbi inquit, quòd legitimare spurios vel alios illegitimè natos est de reseruatis Principi in signum supremæ potestatis, Papæ, seu Imperatori, neq; ab alio potest fieri nisi ab eis & alijs quibus concessit, & actus legitimationis factus à Comite Palatino dicatur factus à priuilegiante.argu.l.3.§.deieciſſe. ff. de vi & vi arma. Omnia enim Princeps sua facit, quibus auctoritatem suam interposuit. l.j.§.omnia.C. de vet. iur.enuc.Soc.Iun.in cons.121.num.2.vol.2.Cephal.in cons.23.num.18. vol.j.tamen quòd præd.Comes non
5 potuit legitimare d. No. Antonium, † in quo non poterat cadere legitimatio, sed tantum dispensatio, cùm genitus fuerit ex coniugato & soluta, vt constat tam ex ipsa supplicatione dicti Iacobi porrecta Comiti Palatino, quàm ex ipsa legitimatione, quæ probant contra ipsum.l.cum precum.C. de proba. l. fin. vbi Bal.C.de iureiuran. Nam apud docto.receptum est, quod natus ex coniugato & soluta inter quos
6 non potest esse matrimonium † cùm eodem tempore quis non possit habere duas vxores. §. affinitatis.§. socrum, in auth. de nup. Bero. in cons.180.num. 14. vol.2.Socin. Iun.in cons. 93. num.6.volum.3.non potest legitimari, sed tantum dispensari: ita Dec. in terminis in cons.264.num. 3. & 307.num.10.343.col. 2.vers.accedit.393. col. fin.in princ.& in cons.610.col. 2. Bero. in cons.176. num. 41. vol. 2. Crot.in cons.99. num.10.Ruin. in cons.104.in princ.vol. 3. Socin.Iun. in cons.120.num. 17.vol.2.& in cons.93.num.6. vol. 3. Ceph.in cons.186.num.28.vol.2.& in cons.278. col. 3. vol. eod. Cùm igitur ista sit dispensatio, & non legitimatio, meritò sequitur quòd non valuit legitimatio ipsa miniméque fieri potuit, cùm ad ipsam dis-
7 pensationem non se extendat suum priuilegium † à quo tota eius potestas dependet. c. porrò, de priuil. Bald.in c.naturales.si de feud.fue.contro.inter dom. & agna. Socin. in cons. 147. col. fin. Bero.in cons.171.
8 num. 8. vol.2.& in consil. 177. num. 70. vol.eod.† Et cuius tenor debet inspici & attendi. Dec. in cons.286. num.6.& in consil.316.col.2. in fin. Ruin. in cons. 75. num.22.vol.3.Socin.Iun.in consil. 120.num. 6. vol. 2. & in cons. 121. num. 15. vol. eod.Bero.in cita.cons.171.
9 num. 14. Nam † qui habet potestatem legitimandi, non habet dispensandi.Socin. in cons. 246. colum.3.
10 Bero.in cons.176.num.42. vol.2. † cùm aliud sit legitimare, & aliud dispensare: quia primum fauorabile, secundum verò odiosum. Ancha. in cons. 242. in princ.Dec.in cons.264.colum.2.& 393.col.fin.in prin. Gozad.in cons. 92. col. 4. Bero. in cons.163. num.40.
11 vol.2.cons.172.num.26.volum.eod.† Nam maius est dispensare quàm legitimare. Bero.in cons.176. num. 42. vol. 2. Ex isto igitur capite sequitur, quòd legiti-
12 matio ipsa ex defectu potestatis, † quæ in quocunq; actu requiritur, l.cùm te.C.de dona. ante nup. c. super, de offi. delega. corruere videatur.

Secundò dicitur nulla ex vitio subreptionis: †
13 quoniam sicut legitimatio vitiatur ex subreptione, si in ea non sit facta mentio expressa de existentia filorum. Bal. in l.cùm filius. ff. de testa. Ias. & alij in l. Gallus.§. & quid si tantùm. ff. de lib.& posthu.Socin. Iun.in cons. 93. num. 2. vol.2. Bero.in cons.57.num. 28.vol.2.Paul.de Castr.in cons.223.col.2.Dec.in cons. 392.num.4.& in cons.sequen.num.8.& 288.col.2.Rui. in cons. 87. num.6.vol. 3.Curt.Sen.in cons.32.colu.2. Port.in cons.106. num. 38. Curt.Iun.in cons.32.col.j. Paris. in cons.3. col. 3. vol. 2. ita etiam vitiatur legitimatio nullis extantibus filijs, si pater tacuit se coniugatum cum muliere ex qua poterat habere filios.§. si quis, vers.non habens, in auth.quib.mod.nat.effi.legit.coll. 6. Aret in l.ex facto, de vulg.& pupil.Ripa.in l.si vnquam, quæst.23.col.j.in fi. C.de reuo.dona.Sed in casu nostro dom. Iacobus tempore postulatæ & obtentæ legitimationis Antonij filij non expressit Comiti Palatino, quòd ipse haberet vxorem ex qua poterat habere filios, ergo subreptitia legitimatio.

Tertiò dicitur, quòd & si huiusmodi legitimatio
14 etiam valida fuisset, tamen † quòd per superueniens iam filiæ legitimæ & naturalis fuit reuocata ipsa legitimatio vel extincta: ita Gul. de Cuneo Alber. & Castren.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.Guliel.in l.j. C.de nat.lib.Bald.in l.2.in fin.C.si in fraud. patr.& in c.innotuit, col. 3. de elec. Oldra. in cons.247.Paul. & Corn. in l. si te parens. C. de suis & legit. Castren. in cons.22.col.j. vol. 2. Gul. Benedict.in c.Raynutius, in verb.& vxorem.num.186. de testa.Socin.Iun.in consil.97.num.38.vol. 2. vbi dicit, quòd si post legitimationem filij, patri qui tunc carebat legitima sobole superuenerit filius legitimè natus, legitimatio ipsa saltem quò ad effectum succedendi dicitur extingui per argumentum à causa cessante.

Quartò accedit, † nam legitimatio redditur nul-
15 la si filiatio non probatur. Signo. in consil. 183. & in cons.221.Barb.in cons.27.vol.j.vbi concludunt, legitimationis actum non probare filiationem legitimati, quæ tanquam erroneè facta redditur inualida & nulla. & si esset adhuc institutus, eodem modo laboraret institutio.Paris.in consil.10.num.21.vol.2.11. num.14.& 12. num.227.vol. eod. sed in casu præsenti non constat de huiusmodi probatione filiationis, ergo legitimatio nulla.

His tamen non obstantibus contrariam partem
16 vti de iure veriorem amplector concludẽdo, † quòd imò valet dicta legitimatio, cùm de ea constet publico instrumento vnà cum priuilegio d. Comitis legitimantis, ex quibus fundatur intentio d.Nob.Antonij legitimati.Soc.Iun.in cons.93 .num. 16. vol.3.Dec. in cons. 307. in prin.dixi in cons.61.num.28.vol.j.vbi alios citaui. Curt.Sen.in cons.73.col.15.in princ.vers.
17 cùm igitur. † instrumentum enim dicitur veritas apparens, & probatio probata, disceptatione fori non indigens, secundùm Bald. in l. Imperator, in j. col.ff.de stat.hom.& in cons.400. col. 2. in fin. versic. item quod verbum, volumin. 5. vbi inquit, quòd illud quod verbum instrumenti sonat, debet haberi
18 pro veritate, & sine calumnia debet obtinere. † Nam cum instrumento publico concurrit triplex præsumptio, scilicet veritatis, solennitatis, & quòd de eo à partibus notarius fuerit rogatus, vt declarat Bal.in cons.39.vol.j Soc.Iun.in cons. 189.num.14. vol.2.

Secundò pro fundamento d. Nob. Antonij dico quòd legitimatio ipsa fieri potuit per d. Comitem, cui concessa fuit à Cæsare facultas legitimandi naturales, bastardos, spurios, manseres, nothos, incestuosos copulatiuè vel disiũctiuè, ac quoscunq; alios ex illicito coitu procreatos, adduco quod voluit Ias.
19 in consil. 11. vol. 3. vbi concludit, † Comitem Palatinum potuisse legitimare filios susceptos ex filia spi-
20 rituali, quam leuauerat ex sacro fonte. quia † isti filij nati ex dicta filia spirituali dicuntur incestuosi. l.fi.in prin.ff.de ritu nup.l.fi.ff.de cond.sine cau.sicut etiam filij nati ex sacerdote in sacris constituto dicuntur
21 incestuosi.glo.in l.2.vbi Bal.C.de episc.& cler. † quos incestuosos clarum est Imperatorem & Comitem Palatinum habentem specialem potestatem legitimandi bastardos, manseres, spurios, & ex incestu, & quolibet alio illegitimo coitu procreatos, posse legitimare quò ad temporalia.tex. est in l.qui in prouincia.§.diuus.& ibi Bart. expresè hoc notat. ff. de ritu nup. Bald. in l. & si contra, in fin. C.de nup quem se-
22 quitur Dec.in cons.150.num.5.† Quia legitimatio est actus Principis, & non patris, qui confertur in legitimatum patre consentiente. vnde satis est, quòd quẽ legitimatur, sit laicus, in quem Comes secularis agit, vt tradit Socin.in l.Gallus. §. forsitan, in fin.de lib.& posthum. Idem voluit Bald. in cons.204. in vlt.dub. vol. 2. vbi dicit, quòd auctoritate Cæsarea etiam incestuosi possunt legitimari, vt in d. §. diuus. Ias. in consil. 40. vol. 3. vbi consuluit in eodem casu de quo in cita. cons. 11. Rui.in cons.86.num.24.vers.non obstat dum tertiò, vol.3.& in cons.77.colum.2.vol.eod. vbi loquitur de Comite Palatino, qui legitimauit natum ex moniali professa, & allegat Calder.ita tenentem in consil.3. in tit. qui filij sint legit. vbi determinat, Comitem Palatinum potuisse legitimare filium sacerdotis quò ad successionem bonorum paternorum, & quò ad honores. Crot.in l.Gallus.in §.& quid si tantum. num.85.de lib.& posthum.Petr. de Vbal. in tract. succes. in prima parte.Bero. in consil.168.colum. j. volum. 2. vbi consuluit legitimationem

nem factam per Comitem Palatinum habentem auctoritatem, & potestatem legitimandi naturales, spurios, incestuosos, manseres, bastardos, & ex quocunque illicito coitu procreatos, de filio nato ex clerico in sacris constituto validam esse. Socin. in consil. 47. num. 29. volum. 4. Rursus & hanc esse * communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum, inquit Socin. in consil. 65. colum. j vol. 3. licèt teneat contrarium Didac. in primo tomo in 2. par. c. 8. nume. 19. & magis communem Curt. Iun. in consil. 84. nume. 7. vbi ait de hoc esse glossi. in §. fin. in d. auth. quib. mod. nat. effi. sui, & ita tenere Io. Andr. Cald. Card. Alexan. & moder. in c. per venerabilem, qui filij sint legit. si ergo potest legitimare incestuosos, ergo etiam & natos ex coniugato & soluta vt per Crot. vbi suprà, vbi dicit quòd Princeps potest legitimare illegitimos quacunque specie illegitimitatis sint infecti, siue nati sint ex adulterio, siue ex incestu, ergo & habens auctoritatem ab eo, vt in locis suprà citatis, Socin. Iun. in consil. 93. in 3. volum. per totum.

Non obstant modò quæ in contrarium adducta fuerunt: & deueniendo ad primum argumentum, respondetur, quòd stante auctoritate collata per Cęsarem d. Comiti legitimanti naturales, bastardos, spurios, manseres, nothos, incestuosos copulatiuè vel disiunctiuè, ac quoscunque alios ex illicito vel damnato coitu procreatos, viuentibus vel mortuis eorum parentibus, & eos ad omnia iura legitima restituendi, & reducendi, omnémque maculam geniturę penitus abolendi, ipsosq; reitituendi ad omnia & singula iure successionum hæreditatum, & bonorum paternorum, maternorum, & ab intestato, cognatorum & agnatorum, ad honores, dignitates, & ad omnes actus legitimos, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, sintq; ipsi per quemlibet vestrum legitimandi de familia, agnatione, domo, non obstantibus d. auth. quibus mod. nat. effi. legit. & omnibus alijs iuribus disponentibus ipsis filijs omnimodam clementiam denegantibus, necnon aliquibus legibus, quibus cauetur, quòd naturales, spurij, manseres, bastardi, nothi, incestuosi copulatiuè, & disiunctiuè, vel alij quicunque de illicito coitu procreati seu procreandi, non possint, nec debeant legitimari sine consensu filiorum legitimorum naturalium, quibus omnibus motu proprio, ex certa scientia derogauit: & derogatum esse voluit: quòd
23 ista dicatur vera legitimatio, & non dispẽsatio. Nam quando quis legitimatur & ad natalium iura reducitur, & omnis macula ei tollitur, vt in casu nostro, tunc dicitur plenè legitimatus, non autem dispensatus. Dec. in consil. 258. colum. pen. in versic. vltimò non obstat. vbi inquit, quòd quando legitimati ad legitima natalium iura reducuntur, & omnis macula geniturę penitus tollitur, & legitimi constituuntur & habilitantur ad omnes successiones ab intestato, & ex testamẽto, ex istis patet istam esse plenam legitimationem, & non dispensationem, sed in casu nostro ita actum est per d. Comitem virtute sui priuilegij. Ruin. in consil. 75. numer. 13. volum. 3. vbi ait quòd quando expresè Princeps restituit aliquem pristinæ naturæ natalibus, & omnem geniturę maculam remouet & tollit, dicitur verè legitimus, & ex toto definit esse spurius, quamuis illi minus conce-
24 datur quàm nato ex legitimo matrimonio. † Nam verbum legitimatus de sui natura importat, quòd dicatur restitutus naturæ & antiquæ ingenuitati. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Ang. in consil. 17. Et ideò subdit Ruin. quòd quando Princeps vtitur verb. importante dispensationem, vt quia dicat dispensamus, vel vtitur alio verbo æquipollenti, de cuius natura non sit ex toto & in substantia tollere illegitimitatem, sed velare, tunc dicitur dispensatio: secus quando Princeps restituit expresè pristinæ naturæ, omnem geniturę maculam remouendo: tunc enim legitimatus fit legitimus. Iterum in consil. 86. colum. 2. nume. 6. volum. eod. Paris. in consil. 7. nume. 17. cum plurib. sequentibus volum. 2. Gozad. in consil. 6. nume. 62. & in consil. 29. colum. antepenult. versicu. prætereà & secundò. Et quod fit legitimatio, probatur ex dictis per Butr. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, quorum
* dicta * communiter recipiuntur in charta antepen. versic. nunc vltimò videamus. vbi d. clarando quid
25 sit legitimare & dispensare, inquit † quòd legitimare est abolere maculam & defectum natalium, seu natalibus restituere, sed dispensare est tollere obstantiam defectus, videlicet quòd possit succedere non obstante defectu natalium. Alba in consil. 7. num. 4. Soc. Iun. in consil. 93. num. 40. volum. 3. dixi in cons. 61. num. 51. volum. j.

Nec obstat quòd legitimatio non datur in nato ex coniugato & soluta, cùm inter eos non possit esse
26 coniugium, sed dispensatio: quia respõdetur † quòd imò nati ex his possunt verè legitimari non per medium matrimonij, sed restituendo eos natalibus & primæuæ naturæ, qua omnes legitimi nascebantur, vt per Bart. in l. j. in 3. quæst. ff. de acqui. pos. & remouendo differentiam legitimitatis & illegitimitatis per leges introductam & ipsarum legum impedimentum, quod potest facere Princeps secularis. Ant. Rosel. in tract. legit. sub tit. de legit. effectu. num. 8.
27 cum sequentib. vbi dicit, † quòd ad inducendum veram legitimationem medium matrimonij non est semper necessarium, sed illud inductum fuit de iure ciuili: ideò aliud potest induci à Principe, scili-
28 cèt legitimatio † sicut etiam absque matrimonio inducitur vera legitimitas per adoptionem vel arrogationem, per glossi. instit. de adop. in princi. Aret. in l. ex facto, in princip. colum. 12. versicu. quòd autem legitimatus, de vulg. & pupil. Socin. in l. Gallus. §. si eius, colum. 4. versic. sed vltra. ff. de lib. & posthum. Ruin. in consil. 67. colum. 2. versicu. vel secundò dici potest, volum. 3. 75. num. 14. & 19. 76. num. 14. versicu. nec obstat ratio. 79. num. 3. & 94. num. 10. versicu. ad istam rationem. volum. eod. Ias. in consil. 11. colum. penult. volum. 3. vbi dicit quòd si quęrimus an Princeps secularis possit aliquem efficere verè legitimum tanquam natum ex legitimo matrimonio: & tunc, qui non potest super ipso matrimonio dispensare, non potest etiam facere aliquem per illum modum esse verum legitimum, vt loquitur tex. in c. per venerabilem, in versic. fin. Aut quærimus an quis efficiatur legitimus remouendo differentiam legitimitatis, vel illegitimitatis, & sic reducendo eum ad pristinum statum naturæ, & istud potest fieri per Principes seculares. §. si quis ergo, in verb. antiquæ ingenuitati, & in verb. ad ipsam deducentes naturam. in d. auth. quib. mod. nat. effi. sui. quia per istum modum non dispensatur super matrimonio nec super aliquo impedimento ad matrimonium, & sic nihil dispensatur super iure spirituali. Hinc est quòd Imperator, & Comes Palatinus potest legitimare etiam incestuosos quo ad temporalia. Item & filium sacerdotis in sacris constitutum. Gozad. in consil. 6. num. 67. & in consil. 29. num. 32. & Socin. Iun. in consil. 93. num. 13. volum. 3. & num. 50. versic. & primò vera responsio, vbi tradit quòd opinio contraria posset procedere nisi constaret clarè de contraria voluntate Principis priuilegium concedentis & Comitis legitimantis, vt in casu nostro, vbi dicitur clarè de spurijs, & de quocunq; modo illigitimè natis: & legitimatio est facta in forma amplissima, & omnis macula geniturę dicitur ablata & totaliter sublata. nec est de potestate Principis nunc disputandum vtrum possit legitimare, & facultatem legitimandi alteri concedere, etiam spurios, seu natos ex coniugatis & sic adulterinos. Item respondetur sufficere quòd in genere potuerit esse matrimonium ante vel post tempora conceptionis vel legitimationis ad hoc vt d. Antonius potuerit legitimari. §. sed & illud,
29 instit. de adop. † arguendo de arrogatione ad legitimationem, quod argumentum est validum gloss. in l. j. §. fin. in verb. parentibus, ad municip. nam legitimatio est similis arrogationi. l. iubemus. vbi Bald. C.
30 de adop. † Imò legitimatio est fauorabilior quàm arrogatio. Bald. in l. neque absens, in fin. ff. de adop. Et plus est esse legitimatum quàm adoptatum. l. si te parens. C. de suis. & legit. ita Ias. in consil. 40. colum. fin. in prin. vol. 3. Soc. Iun. in d. cons. 93. num. 45.

Tertiò respondetur, quòd allegata in contrarium possent fortè procedere quando filius verè adulte-

rinus

rinus dici posset: quia natus ex muliere matrimonio coniuncta, tunc verè ille coitus dicitur adulterium,
31 † quasi vir ad alterius thorum accedat: & per ll dici-
32 tur punibilis. toto tit. ff. & C. de adulte. in eo enim † qui ex tali damnato coitu & punibili natus est, quasi legibus odioso, procedit, vt non cadat legitimatio, sed tantùm dispensatio: ita Castren. in cons. 217. col. 3. versic. secundò respondetur, quem sequitur Socin. Iun. in allega. cons. 93. num. 56. sed in casu nostro non est sic, quia licèt No. Iacobus pater d. No. Antonij esset coniugatus, tamen eius mater erat soluta, & eorum coitus non ita per legem damnatus neque ita punibilis vt dixi in cons. 74.

Quartò respondetur, quòd non fuit opus facere mentionem de vxore quinquagenaria, & sic inutili
33 ad procreandum filios † quia fœmina maior annis quinquaginta non est apta ad generandũ. l. si maior. C. de legit. hered. l. si sterilis. ff. de actio. emp. Ias. in l. sed est quæsitum, in princ. ff. de lib. & posthum. Soci. in cons. 126. col 2. vol. 3. Fulgo. in cons. 212. col. 2. vers. in
34 primo videtur. Paris. in cons. 29. nu. 26. vol. 2. † nam rarum & miraculosum est, quòd mulier in tali ætate pariat. Fulgo. & Corn. in d. l. si maior. Neuiza. in Sylua nup. charta mihi sexta. Paris. vbi suprà. nume. 46. cum sequentib. Socin. in allegato consil. 126. col. 2. Et
35 ideò ex hoc dicunt Doct. in locis suprà relatis, † quòd ad probandum natum ex quinquagenaria requiruntur probationes euidentiores. Nec obstat quòd etiam aliquando visum fuit mulieres excedentes annum quinquagesimum peperisse, vt per Doct. in d. l. si maior, & Paris. vbi suprà, quia respondetur quòd ex quo istud est contra præsumptionem iuris, & de rarò accedit, non debet fieri expressio de dicta
36 vxore quinquagenaria, † cùm lex adaptetur ad ea, quæ frequenter eueniunt, non autem ad ea, quæ de
37 rarò & monstruosè solent euenire. l. nam ad ea. ff. de ll. c coram, de off. deleg. † vbi nec mens nec cogitatio trahitur ad id, quod nunquàm fuit, vel de rarò eue-
38 nit. † non enim inspicitur, quod euenire potest, sed quòd naturaliter euenire solet. Mar. Salo. in l. Gallus num. 61. de lib. & posthum. Irreparabilia enim secundum naturam cogitare non possumus. gloss. in §. & hoc dicimus, in auth. vt hi qui oblig. &c. Soc. in allega. cons. 126. colum. 2. Vnde ex his dicendum videtur, quòd cùm de rarò hoc eueniat, non fuisset opus fa-
39 cere mentionem de tali muliere inutili. † Paria enim sunt non habere vxorẽ, vel habere, sed inutilem. glo. in l. fin. C. ad l. Iul. de plag. sicut paria sunt non habere maritum, vel habere, sed inutilem. faciunt notata per Ias. in l. quoties. ff. qui sàtisd. cogan. Cui enim dubium est, quòd si d. Dom. Iacobus exposuisset Comiti Palatino se habere vxorem quinquagenariã, quòd eum non retraxisset à dicta legitimatione, imò pas-
40 sim illam concessisset. † nam legitimatio non potest dici subreptitia, si ea, quę sunt tacita vel expressa, non retardassent legitimantem ad concedendum legitimationem. Bart. & alij in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publ. Soc. Iun. in cons. 70. in fin. volum. j. Doct. in c. super literis, de rescrip. Et tantò magis hoc dicendum venit in terminis nostris vbi vxor d. D. Iacobi non habuit filios per quindecim annos ante dictam legitimationem. Vlterius dicitur quòd si bene aduertatur ad dicta per Aret in d. l. ex facto, & Ripam vbi suprà, ipsi loquuntur quãdo pater tacuisset se coniugatum cum iuuene, ex qua verisimiliter poterat filios suscipere. secus ergo quando tacuisset se habere vxorem excedentem 50. annos, & ex qua verisimiliter non poterat habere filios.

Non obstat secundum, quia respondetur, quòd si bene videantur Doctores loquentes de legitimatione spurij nati ex coniugato & soluta in locis suprà citatis, vtique non dicunt quòd sit necesse facere mentionem quòd habebat vxorem ex qua poterat
41 habere filios. sed solùm dicunt, † quòd debet exprimi qualitas spurietatis, vt per Anto. de Butr. in c. per venerabilem, & ibi per Præpos. colum. 11. qui filij sint legit. Ruin. in cons. 103. num. 16. vol. 3. quæ est causa quare non conceditur legitimatio vel difficilius. nec valet consequentia allegata, quia inter casum quando quis habet filios vel non habet, sed coniugem, datur differentia: quia primo casu si tacetur quòd ad-
42 sint filij legitimi, subreptio clara videtur, & talis quę omninò remouisset legitimantem à legitimatione, vel eum difficilem reddidisset. Nam de iure non posset Imperator bastardos legitimare si extat soboles legitima. §. si quis verò. d. auth. quib. mod. nat. effi. sui, & in §. generaliter. eod. tit. & ideò nimirum si requiritur expressio, quòd extent legitimi & naturales, vt per Cast. cons. 22. in princ. volum. 2. sed quando nulli adsunt filij, sed vxor tantum de qua fit mentio in legitimatione, dum dicitur quòd natus est legitimandus ex patre coniugato, non potest dici quòd legitimatio fuerit subrepta, cum Comes sciret quòd pater vxorem haberet, de qua poterat cogitare si po-
43 tuisset habere sobolem: † Vnde cùm ista sint diuersa, ex diuersis non fit illatio. l. fi. ff. de separ. l. Papinianus exuli, de mino. & d. c. per venerabilem. fateor tamen quòd si habuisset vxorem prægnantem, quòd de hoc debebat facere mentionem specialem, vt dixi in consil. 89. num. 34.

Tertiò non obstat quòd per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium reuocatur legi-
* timatio: quia respondetur * communem docto. sententiam esse in contrarium. Bart. Bald. Ang. & alij in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Alex. in consil. 138. col. j.
44 vol. j. & in cons. 187. num. 18. volum. 5. † quia res perfecta & consummata licèt deueniat ad eum casum, ad quem incipere non posset, non irritatur. l. si sub vna. §. j. ff. de verbo. oblig. Roma. in consil. 194. Curt. Sen. in consil. 16. col. 10. versic. si enim legitimatus. Et
45 pro ista parte facit tex. in l. si te. C. de suis & legit. vbi † filius adoptiuus succedit æqualiter ab intestato patri adoptiuo cum filijs legitimis & naturalibus ante adoptionem vel pòst suiceptis. vbi Bal. notat quòd eodem modo admitteretur legitimatus: † quia plus est esse legitimatum, quàm adoptatum: quia naturalia primordia habet legitimatus. Nam esse spurium est quoddam velamen, propter quod non dicitur filius, tamen ipsa generatio non potest aboleri. & idem dixit ibi Ang. referens sæpius in facto sic fuisse seruatum. Fulgo. in cons. 65. col. 2. Bald. in cons. 206. col. 2. versic. secundum motiuum. volum. 2. Barba. in cons. 49. col. 2. vol. 4. Paul. de Castro. in cons. 22. col. 2. vol. 2. Alber. de Rosa. in rubr. C. de nat. lib. col. 2. versi. quod autem nati. Lud. à Sard. in tract. de nat. lib. ac succesſo. eo. in 7. q. principali num. 17. Rosel. in tract. legitima. in vlt. q. lib. 2. vbi dicit hanc partem humaniorem, & hanc esse communem docto. scholam dicunt infrascripti patres, videlicet Dec. in cons. 258. colum. penult. 307. col. pen. versic. sed non laborando. & 576. num. 5. Cur. Sen. in cons. 73. col. 15. vers. Corroborantur præmissa. Gozad. in cons. 6. num. 65. Ias. in l. ex facto colu. 5. versic. secunda est principalis, quam amplectitur communis stylus, & practica post Alex. ibi, & idem ibi vult verius num. 73. Vasq. Pintia. in j. par. lib. 3. §. 21. nume. 154. Zucard. in l. j. num. 41. C. de pac. Ripa. in l. si vnquam. quæst. 23. C. de reuoc. dona. & ibi Tiraquel. in verb. donatione largitus quæst. 16. numer. 281. pro qua facit etiam quod notant Alua. Præpos. & Iser. in c. j. §. naturales, si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. vbi aiunt, † quòd si Princeps
46 legitimauit bastardum ad instantiam patris ad feuda, qui exinde suscepit filios legitimos & naturales, quòd legitimatus succedit in feudo vnà cum legitimis posteà natis. & inquit ibi Aflict. nume. 70. hanc
* esse * communem sententiam, quam frequentiori calamo receptam tradit Socin. Iun. in cons. 142. num. 30. volum. j.

Similiter non obstat, quòd per ipsam legitimationem non probatur filiatio do. No. Antonij: quia
47 respondetur duobus modis. Et primò † quod quando tractatus fit in actu proportionabili filio, probatur filiatio secundùm Felin. in c. per tuas, col. fin. de proba. vbi considerat tractatum si pater eum educari fecit vt filium, vel si fecit eum legitimari, & ideò inquit in 4. notab. quòd ille qui non est natus ex vxore, nec ex concubina, sed ex aliqua ad quam secretè pater accedebat, nec audebat eam nominare, si probat patrem ipsum educasse vt filium vel fecisse legitimari, est probata filiatio secundùm Ancha. in cons. 221. colum. penult. sequitur Paris. in consil. 10, num. 62. volum. 2. Alexand. in consil. 88. colum.

penult.

penult. volum. 7. vbi inquit, quòd impetratio legitimationis concessæ per Comitem Palatinum ad postulationem patris affirmantis & cõfitentis talem esse filium suum spurium natum ex se & Paula, &
48 petentis ipsum legitimari, vt sibi succedat, † quòd talis assertio non dico enunciatiuè, sed confessionaliter & assertiuè facta per se inducit præsumptionem filiationis, cui standum est donec contrarium probetur. Cy. Bald. & Sali. in l. non epistolis. C. de proba. pro qua opinione dicit bene facere, quod notat Bald.
49 in l. non potest, de adop. vbi dixit † quòd per instrumentum emancipationis probatur quòd emancipatus erat filius talis emancipantis: quia apparet quòd eum tractauit vt filium. l. quidam cum filium, de verb. oblig. Parisin d. consil. 10. num. 67. volum. 2. Socin. in consil. 65. in princ. volum. 3. Et tantò magis hoc dicendum venit in casu nostro, vbi mater d. No. Antonij erat soluta per ea, quæ dixi in consil. 89. quæ non transcribo.

Qua conclusione præmissa, quæ non patitur difficultatem, aliud succedit dubium, † nunquid dicto
50 legitimato debeatur legitima iure naturæ debita ficuti legitimo & naturali, & nunquid ratione legitimæ si aliquid habuit, quod nõ ascendat ad integram legitimam agere possit ad ipsius supplementum?
* Quòd ad primum * indubitata est iuris conclusio, quòd sic. vt per Alexand. in consil. 139. colum. j. vol. j. Iacob. de Belui. in §. si quis, in d. auth. quib. mod. nat. effi. sui, & Ang. in §. fin. eod. tit. Ias. in consi. 154. colum. antepen. volum. 2. 184. colum. penult. & 202 colum. fin. volum. eod. Dec. in consil. 257. colum. j. Fab. in authent. nouissima. num. 26. C. de inoff. testa. & ibi Ias.
51 num. 14. † volentes titulo honorabili legitimam filium legitimatum consequi debere. Bero. in consil. 57. num. 40. volum. 2. in consil. 136. in princ. & in consil. 172. num. 37. volum. eod. Ruin. in consil. 84. num. 5. volum. 3. Didac. in j. tomo. §. 8. num. 2. Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in verbo susceperit. num. 79. C. de reuo. dona. Parisin consi. 7. colum. j. in fin. cum prin. sequentis volum. 2. & in consil. 55. colum. j. volum. 3.
52 vbi † dicit filium legitimatum non posse in legitima grauari per fideicommissum, & si grauatur, grauamen appositum reiicitur. & vlterius † quòd talis filius legitimatus non detrahens legitimam, & moriens potest illius detractionem transmittere ad hæ-
54 redes per iura, & auctoritates per eum ibi citatas † imo si fuit præteritus, potest rumpere testamentum. Bald. in c. de causis, de off. de leg. Alex. in citat. consil. 139. & Dec. in allega. consil. 257. colum. j. & in consi 52.
55 in princip. Fab. vbi suprà. De secundo verò † quòd competat sibi remedium agendi pro supplemento legitimæ, satis probatur, cùm dictum remedium competat quibus debetur legitima. l. omnimodò. §. scimus. C. de inoff. testa. & ita in terminis dixerunt Parisin d. consil. 7. num. 4. & Bero. in cita. consil. 136. in princip.

Nec habet obstare quòd dictæ legitimæ sit renunciatum expresè per d. No. Antonium legitimatum mediantibus quibusdam prædijs, de quibus in instrumento celebrato inter dictum quondam No. Iacobum & Antonium, † quæ quidem renunciatio in
56 specie facta de legitima valet per notata in l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. testa. Ruin. in consil. 51. num. 13. volum. 3. & in consil. 52. num. 5. volum. 2. Dec. in consil. 26. colum. penult. in fin. Parisin consil. 94. num. 20. volum. 3. & præsertim accedente iuramento. Gul. de Cuneo. Bald. Alber. de Rosa. Ang. & alij in l. de his, de transact. Paris. vbi suprà num. 21. Dec. in consil. 26. colum. 2. Bero. in consil. 93 num. 64. volum. 2. Quia respondetur, quòd prædicta sententia posset
57 sibi locum vendicare † vbi non interuenisset enormissima læsio, vt in casu præsenti, vbi d. Antonius non est consequutus dimidiam portionem suę legitimæ: quo casu stante huiusmodi enormissima læsione renunciatio ipsa non habet officere d. No. Antonio, vt non possit agere ad supplementum dictæ legitimæ, vt probatur ex nota. per Dec. in consil. 180. & in consil. sequenti. vbi loquitur de filia renunciante cum iuramento hæreditati paternæ, vt possit propter enormissimam læsionem contra eam venire non obstante iuramento. Parisin consil. 94. suprà cita. colum. j. & num. 22. Gozad. in consil. 97. num. 14. vbi loquitur de legitima. Et tantò magis id dicendum venit, cùm ipse Antonius obtinuerit habilitationem à iuramentis, de quibus in dicto instrumento, per ea quæ scribit ipse Goza. in d. consil. proximè cita. in colum. fi. Accedit quod scribit Butr. in c. cùm contingat, colum. 8. versic. quartus casus, de iureiur.
58 vbi ait, † quòd sicut in casu cap. quamuis, de pact. in 6. excluditur dolus, ita etiam quãdo enormiter quis reperitur læsus: quia ex magna læsione præsumitur dolus, & tali casu nedum minor, sed etiam maior contrauenire non obstante iuramento: adeò quòd secundùm eum non est necessaria absolutio: quia talis enormis læsio est excepta à iuramento. quod inquit etiam procedere si quis promiserit non contrauenire aliqua ratione vel causa quacunque. Curt.
* Iun. in consil. 141. colum. 2. vbi inquit magis * communem esse, quòd iuramentum non tollit enormissimam læsionem. Nam dolus re ipsa causatur propter enormissimam læsionem, qui quidem appellatur dolus præsumptus, qui dicitur proprie dolus. Bartol. in l. quod Nerua. colum. 2. ff. depo. Curt. vbi suprà nume. 6. Dec. in allegato consil. 180. colum. 4. Cranet. in consil. 142. vbi latissimè & in consil. 192. colum. 3. Ex his igitur resultat vera conclusio, quòd d. Nob. Antonius stante dicta enormissima læsione proposita potest agere ad supplementum legitimæ sibi debitæ in bonis paternis.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCVII.

1 *Flumen publicum dicitur, quando semper fluit.*
2 *Flumen publicum quãdo est nauigabile, aut ex eo aliud nauigabile fit, alicui non permittitur à lege aquam ducere ex dicto flumine sine iussu Imperatoris vel Senatus.*
3 *Flumen quando non est nauigabile, aut ex eo aliud non fit nauigabile, quis ex eo aquam ducere potest nisi Imperator vel Senatus vetet.*
4 *Flumina nauigabilia vel quæ faciunt aliud nauigabile sunt de regalibus.*
5 *Molendinum in flumine publico non nauigabili, sed quod aliud facit nauigabile, construi non potest sine licentia Principis.*
6 *Molendinum construi potest in flumine Padi, secus si construatur in flumine non nauigabili, ita quòd ædificium tangat alueum dicti fluminis: quia tunc fieri non potest sine licentia Imperatoris aut superioris.*
7 *Molendinum vnicuique licitum est ædificare in flumine non nauigabili absque licentia superioris, si non diuertitur ius nauigij fluminis nauigabilis, & aqua reuertatur in dicto flumine.*
8 *Molendinum diu ædificatum, ex antiquitate temporis de licentia superioris constructum esse censetur.*
9 *Statuto si caueatur, quòd filius non possit contrahere sine licentia patris, & filius rem alienauerit, si diu emptor tenuit patre patiente, præsumitur licentia patris præcessisse.*
10 *Tractatus & aliæ solennitates, quæ in rebus ecclesiæ alienandis requiruntur, secundùm communem, propter antiquitatem temporis præsumuntur interuenisse.*
11 *Præsumptio, quæ insurgit ex diuturnitate temporis xxx. annorum præiudicat tertio.*
12 *Ignorans reputatur qui contra communem iudicat.*
13 *Sententias maiorum reuoluere, difficilimum est.*
14 *Iudex, qui recedit à communi, facit litem suam.*

CON-

CONSILIVM XCVII.

QVOD fratres de Grosis in flumine Burmidæ construere non potuerint molendinum de quo agitur, prima facie demonstrant sequentia: quoniam certissimi iuris est,† quòd quãdo flumen est publicum, quia semper fluit. l.j.§.item fluminum.ff. de fluminib.& in l.quominùs,per docto. eod. tit. Alexand.in consil.194.col.j. volum. 2. & 203. colum. 2. in princip.volum.6.Curt. Sen.in consil.33.colum.3.& Dec.in consi. 244.colum. 4.† Item & nauigabile,aut ex eo aliud fit nauigabile, alicui à lege non permittitur aquam ex dicto flumine publico ducere, sine iussu Imperatoris vel Senatus,d.l. quominùs,† secus si non est nauigabile, aut ex eo aliud non fiat nauigabile: quia secundùm d. l. nihil est quod impediat quominùs ducatur nisi Imperator vel Senatus vetet. Ruin.in consil.94. colum. 2. volum. 4. Alexand. in citato consil. 203. colum. 2. Ratio etenim est †: quia talia flumina, quæ sunt nauigabilia, vel faciunt aliquid nauigabile, sunt de regalibus, vt est tex.in c.j.in tit.quę sunt regal.Bar.in d. l.quominùs.in 2.quæst.vbi etiam Iaſ.in 6.notab.Dec. in prælegato consil.244. colum. 2. Quod ampliatur etiam procedere,vt non solùm locum habeat in priuato,sed etiam in populo,aut ciuitate: quia cùm sint de regalibus & solius Imperij, nec populus nec ciuitas non potest aquam vsurpare. Bald. in rubr.de rer. diui.colu.5. & Iaſ.in d.l.quominus, in 6.notab.Cum igitur flumen ipsum Burmidæ publicum sit, & non nauigabile, sed flumen Tanagri faciat nauigabile, vtique dicendum venit, quòd † fratres ipsi non potuerint in d. flumine Burmidæ molendinum construere absque licentia Principis. pro qua sententia facere videtur text.in l.seruitutes.§.penult.ff.de seruit. vbi inquit legislator, quòd à principe peti solet, vt per viam publicam, etiam sine incommodo publico aquam ducere liceat, & sic vbi etiam nihil nocet publico. & ita per dictum tex. tenet Aret. in consil.30.colum.3.versic.considero autem. Et tantò magis hoc dicendum videtur in proposito nostro, vbi molendinum ipsum constructum fuit non super aqua Burmidę,sed super alueo ipsius fluminis,ex nota.per Paul. de Castro in l.fluminum, in princ. ff. de damn. infec. vbi inquit, † quòd licèt quando constituitur molendinum super aquam prout in flumine Padi, vel vt fit Romæ, vbi fiunt molendina super aquam, ex concatenatione nauium possit fieri molendinum,licèt tamen secus,si quis vellet facere molendinum in flumine non nauigabili, ita quòd ædificium tangat solum,seu alueum dicti fluminis:quia tunc sine licentia superioris fieri non potest.Et ratio est secundùm eum, quia quando ædificatur super aquam dicti fluminis, vsus talis aquæ est communis, ideò occupanti conceditur: & ideò licitum est super talem aquam ædificare. sed in secundo casu alueus, seu fundus dicti fluminis non est communis, sed publicus, ideò quia occupanti non conceditur, requiritur auctoritas superioris. quod dictum ab alio tractum non recolit legisse Iaſ. vt ipse inquit in d.l. quominùs, colum. 8. in fin. versicul. quartò principaliter.

His tamen non obstantibus contraria sententia in casu nostro est de iure verior, quòd imò dictum molẽdinum per ipsos fratres licèt constructum fuit: quoniam ab omnibus passim & distinctè receptum est, † quòd quando flumen publicum non est nauigabile,licèt aliud faciat nauigabile,si non diuertitur ius nauigij fluminis nauigabilis, vnicuique licitum est molendinum construere absque licentia superioris. decisio est Bartol. communiter approbata, vt infrà apparebit in d. l. quominùs, colum.2. d.versic. item in eo flumine. vbi sic dicit formaliter: Item in eo flumine quod inter aliud flumen nauigabile, intelligas quòd aquam ducere non liceat, si per hoc auertitur à flumine publico nauigabili: sed si aqua ducatur, & nihilominus in flumen nauigabile intrat,illud non est prohibitum, si bene consideras rationem legum. & ideò subdit quod Bononienses legitimè ducunt de flumine Rheni cùm post intrat Padum, & sic secundùm eum intelligi debet, quòd est suprà,in l.j.§.non autem,cum ibi notatis. vbi tex. dicit, quòd non omne, quod in flumine publico ripave fit, coërcet prætor, sed si quid fiat, quòd deterior statio & nauigatio fiat. subiungitq; & si quid in flumine eo quod nauigabile non sit,fiat vt exarescat, vel aquę cursus impediatur,vtile interdictum competere ne vis fiat ei,quominùs id opus,quod in alueo fluminis ripáve eius ita factum sit, vt iter cursus, vel fluminis deterior sit, fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere boni viri arbitratu possit. & decisionem Bar.de qua suprà sequuntur Iaſ.ibi in 4. colum. versic. contra istam. Alexand. in consil.194.colum.2. versic. fortificantur prædicta. volum. 2. vbi concludit quòd quamuis videatur, quòd de flumine Rheni de iure communi quis aquam ducere non possit, siue dicamus illud esse nauigabile, siue dicamus aliud ex eo fieri nauigabile,per l.fin autem.§.fin ff.de aqua plu. arcen. d. l. quominùs, & quod not. gloss. in d.§. non autem, tamen attento quod ista aqua ducitur de flumine Rheni posteà redit infra pauca miliaria, intrátque flumen Rheni absq; eo quòd aliquo modo impediatur nauigium nec alius vsus publicus, dicitur hoc licitè fieri per d. §. non autem. iterum Alex. in d.consil.203.colum.2.volum.6.Dec.in consil. 244. colum.j.& 4. Cæpol.in tracta. de seruit. rustico. prædio.in tit.de seruit.aquęduc.colum.14.versic.in contrarium videtur. vbi sic distinguit, Aut flumen est publicum & nauigabile, & isto casu non licet aquam propria auctoritate ducere,& qui ducit,illicitè facit, vt per Bart.in d.l. quominùs in 2.quæst. Aut non nauigabile, & tunc aut flumen intrat in aliud flumen nauigabile, & tunc aut istud est mare & potest ducere:quia propter aquarum abundantiam ex vno flumine non dicitur recipere incrementum vel diminutionem,& sic propter dictam occupationem nullum detrimentum recipere potest. Aut est aliud flumen nauigabile, in quo intrat, & tunc aut propter dictam occupationem ductus aquæ auertitur à flumine nauigabili, & facit quòd flumen nauigabile efficitur non nauigabile, vel damnificatur nauigatio,& non potest.d. l. quominùs. & ibi per Bartol. in 3.oppos it. Aut non auertitur aqua à flumine nauigabili, Exemplum, si duco aquam ex flumine ad fundum meum, & nihilominus posteà intrat in flumine nauigabili,& istud non est prohibitum.Specul.in tit.de causa possession.& proprie.§.quia verò,colum. penultima,versiculo pone quòd id,quod dicis. Corne.in consil. 268. colum. penultim. in fin. volum. 4. Ruin.in consil.94.columna 2.in fin.volum.4.Franc. Marcus in prima parte decis. Parlam. Delphi. quæst. 40. & in secunda parte quæstione 500. num. 3. Præpos.in c.j.§.si quis de manso. colum. 15. de contro.in * inuestit. & hanc esse * communem sententiam scribentium attestantur Curt. Sen. in consil. 33. colum. 2.versicul.& istud demonstro.vbi inquit,quòd cum Bartol. transeunt omnes. Ripa in d. l. quominus, num. 24. Bos. in tract. suo crimin. in tit. de aqua. & flum.num.35.vbi inquit,doctores velle quòd si aqua reuertatur in flumen nauigabile,quando ducitur ex flumine publico non nauigabili, valebit ædificium ibi factum. Immo fortius inquit Bald.in rubr.de rerum diuisio. in versicu. sed nunquid populus, quòd etiam ex flumine publico nauigabili licitum est aquam ducere vnicuique, vel construere in loco molendinum, si hoc non nocet vsui publico nauigabili. quod valdè notandum ait Iaso. in d. l. quominùs, colum.4.versiculo,& notabilius. Cornel.in d.consil. 268. colum. penult. in fin. Bos. & Franciscus Marcus in locis suprà citatis.

Superest modò vt deueniamus ad diluendum ea, quæ in contrarium adducta fuerunt: & condescendendo ad primum argumentum,respondetur,illud esse intelligendum,secundùm distinctionem de qua suprà, videlicèt quòd si loquimur de flumine publico non nauigabili, per quod aliud fiat nauigabile, ipsáque nauigatio impediatur, non valeat constructio molendini facta in dicto flumine sine licentia

superioris. Aut loquimur de flumine publico non nauigabili,& non auertitur aqua à flumine nauigabili,& tunc valeat constructio molendini,& licitè ad eum aqua duci potest sine licentia superioris, vt per doct. communiter in locis suprà citatis.

Non obstat text. in d. l. seruitutes. §. penultimo, quia respondetur, quòd licèt text. dicat, quòd non liceat ducere aquam ad locum publicum sine licentia Principis, tamen glossa supplet ad tex. dictionem maximè, vel intelligit sine incommodo & damno, quo casu cum dicta suppletio glossæ ad text. à doctoribus non impugnetur, vt per Iasonem in d. l. quominus,in 6. notab.& in quæst. 13.& Bos. in d. tit. de aquis & flum. nu. 35. sequitur quòd non obstet dispositio d. §. penult.

Secundò respondetur, quòd in via hoc reperitur expressum, vt non liceat etiam sine incommodo, licèt secus sit in fluminibus, vt per Iason. & Bos. vbi suprà.

Tertiò respondetur, quòd dato (sed non concesso) quòd isti duo casus deberent procedere à pari, tamen sicut si in via publica aliquid factum fuisset, cui contradictum non fuerit, nec per superiorem fuerit facta aliqua prohibitio, illud non deberet demoliri, ita nec debet destrui molendinum quando in eius constructione non interuenit aliqua contradictio nec prohibitio superioris, vt per Cæpol. in tracta. de seruitu. vrbano. prædio. in titulo de ponticello, in j. colum. vbi dicit, quòd licèt de iure communi quis non possit tenere ponticellos, vel de nouo fabricare super publica via, nisi interueniant ibi scripta per eum, tamen istud fallit, si essent facti nemine contradicente, nec prætore prohibente: quia tunc non deberet demoliri, per l. 2. §. si quis nemine prohibente. ff. ne quid in loco publico, & tantò magis hoc dicendum venit in terminis nostris per ea quæ infrà latius dicentur.

Vlterius non obstant nota. per Paulum de Castro in d. l. fluminum. quia eius decisio improbatur per Ias. in d. l. quominus, colum. 9. in princip. Fran. Marcum in prima parte decisionum Delphinalium decisio. 40. & 416. num. 14.& in 2. par. quæst. 348.& 500. colum. 2. in princip.

Prætereà dicitur, quòd etiam dato (sed non permisso) quòd dictum molendinum non potuisset construi sine licentia superioris,† tamen quòd illud ædificatum fuit de licentia ipsius, quæ probabatur ex antiquitate temporis. l. si filius. C. de petitio. hæredita. vbi Bald. per illum text. dicit.† quòd si statuto cauetur, quòd filius non possit contrahere sine licentia patris, & filius alienauit, si emptor diu tenuit rem alienatam patre patiente præsumitur licentiam patris præcessisse, licèt de ea non constet. sequitur Alexand. in consil. 79. colum. 2. in fin. volum. j. Accedit quod voluit Dec. in consil. 36 colum. 6. in princ. vbi inquit † communem esse opinionem, quòd tractatus & aliæ solennitates quæ in rebus ecclesiæ alienandis requiruntur, propter antiquitatem temporis præsumuntur interuenisse. quam vti cõmunem sequitur etiam Gozadin. in consil. 73. colum. 3. sed in casu nostro concurrit antiquitas temporis nedum decem annorum, quæ præiudicat superiori, sed etiam 30. annorum, quæ etiam sufficit ad exclusionem alterius & in ipsius præiudicium. Alexand. in consil. 17. colum. 2. versiculo sed quando tractatur. vol. 4. vbi dicit de hoc esse text. notabilem secundum illum intellectum glossæ in c. cum peruenit, de emptio. & vendit. quem ad hoc ibi multùm notat Ioan. de Imol. pro limitat. d. l. si filius. Ruin. in consil. 86. nu. 5. volum. j. vbi ait,† quòd quando agitur de graui præiudicio tertij putà ecclesiæ, talis præsumptio, quòd ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur legitimè facta, non inducitur spatio decem annorum, sed cursus 30. annorum est necessarius, vt probatur in d. c. peruenit, & in consil. 23. numer. 20. volum. 5. Felin. in c. Albericus. in fin. de testib. & in c. illud, versiculo secundò est aduertendum, colum. penult. de præsumpt. Ias. in l. j. num. 8. versiculo tertiò singulariter limita. C. qui admitti. & hanc esse * communem attestatur Gozad. in consil. 73. colum. 3. versiculo secundò & fortius. Et eò maximè hoc dicendum venit, cùm interuenerit obseruantia eius cuius licentia requirebatur. Alexand. in consil. 9. colum. fin. volum. 3. Ruin. in consil. 26. num. 9. volum. j. consil. 23. numer. 19. volum. 5. Ias. in l. qui in aliena. colum. 6. versic. contrarium notabiliter, de acquirend. hæredita. Et tantò fortius hoc non patitur difficultatem, cùm simus in casu, in quo tractatur de modico præiudicio, cum (vt dictum fuit) ipsa aqua Burmidæ post vsum dicti molendini intret in flumen Tanagri nauigabile, & quod sine ipsa aqua potest plusquam faciliter nauigari, & ita in terminis nostris respondet Craue. in consil. 204. numer. 9. Ex istis igitur omninò concludendum videtur. dictum molendinum legitimè fabricatum fuisse, ipsumq; demoliendum non esse. Mirorq; profectò de nonnullis iurisconsultis, quos honoris sui gratia taceo, qui ausi fuerunt sine rubore, sensu, iudicio, & intellectu dicere animam Bart. damnatam fore in inferno propter d. suam decisionem, de qua in d. l. quominus, communi calculo receptam. Sed dicendum est quòd si præfati doctores contrarium iudicarent, quòd animæ ipsorum perpetuò in inferno cruciarentur. Caueant igitur non recedere à communibus sententijs, præcipuè quando sunt bene fundatę, quoniam inquit Angel. in l. fi. de pœna iud. qui male iud.

12 † quòd nimium est ignorans, qui contra communem opinionem iudicat. Deferre enim debemus

13 communi opinioni;† quia difficilimum reputamus sententias maiorum reuoluere. c. veniam. 35 quæst. 9. Curt. Senior in consil. 42. colum. 6. versic. sed præ-

14 missis omnibus. Et ideò ait Bartol. in dicta l. final.† quòd iudex, qui recedit à cõmuni, facit litem suam, & tenetur in syndicatu ad interesse parti.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCVIII.

1 *Ordo iuris est, vt prius de possessione, quàm de proprietate agatur.*

2 *Quod amplia procedere etiam de iure canonico.*

3 *Et etiam in materia feudali.*

4 *Possessionis commodum est, quòd ille, qui possidet dicatur reus, qui actore non probante absoluitur.*

5 *Possidentis conditio est melior in re dubia.*

6 *Hæres scriptus in testamento non aboluto, nec cancellato, nec in aliqua sui parte viciato, mittendus est in possessionem bonorum, quæ defunctus tenebat & possidebat tempore mortis suæ.*

7 *Remedium l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. datur hæredi scripto, non solum vt inducatur in possessionem hæreditatis defuncti, sed etiam vt in possessione iam apprehensa propria auctoritate confirmetur.*

8 *Remedium d. l. fin. quod dicitur adipiscendæ, est summarium & celeriter ac de plano propter notorietatem resulantem ex testamento expediendum.*

9 *Imò magis summarium quàm aliud possessorium.*

10 *Instrumentum testamenti dicitur habere paratam executionem.*

11 *Bona in dubio præsumuntur allodialia & non feudalia.*

12 *Res feudalis quandam dicitur habere seruitutem.*

13 *Seruitus non præsumitur.*

14 *Res omnis præsumitur libera habito respectu ad originalem habitum propter naturalem statum rerũ nisi probetur aliqua alia qualitas seruitutis apposita.*

15 *Præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium.*

16 *Inuestitura facta de Castro & terris cultis & incultis, non arguit ipsas esse feudales.*

17 *Concessio facta de iure, quod quis habet in tali Castro & eius finibus, tanquam obscura, nihil operatur*

tur, nisi de iure concedentis appareat.

18 *Incertitudo impedit acquisitionem possessionis.*

19 *Confirmatio non est noua datio, sed per eam confirmatur prius habitum & possessum.*

20 *Relatiuum, quæ, sine copula, stat restrictiuè et limitatiuè.*

21 *Relatiuum qui, quæ, vel quod, si est adiectum alicui indeterminato, facit conditionem.*

22 *Conditio si deficit, totum corruit.*

23 *Paria sunt, non esse, vel esse, & non apparere.*

24 *Marchio si vendit castrum & ipsius territorium cum omnibus terris pertinentibus ad castrum, venditio dicitur facta limitata ad terras, quæ essent de pertinentijs castri.*

25 *Alba reprobatur in consi. 64. nu. 70.*

26 *Hæres scriptus mitti debet in possessionem bonorum feudalium, quæ defunctus possidebat tempore mortis.*

27 *Filia hæres instituta à patre mitti debet in possessionem bonorum feudalium, & agnati non sunt legitimi contradictores.*

28 *Dispositio c. 1. §. inter filiam, si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. procedit nedum in filia, sed etiam in extraneis.*

29 *Filius hæres siue extraneus agit petitione hæreditatis ad feudum contra possidentem.*

30 *Edictum diui Adr. in feudis locum habet.*

31 *Dispositio d. §. inter filiam. locum etiam habet, quando agnatus reperitur possidere.*

32 *Agnati sunt legitimi contradictores ad impediendam missionem in possessionem bonorum feudalium, si offerunt incontinenti velle probare bona esse feudalia.*

33 *Probare quis dicitur incontinenti, quando habet instrumenta in manibus, & illa ostendit sine alia dilatione.*

34 *Fideicommissarius vniuersalis paratus incontinenti probare de iure suo, impedit hæredem mitti in possessionem vigore l. fi. C. de edic. diui Adr. tol.*

35 *Dominij defectus non obstat in possessorio, si incontinenti de illo probetur.*

36 *Statutum si reijcit omnes exceptiones contra sententiam vel instrumentum, legitimas exceptiones reijcere non videtur, quæ incontinenti possunt probari.*

37 *Indaginem altissimam quæ requirunt in iudicio possessorio, non veniunt admittenda, sed in petitorio reseruanda.*

38 *Beneficium d. l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. est possessorium quasi recuperandæ possessionis.*

39 *Probatio quando dicatur fieri incontinenti.*

40 *Ab antiquioribus inuestituris non est recedendum, nisi in posterioribus expresse dicatur, quòd de communi consensu aliter facta sit, quàm hactenus esset solitum fieri.*

41 *Negatiua quomodo probetur.*

42 *Hæres scriptus mittitur in possessionem bonorum defuncti, non obstante, quòd testamentum falsum vel inofficiosum, vel alio vitio subiectum esse dicatur.*

43 *Bona allodialia & feudalia quando sunt commixta, ipsorum discussio vel separatio non est fienda in iudicio possessorio, sed petitorio.*

44 *Aduersarij quando possident cum vitio, non possunt impedire missionem in possessionem.*

45 *Inuasio similis est expilationi.*

46 *Hæreditas expilata potest dici quasi spoliata.*

47 *Agnati non sunt legitimi contradictores ad impediendam missionem in possessionem iuxta l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. quando non habent titulum ab hærede vel defuncto.*

CONSILIVM XCVIII.

VIso & perlecto eleganti consilio celeberrimi & consummatissimi iurisconsulti dom. Traiani Delphini mihi vti fratris obseruantissimi, edito in fauorem Illustriss. Filij Illustrissimi Comitis Camilli Castiglioni hęredis ex testamento quondam Illustriss. Comitis Antonij de Hippolytis, sententiam ipsius vti amicam & consonam legibus approbandam esse, & confir-
1 mandam duxi. Et † quia ordinarij iuris est, vt prius de possessione quàm de proprietate agatur, l. ordinarij. C. de rei vendic. l. incerti. C. de interdic. & vt exordiar cum Decio in consilio 424. columna secunda in princip. ac in consilio 467. in princip. & 498. co-
2 lumna prima. † Quod etiam procedit de iure canonico. Abbas in capit. cum ad sedem, de restitut. spoliato. Gozad. in consilio decimo numero decimo-
3 quinto. † Et in materia feudali. Afflict. in capit. j. in 3. notab. si de feud. fuer. controuers. inter dominum & agnat. quod ex eo constitutum videtur, vt ille qui victus est de possessione, petitoris parte fungatur, l.
4 exitus. ff. de acquirenda possessione, † & commodum possessionis est, quòd ille qui possidet, dicatur reus, qui actore non probante absoluitur. §. commodum. institut. de interdic. capitul. ex literis, de
5 proba. † Et si res dubia est, melior est conditio possidentis. Bartol. in l. j. §. non autem. ff. de secund. tabul. Porti. in consil. 29. numero decimoquinto, & 125. numero 44. Ideo maturè fuit consultum præfato Illustriss. Comiti Camillo vti legitimo administratori eius filij, vt prius intenter possessoriũ quàm petitorium, in quo quidem possessorio res clara esse videtur in fauorem dicti Illustriss. hæredis, quòd habere debeat possessionem bonorum, quæ dictus Illustriss. Comes Antonius tempore mortis suæ tenebat & possidebat, siue essent bona allodialia, siue feudalia, de allodialibus non videtur dubitandum,
6 quoniam indubitati iuris est, † quòd hæres scriptus in testamento non abolito nec cancellato, nec in aliqua sui parte vitiato, mittendus est in possessionem bonorum, quę defunctus tenebat, & possidebat tempore mortis suæ, text. est ad literam in l. fin. C. de edic. diui Adria. tol. & ibi communiter docto. Iaſ. in consilio 172. columna secunda, volumine quarto. Gozad. in consilio septimo numero 5. & in consilio 50. numero 7. Rui. in consilio 229. columna fina. volumine 2. Bero. in consilio j. numero 9. volumine secundo, 53. numero 4. 54. volumine eodem, vbi in-
7 quit, † quòd hæredi scripto datur remedium dict. l. fina. non modò vt inducatur de nouo in possessionem hæreditatis defuncti, sed etiam vt in possessione iam apprehensa, propria auctoritate confirmetur. Rursus in consilio 55. numero quinto, 56. in princip. 66. columna 2. in fin. volumine eodem, & in
* consilio 69. numero 8. volumine tertio, quam sententiam vti * communem sequuntur Curt. Iun. in
8 consilio 41. columna secunda, & 108. columna quarta. † Quod quidem remedium, quod dicitur adipiscendæ, docto. in dict. l. fina. Dec. in consil. columna penultima, est summarium, & celeriter ac de plano
* propter notorietatem resultantem ex testamento expediendum, teste Barto. quem * omnes alij sequun-
9 tur in dict. l. fina. Bero. in citato consilio quinquagesimosexto in princip. & 60. colum. secunda. † Immo magis summarium, quàm aliud possessorium. Be-
10 ro. in consilio 57. columna j. volumine secundo, quo respectu † instrumentum testamenti dicitur habere executionem paratam, vt per Bartol. in dicta l. fina. columna quinta, & Iaſo. columna prima, quæ con-

cluſio nullam penitus habet dubitationem reſpectu bonorum allodialium, in quibus hæres fundatam
11 habet intentionem: † cùm in dubio allodialia eſſe præſumantur & non feudalia, vt notant Ioan. Andr. in capit. nimis, vbi etiam alij de iureiuran. Alexand. in conſilio 129. in princip. volumine primo, vbi dicit, quòd res præſumitur allodialis ac libera, & non feudalis, niſi verè vel præſumptiuè probetur feuda-
12 lis. Ratióque eſt, † quia res feudalis dicitur quandam ſeruitutem habere, gloſſ. in l. ſi cuius. §. ſi vſus-
13 fruct. in verbo oportet. ff. de vſufruct. † quæ nō præſumitur. l. altius. C. de ſeruit. & aqua. Curt. Sen. in
14 conſilio 75. columna ſecunda, vbi † omnis res præſumitur libera, habito reſpectu ad originalem habitum propter naturalem ſtatum rerum, niſi probe-
15 tur aliqua alia qualitas appoſita ſeruitutis. † Et quòd iſta præſumptio libertatis transfert onus probandi in aduerſarium, allegat Bart. in l. ſi prius, in 4. char. verſic. venio ad tertiam partem, de oper. noui nunciatio. Dec. in conſilio trigeſimoſecundo columna penult. in fin. 269. in princip. 424. columna 2. 468. columna 2. & 588. columna 2. Ruin. in conſilio quadrageſimoquinto columna fin. volumine j. Pariſ. in conſilio 20. in princip. volumine j. 23. numero 9. volumine eod. & in conſil. 16. numero 14. volumine 4. Alciat. in conſilio 491. circa fin. Socin. Iun. in conſilio 102. columna 4. in princip. volumine 2. Bero. in conſi. 115. numero 30. volum. j. vbi ait, quòd in dubio non præſumitur, quòd bona ſint feudalia, ſiue quòd homines ſint homagio, ac oneri & ſeruituti homagij & manſatæ ſubiecti. conſilio 65. numero 157. volumine
* 2. vbi aſſerit hanc eſſe * communem. 152. numero 18. volum. eo. & 49 num. 6. volum. . His igitur ſic ſtantibus infertur, quòd mittendus veniat in poſſeſſione omnium prædiorum repertorum in bonis defuncti tempore mortis ſuæ.

16 Nec habet obſtare ſi dicatur, † quòd immo prædia ipſa dicuntur feudalia: quia in inueſtitura prima Gazoldi comprehendantur nedum Caſtrum, ſed etiam poſſeſſiones, terras cultas & incultas, prata, &c. ex quibus verbis demonſtratur, prædia ſiue cultiua, ſiue pratiua, ſiue alterius qualitatis eſſe feudalia, per ea quæ ſcribit Alb. in conſilio 64. numero ſeptuageſimo, vbi inquit, quòd quamuis bona in dubio præſumantur allodialia & non feudalia, tamen ſi in inueſtitura Caſtri dicatur cum pertinentijs vel cum iuribus, generalitas ipſa declaratur ex poſſeſſione bonorum, quia omnia bona, quæ inueſtitus poſsidebat in territorio, cenſebantur feudalia. Quia
* reſpondetur, quòd contra Albam extat * communis ſchola doctorum, quòd per dicta verba, prædia ipſa non probantur feudalia, niſi aliter probetur de iure concedentis: quoniam dicta verba tantum impor-
17 tant, ac ſi per inueſtientem dictum fuiſſet, † concedo quicquid iuris habeo in tali Caſtro & eius finibus, quæ conceſsio tanquam obſcura non valet, vt conſtat ex notat. per Dyn. Bartol. & alios in l. ſi ſic. §. ſi mihi. de legat. j. vbi dicunt, quòd ſi Comes conceſsit Eccleſiæ quicquid iuris habet in tali loco, ſeu in tali villa, hæc conceſsio nihil operatur, niſi de iure concedentis appareat. Debuit enim probare & conſtare quid Comes in dicta villa tenebat & poſsi-
18 debat, † alioquin incertitudo impedit acquiſitionem poſſeſsionis, & conſequenter ex tali conceſsione non potuit vſucapiendi ſeu præſcribendi conditio transferri, l. 4. §. incertam. l. locus. §. ſi quis fundum. ff. de acquiren. poſſeſ. Accedit quod ſcribit Oldra. in conſilio 164. vbi ait, quòd ſi Comes conceſsit, ſi quid in dicto loco habeat, quòd per dicta verba generalia & ſub quodam confuſo ſermone prolata, nihil iuris dicitur collatum niſi quantum Comiti competere oſtendatur, dicta l. ſi ſic. §. j. & quod apertè hoc deſcribit lex, dum inquit, quod ſi dicam, quicquid mei iuris eſt in hoc fundo tibi trado, & incertum ſit, quantum iuris habeam, nihil tradam, & ille nihil accipit, dict. §. incertam. & ſi Epiſcopus, de quo ibi nihil aliud probet, quàm per priuilegium, certum eſt, quòd eius intentio non eſt plenè, nec ſimpliciter probata, capit. auditis. de præſcript. & quòd non iuuant etiam confirmationes poſteà ſub-
19 ſequutæ: † quia de intentione confirmantium etiam non eſt aliquid noui dare, ſed confirmare tanquam prius habita & poſſeſſa, cap. inter dilectos. §. porrò, de fide inſtru. Vnde, cùm prima conceſsio per ſe ſola non iuuat Epiſcopum, non iuuabunt quoque confirmationes priuilegiorum, quæ ex ipſa prima cauſa originem acceperunt, vt à primordio tituli poſterior formetur euentus, l. j. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. ſequitur Bero. in conſilio vigeſimoprimo columna penul. volumine j. Immo plus dixit Alex. in conſilio 187. numero 9. volumine 3. quòd iſtud etiam procedit, ſi res ſingulariter ſpecificetur, vt ſi concedens dixerit, quòd concedit iura, quæ habet in tali fundo, etiam cum expreſsione confinium. Dec. in conſilio trecenteſimo ſecundo in fin. & Craue. in conſilio 292. columna 4. Et eò maximè huiuſmodi probatio facienda eſſet in caſu noſtro, cùm in prima conceſsione Gazoldi Cæſar non conceſſerit primo acquiſitori terras exiſtentes in finibus ipſius loci indiſtinctè, ſed tantum quas tenuerunt & poſſederunt ſpectabilis Ratterius Comes de Moſsio & quondam Albertinus de Hippolytis, & ſic reſtrictiuè & limita-
20 tiuè, per illud relatiuum, † quæ, ſine copula, quod ſtat reſtrictiuè & limitatiuè, vt per Bartol. in l. ea adiectio, de legat. 3. Doctor. in l. omnes populi, de iuſti. & iure, & per ea quæ notat Homod. in conſilio decimo columna penultima, in fin. verſicu. præterea, vbi inquit, quòd licèt inueſtitura facta in Bonifacium de toto eo, quod habuit Deluſanus in ſaliceto, non reprobetur. l. vxorem. §. legauerit, de legat. 3. tamen niſi certificentur terræ, reducitur ad nihilum:
21 quia † relatiuum, qui, quæ, vel quod, ſi eſt adiectum alicui indeterminato, facit conditionem, dict. l. ſi ſic.
22 §. j. † qua conditione deficiente totum deficit, l. qui hæredi. §. fin. ff. de conditio. & demonſtratio. quæ dicitur deficere, ex quo non apparet quid certum, l.
23 quod in venditione. ff. de hæred. vel actio. vend. † Item, quia non eſſe vel eſſe, & non apparere, ſunt paria, l. in l. ff. de contrahen. emptio. Et ideo dixit Cra-
24 ue. in conſilio 292. numero quarto, in fin. † quòd ſi Marchio vendit Caſtrum & ipſius territorium cum omnibus terris cultis vel incultis, pertinentibus ad ipſum Caſtrum, venditio dicitur facta limitata ad illas terras & poſſeſsiones, quæ eſſent de pertinentijs Caſtri: quia illud participium pertinentibus, reſolnitur in relatiuum, quæ pertinent. gloſſ. in clement. 1. in verb. dignitatibus, in fin. de præben. quod relatiuum ſtat reſtrictiuè & limitatiuè ad eas terras tantùm quæ pertinent ad Caſtrum. Et ideo quòd ille, qui vult dicere, illas terras eſſe de pertinentibus, debet probare, quæ, quot, & quanta ſint, quæ pertinent ad Caſtrum, per notata in dicta l. omnes populi. ergo idem dicendum venit in terminis noſtris, cuius ſententiam amplexus ſum in conſilio octuageſimoſecundo nume. 28. volumine 2. pro qua optimè conferunt d. per Ruin. in conſilio 30. numero 6. & ſequenti volum. j. vbi dicit, quòd ſi dicatur in literis, quòd iſte eſt bene certificatus qualiter Alamadranæ omnes, quæ ſunt in coſta maris, erant ſuæ, quod relatiuum, quæ, adiectum certæ generalitati ſine copula, ſtat reſtrictiuè, & ſic reſtringitur ad illas Alamadranas, quæ erant tempore literarum per totam coſtam maris: vbi autem & in quo loco eſſent, & earum numerus non probatur ex illis verbis, & ſi per Marchionem negetur, quòd in territorio de Tariffa eſſent aliquæ Alamadranæ, intentio ſua eſt fundata, & aſſerenti in cōtrarium, incumbit onus probandi. Accedit etiam quod ſcribit Aret. in conſil. 166. columna j. verſicu. primum probatur. vbi inquit, quod ſi Princeps in priuilegio dicat, Cōcedo omnia, quę iſti nobiles habent iuſto titulo in Comitatu Lunenſi, quòd iſta conceſsio tanquam obſcura & incerta non tenet, niſi aliter doceant ipſi nobiles, quæ erant illa quæ habebant in Comitatu Lunenſi, iuſto titulo.

25 Nec eſt verum † quod dixit Alba in d. conſilio 64. quia contra eum eſt aperta deciſ. Alex. in conſilio 55. colum. 8. volumine 4. vbi concludit, quòd ſi aliquis eſt inueſtitus de Caſtro cum iuriſdictione, & alijs iuribus & pertinentijs, & poſsideat prædia in loco il-

la, ta-

la, tamen non præsumuntur feudalia, nisi per alias probationes limitatè appareat de ipsis. & Alexand. sequuntur Curt. Iun. in consil. 41. numero 7. & 108. columna 4. Natta in consil. 514. numero 30. dixi in consilio 82. numero 10. cum pluribus sequentib. in 2. volumin. Et non eundo per mendicata suffragia, & in terminis de quibus agitur, quòd dicta verba cum terris, &c. posita in inuestituris non faciant censeri eas esse feudales, nisi aliter demonstretur de iure concedentis, est decisio Bru. in consilio 1. columna j. Craue. in d. consil. 292. colum. 4. Bos. in tract. crim. in tit. de Principe. numero 253. circa finem. vbi refert ita aliàs fuisse iudicatum in Senatu Mediolani. Natta in consilio 313. colum. j. & in consil. 514. num. 29. & ita scripsi in consilio meo 82. num. 14. volum. 2.

Vlterius dicitur, quòd etiam dato & præsuppositò, quòd prædia ipsa essent feudalia, & alia de quibus in dicta inuestitura, de cuius veritate aliàs dicetur
26 in petitorio si opus fuerit, † quòd etiam hæres ipse virtute dicti testamenti mittendus venit in possessionem ipsorum bonorum, per notata per Io. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de testa. §. penult. in vlt. addit. vbi refert Guid. de Suza. qui in d. l. fin. quærit
27 † an si vnica filia hæres instituta à patre vasallo petat mitti in possessionem in omnibus bonis inclusis feudalibus, agnati sint legitimi contradictores quò ad feudalia? arguit pro & contra, tandem concludit, quòd in possessionem debet mitti, & agnati non sunt legitimi contradictores, etiam si feudum debeatur agnatis & ei restitui debeat. Subdentes de hoc esse casum in c. j. §. inter filiam. si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. & post missionem venit cognoscendum & diffiniendum. & si consuetudo vel aliud ius iuuet filiam, defendetur in illo, aliàs assignabitur agnato. quam decisionem * communiter
* sequuntur scribentes in d. l. fin. Ias. in consil. 172. columna 2. in princip. volum. 4. Ruin. in consil. 18. numero 20. volum. j. & in consil. 45. colum. 5. in princip. volum. eod. Dec. in consil. 424. colum. 3. in princip. 467. columna 2. 390. colum. 6. versicul. & primo. 588. columna 2. 498. in princip. & in consil. 269. Afflic. in decisio. 119. Gozad. in consil. 7. columna j. Paris. in consil. 22. num. 64. volum. j. & 41. colum. fin. volum. eod. Brun. in consil. 1. colum. 1. & 83. colum. j. Curt. Iun. in consil. 41. colum. 2. vbi asserit hanc esse communem, & in consil. 108. columna 4. Alica. in consil. 172. in princip. 257. in princip. & in consil. 199. in fin. Bero. in consil. 58. in fin volum. 2. 68. in princip. 176. numero 51. volum. eod. & 45. numero 19. volum. 3. Nec vis facienda est, quòd dispositio d. §. inter filiam & decisiones doctorum in d. l. fin. loquuntur in filia & non in alijs: quia præsumptio est pro ea, cùm viuo patre dicatur quasi domina. l. in suis. ff. de lib. & post-
28 hum. Quia respondetur † quòd dispositio d. §. inter filiam non solùm procedit in filia, sed etiam in extraneis. quod probatur, quia ratio illius §. quæ est, quia filia intentionem habet fundatam, cùm defunctus censeatur dominus, ita etiam & eius hæres, vt per gloss. & docto. ibi, ita militat in quolibet extraneo hærede, vt patet ex dictis per Dec. in consil. 424. colum. 2. vbi inquit, quòd illa ratio, quæ locum habet in filia, quòd mittatur in possessionem cùm habeat intentionem fundatam de iure communi, vt admittatur ad hæreditatem patris. authent. in successione. C. de suis & legit. hæred. §. j. in authentic. de hæred. quæ ab intesta. coll. 9. ita militat in sorore, quæ non existentibus filijs fratris succedit. authen. defuncto. C. ad Tertyl. & in consil. 588. Paris. in consil. 22. numero 65. volum. j. vbi post multos ibi per eum relatos concludit, & fœminam hæredem, siue filiam, siue sororem præmortui mittendam esse in possessionem bonorum etiam feudalium, & immissam debere in ea conseruari, & quòd agnati prætendentes ius, non dicuntur legitimi contradictores. Gozad. in consil. 7. colum. 1. in fin. vbi inquit, d. §. inter filiam, militare in quocunque hærede extraneo.
29 Hinc videmus † quòd hæres siue filius, siue extraneus agit petitione hæreditatis ad feudum contra possidentem. gloss. in l. item veniunt. §. fin. in gloss. fin. ff. de pet. hæred. quam sequuntur Bart. & alij in l. si patroni ad Treb. & licèt Bartol. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. dicat illam gloss. restringendam, quando ille, qui ageret petitione hæreditatis ad bona feudalia erat de filijs vel de comprehen-
* sis in inuestitura, aliàs secus, tamen docto. * communiter intelligunt illam gloss. indistinctè procedere. Iterum in consil. 10. numer. 44. Ruin. in consil. 45. numer. 11. volum. j. quia id, quod dicitur de filia, pariter dicendum est de quocunque extraneo: quia filia non minus excluditur à feudo quàm extraneus. c. j. §. & quia videmus, de his qui feud. da. pos. & in c. j. de nat. succes. feud. ac ex nota. per Bald. in c. j. colum. 5. versicul. quæro nunquid, an agna. vel fil. vbi de-
30 terminat indistinctè † quòd edictum diui Adr. in feudis locum habet: quia in illo iudicio veniunt & res, de quibus quis non potest testari, vt res depositæ & commodatæ, vt notant gloss. in d. l. fin. & ibi scriben. sufficit enim in his detentio tempore mortis defuncti. Alcia. in consil. 162. numer. 2. dom. Hieron. Lucen. & Alber. in consil. 41. numero 53. inter consilia status Montisferrati. Collegium Bononiense ibi in consil. 14. nume. 13. Senatores Mantuani ibi in consil. 1. numer. 55. Socin. Iun. ibi in consil. 3. numer. 36. & in consil. 20. colum. 2. dixi in consil. 1. num. 62. versic. venio ad quartum, volum. j. & hanc
* esse * receptiorem sententiam inquit Port. in cons. 1. num. 18.

31 Nec huic sententiæ refragari videtur, † quòd dispositio d. §. inter filiam, locum habet quando agnatus non reperitur possidere, aliàs secus si possideat: quia tunc cessat dispositio ipsius §. Dec. in consil. 517. colum. penultim. quem sequuntur Gozad. in consil. 50. colum fin. & Alba. in consil. 78. num. 18. Quia respondetur, hæredem quamuis extraneum immittendum esse & immitti debere etiam in possessionem bonorum feudalium possessorum per agnatum, vt in terminis decidere videtur Dec. in consil. 424. vbi concludit sororem mittendam esse in possessionem bonorum nedum allodialium, sed etiam feudalium fratris defuncti, non obstante quòd agnatus possideret. quam decis. referunt & sequuntur Senatores Mantuani in d. consil. 1. num. 55. Et aduertendum est, quòd consilium Decij fuit requisitum pro veritate. Item pro ista opinione est text. in c. j. §. defuncto milite, si de feudo fue. contro. inter domi. & agna. vbi filia debet mitti in possessionem feudi excluso domino: & sic non attenditur an possideat dominus. Collegium Bononiense in consil. 14. num. 33. inter consilia status Montisferrati, & ibi insignis Dom. Hieronymus Lucen. in consil. 5. num. 22. & 25. Confirmatur hæc responsio ex glos. in c. j. de contro. inter mascul. & fœm. vbi gloss. dicit, quòd fœmina mitti debet in possessionē vbi est controuersia inter eam & agnatū, non solùm si possessio vacat, verùm etiam si agnatus possideat: quòd si prætendit prædium esse feudale, debet postea petere. quam gloss. ibi sequuntur Bald. & Lauden. per text. in d. §. inter filiam.

Non obstat quoque quòd per dictos aduersantes impediri possit huiusmodi immissio bonorum
* feudalium requisita per ipsum hæredem ex * com-
32 muni decisione doctorum quæ habet, † quòd quotiens quis petit se immitti in possessionem bonorum feudalium, si agnati sunt parati probare incontinenti bona esse feudalia, dicendo, hodie constat, hodie agatur, dicuntur legitimi contradictores ad impediendum missionem in possessionem. Iser. Prepos. & alij in d. §. inter filiam, sed domini Aduersantes videntur (vt audio) dicere se habere sua iura in promptu, & inuestituras, per quæ & quas constat bona relicta per testatorem tempore mortis suæ fuisse feudalia, ergo dicuntur incontinenti probare de iure suo, quod sufficere videtur ad dictam missionem impediendam per ea, quæ scribit Bald. in l. 2.
33 C. de edi. diui Adr. tollen. vbi ait, † quòd quando quis habet instrumenta in manibus, & illa ostendit sine alia dilatione, dicitur incontinenti probare. refert Dec. in consil. 424. colum. 2. & 467. colum. 2. pro cuius confirmatione adducitur in medium, quod notant Bar. & communiter alij in l. filiam fratribus.

34 ff. ad Trebel. † vbi fideicommissarius vniuersalis si paratus est incontinenti probare de iure suo, impeditur hæres mitti in possessionẽ vigore d. l. quod est remedium adipiscendæ. Bero. in consil. 62. nume. 17. volum. 3. Nam obstat † defectus dominij si incontinenti de illo probetur, vt notatur in l. fin. C. quor. bonor. & in l. j. quor. legato. Dec. in consil. 220. colum. 2. Paris. in consil. 53. numer. 10. volum. 3. Ruin. in consil. 107. numer. 3. volum. 4. 27. nume. 7. volum. 5. & in consil. 140. vol. eod. faciunt notata per Abba. in c. suscitata, colum. penult. de restit. in integr. in c. super eo, in fin. de offi deleg. & in consil. 64. lib. j. vbi
36 dicit, † quòd si statutum reijcit omnes exceptiones contra sententiam vel instrumentum, non videtur reijcere quando quis velit incontinenti probare legitimas exceptiones. Gozad. in consil. 50. num. 20. in fin. Bero. in consil. 60. num. 3. volum. 2. & in consil. 86. colum. fi. volum. eod. Vasqu. in tribus libris contro. c. 88. colum. j. quia respondetur, præmissam conclusionem nullo modo locum habere posse in casu de quo agitur. quia negatur dominos aduersarios posse incontinenti probare de iure suo, imò pro firmo habetur, quòd nunquam de eo edocere poterunt, cùm omne ius super bonis prædictis spectet ipsi domino hæredi. Nam respectu prædiorum clarum est, quòd per priuilegia vel inuesti turas non poterunt incontinenti edocere de iure concedentis super ipsis prædijs, quòd fuerint sua, nec in quibus regionibus, & sub quibus confinibus: quæ tamen omnia pro-
37 banda sunt, iuxta superius allegata. † Vnde cùm hæc altissimam requirant indaginem, in hoc præsenti iudicio possessorio summarijssimo non veniunt admittenda, sed in petitorio reseruanda. gloss. & docto. tam in l. 2. C. de edict. diui Adr. tollen. quàm in l. fin. eiusdem tituli. Et ideò notabiliter inquit Bald. in consil. 141. colum. 2. in fin. volum. j. quòd ea quæ requirunt altiorem indaginem non impediunt quominus hæres scriptus mittatur in possessionem, ad-
38 ducens pulchram rationem, & dicens, † quòd beneficium d. l. fina. C. de edict. diui Adr. tollen. est possessorium quasi recuperandæ possessionis, ac si diceremus quòd hæreditas fuerit quasi spoliata in persona hæredis restituenda & reintegranda, licèt hæreditas propriè non possideatur, & quòd in dicto edicto non est plenè disputandum de vero iure hæreditario, sed solùm de vera figura siue apparentia, l. si quis legatum. ff. de falsi. & l. si quis aliquid. §. testamento. ff. de pœn. Bero. in consil. 62. num. 17. volum. 3. Nam certissimi iuris est, q. si d. dom. aduersarij conabuntur velle probare prædia ipsa fuisse concedentis, quòd ex aduerso dominus hæres institutus similiter operam dabit probandi contrarium: vnde ratione conflictuum dictarum probationum, quæ quidem breui tempore expediri non possunt, non est quis tam sani capitis qui docere possit hoc posse expediri infra illud tempus, infra quod possessorium expedi-
39 retur, si talis exceptio opposita non fuisset. † quoniam id quod dicitur de probatione incontinenti facienda, intelligitur arbitrio boni viri, & sic iudicis, qui arbitrium regulare debet secundùm quod ius vult, & intelligit. arg. l. continuus §. cum ita, de verb. oblig. sed ius vult & declarat exceptionem proprietatis, seu concernentem causam petitorij posse in iudicio possessorio incontinenti probari, quando probari possit infra illud tempus, infra quod causa possessionis principaliter mota, posset & deberet ex-
* pediri l. si is à quo, vbi Bartol. quem * communiter cæteri sequuntur. ff. vt in possess. legato. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. ergo iudex debet suum arbitrium secundùm hanc declarationem regulare: ita Bero. in consil. 56. numer. 8. cum sequ. volum. 2. & Gozad. in consil. 7. numer. 4. vbi formaliter sic inquit: Et in feudis quando fœmina vult mitti in possessionem, non admittuntur agnati, quando incontinenti non probant, vt per docto. in §. inter filiam. Et dicitur in continenti fieri quando non requirit altiorem indaginem, & quando potest expediri infra illud tempus, infra quod possessorium expediretur si talis exceptio opposita non fuisset, secundùm Bart. vbi suprà. sed in casu nostro dici non potest, quòd iura dominorum aduersariorum, quæ consistunt in iure, & in facto, possint expediri infra illud tempus, quo debet declarari hæredem prædictum esse mittendum in possessionem: quia tale iudicium adipiscendæ (vt dictum fuit) est summarijssimum, ac celeriter & incontinenti expediendum extraordinariè, non in figura iudicij, & absque citatione alicuius, qui non sit legitimus contradictor, vt per Bartol. & alios in d. l. fin. ac velo leuato, vt per Bero. in d. consil. 56. numer. 8. Et quod dictum est de prædijs, pariter dicendum venit de alijs contentis in concessione, seu inuestit. prima Gazoldi, à qua omnes aliæ regulantur. Bald. in consil. 81. volum. j. Paul. de Castro in consil. 61. colum. fin. secundùm anti-
40 quam impressionem, † vbi ab antiquioribus inuestituris non est recedendum nisi in posterioribus expressè dicatur, quòd de communi consensu aliter facta sit inuestitura, quàm hactenus esse solitum fieri. Dec. in consil. 263. colum. 3. quia cùm in ea non sint nominati si volunt per interpretationem verborum admitti, hoc fieri non debet, per ea quæ notat Dec. in consil. 424. colum. fin. vbi dicit, quòd de fideicommisso nullo modo potest incontinenti probari per inspectionem instrumentorum, cùm persona
41 non fuerit nominata in testamento. Nam † talis negatiua probatur hoc modo, inspecto testamẽto non reperitur, quòd Titio sit legatum, ergo non est legatum. Bart. in l. fin. per illum text. C. de reb. cred. etsi per interpretationem verborum, quæ in testamento habentur, velit eius intentionem probare, talis probatio tanquam requirens altiorem indaginem non est admittenda, sed in alio iudicio reseruanda per supradicta. Rursus in consil. 220. in fin. per text.
42 in d. l. 2. † vbi hæres scriptus mittitur in possessionem bonorum defuncti, non obstante, quòd testamentum falsum vel inofficiosum, vel alio vitio subiectum esse dicatur. Aflict. in decis. 14. num. 4. vbi di-
* cit hanc esse * communem. Gozad. in consil. 7. num. 17. Socin. Iun. inter consilia status Montisferrati in consil. 3. num. 29. & seq. Aut volunt audiri per viam probationis testium, & alia iura non liquida, & tunc etiam non debent audiri ad impediendam huiusmodi missionẽ propter probationes, quæ hinc inde resultare possunt, iuxta supradicta, & non eò magis hoc dicendum venit, cùm in iudicio petitorio, si mouebitur, paratus sit per veras causas & legitimas dictus hæres probare se omninò capacem dictorum bonorum relictorum per defunctũ tempore mortis suæ, quamuis etiam essent feudalia, & nullum ius competere ipsis dominis aduersarijs, quod sufficit ad exclusionem eorum, ne audiantur in hoc iudicio possessorio: vt per Brun. in consil. 1. & Campeg. in consil. 2. inter ipsa consilia Brun. vbi dicunt, quòd etiam si apertè constaret, quod bona essent feudalia, filia debet mitti in possessionem ipsorum bonorum, non obstantibus agnatis, quando ipsa allegaret ex aliqua causa admitti debere ad feudum, vt demonstraret in petitorio. Paris. in consil. 22. num. 65. volum. 2. Gozad. in consil. 7. num. 13. & in consil. 10. num. 44. Soc. Iun. in consil. 3. nume. 38. inter consilia status Montisferrati, & ibi etiam Collegium Bononiense in consil. 14. num. 16. in fin. dixi aliàs in cons. 1. num. 67. volum. j.

43 Vlterius dicitur, quòd quando in bonis defuncti relicta sunt bona allodialia & feudalia, quòd hæres ipse mittendus esset in possessionem, per ea quæ notat Curt. Iun. in consil. 41. num. 11. vbi consuluit, fœminas mittendas fore in possessionem bonorum feudalium, cùm sit possibile quòd aliquo casu fœminæ sint capaces, prout in multis casibus contingit, quod discutiendum non venit in iudicio possessorio, sed potius reseruandum in petitorio. attento
44 maximè † quando possunt esse commixta allodialia & feudalia, quorum discussio, vel separatio, non est fienda in iudicio possessorio, sed petitorio. quod multum facit ad propositum nostrum: vbi etiam sunt multa melioramenta à quibus remoueri non debet hæres nisi illis solutis. gloss. in l. si quis rem. ff. de acquir. possess. Senatores Mantuani in d. consil. 1. numero 56. Paris. in consil. 4. inter dicta consilia

numero

numero 77. & Bello. in consilio 10. numero secundo.

45 Præterea dicitur, † quòd dicti aduersarij non possunt impedire talem missionem: quia possident cum vitio, iux. notata per Bart. in l. filiam fratribus, vbi omnes alij. ff. ad Trebel. & in d. l. fin. quòd autem possideant cum vitio, patet, quia expilarunt hæreditatem fratris defuncti in damnum hæredis scripti, & eam inuaserunt, † quæ inuasio similis est expilationi, teste Bald. in l. fin. colum. j. C. de edic. diui Adr. tollen. quod in terminis nostris ponderat d. dom.

46 Hieronymus Lucen. in d. consil. 5. num. 22. † Nam hæreditas expilata potest dici quasi spoliata, Bero. in consil. 91. num. 2. volum. 2.

47 Dicitur & quoque † quòd cùm d. dom. aduersarij non habeant titulum ab hærede vel à defuncto, non possunt dici legitimi contradictores ad impediendam huiusmodi missionem requisitam, vt per Bart. & alios in d. l. fin. Bero. in consil. 60. num. 4. vol. 2. 176. num. 50. volum. eod. dom. Hieronymus Lucen. in d. consil. 5. num. 23. Ex istis igitur concludendum esse arbitror, prædictum Ill. dominum Comitem Camillum vti legitimum administratorem Illust. eius filij hæredis testamentarij præd. Illust. Comitis Antonij omnino mittendum esse & mitti debere in possessionem omnium & quorumcunque bonorum, quæ dictus testator tempore mortis suæ tenebat, saluo iure & possessione naturali vsusfructus relicti per d. Ill. Comitem Antonium in suo testamento Ill. dom. Annæ Castilioneæ eius vxori, vt per Bero. in consil. 60. num. 8. volum. 2.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij XCIX.

1 *Contractum iuratum potest inualidare lex ciuilis, & statutum laicorum, contrà num. 11. & seq.*
2 *Lex habet vim apostolici, quantum ad remissionem iuramenti, declara, vt in num. 23. 24. & 26.*
3 *Statutum disponens, quod iuramentum minoris absque curatore non valeat, sustinetur in iure.*
4 *Periurus non dicitur, qui ex iusta causa deserit iuramentum, contra num. 25.*
5 *Iuramentum potest remitti per partem, & num. 26.*
6 *Creditor, cui debitor promisit soluere cum iuramento in certo termino, ante lapsum temporis potest solutionem prorogare, & debitorem à periurio liberare.*
7 *Quod amplia procedere, etiam si prorogatio fiat à creditore, postquàm certum est debitorem, qui iurauit non posse in termino soluere.*
8 *Dominus potest vasallo relaxare iuramentum, & eum à vinculo iuramenti absoluere.*
9 *Iuramentum potest remitti testibus per partes.*
10 *Statutum disponens, quòd minoris contractus non valeat, etiamsi fuerit iuratus non seruata solennitate, & aliter factus præsumatur minor dolo inductus, valet, sed contra nu. 15. secundum magis cõmunem, declara, vt in num. 19. & 20. & 27.*
11 *Statutum expressè impugnans iuramentum, secundùm communem, non valet.*
12 *Iuramentum spectat ad Ecclesiam.*
13 *Iuramentum est de iure diuino.*
14 *Statutum contra ius diuinum fieri non potest per seculares.*
16 *Prohibitum directo, non permittitur per indirectum.*
17 *Lex ciuilis, vbi præsumit circa actum spiritualem, & lex canonica contradicit, statur iuri canonico. idem etiam si non contradicit.*
18 *Statutum præsumens contractum vsurarium ex certis coniecturis non valet.*
21 *Papa non potest sine causa in alterius præiudicium iuramentum relaxare.*
22 *Iuramenti in materia non est attendenda iuris ciuilis dispositio, sed canonica.*
23 *Iuri canonico in omni foro est standum, vbi de materia peccati tractatur.*
28 *Causa absolutionis à iuramento est merè ecclesiastica.*
29 *Potestas in quocunque actu requiritur.*

CONSILIVM XCIX.

STATVTO cauetur, quòd contractus minorum, & mulierum non valeat, sine consensu, & præsentia duorum agnatorum, & si fuerit iuratus, quòd iuramentum præsumatur dolosum, & fraudulentum. Accidit, quòd dom. Hyppolita Marengha fecit venditionem iuratam magnifico D. Francisco Bolognino de nonnullis bonis, sed in ea non interuenit solennitas requisita à statuto. modò dubitatur, an dicta venditio vallata iuramento, sed facta sine consensu & præsentia agnatorum de iure subsistere possit. Articulus iste teste D. Catone Sacco in l. si quis pro eod. ff. de fideiuss. quem citat Caccialup. in l. omnes populi. numero 72. de iustitia & iure, est spinosus, & difficilis, maximè stante tanta contrarietate scribentium, & consulentium, qui inuicem aduersantur. Vt igitur ipsius articuli veritas habeatur, primo congressu dicendum videtur, venditionem ipsam validam fuis-

1 se. Quoniam † lex ciuilis, & pari ratione statutum laicorum, potest inualidare contractum quantumcunque iuratum. l. non dubium. C. de legib. l. si quis

2 inquilinos. §. fin. vbi Bald. ff. de legat. primo. † Habet enim lex vim apostolici, quantum ad remissionem iuramenti. l. adigere. §. fin. cum Gloss. ff. de iure patro. Ancha. in consilio 338. in fine. Bald. in l. 2. in fi. C. de indict. vidui. tol. quam gloss. reputat singularem, & alibi non esse Bald. in capitu. 2. columna penultima. de probatio. & in l. omnes populi, columna

3 9. ff. de iustit. & iure, vbi ait, † statutum valere, quòd iuramentum minoris non valeat absque curatore: quia ius ciuile ex causa potest iuramentum reprobare: & tunc lex in hoc habet vim apostolici: licèt enim post iuramentum præstitum ius ciuile non possit illud infringere, tamen ante factum potest facere, quòd ex tali iuramento non quæratur ius recipienti, & Potestas debet illud statutum seruare. hoc idem tenuerunt Anch. in c. quamuis, de pac. in 6. in c. canonum statuta, versic. quid dices in materia iuramenti, de constit. Saly c. in authen. Sacramenta puberum, ad fin. C. si aduers. vendit. mo-

4 tus etiam de ratione, † quòd periurus non dicitur, qui ex iusta causa deserit iuramentum. l. fin. ff. qui satisd. cogan. Alexand. in consil. 151. colum. 2. circa fin. volum. 7.

5 Secundò facit, † Nam iuramentum potest remitti per illum, in cuius fauorem præstitum est, c. 2. ibi not. de sponsa. Nam habet vim apostolici in remit-

6 tendo illud c. j. de iureiur. Hinc videmus, † quòd si debitor iurauit soluere in certo termino, ante lapsum ipsius termini potest creditor illum prorogare, & debitorem à periurio liberare. Bartol. & alij in l. Labeo. ff. de iureiur. † quod etiam locum habet

7 si prorogatio termini fiat à creditore, postquam certum est, debitorem, qui iurauit, non posse in termino satisfacere. Bart. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo, in principio. penul. colum. de verb. oblig. Iaf. in d. l. Labeo. colum. j. Marf. in l. de vnoquoque, num. 166. de re iudic. & dixit alibi Bald. in c. ego, circa

8 fin. de iureiur. † quòd Dominus potest vasallo relaxare iuramentum, & iuramenti vinculum, & ipsum absoluere. Iaf. in d. l. Labeo. facit etiam id quod dici-

9 tur, quòd † iuramentum potest remitti testibus per partes. Bartol. & alij in l. j. ff. de ferijs, & in l. quoties. ff. de iureiur. gloss. Bartol. & Bald. in l. iurisiurand. C.

de testib. c tuis, de testib. vbi est tex. clarus. si ergo remitti potest per pactum, & alio modo, ergo & per statutum, cùm æquiparentur, vt notatur in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. Alexand. in cita. consil. 151. col. 2. in fin.

Tertiò in terminis nostris, ita decidit Bartol. in l. omnes populi, in 2. q. 3. quæst. princip. ff. de iust. & iure. vbi inquit, † quòd si statuto cauetur, quòd minoris contractus non valeat, etiamsi fuerit iuratus, nisi interuenerit cõsensus duorum consanguineorum, & aliter factus præsumatur minor dolo inductus, quòd statutum valet: quia si dolus ineſt, non valet: sed quia præsumitur dolus per statutum, potest iuramentum sine pœna contemni. c. 2. de pœnis, subdens, ita vidisse iudicari, & quod hoc videretur sentire Iacob de Beluis. in quadam sua disputa. Bald. in authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. citat hanc cautelam esse multum bonam. & ait ibi Fulg. pro opinione Bald. fuisse iudicatum. Rursus Bald. in l. non dubium, de legib. Salyc. in d. auth. sacramenta puberum. Anc. in c. j. in 9. q. de constit. in reg. ea quę, de reg. iur. in 6. & in consil. 331. Paul. de Castro in l. fin. ff. qui satisd. cogant. Imol. in c. 2. de pact. in 6. Cardin. in c. cùm contingat, de iureiur. Alexan. in consil. 196. volum. 2. colum. 6. quia cessat causa peccati, ex quo per statutum præsumitur dolus vel metus, per id quod habetur in c. si verò, de iureiurand. Curt. Iun. in consil. 141. 119. numero 6. & in consil. 141. numer. 12. in fin. Gozad. in consilio 16. numero 13. Soc. Iun. in consil. 148. numer. 9. volum. 3. Corn. in consi. 35. colum. 3. volum. j. 121. colum. j. & 99. colum. j. vol. 4. & Barb. in cons. 21. colum. j. volum. j. & hanc esse communem sententiam doctorum firmant Ias. in d. auth. sacramenta puberum, colum. pen. in fin. & Igneus ibi colum. fin. Curt. Iun. in consil. 118. num. 6. vbi concludit veram, & communem conclusionem esse, quod licèt statutum laicorum regulariter non possit tollere effectum iuramenti, tamen ad hoc datur singularis fallentia, vt non procedat, quando statutum annullatiuum contractus iurati facti, per minorem disponit, quòd, nisi interueniat solennitas requisita à statuto, præsumantur minores dolo inducti, quia stante dolo contractus non valet, & quando statutum præsumit dolum, potest iuramentum sine pœna contemni. Soc. Iun. in consil. 3. num. 37. volum. 2. Bero. in consi. 37. num. 24. & 26. vbi dixit quòd ita crebrò tenent Doct. volum. j.

Verùm præmissis non obstantibus contrariam sententiam vti veriorem tenendam esse arbitror, ex infrascriptis conclusionibus, communiter ab omnibus receptis, & approbatis: quarum prima est † quòd statutum expressè impugnans iuramentum non valet. † quia iuramentum spectat ad ecclesiam. c. venerabilem, de elect. & per consequens statutum laicorum non potest super hoc disponere. c. ecclesia S. Mariæ. de constit. Item, quia tale statutum induceret peccatum periurij, ergo non debet valere. l. pactum. C. de colla. l. j. §. cùm lex. C. de rei vx. actio. iuncta l. non dubium. de legib. † Plus iuramentum est de iure diuino, cùm scriptum est, Reddite iuramenta vestra Deo. c. & si Christus, de iureiur. † & contra ius diuinum non videtur posse fieri statutum per seculares. c. quamuis de pact. in 6. & si valeret, aperiret viam periurijs, quod esse non debet, l. j. C. si aduers. vendit. ita per præmissas rationes dicit Alexand. in * consil. 59. col. 2. vol. j. vbi attestatur hanc esse * magis communem, à qua in iudicando non est recedendum. quam partem etiam tenet in consil. 125. colum. 3. volum. j. dup. in consil. 53. volum. 3. Bologn. in consil. 31. colum. 4. Dec. in consil. 639. col. fin. 351. colum. fin. & 536. colum. fin. in princ. Curt. Iun. in consil. 47. numer. 6. & in consil. 118. Ruin. in consil. 132. nume. 6. volum. 4. Socin. Iun. in consil. 3. num. 24. volum. 2. 125. in prin. vol. 3. & in consil. 125. num. 36. & 130. num. 16. volum. eod. Gozad. in consil. 32. colum. j. in fin. Alexand. in consil. 27. colum. pen. in fin. volum. j. Ias. in consil. 156. in 3. quæsito, volum. 4. vbi clarè dicit, quòd statutum reprobans iuramentum non seruata forma statuti, non valet ex defectu potestatis statuentium, qui non possunt iuramentum annullare, nec virtutem iuramenti impugnare: quia dicuntur ponere falcem in messem alienam, cùm iuramentum sit quid spirituale ad ecclesiam spectans. c. nouit, de iudic. Felin. & Dec. in c. ecclesia S. Mariæ, de constit. & hanc esse communem attestatur Bero. in consil. 37. num. 22. volum. j. Paris. in consil. 97. num. 3. volum. j. & in consil. 16. num. 89. volum. 2. 33. num. 47. volum. 3. & num. 48. & in consil. 53. nu. 62. volum. eod. Ruin. in consil. 103. num. 7. volum. 4. Aret. in consil. 54. Crot. in consil. 74. num. 32. Curt. Sen. consil. 68. colum. 19. Soc. consil. 131. colum. 2. Et magis communem Alex. in cons. 62. in fin. volum. 7. Bero. in consil. 180. num. 8. & 11. volum. j.

Secunda est conclusio † quòd statutum disponens, quòd contractus factus à minore, vel muliere, non valeat, non seruata solennitate statuti, etsi iuramento fuerit firmatus, iuramentum præsumitur dolosum, vel fraudulentum, non valet: quia contrarium eius quod dixerunt Bart. in d. l. omnes populi, & sequaces tenuerunt. Rain. in d. l. omnes populi. Paul. de Cast. in consil. 98. circa fin. secundùm antiquam impressionem. Paris. in consil. 16. numer. 90. volum. 2. vbi dicit differentiam, quam facit Bartol. in d. l. omnes populi esse verbalem, & non realem. Bald. in l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact. Paul. de Castro in auth. sacramenta puberum, Abb. & Bald. in d. l. omnes populi, quia secundùm eos illud † quod est prohibitum directò, non debet esse concessum per indirectum, vt in regul. cùm quid, de reg. iur. in 6. Abb. & Imol. in c. cum contingat, de iureiur. aliàs secundum eos esset aperta via laicis tollendi vires iuramenti. Paul. de Castro in l. quæ sub conditione, in princ. colum. 2. de condit. instit. Ang. in l. j. ff. de constit. princ. vbi dicit, quòd ista opinio Bart. tunc ambages. Roma. in consil. 12. Ruin. in consil. 57. numero 22. cum sequen. volum. j. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ, in versicul. septimus casus, de constit. † quia vbi lex ciuilis præsumit circa actum spiritualem, & lex canonica contradicit, statur iuri canonico. Idem & si non contradicit, quia sicut lex ciuilis non potest de tali iuramento disponere, ergo nec præsumere. Vnde infertur, † quòd non valet statutum laicorum, quòd contractus præsumatur vsurarius ex quibusdam coniecturis & præsumptionibus, vt consuluit Federic. de Senis in consilio 116. quem sequitur Abb. in c. cùm contingat, de iureiur. & Castren. in consil. 68. Visis. & Dec. in d. c. ecclesia S. Mariæ. numero 46. Rursus Ruin. in consil. 194. colum. penult. in princip. volum. j. & in consil. 135. colum. 2. volum. eod. & in consil. 103. colum. 2. versic. restat ergo videre, volum. 4. Ant. de Butr. in c. cùm contingat, de iureiur. Ioan. Baptista de S. Seuer. in d. l. omnes populi. numero 72. versicul. tandem ex omnibus. & Crot. ibi numer. 78. versic. potest saluari. Bartol. in consil. incip. Pœnam contrahentibus. Angel. in l. de quibus. ff. de legib. Bero. in consil. 180. nume. 20. volum. j. in consil. 153. nume. 25. & in consil. 181. colum. 2. volum. eod. vbi inquit in duobus locis hanc esse magis communem opinionem & veriorem, quam in consulendo & iudicando sequi debemus. Ruin. in consil. 51. columna 8. in fin. volum. j. vbi concludit, quòd quamuis Moderni, & hic Ias. tenuerint in authen. sacramenta puberum, in fin. opinionem Bartol. communiter approbatam, tamen hoc est falsissimum, quòd dicta opinio sic simpliciter intellecta sit communiter approbata, sed solùm, quando constat de rationabili causa, vt infrà dicetur.

Tertia est conclusio, quòd etsi Bartol. in d. l. omnes populi velit tale statutum fingendo dolum, & fraudem valere, † tamen huiusmodi dictum intelligitur, & locum habet, quando statutum circa iuramentum nihil statuit expressè, sed solùm circa actum temporalem, super quo iuramentum est interpositum, vt qui annullat contractum factum cum minore, vel muliere sine certa solennitate, qua omissa præsumit illum contractum per dolum, vel metum extortum: quia tunc potest statutum præsumere, vel fingere dolum inesse contractui: propterea si super illo iuramentum interponatur, non

obligat

obligat tanquam per dolum præsumptum præstitum, cap. quamuis. de pac. in 6. ca. cum contingat, de iureiuran. secus quando statutum annullat contractum iuratum, & vult, quòd iuramentum præsumatur dolosum, & in fraudem præstitum, vt in casu nostro, & sic circa iuramentum disponit, & statuit expresè primò reprobando iuramentum quod facere non potuit, secundum docto. communiter in d. cap. cùm contingat, quia qua ratione non potest annullare iuramentum, vel contractum iuratum, quia est res spiritualis, eadem ratione non potest præsumere, quòd iuramentum sit per dolum extortum, quia res, scilicet ipsum iuramentum circa quam de nouo inducitur præsumptio, non est de foro statuentium, nec ad eorum iurisdictionem pertinet: & propterea non dicitur statutum per indirectum, & tacitè tollere iuramentum, sed directo & expresè super eo statuere, ideò non valet statutum: sed quando statutum præsumit circa contractum, & actum temporalem, & de iuramento nihil loquitur, nec illud tangit reprobando, vel præsumendo bene valet: ita Abb. in dicto cap ecclesia S. Mariæ. colum. penult. ver. septimus casus. vbi dicit, quòd lex ciuilis præsumere non potest circa actum spiritualem, & circa materiam, quæ pertinet ad ecclesiam, quia sicut non potest de ea secularis disponere, ita nec præsumere. & Abba. ibi sequitur Dec. quam distinctionem approbat Ruin. in consilio 51. numero 22. cum sequen. volumine 1. in consilio 135. columna 2. in princ. & in consilio 194. columna penult. numero 10. volumine eod. vbi ait, aduertendum esse ad id, quod dicit Bartol. in dicta l. omnes populi, dum vult, quòd statutum valeat, quãdo fingit vel præsumit, quia loquitur, quando statutum fingit vel præsumit contractum dolo vel metu factum, & sic, quãdo fictio vel præsumptio est super actu temporali: nam tunc procedit fictio, vel præsumptio statuti super tali actu, quamuis ei sit annexus actus spiritualis, vt est iuramentum. Iterum in consilio 60. num. 5. volumine 4. ita etiam vult Alex. in consilio 196. columna 2. volumine 6. versi. nec ad hoc obstat, vbi tradit, quòd licèt nonnulli teneant, quòd sicut statutum non potest disponere super iuramento per vnam viam directò, tanquam iuramentum sit quid spirituale & spectans ad ecclesiam, ita nec per indirectum præsumendo dolum. Tamen responderi potest, quòd lex vel statutum potest inducere præsumptionem doli in contrahente, l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. vnde eo ipso, quòd præsumit dolum in actu (pondera ista verba) venit in consequentiam necessariam, quòd iuramentum non obliget, cap. quamuis, de pact. in 6. & sic Alexan. considerat, quando statutum inducit præsumptionem vel dolum super contractu. Paul. de Castro in l. fin. colum. fin. in princip. ff. qui satisd. cog. & ita etiam loquuntur Bald. in authentic. sacramenta puberum, columna secunda, versicu. sed quæro nunc. C. si aduers. vendit. Ancha. in consilio 338. columna fin. Thomas Ferrat. in cautel. 16. columna quarta. Crot. in consilio septuagesimo, numero 16. & in consilio 5. numero 38.

20 Quarta est conclusio, † quòd ad hoc vt opinio Bar. in dicta l. omnes populi, procedat, requiritur etiam quòd statuẽtes moti fuerint ex aliqua iusta & rationabili causa, ad ita statuendum, vt quia in loco frequenter minores, vel mulieres decipiebantur: vt per Butr. & Abbat. in cap. cùm contingat, de iureiuran. Abbat. in dicto cap. ecclesia S. Mariæ. columna penul. versi. septimus casus, vbi etiam Dec. numero 46. Abbas in disputatione incipien. stante statuto, aliàs secus: quia secundum prædictos doctores esset aperta via laicis tollendi vires iuramenti. Rursus Abbas in consilio septuagesimo primo. Rom. in consi. 12. Ruin. in consilio 51. numero 23. volumine 1. & in consil. 135. columna secunda, in princip. volumine eodem. Neuiza. in consilio 21. numero 24. Caccialup. in dicta l. omnes populi. numero 72. circa fin. versi. tandem ex omnibus. & Crot. ibi numero 75. versicul. potest saluari. Et hanc esse communem opinionem canonistarum, quibus est standum, inquit Ruin. in consilio 194. columna penultima, volumine 1. & magis communem in consilio 103. columna secunda, versic. restat ergo videre, volumine 4. Videmus quoq; quod

21 † Papa non potest sine iusta causa iuramentum relaxare in præiudicium alterius, glos. in capitul. quanto, de iureiuran. Abb. in consilio 71. volumine 1. Soci. Iun. in consilio 72. numero 36. volumine 3. Alexand. * in consilio 38. num. 5. volumine 3. secundum * communem Iaso. in l. fin. columna 2. ff. qui satisd. cogan. versicu. confirmo. si ergo Papa non potest sine causa, multò minus statutum. idem tenet ipse Iaso. in d. l. fi. columna 2. qui satisd. cogan. & tradit Abb. in dicto consilio 71. quem sequitur Ruin. in locis supra relatis, quòd etiã si in statuto narratiuè esset facta mentio de aliqua rationabili causa & iusta, quæ mouit statuentes, eis in hoc non crederetur, ex quo materia ad eos non pertinet. Ang. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. Nam secundum eum oportet, quòd extrinsecus appareat de iusta causa. Quinimò subdit statuentes dubitasse de vero dolo, quando statutum præsumit vel fingit dolum: quia fictio est super certo, præsumptio verò super dubio, l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo actio. & propterea ex hoc arguitur, quòd non habuerunt sufficientem causam præsumendi dolum, aliàs non fuissent vsi tali verbo, vel simili. Quã sententiam Abb. tenendam ait Caccialup. in dicta l. omnes populi. numero 72. tanquam continentem quandam mediocritatem, & hanc etiam fore communem dicit Ruin. in consilio 51. columna 8. in fi. vbi reprehendit Iaso. in authen. sacramenta puberum, dicentem communem esse opinionem Bart. in d. l. omnes populi, quia hoc est falsum simpliciter loquendo, sed ita demum si constat de iusta & rationabili causa, & verè iudicio meo, credo, quod ista etiã fuerit intentio Iaso. quia pro sua opinione allegat Abba. & Rom. vbi supra, qui loquuntur, quando adest causa iusta & rationabilis.

Non obstant modò adducta in contrarium, quia negatur primum argumentum de iure validum esse, † cùm clarissimi iuris sit, quòd in materia iura-

22 menti quod est spirituale, non debemus attẽdere dispositionem iuris ciuilis, cùm non spectet ad forum suum, cap. venerabilem. de elec c. fin. de for. compet. in 6. sed dispositionem canonicam. Et ideo videmus, quòd illud, quod habetur in l. non dubium, de legib. est correctum per cap. quamuis, de pac. in 6. & in cap. cùm contingat, de iureiur. Alex. in consi. 59. numero

23 9. volum. 2. † Nam vbi tractatur de materia peccati, semper standum est iuri canonico in omni foro, vt no. in c. possessor. de reg. iur. in 6. & in consil. 38. nu. u.

24 volu. 3. vbi dicit glos. in d. l. adigere. † quæ vult, quòd lex habet vim apostolici in remittendo iuramentũ, posse saluari, vt intelligatur de lege canonica, vt dixit Bald. in l. fin. C. de non num. pec. Iaso. in l. fin. col. 2. ff. qui satisd. cogan. vel & secundò quando adest iusta causa, vt etiam dicit Bald. in d. l. omnes populi, & per

25 hoc patet responsio ad Salicetum dicentem, † quòd non est periurus, qui ex iusta causa deserit iuramentum: quia dicit Alex. in d. consil. 59. num. 10. quòd lex ciuilis, & pariter statutum, non habet potestatem remittendi iuramentum, & sic statutum non est iusta causa excusans ab obseruatione iuramẽti postquam non potest super eo disponere. Bologn. in consilio 31. colum. 4.

26 Similiter non obstat secundum, quia dicitur, † quòd pars, in cuius fauorem præstitum est iuramentum, potest illud remittere iuranti etiam respectu vinculi contracti cum Deo: quia Deus recipit conditionem, scilicet, nisi pars remittat, ca. quemadmodum, cum ibi notat. de iureiur. cap. 2. de sponsa. Vnde dicitur, quòd sicut potest per pactum remitti, ita per statutum conditum ab habente potestatẽ super hoc disponendi, sed laici non habent hanc potestatem, ergo. & c. Alex. consilio 59. numero 10. versic. non obstat tertium. Secundò responderi potest, quòd illud potest procedere, quando motiuum statuti constat ex rationabili causa, quia tunc habet vim apostolici in remittendo, vt per Iaso. in l. fi. colum. 2. ff. qui satisd. cogan. Vlterius dicitur, quòd prædicta consequentia procedit in rebus secularibus, non autem in spiritualibus, prout est iuramentum, Iaso. in d. l. fin. §. fin.

quod probatur secũdum eum: nam super matrimonijs & sponsalibus fiunt pacta & sponsiones, toto tit. de condit. appo. & tamen statuta laicorum non possunt super matrimonijs disponere, vt in c. statutum. el j. de hæreti. in 6. Butr. in c. j. de sponsal. Alex. in cons. 59. num. 10. suprà citato.

Vltimò non obstant notata per Bartol. in dicta l. omnes populi, & sequaciũ: † Quia respondetur, quòd
27 sententia eius procedit, quando statutum præsumit contractum dolosum, meticulosum, vel fraudulentum, secus quando præsumit iuramentum dolosè, frauduléter, & per metum præstitum. Item & quando in statuto adest causa iusta, & rationabilis, vt satis dictum fuit in 3. & 4. conclusione, secus quando aliter factum esset: quia expressè disponit super iuramento: quia tunc statutum non valet, vt patet ex scriptis in j. & 2. conclusione.

Vlterius dicitur, quòd in casu nostro statutum disponit directò super iuramẽto, dum in eo dicitur, quòd contrahens sine tali solennitate, cum iuramento debeat absolui sine citatione partis. Nam clarissi-
28 mi iuris est, quòd † causa absolutionis à iuramento est merè fori ecclesiastici, & non secularis, glo. in cap. cum sit, de foro compet. ita Bero. in consi. 21. colum. j. volum. 3. & in consilio 179. num. 8. volum. j. vbi ait, huiusmodi absolutionem peti debere à Vicario Episcopi, cùm ad eum etiam inter laicos spectet de iuramento iudicare, cùm ratione iuramẽti de foro ecclesiæ efficiantur omnes. capitul. fin. de foro compe. in 6. Vnde cùm disponat de his quę foris sui nõ sunt, imponendo manus in messem alienam, concludendum videtur statutum ipsum nullius fore valoris &
29 momenti ex defectu potestatis, † quæ in quocunque actu requiritur. l. cum te. C. de dona. ante nupt. cum alijs vulgaribus.

LAVS DEO.

SVMMARIVM CONsilij C.

1 *Mensura loci vbi res sita est attendi debet, sed contrà nu. 7. & secundum communem nu. 14.*

2 *Aestimatio loci vbi beneficium situm est, attendi debet, vbi quis impetrauit gratiam vt sibi conferatur beneficium vsque ad certam quantitatem Turonensium.*

3 *Aestimatio vini fit secundum locum destinatæ solutionis, declara, vt in nu. 13. & seq.*

4 *Contractus vbi est factus in loco vbi gabella non soluitur, & traditio in alio loco vbi gabella non debetur, attenditur locus traditionis.*

5 *Contractus si est factus in vno loco, & promissio de soluendo in alio, attenditur locus solutionis, adeò quòd ibi debeo conueniri, & non in loco contractus.*

6 *Scholares duo si contrahunt Perusij, & solutio conferatur Bononiæ, non poterit scholaris conueniri Perusij ratione contractus, & nu. 12.*

8 *Consuetudo loci vel regionis, in qua contractus celebratus est, attendi debet, si non apparet quid aliter actum sit.*

9 *Statutum si adest in loco contractus de gabella soluenda, & in loco destinatæ solutionis, non secundũ communem solui debet in loco contractus.*

10 *Restitutio in integrum competens ex contractu gesto, peti debet in loco contractus, & non destinatæ solutionis, vel loci iudicij.*

11 *Locus contractus attenditur in his, quæ pertinent ad litis decisionem secundum communem, etiam si solutio alibi sit destinata.*

13 *Contrahere quis non dicitur propriè in loco destinatæ solutionis.*

15 *Aequalitas inter contrahentes seruanda est.*

16 *Interpretatio in dubio fieri debet, vt contrahentium æqualis sit conditio.*

17 *Aequalitas est pacis conseruatiua, & oppositum inæqualitas.*

18 *Aequalitatis seruandæ causam substitutio compendiosa facta personis disparibus continet fideicommissariam tantùm, etiam si ex tali interpretatione substitutio reddatur inefficax.*

19 *Fideicommisso quamuis reciproco renuntiatum censetur per diuisionem æqualitatis causa seruanda, secus si resultaret inæqualitas.*

20 *Pactum seruandum est.*

21 *Pacta rumpere est graue, non solùm apud ius commune, sed etiam apud Deum.*

22 *Iustitia nulla maior est, quàm illa, quæ oritur ex pacto.*

23 *Error officere non debet docto de errore.*

24 *Error dicitur probari eo ipso, quòd apparet veritatem aliter se habere.*

25 *Quod amplia procedere, dato quòd tractetur de facto proprio, si tamen agatur de damno vitando.*

CONSILIVM C.

IN PROPOSITA quæstione in qua quæritur inter magnificos dom. Iacobum de Curte & Ioan. Petrum Odescaliũ, quomodo debeat fieri mensuratio iugerum, prædiorum, & aliorum, de quibus in diuisione inter ipsas partes celebrata, videlicet an secundum mensuram loci, vbi res sitæ sunt. Prima facie dicendum
1 videtur, † quòd attendi debeat mensura locorum, vbi res ipsæ sitæ sunt. Primò per decisionem Oldra.
2 in consilio 168. vbi † si quis impetrauit gratiam, vt sibi conferatur beneficium vsque ad certam quantitatem Turonensium, attenditur æstimatio respectu loci vbi beneficium situm erit, & nõ loci vbi gratia facta fuit, cuius Oldrad. verba tacito authore refert Ioan. Andr. in addit. Specul. in rubric. de concess. præb. colum. fin. quam decisionem sequuntur Alexand. in consilio vigesimo primo, columna secunda, volumine secundo, repetito in consilio 37. volumine 5. Brun. in consilio 91. circa fin. & Alciat. in consilio. 697.

3 Secundò facit text. in l. vinum. ff. si cert. petat. † vbi æstimatio vini fit secundum locum destinatæ solutionis.

4 Tertiò, vbi † contractus factus est in loco vbi gabella non soluitur, & traditio in alio loco, vbi debetur gabella, tunc inspecto loco traditionis ibi debetur gabella, ita Bald. in l. multum, columna penult. versic. pone ergo, vbi etiam Salic. in fi. C. si quis alteri vel sibi.

Quartò confirmatur hæc opinio ex his, quæ scribit Curt. Iun. in l. hæres absens. §. apud Labeonem. ff.
* de Iud. vbi inquit * communem esse opinionem Bar-
5 tol. de qua in l. quæro. ff. de solutio. † quòd si contractus factus est in vno loco, & promissio de soluendo in alio, quòd locus destinatæ solutionis attenditur, adeò quòd ibi debeo conueniri, & non in loco contractus: quia quando fit contractus in vno loco, & destinatur solutio in alio, constat de mente contrahentium, quòd noluerunt expediri contractum in loco contractus.

Quintò adducitur quod voluit Angel. in §. præterea, columna decima, versicu. sed dubium est, de actio. vbi dicit, quòd si Ferrarien sis contraxit Bononię per scripturam, quòd non poterit conueniri Bononiæ, vbi contractus gestus est, sed in loco destinatæ solutionis, nisi aliud expressè actum sit, per doctrinam Bartol. in dicta l. quæro, & text. cum glossa, vbi

sa, vbi etiam Bartol. in l. tertia, ff. de bon. autho. iudic. possid. Bald in l. eum qui, in §. Iulianus. ff. de constitut. pecun. Baldus & Paulus de Castro in l. j. C.
6 vbi con. qui cert. loco dar. promis. vbi dicunt, † quòd si duo Scholares contrahunt Perusij, & differtur solutio Bononiæ, quòd non poterit Scholaris conueniri Perusij ratione contractus: quia non locus verborum prolatorum inspici debet, sed locus vbi confertur solutio.

Vltimò, in terminis nostris ita determinat Alber. de Rosa. in l. arbitrio. §. de eo, in fin. ff. de dolo. vbi post Guidon. de Suza. quærit ibi, quid si Parmensis vendit Rhegino fundum existentem in territorio Parmensi, contractus tamen fuit celebratus Rhegij, secundum quam mensuram mensurari debeat: primò arguit secundum mensuram Rhegij, vbi contractus celebratus est, l. si fundus. ff. de euict. l. Imperatores. ff. de contrahend. emptio. postea concludit in contrarium, dicens, quòd mensura Parmensis attendi debet, vbi fundus situs est, l. si prædium. C. de præd. mino. Rursus in dicta l. Imperatores, dum se remittit ad dicta per eum in dicto §. de eo, Io. Rayn. in tractatu de mensura. in 5. quæstione, in fin. Hostiensis in summ. de emptione & venditione, §. quibus, in fin. Fabia. in tracta. de emptione & venditione in quinta quæstio. principali, versiculo & idem, argumento l ratio. §, iin. ff. de action. emptio. & l. contraxisse. ff. de actio. & obligatio. Moder. Parisien. in consuetudine Paris. §. 11. numero quinto. Petrus de Monte in suo repertorio in verbo mensuram. Rimin. in consil. 366. numero decimosexto. Alciat. in l. vinum, numero trigesimoseptimo. ff. si certum petatur. Practica Papiensis in forma actio. real. in glossa in verbo cui cohæret, in fin. & hanc esse magis * communem sententiam attestatur Alcia. in consilio 697. in princip. & ita fuisse pronuntiatum per Senatum Thaurini refert dominus Osas. in decisio. Pedemon. 114. in fin.

Sed præmissis **non obstantibus**, intrepidè tenendum est contrarium: quia * frequentiori calamo do-
7 ctorum receptum est, † quòd imo mensura fieri debet secundum locum contractus, & non secundum mensuram loci vbi res sita sit, quod demonstrant sequentia. Et primò text. in l. si fundus. quem semper ad hoc allegant doct. in verb. & consuetudine eius regionis, in quo negotium est gestum. ff. de euictio. vbi Bart. & Bal. ibi dicit. Nota, quòd quantùm ad actionem infirmandam ad condemnationem moderandam inspicitur locus contractus, & hoc est quod dicunt doct. quòd quantum ad decisoria inspicitur locus contractus, sed quantum ad ordinationem iudicij inspicitur locus iudicij.

Secundò per text. in l. semper in stipulationibus,
8 de regulis iuris, vbi legislator ait, † quòd in contractibus seu stipulationibus, si nō apparet quid actum sit, attendi debet cōsuetudo loci vel regionis, in qua celebratus fuit contractus, per quem text. inquit Socin. in consilio 247. numero 4. quòd si testator legauit alicui sex mille florenos largos in grossonibus, quòd solui debent de illis, qui currebant in loco celebrati testamenti.

Tertiò probatur hæc sententia ex communi con-
9 clusione, quæ habet, † quòd si in loco contractus adest statutum de gabella soluenda, & in loco destinatæ solutionis non, quòd illa solui debet in loco contractus. Bald. in l. j. quæstio. quarta. C. de contrahen. emptione, in l. magis puto. in §. illud. ff. de rebus eor. & in l. j. vbi etiam Paul. de Castro. C. vbi conuen. qui cert. loco dar. promis. Butr. & Abb. in cap. fin. de foro compet. Dec. in cap. j. in j. lectu. numero 26. versiculo prædicta conclusio, de iud. vbi inquit, hanc esse
* * communem doctorum receptam sententiam. Purpur. in l. cunctos populos. numero 105. C. de summa Trinitate & fide cathol. vbi etiam Caccialup. nume. 97. inquit, quòd ex facto interrogatus, ita respondit. Cur. Iun. in l. hæres absens. §. apud Labeonem, in fin. ff. de Iud. Iterum Purpur. in l. vinum. numero 92. ff. si certum petat.

Quartò accedit quod scribit Socin. in capit. dilecti filij, columna fin. de foro competen. vbi quærit,
10 † quid si ex contractu gesto competat restitutio in integrum, qualis locus attendi debeat, an locus contractus, an destinatæ solutionis, vel loci iudicij? & concludit, inspiciendum esse locum contractus per regulam generalem dictæ l. semper in stipulationibus.

Quintò confirmatur huiusmodi conclusio ex communi conclusione Bartol. & aliorum in dicta l.
11 cunctos populos, vbi determinant, † quòd in his quę pertinent ad litis decisionem, attenditur locus contractus, etiamsi solutio alibi sit destinata, quam sen-
* tentiam asserit ibi * communem Purpur. numero 103. & sequent. subdens secundum Salic. ibi hoc esse notabile pro studentibus Vltramontanis contrahentibus in patria sua, & destinantibus se soluturos in ciuitatibus, quorum statuta ignorant. Hinc etiam dixit Bald. in l. j. C. vbi conue. qui certo loco dar. pro-
12 mis. † quòd si duo Scholares contraxerunt Perusij, & solutionem Bononię destinarunt, quòd locus contractus celebrati attendi debet. sequitur Barba. in consilio decimoquinto, in vltimo dubio, volumine secundo, & in authentica habita, colum. tertia, versiculo sed quæro de Scholari. C. ne fil. pro patre. quia
13 clarum est, † quòd quis non dicitur propriè contrahere in loco ad quem destinatur solutio. Iason in consilio 133. numero decimosexto, volumine quar-
* to, vbi tradit doctores ita * communiter tenere. rursus in dicta l. cunctos populos, columna octaua, vbi ait, quòd licèt in hoc aliqui teneant contra. Barto. tamen quòd eius opinio magis communiter tenetur, quem sequitur Marsi. in l. fi. numero sexagesimoprimo. ff. de iurisdictio. omn. iudi. Bald. in consilio 179. in tertio volumine. Adduco etiam quod voluit Anchar. in rubrica de consuetudin. vbi inquit, quòd si loquimur de statutis respicientibus ipsius contractus solennitatem seu ordinationem, & tunc inspicitur locus celebrati contractus. per dictam l. si fundus, & l. secundam, Codic. quemadmodum testa. aperia. si verò loquimur de his, quæ respiciunt executionem iuris orientis ex ipso contractu tempore ipsius contractus secundum naturam ipsius, & tunc inspicimus locum celebrati contractus, & non locum destinatæ solutionis: quia licèt fundus solui debeat vbi est, tamen inspicitur locus celebrati contractus. dicta l. si fundus. si verò, de his quæ oriuntur ex pòst facto propter negligentiam, siue moram, & tunc attenditur locus destinatæ solutionis: & cum Anchar. transit Barba. in consilio citato 15. columna fin. volumine secundo, vbi inquit, quòd ad hoc vt sciamus de qua moneta solui debeat, inspicimus locum contractus, & per consequens debent attendi statuta loci celebrati contractus. hāc quippè partem tenuit etiam Ruin. in consilio centesimo decimoseptimo, numero vndecimo, volumine quinto, & sic ex præmissis colligitur, quòd attenditur locus vbi verè contrahitur negotium inter partes, licèt attenta fictione iuris videatur contrahi in alio loco. Caccialup. in dicta l. cunctos populos. numero 130. in fin. & numero centesimo vndecimo, vbi dicit sequendo Bartol. ibi, quem sequi videntur doctores, quòd in his quæ concernunt decisionem contractus circa decisoria causæ & litis decisionem, quòd ad effectus causatos & causandos ex ipso contractu secundum ipsius naturam nullo facto extrinseco occurrente inspiciantur statuta loci celebrati contractus, etiam si de tali contractu in alio loco esset facienda solutio, per dictam l. semper in stipulationibus: sed in casu præsenti, in quo agitur de mensuratione, tractatur de executione contractus, & sic de his quæ respiciunt decisionem quò ad effectus causatos ex ipso contractu, & secundum eius naturam nullo facto extrinseco occurrente, ergo mensura loci ipsius contractus attendi debet, & ideo infert Caccialup. in loco proximè citato, quòd si Senis sit statutum vel consuetudo, quòd venditor teneatur præstare fideiussionem emptori de euictione, & Florentinus vendidit mihi Senensi prędium situm in territorio Florentino, & fuerit hic contractus celebratus, sed nihil dictum fuerit de fideiussione, tenebitur tamen Florentinus præstare fideiussionem mihi, siue conueniatur

ueniatur hic Senis siue Florentiæ, licèt prædium sit emptum in territorio Florentino, per text. iuncta gloss. in dicta l. si fundus, quia ista fideiussio respicit decisionem causæ, quod inquit bene notandum. Plus etiam concludit numero centesimo duodecimo, quòd si contractus sit celebratus Senis inter Florentinum & Senensem, & in contractu vel in instrumento sint aliqua verba dubia, quòd declaratio & interpretatio dictorum verborum debet fieri secundum consuetudinem Senarum, & non Florentiæ, vt per Bartol. in dicta l. semper in stipulationibus Socin. in capitulo, dilecti filij, columna fin. in princ. de Iud.

Vltimò, quòd mensuratio prædicta fieri debeat in loco contractus, & non vbi res sitæ sunt, voluerunt Bartol. in dicta l. semper in stipulationibus, per dictam l. & per l. si fundus, suprà allegatam. Angel. in authentic. de colla. in fin. principij, in versiculo, ibi loco. vbi inquit, illum text. esse notandum pro venditoribus frumenti ad mensuram, quod semper intelligè de mensura viginti in loco contractus. Socin. in consilio ducentesimo quadragesimoseptimo columna quarta, versic. non obstat quod tertio loco. Pract. Pap. in forma libelli vend. in verbo, perticarum centum, in fin. vbi dicit, quòd si vendita est res immobilis ad mensuram, vel mobilis ad pondus, & nascatur contentio inter emptorem & venditorem ad quam mensuram, seu ad quod pondus mensurari vel ponderari debeat res vendita, quòd seruari & attendi debet illa, quæ consueuit obseruari in loco contractus. Afflict. in decisio. 363. numero quinto. Grammat. in constitutione incipiente ad legitima pondera numero nono. Bru. in tracta. de augmento monetæ, conclusione vltima, versiculo, etsi sit. Dec. in dicta l. semper in stipulationibus. Purpur. in l. vinum. numero nonagesimotertio. ff. si certum petat. vbi etiam citat Thomas Parpal. ita tenere, & in l. cunctos populos, numero centesimo septimo. C. de summa Trinitate & fide cathol. Paris. in consilio sexagesimoquarto, numero septuagesimoprimo, volumine primo. Bertach. in reper. suo in verbo, ven-
14 ditio qualiter fiat, numero quadragesimoprimo, †
* & hanc esse receptam doctorum sentẽtiam &* communiter approbatam inquit Cagnol. in dicta l. semper in stipulationibus. Suarez in suo thesauro recep. sent. in verbo, V. numero vigesimoseptimo, sic & Villalob. in communibus opinionibus in verbo, V. numero decimoseptimo, & crebriorem ac veriorem dominus Octa. Osas. in decisio. Pedemont. 114. in fin. licèt dicat maiorem partem illius Senatus aliam partem tenuisse.

Supereſt modò, vt ad ea, quæ in contrarium adducta fuerunt, respondeatur. Et primò non obstat decisio Oldradi in dicto consilio 168. relata per Alex. in consil. de quo suprà: quia respondetur, quòd si bene Alexand. consideretur, recedit à decisione Oldradi adhærens doctrinæ Bartol. de qua ibi, vt per Cagnol. in dicta l. semper in stipulationibus. numero 5. in fin.

Secundò respondetur, consilium Oldradi communiter reprobatum, vt per Purpur. in dicta l. cunctos populos, numero cẽtesimonono, vbi etiam Cacialup. nec facit text. per eum allegatus in l. contraxisse, de actio. & obligatio. quia ille text. procedit respectu fori: respectu verò mensuræ per contrahentes subintellectæ loquitur text. in dicta l. semper in stipulationibus, & doctrina Bartol. ac aliorum vbi suprà. Ita Cagnol. in dicta l. semper in stipulationibus, per dictam l. contraxisse. Caccialup. in dicta l. cunctos populos, vbi etiam Iaso. columna decimaquinta, versiculo, Item in quantum. Bartol. Iterum Caccialup. in rubrica. ff. de eo qui cert. loco, in 5. conclusio. Rui. in consilio 117. numero duodecimo, versiculo secundo casu, volumine 5. post Barto. in l. cunctos populos, in j. quæstione. Abb. in cap. fin. numero 30. de iud.

Non obstat l. vinum, quia illa procedit in odium morosi, vt per Brun. in dicto tractatu de augmento monetæ, conclusione vltima. & Cagnol. in dicta l. semper in stipulationibus, numero quinto, & Ruin. in allegato consilio 117. numero duodecimo, ac per Purpur. in dicta l. vinum, in versiculo vltimo, text. hic, vbi inquit, quòd ille text. attendens casum solutioni adiectum, vel petitionis factæ, procedit quando agitur de effectu moræ, vt ibi, vbi tractatur de æstimatione quantiplurimi. Ang. in l. si fundus, in fi. ff. de euict.

Pariter non obstat tertium argumentum, quia respondetur contra Bald. & Sal. in d leg. multùm, esse communem doct. receptam sententiam, vt per Dec. in cita. c. j. in j. lect. nu. 26. de iud. Purpur. Caccialup. & Cur Iun. suprà citatos.

Non obstat quoque quod scripsit Curt. Iun. in l. hæres absens, quia respondetur, sententiam ipsam procedere respectu fori, nimirum si potest conueniri in loco destinatæ solutionis, & ita etiam loquitur Angel. in dicto §. præterea, columna decima, de actio.

Vltimò non obstant decisiones suprà in contrarium allegatæ, quia respondetur ipsas fore ab omni veritate alienas, vt constat ex decisionibus suprà citatis, ex quibus apparet communem doctorum sententiam fore in contrarium, & mirandum est, quòd Alciat. in dicto consilio 697. dicat sententiam communem fore pro altera parte, & quòd doctores ita communiter tenent in dicta l. semper in stipulationibus, quia ibi communiter Scribent. dicunt oppositum, & maximè per Cagnol. attestantem opinionem Bartol. communiter approbatam, & quamuis ex aduerso per nonnullos Scribentes allegetur pro altera parte. Pract. Pap. in actione reali, in glossa, cui cohærent circa finem, tamen ipse hoc non dicit, sed tantùm quòd debet attendi mensura contractus, secundum aliquos, & secundum alios debet attẽdi locus, in quo videatur mensura vtilior pro emptore, vel secundum alios debet obseruari alia mensura, quæ sit generalior & communior in vniuersa regione: & sic non dicit, quòd attendatur mensura vbi res sita est. Idem etiam tenuerunt Guido de Suza. & Alberic. de Rosa. sibijpsis inconstantes in dicta l. si fundus, vt citat Tiraquel. in tract. retract. fo. mihi 365. in fin. quos & ipse sequitur. & eò magis dicendum videtur ipsam mensuram supradicto modo esse faciendam ratione æqualitatis seruandæ inter ipsos diuidentes, quæ si nõ fieret, induceret inæqualitatem, cùm ratione longioris mensuræ laudi dictus dom. Petrus Odescalius maius commodum consequeretur, quàm faceret dominus Iacobus, cùm in quibuslibet perticis centum mensuræ Laudensis intrent perticæ octo de pluri, quàm sint perticæ iuxta mensuram Mediolanensem, nam indubitati iuris est,
15 † quòd inter contrahentes æqualitas seruanda est,
16 l. cùm emptor. ff. de rescind. vendit. Et † in dubio interpretatio fieri debet vt contrahentium æqualis sit conditio, l. si id quod. §. fin. eodem titul. l. penultima, in fin. Cod. comm. diuid. Craue. in consilio septua-
17 gesimo, numero primo. † Aequalitas enim est pacis conseruatiua, & inæqualitas operatur oppositum. Socin. in consilio vigesimoprimo, numero 7. volumine 3. nam quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito, l. etsi contra. ff. de vulg. & pupil. l. si vt proponis. Cod. de nupt.
18 Hinc videmus, † quòd æqualitatis seruandæ causa substitutio compendiosa facta personis disparibus, continet fideicommissariam tantùm, etiam si ex tali interpretatione substitutio reddatur inefficax. Corne. in consilio 180. columna j. volumine primo. Craue. in consilio 143. numero decimosexto, facit etiam quod voluit Bartolus in l. qui Romæ. §. duo fratres. in secund. quęstion. in fin. ff. de verborum obligatio.
19 † vbi propter æqualitatem seruandam censetur per diuisionem renunciatum fideicommisso, quando esset reciprocum, secus si resultaret inæqualitas, l. semper, vbi Bartol. de regulis iuris. Bero in consilio 70. numero 49. volumine j. quod & fortius admittendum venit in casu præsenti, cùm in diuisione inter ipsas partes celebrata actum sit, quòd æqualitas
20 in omnem casum seruetur, † quod equidem pactum
21 seruandum venit, l. j. ff. de pact. † nam rumpere pacta est graue, non solùm apud ius commune, sed etiam

apud

apud Deum, secundùm Corn. in l. si pascenda. in 2. q.
22 C. de pac. Et † nulla sit maior iustitia quàm illa quæ oritur ex pacto. Bald. in consil. 366. vol. 3.

Quò verò ad secundum caput de decem diebus aquæ ad Bochellum de Spinota, & de quibus in diuisione facta inter prædictum Dominum Petrum, non insistendo vbi non expedit, dicendum videtur, quòd cùm medius dies ipsorum decem fuerit datus
23 per errorem prædicto domino Petro, † quòd iste error eo probato officere non debeat domino Iacobo, vt per Bald. & alios in l. si post diuisionem. C. de iur.
24 & facti igno. † qui error dicitur probari eo ipso quòd apparet veritatem aliter se habere, iuxta notata in dicta l. si post diuisionem. Soc. in consil. 25. in j. quæst. volumin. 4. vbi ex hoc inquit, quòd si in diuisione in vna parte fuerint positi floreni trecentum in Monte existentes, & posteà tantum centum in Monte reperti sunt, talis error accipienti illam partem non debet nocere, sed reducendo diuidentes ad illam partem debet illi restitui quodcunque ipse minus
25 sua debita portione acceperit. quem sequitur Socinus Iunior in consil. 48. numero 43. volumin. j. † quæ conclusio ampliatur procedere etiam quòd tractetur de facto proprio quando tam agitur de damno vitando, vt per Dec. in consil. 408. colum. j. Iaso. in consil. 160. volumin. 4. Socin. in dicto consil. 25. numer. 9. Ruin. in consil. 10. numer. 16. volum. 3. & in consilio 127. numer. 16. volumin. eod. quòd autem veritas aliter se habeat, satis probatur tam per instrumentum locationis factæ prædicto dom. Iacobo per procuratorem Reuerendissimi Cardinalis de Cæsis, quàm per societatem initam inter d. dominos Iacobum & Petrum, vbi capitulum dictæ aquæ loquitur de diebus nouem cum dimidio. Quibus stantibus concludendum videtur, quòd illa erronea assignatio non debeat officere dom. Iacobo, cùm subueniri debeat illi, qui facit aliquid per errorem, & non per malitiam. Dec. in cita. consil. 408. colum. j. Potuissem pro confirmatione huius conclusionis multa in medium adducere, sed illa omitto, cùm in multis & pluribus locis triuialibus per Scribentes ponantur.

LAVS DEO.

Explicit Tertium Volumen Responsorum præstantissimi I. C. Rolandi à Valle.

RES OMNES SINGVLA-
RES CONSILIORVM D. RO-
LANDI A VALLE, QVÆ HIS TRIBVS
voluminibus continentur, Indice copio-
sissimo per literas digesto,
comprehensæ;

In quo numeri in margine positi distinctè vnumquodque indicant volumen: sequentes verò Consilium, numerum vel summam, & folium commonstrant.

1 AVerbis claris cõtractus non est recedendum consilio 8. numero 1. fol. 62

3 Ab antiquioribus inuestituris non est recedendum, nisi in posteriorib. expresè dicatur, quòd de communi consensu aliter facta sit, quàm hactenus esset solitum. cons. 2. num. 40. fol. 17

3 Abiuratio heresis fieri debet publicè ad arbitrium episcopi regionis. consil. 63. nu. 7. fol. 229.

3 Abiuratio mitior fieri debet vbicunq; in abiurante concurrunt propria constitutio, confessio delicti simplex, & volũtaria diuturnitas delicti, vita emendata, nobilitas, & senectus, ibid. num. 8. 1

3 Ablatiuus absolutus importat conditionem. consil. 65. num. 23. fol. 235

3 Ablatiuum importat conditionem. consil. 90. numero 10. fol. 317

3 Ablatiui absoluti faciũt dispositionem circa rem in qua inducitur fideicommissum, secus quando important quandam denominationem personæ conditionaliter prolatæ. consil. 51. num. 6. fol. 177

1 Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem. cõs. 82. num. 4. fol. 98. quod declara, vt in nume. 15. & 16. fol. 300

1 Absens à ciuitate propter pestem dicitur absens ex iustissima causa consi. 81. num. 33. fol. 315

2 Absens reipublicæ causa restituitur ex clausula generali aduersus appellationem per procuratorem omissam, quamuis agere posset contra procuratorem, qui appellare neglexit, numero 25. consil. 10. numero 11. fol. 46

2 Absens à relegatione suprà, licèt nõ possit damnari, tamen hoc locum non habet in crimine læsæ maiestatis, declara vt in nu. 37. cons. 68. num. 11. fol. 236

3 Absens qui ex forma constitutionis habetur pro præsente quò ad effectum percipiendi fructus sui beneficij, non habebitur pro residẽte quò ad alium effectum. consil. 58. num. 4. fol. 205

3 Absentem defendere per eius innocentiam quilibet potest. consi. 47. num. 18. fol. 163

1 Absentes legitimari non possunt sub clausula, & alios quoscunque, posita in concessione legitimandi. consi. 61. num. 10. fol. 241

3 Absentes causa studij, qui ex forma cõstitutionis debent percipere fructus præbendarum, ac si essent præsentes non possunt virtute dictæ constitutionis optare præbendam vacantem, quam possunt optare præsentes, & non alij ex forma alterius constitutionis. cons. 58. nu. 5. fol. 205

1 Absolutio à iuramento concessa per vicarium episcopi debitori, qui nullam mentionem fecit de lapsu temporis præfixo solutioni est iniusta. consi. 34. numero 4. fol. 158

1 Absolutio à iuramento peti debet per debitorem ante terminũ solutionis, aliàs si lapso tempore petatur secundum communem non auditur debitor. consi. 34. num. 2. ibid.

1 Absolutio à iuramento non est necessaria vbi datur enormissima læsio licèt ad abundantem cautelam, & ad tollendam omnem dubitationem melius sit quod petatur. consi. 59. num. 27. fol. 234

1 Absolutio à iuramento obtenta per obreptionẽ & subreptionem est nulla. consi. 34. nu. 5. fol. 158.

1 Absolutio petita à trib. iuramentis cùm essent quatuor & obtenta redditur nulla, quia tot debent esse relaxationes, quot iuramenta. cons. 34. nu. 8. ibid.

1 Imò si esset narratum quartum, sed obscurè & per relationem ad aliud, concedi non debuit, etsi concessa est, vt subreptitia non valet. consilio 34. numero 9 fol. 158

1 Absolutio à iuramento licèt concedi possit à vicario episcopi id tamen verum est parte citata & non aliter. cons. 13. num. 25. sed contra secundum cõmunem. nu. 38. fol. 83. & 85. fol. 158. & cons. 34. num. 1. secundum magis communem, ac in consilio 59. numero 28. fol. 234

3 Absolutio à iuramento ante terminum solutionis peti debet, aliàs si lapso tempore petatur per debitorem, secundum magis communem audiri nõ debet. consi. 26. num. 30. fol. 107

3 Absolutio sequi debet vbicunque aliquid deducitur in inquisitione, quod etiam si probatum esset, non inferret delictum. cons. 11. nu. 18. fo. 54

3 Absolutio à iuramento non est necessaria vbi datur enormis læsio. cons. 7. nu. 53. fol. 37

3 Absolutio quando est concessa, iuramentum non impedit minorem dicere de nullitate. consil. 7. numero 59. fol. 38

3 Absolutus à iuramento, non dicitur amplius astrictus vinculo iuramenti. nu. 58. ibid.

3 Absonum, quod est à iure, fugiendum est. cons. 69. nu. 6. fol. 251. & cons. 70. nu. 45. fol. 261.

3 Absurditas omnino euitanda est. consi. 15. num. 24. fol. 103. consil. 58. numero 33. fol. 256. consilio 15. numero 16. fol. 76

3 Absurditates euitandæ sunt in qualibet dispositione, etiam statutaria. consi. 24. nu. 10. fol. 100

2 Absurdum, quod sequi posset, si vsufructuarius teneretur soluere creditoribus de vsufructu. consi. 8. numero 8. fol. 40

2 Absurdum esset, quòd iudex vellet defendere im-

Index materiarum Consil.

missum in possessionem, cuius immissio de eius cõscientia non processit, & quam concedere non potuisset. cons. 5. nu. 20. fol. 34
2 Absurdum est, quòd pecunia pariat pecuniam. consil. 55. nu. 32. fol. 193
2 Absurdum euitandum est. consi. 71. nu. 30. fol. 251
2 Absurdum à iure reijcitur. consi. 13. nu. 7. fol. 57
2 Absurditas vt cesset, verba extenduntur. consilio 93. numero 25. fol. 332
3 Absurdum est euitandum. consi. 61. nu. 20. fol. 222. consi. 70. num. 45. fol. 261
3 Absurdum enim videtur, quòd remotior & minus dilectus sit melioris conditionis, quàm proximior, & magis dilectus. cons. 82. nu. 30. fol. 301
3 Absurdum vt euitetur, debent capi verba impropriè & largè. ibid. nu. 31. fol. cod.
1 Absurdi euitandi caussa receditur à propria significatione vocabuli. consi. 72. nu. 24. fol. 280
1 Absurdi euitandi caussa statutum loquens de muliere de Casali locum etiam habet in incola. cons. 72. numero 20. ibid.
2 Abstẽsio, vel repudiatio semel facta, amplius reuocari non potest. cons. 71. nu. 55. fol. 253
2 Abundans cautela non nocet. consil. 61. nume. 61. fol. 210
1 Accessorium sequi debet naturam sui principalis. consi. 45. nu. 29. fol. 190
1 Accessus ad solutam, non est propriè adulterium. consi. 74. nu. 12. fol. 288
3 Accedens ad hostes, non vt eis auxilium impendat, nec ad iacturam domini, sed vt sibimet prosit ne offendatur, secundum communem dicitur carere dolo, & non esse in culpa. cons. 1. numero 108. fol. 11.
3 Acerbum est cedere bonis. consi. 7. nu. 3. fol. 38
2 Accusans aliquem quòd falsos testes produxerit, potest incidenter petere, & cumulare iudicium ciuile, quòd sententia lata prætextu falsorum testium retractetur. consi. 30. nu. 4. fol. 104
1 Accusans aliquem quòd interfecerit Titium, si probet postea quòd fecit per alium, succumbere debet, & processus redditur nullus. consil. 45. nume. 19. fol. 190
1 Accusatio vel inquisitio si fiat de crimine tanquam commisso certo loco vel tempore, & probetur de alio, sequi debet absolutio, licèt sit probandum crimen. consi. 45. nu. 20. fol. eod.
3 Accusationem non probans ratione coniunctionis excusatur à calumnia. consi. 11. nu. 52. fol. 55
1 Accusatore non probante reus debet absolui. cons. 45. nu. 27. fol. 190
3 Accusatus de crimine heresis qui sibi intulit mortẽ, habetur pro confesso, nisi heredes eius innocentiã probare vellent. consi. 20. nu. 11. fol. 90
3 Accusatus vel inquisitus semel de aliquo delicto nõ potest amplius accusari & inquiri sequuta absolutione, nisi per præuaricationem fuerit absolutus. consi. 69. num. 63. fol. 255
3 Acta vel sententia super falsitate instrumenti non nocent notario non cõuento. consil. 13. nume. 16. fol. 58
1 Acta dicuntur omnes scripturæ notarij actorum de commissione iudicis factæ. cons. 38. nu. 12. fol. 168
1 Acta facta in senatu adducunt rem notoriam. cons. 21. num. 12. fol. 112
1 Acta faciunt rem notoriam. cons. 41. nu. 30. fo. 177. & cons. 70. num. 7. fol. 274
1 Acta publica dicuntur triplici ratione, quia confecta a notario coram iudice & in iudicio. consilio 38. numero 13. fol. 168
1 Acta senatus debent scribi per notarium ordinarium. consi. 70. num. 8. fol. 274
Et non per alium, vt ibi. num. 9. ibidem
Et de consensu partium, vt num. 10. ibidem
1 Actio acquiritur ex stipulatione notarij secundum communem sine cessione. consilio 19. numero 17. fol. 105
1 Actio funeralis adeò priuilegiata est, quòd præcedit omnes alias actiones anteriores, nedum personales, sed etiam hypothecarias & dotem. consilio 14. numero 22. quod amplia vt in numero 24. folio 88.
1 Actio hypothecaria secundum communem præscribitur spacio decem annorum. consilio 79. numero 7. quod intellige, vt in numero 27. fol. 304, & 305
1 Actio personalis licèt oriatur ex pacto de renouando, & non afficiatur ipsa res, tamen hoc fallit, si in pacto fuerunt hypothecata bona pro illius obseruatione, quia tunc retineri poterit res ipsa, donec facta fuerit renouatio non obstante oblatione interesse. consil. 6. nu. 7. quod tamen declara, vt in nu. 14. fol. 52, & 53
1 Actio rescissoria prætoria est. consilio 86. nume. 9. fol. 330
1 Actio vtilis nedum acquiritur ignoranti per notarium, sed etiam dominium & possessio. consilio 19. num. 24. fol. 106
2 Actio cessa cedi potest. consilio 28. numero 19. fol. 99
2 Actio personalis, quæ oritur ex pacto de retrouendendo, licèt spatio triginta annorum tollatur, tamen fallit, quãdo in promissione de retrouendendo actum fuit, quòd venditor possit rem venditam quandocunque redimere, & numero 23. sed contrà, nu. 24, 28, 41, & 42. secundum magis communem. cons. 21. num. 1. fol. 78
2 Actio præscriptis verbis, vel ex vendito oritur ex pacto de retrouendendo quandocunque, quod declara, vt in numero 48. consilio 21. numero 35. fol. 79
2 Actio communi diuidundo non datur, nisi pro re communi, & numero 22. consilio 4. numero 1. folio 28, & 30
2 Actio præscriptis verbis, quæ datur pro retractu cõuentionali est stricti iuris, declara vt in numero 12. cons. 27. num. 3. fol. 95, & 96
2 Actio personalis solùm datur contra debitorem vel alium, qui eius personam repræsentat. consil. 8. numero 5. fol. 40
2 Actio iniuriarum licèt finiatur anno, tamen fallit secundum magis communem, quando descendit ex lege Cornelia, quia tunc perpetua. cons. 39. numero 15. fol. 131
2 Actio iniuriarum, & si anno tollatur, id tamen secus est, quando intra annum computandum à die irrogatæ iniuriæ lis fuit contestata. consilio 39. numero 16. ibidem
2 Actio hypothecaria competens pro vero debito, secundum communem non tollitur per aditionem hereditatis factam per heredem grauatum fideicommisso. cons. 65. nu. 15. fol. 224
2 Actio redhibitoria licèt sit semestris, tamen si sit conuentum, vt perpetuò fiat redhibitio valet, declara tamen, vt in numero 44. consilio 21. numero 102. fol. 77.

D. Rolandi à Valle.

1 Actio in factum funeralis si competit pro expensis factis in sepeliendo defunctũ, ergo multò fortius & retentio quę facilius conceditur quàm petitio. consil. 14. num. 21. fol. 88

1 Actio iniuriarum durat per annum. consil. 94. nu. 28. fol. 362

3 Actio ex testamento non datur contra extraneum possessorem. consil. 46. num. 12. fol. 157

3 Actio quando competit ad rem immobilem, iudicatur vt de re immobili, sicuti etiam iudicatur de re mobili, quando datur ad rem mobilem. cons. 1. nu. 127. fol. 13

1 Actioni hypothecariæ non præscribitur per tertium possessorem, donec fuerit actum contra debitorem, & facta discussio bonorum. cons. 79. nu. 12. fol. 335

2 Actioni de dote præscribitur spatio triginta annorum. cons. 21. num. 26. fol. 78

2 Actionem emere, est quoddam genus mercimonij. cons. 38. num. 33. fol. 129.

2 Actiones perpetuæ etiam vocantur, quibus præscribitur spatio triginta annorum. consilio 21. numero 30. fol. 78

2 Actiones personales tolluntur spatio triginta annorum. cons. 21. num. 45. fol. 80

1 Actiones descendẽtes ex statutis ducum, marchionum, & episcoporum secundum communem sunt prætoriæ. cons. 86. nume. 6. fol. 320. quod ampliatur procedere etiam si sint persecutoriæ, & contra ius ciuile, vt in num. 8. ibidem

1 Actiones quæ competunt pro re legata vel ad rem, competunt legato tacitè vel expressè accepto. cons. 15. num. 32. f. 92

1 Actor vniuersitatis tenetur reddere rationem. cõs. 49. num. 5. f. 205

2 Actor temere agens, debet in expensis condemnari. cons. 56. nu. 3. f. 194

2 Actor tenetur sequi forum rei. consilio 23. nume. 8. fol. 86

2 Actor debet sequi forum rei. consilio 26. numero 28. f. 94

3 Actor præsumitur sine iusta causa à possessione cecidisse, nisi contrarium probetur. consil. 6. num. 13. fol. 30

3 Actor præsumitur sine iusta causa à possessione cecidisse, nisi contrarium probetur. consil. 41. nu. 14. fol. 145

3 Actor quamuis in ciuilibus lapsa instantia refectis expensis admittatur, secus tamen in criminalibus. cons. 94. num. 7. f. 327

3 Actor nisi clarè probet intentionem suam, reijciendus est. cons. 56. nu. 33. f. 198

3 Actor non prosequens ius suum intra terminum sibi constitutũ, censetur illi renunciare, ita vt postea nullo modo audiri possit. consilio 72. numero 10. fol. 267

3 Actor debet probare id, quod est fundamentum intentionis suæ. consi. 86. nu. 5. f. 311

3 Actor si nihil probat, ab aduersario conueniri potest actione iniuriarum. consilio 90. numero 4. fol. 317

3 Actor si facit oppositiones, quibus non respondeatur per aduersarium in tempore, habẽtur pro confessis ad commodum ponentis, & dicitur habere intentionem fundatam, ibidem. numero 5, & 15. fol. 317, & 318

3 Actor petens restitutionem rerum, vide in verbo, Conclusio libelli.

3 Actor dicitur, qui primò ad iudicium prouocat. cõs. 72. nume. 50. f. 269

3 Actor constituitur periculo tutoris. consil. 49. numero 1. f. 168

3 Actoris constitutio debet fieri cum decreto iudicis. ibid. num. 2.

1 & 2 Actore non probante reus debet absolui etiam si nihil præstiterit. consilio 51. numero 30. & consilio 60. numero 13. fol. 237. & consilio 58. numero 10. f. 199

2 Actore non probante, reus debet absolui, etiam si nihil præstiterit. consilio 72. numero 12. folio 257, & consilio 33. numero 16. folio 113. & consilio 32. numero 1. f. 108

2 Actore non probante plenè & legitimè id, quod est fundamentum suæ intentionis, etiam si reus nihil probauerit, absolui debet. consi. 67. numero 1. fol. 232

2 Actore non probante reus debet absolui, etiam si nihil probauerit. consi. 58. num. 7. f. 197

3 Actore non probante reus debet absolui. consilio 32. numero 8. folio 120. & consilio 11. numero 6. fol. 53

3 Actore non probante reus debet absolui, etiam si nihil præstiterit, quod ampliatur procedere etiam in criminalibus. consilio 90. nu. 2, 3. f. 317. & cons. 41. nume. 2 f. 145

1 Actorum appellatione veniunt non solùm ea quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, sed etiam voluntariæ. cons. 38. num. 10. fol. 168

3 Actoria descendit a tutela vel cura. cons. 49. num. 3. fol. 158

3 Actoriam debet præcedere tutela, aliàs non potest constitui actor. ibid. num. 4.

3 Actoriæ instrumentum non sufficit producere in iudicio, nisi & producatur instrumentum tutelæ. ibid. numero 7.

3 Actus gestus per canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à sede apostolica, ruit, conditione non adimpleta. consilio 7. numero 9. folio 35.

1 Actus alienationis fraudulentus præsumi non debet, vbi aliàs præsumeretur, si de authoritate consuetudinis factus esse appareat. consilio 44. numero 37. folio 186. & consilio 75. numero 46. fol. 294

1 Actus celebrati per principem cum quocunq; subiacent dispositioni legis suæ. consilio 86. nume. 56. fol. 332

1 Actus factus contra iuramentum secundum communem valet & tenet, licèt contraueniens efficiatur periurus. consil. 6. nume. 21. fol. 53. quod declaratur, nume. 14.

1 Actus factus per metum, in quo agitur de transferenda iurisdictione est nullus ipso iure. cons. 2. numero 85. f. 19

1 Actus in dubio debet interpretari, vt potius valeat, quàm pereat. consilio 65. numero 16. folio. 253

1 Actus iudiciales nulli effectum validum producere non possunt. consi. 39. numero 10. f. 171. & consil. 46 num. 32. f. 195

1 Actus legitimationis qui est voluntariæ iurisdictionis, potest secundum communem exerceri inter consentientes extra iurisdictionem. consil. 88. nume. 3. fol. 337. quod intellige vt in num. 33, & 37. fol. 339, & 380

1 Actus primus qui fit in summariis causis. vim habet

Index materiarum Consil.

litis contestatæ.consilio 71. numero 36. f.278

1 Actus quando respicit acquisitionem quæ debet fieri non improbare est approbare.consilio 19.numero 36. f.108

1 Actus quæstuarius non est emere fundum vel domum.consil.35. nu. 16. f.161

1 Actus si est factus alia hora quàm præfixa citationi non valet.cons.36.nu.9. f.166

1 Actus vbi solum est nullus ratione consensus ille ex postfacto suppleri potest. consilio 97. numero 21. fol.377

1 Actum faciens censetur se astringere legibus de illo actu loquentibus. consilio 74. numero 59. folio 291

2 Actus alienationis fraudulentus dici non potest, quando auctoritate consuetudinis factus fuit.cons. 96.num.30. f.342

2 Actus taciti non sunt ita latè interpretandi,sicut expressi.cons.98.num.26. f.351

2 Actus per litigantes facti tempore feriato, eis præiudicant in gestis,non in gerendis,si vna ex partibus non comparuit.cons.94.nu.40. f.336

2 Actus factus contra prohibitionem hominis inhibentis, est nullus ipso iure. consilio 77. numero 8. fol. 274

2 Actus gesti contra inhibitionem non sunt nulli, quando inhibitio apparet contra ius facta. consilio 77.num.26. f.276

2 Actus quando respicit acquisitionem, quæ debet fieri,non improbare,est approbare.consil.4.nume. 30. f.30

2 Actus tempore necessitatis potest expediri sine cõsensu eius, qui aliàs debet consentire. consilio 43. numero 32. f.145

2 Actus tanquam metu faciens, vt retractetur, non sufficit probare, quòd iudex sit solitus homines incarcerare,& alia similia facere, quæ iustum metum inducunt, quoniam esse potest, quòd iustè fecerit administrando iustitiam, quo casu talis metus non est reprobatus.consi.83. numero 23. f.300

3 Actus in dubio præsumitur gestus nomine proprio vt de per se,& non alieno nomine. consilio 9. nu.31. fol.47

3 Actus humani ita sunt interpretãdi, vt potius quàm pereant,aliqua ratione sustineantur. consil. 61. nume.26. f.222

3 Actus factus per metum est nullus ipso iure, vbi agitur de iurisdictione transferenda. consilio 57.nu. 53. f.202

3 Actus tẽpore necessitatis potest expediri sine consensu eius, qui aliàs consentire debebat. consilio 30. numero 15. f.116

3 Actus quilibet interpretari debet, vt potius valeat, quàm pereat.cons.61.num.13. f.222

3 Actus validitati iura fauent.consilio 30.numero 32. fol.117

3 Actus tempore necessitatis potest expediri sine cõsensu illius, qui debet requiri.consilio 80. numero 4. fol.293

3 Actus priuilegiandi est supremæ potestatis, quam alterius contradictio impedire non potest. cons.4. numero 74. f.26

3 Actum quando quis potest facere absente & ignorante substituto, illum facere potest eo non citato. cons.67.num.56. f.243

3 Actum gerens contra generalem consuetudinem, non excusatur.cons.42.num.4. f.148

1 Actum quis coactè facere dicitur, postquam quis scit se posse compelli per iudicem ad illum faciendum, licèt spontè faciat. consilio 2. numero 72. folio 18

2 Actum quilibet gerens censetur se cõformare cum dispositione iuris communis, & se astringere legibus de illo actu loquentibus. consil. 37. numero 2. fol. 125

2 Acquisitio facta ex cursu temporis immemorialis habet vim contractus,& nume. 59.consi. 66. num. 40. f.228

2 Æquiparaturq; concessioni principis, ex quo eius authoritate introducta fuit.cons.66.nu. 41. ibid.

2 Similiterque habet vim concessionis factæ per habentem potestatem. consilio 66. numero 42. ibidem

2 Habet vim constitutionis ac si de consensu partium ius statutum fuisset,& numero 61.consil.66.num. 43. ibid.

2 Necnon & tituli legitimè constituti, ac mandati. consilio 66.num.44. f.229

2 Item & vim pacti expressi, ac tantum potest,quantum Imperator cum caussa, vt in nume.47. consil. 66.num.45. ibid.

2 Acquisita per vxorem constante matrimonio,licèt in dubio præsumãtur acquisita de bonis viri,tamen id fallit, si administrauit bona alterius, quia tunc secus.cons.90.num.17. f.323

2 Acquisita per clericum beneficiatum non præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ, si habebat clericus artificium.consil. 90. numero 19. ibid.

2 Acquisita per viduam infra annum luctus præsumuntur acquisita de bonis viri,secus si post.consilio 86.num.46. f.310

2 Ad solum sonum cymbali fugere nõ debemus.consilio 83.num.30. f.300

2 Adam à quo omnes processimus, si hodie viueret, nemo posset eum vocare in ius sine venia. cons. 18. num.33. f.68

1 Adimplere dicitur pro parte sua, qui facit depositũ. consilio 63.numero 4. f.248

2 Administrans bona alterius regulariter non præsumitur de bonis illius acquisiuisse, saltem vbi ex coniecturis aliud non appareat. consil.90. num. 18. fol. 323

3 Administratio tutelæ non datur nisi cum decreto iudicis, quod amplia procedere in quolibet genere tutorum.cons.49.num.20. f.169

1 Administratio libera bonorum suorum ingenuis hominibus non est auferenda.consilio 62. numero 21. folio 247. & in consilio 76. numero 31. folio 296

1 Administratio si fuit dolosa, & ex ea aliquid tutori vel curatori adfuit, quia plura probantur peruenisse ad manus suas, præsumitur quòd ex illis locupletati fuerint.cons.49.num.58. 208

1 Administratio tutelæ sicut potest diuidi inter contutores, quamuis ius tutelæ competens plurib. tutoribus sit indiuiduum, ita & administratio feudi comitatus.cons.80.num.37. f.310

1 Administrationem alienam quilibet suscipiens tenetur regulariter reddere rationem, & ad reliquatus restitutionem.cons.49.num.2. f.205

1 Negotiorum gestorum etiam rationem reddere tenetur.cons.49.num.1. ibid.

1 Nec non etiam procurator ad lites & negotia.consil.49.num.4. ibid.

1 Administrator ciuitatis non potest debitum liquidum remittere.cons.5.num.3. f.44

1 Admi-

D. Roland. à Valle.

1 Administrator minorũ debitum liquidum remittere non potest. cons. 5. nu. 2. ibid.

1 Administratores legitimi debita dominorum remittere possunt, quando in exactione debiti maiores sumptus currerent, quàm esset vtilitas debiti. consil. 15. num. 50. f. 93

1 Administratoribus legitimis licèt non sit permissa transactio in præiudicium dominorum, tamen secus est vbi resultat dominorum vtilitas, vt si de iustitia dominorum vehementer dubitatur. cons. 15. num. 49. ibid.

1 Admitti quis nõ debet vt talis, nisi talem se probet. cons. 63. num. 12. f. 248

3 Admitti quis nõ debet vt talis, nisi talem se probet. cons. 32. num. 12. f. 121

3 Adoptio non valet in præiudicium substituti non citati. cons. 67. nu. 53. f. 243

2 Adoptiuus pater non est propriè pater, sed fictus. cons. 18. nu. 22. f. 68

2 Adoptiuus filius dicitur per fictionem. cons. 18. numero 24. ibid.

2 Adoptiuus filius non potest vocare patrem in ius sine venia. cons. 18. nu. 25. ibid.

3 Adoptiuus ab intestato succedit æqualiter patri cum filiis legitimis & naturalibus ante adoptioem, vel post susceptis. consilio 96. numero 44. folio 336

1 Aduenæ iam non tenentur ad cõtributionem collectæ impositæ pro muris ciuitatis ædificandis. consil. 66. num. 26. f. 257

3 Aduersarij quando possident cum vitio, non possunt impedire missionem in possessionem. cons. 2. num. 44. f. 17

1 Adulterium dicitur alieni thori violatio. cons. 74. nume. 13. f. 288

1 Adulterium directo probari non potest etiam si testis viderit hominem supra mulierem. consilio 7. numero 19. folio 59. & in consilio 50. numero 2. fol. 209

3 Adulterium dicitur ad alterius thorum accessus. cõs. 96. num. 31. f. 334

1 Adulterium largo modo dicitur cum soluta. consil. 74. num. 21. f. 288

2 Adulterium probatur præsumptiuè per testes deponentes vidisse talem mulierem solam in camera cum tali viro, qui eam deosculabatur, & cui tangebat mamillas. consilio 34. numero 6. f. 115

2 Adulterij pœna est mortis naturalis. cons. 35. nu. 2. fol. 118.

2 Adulterij pœna in muliere hodie non est mortis, sed detrusio in monasterium, & si habet filios, duæ partes suæ substantiæ eorum sunt, & tertia monasterij, si verò nullos habet filios, neque parentes, tota applicatur monasterio. consilio 35. numero 3. ibidem

2 Fallit quando id fecit, quod diligens paterfamilias fecit. cons. 54. num. 25. ibid.

2 Adultus læsus, restitutionem in integrum petere potest aduersus promissionem, & obligationem per eum factam. consilio 54. numero 24. folio 186

2 Adultus curatore carens, secundum magis communem, iuramentum deferre potest. cons. 54. numero 2. f. 186

2 Adultus sine decreto potest soluere pecuniam creditori, & in eum transferre dominium dictæ pecuniæ. cons. 54. num. 3. ibid.

2 Adultus potest omnia facere, ac si esset maior. consilio 54. numero 4. ibidem

2 Adulti carentes curatore, procuratorem constituere non possunt. cons. 85. nu. 28. f. 306

1 Aduocationem assumere contra rempublicam pro affine vel coniuncta persona quis non prohibetur. consil. 45. nu. 51. f. 191

1 Aduocatus cautus esse debet, quando consulit mulieri secundò nubenti & filios habenti, vt consentire faciat filios secundo matrimonio, quia euitabit pœnas legales. consilio 95. numero 17. folio 365.

2 Aduocatus peccat in foro conscientiæ, si quid à paupere capit. cons. 87. num. 28. f. 314

2 Aduocatus si recusauerit pauperi patrocinari, iudex poterit eum cogere interdicendo sibi officium postulandi, aliàs mulctando. consilio 87. numero 29. ibidem

2 Aduocatus qui pro certo feudo, seu annuo salario promisit seruire vni monasterio, si postea contraxit cum alio, si illa duo monasteria inuicem litigant, in dubio tenetur adiuuare primum, quia ius primi potentius est. consilio 44. numero 24. folio 149

2 Aduocatus pauperum tenetur etiam pro pupillis aduocare, quando sunt pauperes, secus si diuites: quia tunc non dicerentur miserabiles. cons. 20. numero 15. f. 75

2 Aduocatis salarium solui non debet à pauperibus. cons. 87. num. 25. f. 314

3 Aduocatus cautus esse debet, quando consulit matri secundò nubenti, & filias habenti, vt filij consensum præstent dicto matrimonio. cons. 81. num. 11. fol. 298

3 Aduocatus paciscens cum clientulo suo de quota litis siue de certa quantitate, priuari debet officio aduocationis, & incidit in pœnam falsi. cons. 36. num. 20, 21, & 22. f. 134

3 Aduocatus releuans parti aduersæ iura clientis sui punitur pœna falsi, & damnandus est in metallum, vel deportandus in insulam. ibid. numero 23, & 24. ibidem.

3 Aduocatus nimis verbosus de iure communi remoueri potest ab officio aduocationis. ibid. numero 25. eodem

3 Aduocati necessarij sunt ad salutem patriæ, & singulorum, sicut milites armatæ militiæ, imò magis quàm ipsi. cons. 36. nu. 2. f. 133

3 Aduocati, & iudices recti vtentes legibus, prout debent, optimam vitam faciunt. ibidem. numero 3. ibidem

3 Aduocati, quibus causarum decisiones committuntur, in quibus non sunt aduocati, deuiant à iustitia contra ipsam scienter consulendo, vel pronuntiando, timore, amore, precio vel precibus, quod est cæteris horribilius. ibidem. numero 16. fol. 134

3 Aduocati pauperum causas gratis agere debent. num. 18. ibid.

3 Aduocati officium exercuit Christus in hoc mundo, & continuè illud exercet in cælo intercedendo pro nobis apud patrem. consilio 36. numero 5. fol. 133

3 Aduocati indocti officium aduocationis exercere non possunt. ibid. nu. 6. f. eod.

3 Aduocatorum appellatione non veniunt indocti. ibid. nu. 7. f. eod.

3 Aduocatorum nequitiæ nutriuntur pelago commentariorum, vt dum quisque scribentium noua-

Index materiarum Consil.

re ex ingenio pergit, ansam sæpenumero iuris premendi aduocatis præstat, qui fora venenant, iudices ludificantur, quietem turbant, rempublicam, collegia, statum, ordinem, instituta euertere contendunt, & diis exosi sunt, ac hominibus. d. cons. 36. num. 15. f. 134

3 Aduocatum imperitum vbi videris, cõferas secundæ apicibus iuris, qui responsionis penuria cogetur declinare certamen. consilio 36. numero 13. folio 133.

3 Aduocationis officium debile, est multum difficile, & periculosum. dicto consilio 36. numero 14. fol. 134

3 Aduocationis officium laudabile est, atque vitę hominum necessarium. consilio 36. numero 1. folio 133

3 Aduocationis officium est apud Deum meritoriũ. ibid. num. 4. ibidem

1 Ædificium non cedit solo, quãdo aliqua coniectura subest, quòd ea facta nõ fuerit animo donandi. cons. 28. num. 15. f. 139

1 Ædificium factum per emphyteotam, non cadit solo, si emphyteosis est finita sine culpa emphyteotæ. cons. 28. num. 16. ibid.

2 Ædificare cuilibet licet regulariter in suo, etiam vsque ad cælum, posito quòd alteri noceat, dummodo principaliter non faciat, vt alteri noceat, sed vt sibi prosit. declara vt in numero 31. consilio 22. nu. 2. fol. 82

2 Ædificationi mœnium publicorum vacandum est omni tempore, siue bellis vrgentibus, siue hominibus in pacis ocio gratulantibus. consil. 1. num. 196. fol. 21

3 Ægidius Bossius reprehenditur in tractatu suo crimi. in titu. de princ. numero 152. consilio 13. nume. 63. f. 69

3 Æquitatem naturalem sufficit allegare. consil. 35. nume. 16. f. 130

3 Æquipollens dicitur illud, quod non est idem nomine, & significatu, sed solùm in effectu. cons. 49. num. 25. f. 169

3 Æqualitas inter contrahentes seruanda est. consil. 100. num. 15. f. 347

3 Æqualitas est pacis conseruatiua, & oppositum inæqualitas. ibid. nu. 17. f. 348

3 Æqualitatis seruandæ caussa substitutio compendiosa facta personis disparibus continet fideicommissariam tantùm, etiam si ex tali interpretatione substitutio reddatur inefficax. ibidem. numero 18. ibidem

1 Æs alienum & funeris impensa minuunt legitimã. cons. 65. num. 17. f. 253

3 Æs alienum omnia legata præcedit. consil. 39. num. 26. fol. 142

1 Æs omne alienum quod per vnum ex sociis durante societate contractum est de communi solui debet. cons. 91. num. 17. f. 351

2 Æquitas subdit, vt ibi sint commoda, vbi etiam sunt incommoda. & numero 21. consilio 8. numero 4. f. 40

2 Æstimatio rei dotalis, quando fit, vt possit cognosci, an res sit deteriorata, non facit emptionem, sed venit in restitutione dotis. consilio 92. numero 6. folio 329

2 Æstimatio rerum dotalium, licèt faciat emptionem, id tamen recipitur, quotiens tempore æstimationis maritus est soluendo, aliàs secus. cons. 92. numero 7. ibidem

2 Æstimatio vitæ occisi debet fieri secundum communem opinionem iuxta formam l. hereditatem. ff. ad l. Falcidiam. consil. 39. nu. 14. f. 131

2 Æstimatio rerum dotalium, quando emptionem constituit, facit fundum ex toto desinere esse dotalem, adeò quòd sine consensu vxoris possint per maritum alienari, tanquam res propriæ, & nu. 15, & 20. cons. eod. f. eodem

2 Æstimata prædia quando dantur in dotem pacto apposito, quòd reddatur æstimatio, faciunt emptionem. cons. 92. nu. 13. f. 329

2 Æstimatio tunc dicitur facta ad effectum, vt sciatur valor rei, quando species ex pacto venit restituenda. consilio 92. num. 21. f. 330

2 Æstimatio rerum describenda est in inuentario. cons. 73. num. 49. f. 263

2 Æstimatio rerum dotalium, venditionem & emptionem constituit, si aliud nõ fuit expressum. consil. 92. num. 9. f. 326

1 Ætas filij probatur ex libro paterno, in quo ætas ipsius scripta reperitur. consilio 31. numero 2. folio 148

1 Ætas filij probatur ex testimonio matris. consilio 31. num. 3. ibid.

1 Ætas filij probatur per librum patris. consilio 47. num. 61. f. 201

3 Ætatis venia, require Venia ætatis.

1 Affectio maior est naturaliter in posteros, quam in suis remotiores, quia plus diligimus nepotes, quàm filios, cùm per eos longiorem nostri propagationem & diuturnitatem videamus, ad quam omnis nostra tendit intentio in concipiendo & edendo liberos. cons. 68. num. 50. f. 269

3 Affectionis, & voluntatis eiusdem præsumitur esse filius sicut & pater. consilio 1. numero 43. folio 7

1 Affectus nullus reperitur qui vincat paternum. cõsil. 2. num. 69. f. 17

1 Affinis cogi potest ad acceptandum onus seu curam alimentandi pupillum. consilio 45. numero 55. fol. 191

1 Afflicto non est danda afflictio. consilio 66. numero 51.

2 Et consil. 87. num. 27. f. 314

3 Agens ex statuto debet ad vnguem obseruare & probare omnia, quæ à statuto requiruntur. consil. 72. num. 51. f. 269

3 Agens ex substitutione, & dicens se substitutum alicui, substitutionẽ ipsam probare tenetur, & quòd substitutio comprehendat casum, de quo agitur. consil. 56. num. 4. f. 239

3 Agens temere in expensis debet condemnari. cons. 41. num. 2. f. 145

3 Agens ineptè cõdemnandus venit in expensis. consil. 26. nu. 27. f. 107

3 Agens vt agnatus debet probare se agnatum. cons. 32. num. 16. f. 121

3 Agens ex vna caussa, & probans de alia, succumbere debet. consilio 52. numero 11. folio 182

3 Agens ad hereditatem tanquam sibi delatam ab intestato, quæ tamen ex testamento delata fuit, succumbere debet. ibid. nu. 12.

2 Agens vt agnatus, de quo statutum loquitur, debet probare se agnatum. consilio 10. numero 24. fol. 50

3 Agens tanquam proximior, debet probare se proximiorem. ibid. nu. 25. f. 51

3 Agens, & temerè litigans debet in expensis condemnari

mnari etiam si reus iniustam causſam foueret.consſ. 10.nu.28. ibid.

3 Agens vt proximior debet probare proximitatem per gradus.consſ. 32.nu. 23. f.121

3 Agẽs interdicto,vti possſidetis,vincere debet si probat antiquiorem possſessionem. consſ. 9 .nume.29. fol.47

1 Agens ad pœnam contra aliquẽ debet probare adimplemẽtum pro parte sua,aliàs non potest agere. consſ.53.nu.28.f.217.& in consſ.57.nu.17. f.227

1 Quod ampliatur procedere etiã si vnus contrahentium deficeret in vno minimo capitulo.consſ. 53. nu.29. f.217

1 Et etiam si contractus esſet iuratus.consſ.53.numero30. ibid.

1 Et eo maximè,si exceptio non adimplementi apposita fuit per partem,quamuis nonnulli tenuerunt istud procedere parte non opponente,& num.33. consſ.53.nu.31. ibid.

1 Agens contra filium vti hæredem patris secundum communem debet illũ probare heredem.consſ.20. num.18. f.110

1 Agens rei vendicatione debet probare de dominio authoris sui.consſ.48.nu.8. f.203

1 Agens tanquam agnatus de quo statutum loquitur debet probare se agnatum.consſ.63.nu.10. f.248

1 Agens temere in expensis est cõdemnandus.consſ. 48.nu.10.& consſ.57.nu.53. f.230

1 Agens vt agnatus ad feudum, agnatum probare se debet & proximiorem ac legitimum.consſ.67.numero 18. f.261

1 Agẽs vt proximior debet probare se proximiorem. consſ.63.nu.14. f.279

2 Agens ad prædium debet secundum communem articulare de identitate, eamque probare per duo confinia.consſ.67.nu.4. f.232

2 Agens interdicto adipiscendę,possessionem defuncti probare tenetur.consſ.48.nu.5. f.302

2 Agens ex vna causſa,& probãs de alia, obtinere debet,si proceditur sola facti veritate inspecta.consſ. 53.nu.12. 101

2 Agenti contra fratrem possſidentem bona, quæ de pecunijs paternis acquisita asſeruntur,incumbit onus probandi. quod amplia procedere, etiam si filius administrasſet bona paterna, vt in nu. 11.consſ. 90.nu.9. f.322

2 Ager si distractus est fructibus iam maturis, hi emtori cedere debent, & nu.20. vbi declaratur. consſ. 27.nu.14. f.96

1 Agere ex contractu vltro citroq; obligatorio quis non potest nisi prius pro parte sua adimpleat promissa.consſ.6.nu.18. f.53

Quod amplia procedere etiam si in contractu sit iuramentum vt ibi nu.19. ibid.

1 Agere volens cõtra tertium possſessorẽ debet prius excutere principalem debitorem.consſ.14. num.7. fol.86

Item pronuntiari debet excussſionẽ legitimè factam secundum communem.consſ.14.nu.8. f.87

1 Agnatus agens tanquam agnatus,debet probare se agnatum.consſ.3.num.41.44.& 113. f.32.&37.& in consſ.93.nu.11. f.240

1 Agnatus prior succedit in feudo.consſ.67.n.13. f.261

1 Agnatus qui se subscripsit inuestituræ factæ à domino de feudo ipsius agnati animo consentiendi sibi præiudicat.consſ.2.nu.36. f.15

2 Agnatus proximior vltimo morienti in feudis antiquis succedere debet.consſ.82.numero35. f.295

2 Agnatus,qui vult admitti in feudo hereditario,debet probare se heredem vltimi defuncti, vel primi acquirentis.con.67.nu.25. f.234

2 Agnatus in feudo antiquo hereditario admittitur in infinitum si sit de descendentibus primi acquisitoris,vel vsque ad septimum gradum quando feudum primordialiter fecit transitum de primo acquirente in transuersales.consilio 10.nume.21. fol.50.

3 Agnatus sicut præfertur domino in prohibendo,ita & in reuocando.consſ.60.nu.9. f.219

3 Agnatº præfertur domino in reuocatione feudi antiqui alienati per vasallum sine consensu domini,& agnatorum in extraneum.consilio 57.numero 59. fol.203.

3 Agnato conceditur tempus triginta annorũ secundum communem ad recupetãdum feudum in extraneum alienatum vtili rei vendicatione.consſ.57. nu.64. ibid.

3 Agnati non sunt legitimi contradictores ad impediendam immissionem in possessionem iuxta l.fin. C.de edic.diui Adr. tol. quando non habẽt titulum ab hærede vel defuncto. consilio 2. numero 47. fol.17

3 Agnati transuersales descendentes ex descendentibus à primo acquirẽte secundum communẽ non succedunt in feudo antiquo nisi vsq; ad septimum gradum,quando feudum primordialiter transitum fecit de primo acquirente in transuersales.consſ.32. nu.22. f.121

3 Agnati sunt legitimi contradictores ad impediendam missionem in possessionem bonorum feudalium, si offerunt in continenti velle probare bona esſe feudalia.consſ.3.nu.32. f.16

3 Agnati sunt legitimi contradictores ad impediendã missionem in possessionem bonorum feudalium, si offerunt in continenti velle probare bona esſe feudalia.consſ.98.nu.32. f.341

3 Agnati non sunt legitimi contradictores ad impediendam missionem in possessionem iuxta.l.fin.C. de edic.diui Adr. tol. quando non habent titulum ab hærede vel defuncto. consilio 98.numero 47. fol. 342

3 Agnati transuersales non succedunt in feudo nouo. consſ.16.nu.1. f.78

3 Agnati transuersales admittũtur in feudo antiquo. consſ.16.nu.7. f.79

3 Agnati transuersales non admittũtur in feudo concesſo iure antiqui,& paterni feudi.consſ.16.nu.4. fol.78

3 Agnati debent esſe cauti ne patiantur labi annum qui reuocent feudum antiquum alienatum in remotiorem à die scientiæ, quia per eius lapsum excluduntur à reuocatione.consilio 57.numero 69. fol.204

1 Agnati transuersales non succedunt in feudo nouo nisi istud expresse dictum fuerit in inuestitura.consſ.60.nu.1. f.236.

1 Agnati transuersales non descendentes à primo stipite non possſunt succedere in feudo acquisito iure feudi antiqui paterni & auiti sicut non succedunt in feudo antiquo.consſ. 60.nu.12.ibid. Sed contrà, nu.54.vbi declaratur. f.239

1 Agnati transuersales in feudis non succedunt vltra septimum gradum.consſ.3.nu.7. f.29

Quod declara vt in n.8.cum duobus sequentib.ibid.

1 Agnati vel consortes qui ex disposition legis vel statuti habent ius reuocãdi infra annũ alienata per

Index materiarum Conſ.

agnatos vel conſortes ius illud perdunt ſi infra annum à die ſcientiæ alenata non cõlequantur. conſ. 3.nu.152. f.39

1 Agnati citandi ſunt in legitimatione, ſi de eorũ præiudicio tractatur. conſ.89.nu.13. f.342

1 Agnati diuerſorum graduum ſi concurrunt ad reuocationem feudi alienati, is enim admittitur qui prior eſt in gradu. conſ.67.nu.16. f.261

1 Agnati ſuccedunt in feudo antiquo. conſ.60.nu.18. fol.237.

1 Agnati ſuccedunt in feudis eo ordine quo ſucceditur de iure communi niſi contrarium expreſsè in feudis caueatur. conſ.67.nu.14. f.261

2 Agnati tranſuerſales admittũtur in feudo paterno, declara, vt in nu.27. conſ.41.nu.7. f.137

2 Agnati tranſuerſales ſuccedũr in feudo antiquo, ſicut in paterno. conſ.41.nu.11. ibid.

2 Agnato non poteſt deferri iuramentum ſuper feudo, quod originẽ habuit in perſonam primi acquirentis, quando agnatus de hoc non poteſt eſſe certus. conſ.82.nu.27. f.294

3 Agnatio per legitimatos conſeruatur. conſ. 67. numero 24. f.241

3 Agnatio conſeruatur per maſculos, & non per fœminas. conſ.82.nu.15. f.300

3 Agnationis ius conſiſtit in legitimis. conſ.32.nu.19. fol.121.

2 Alapis afficiens officialẽ pœna mortis de iure communi punitur, declara vt in num.13. conſ.48.nu.1. fol.162.

3 Alba reprobatur in conſ.62. conſil.2. numero 45. fol.15.

3 Alba reprobatur in conſ.60.nu.70. conſ.98.nu.15. fol.340.

2 Aleator dicitur vilis perſona. conſilio 34. numero 3. fol.115.

1 Alere qui tenetur, ſimiliter & dotare tenetur. conſ. 91.num.42. f.347

1 Alienare & diſponere de rebus ſuis vnuſquiſq; poteſt & cui voluerit. conſi.21.num.8. f.112

1 Alienare prohibitus extra familiam nõ prohibetur ſi eſt vltimus de familia. conſ.25.nu.19. f.130

1 Alienata per grauatum computantur in legitimam & trebellianicam. conſ.25.nu.17. f.129

1 Alienatio vbi permittitur, etiam hæredis inſtitutio conceditur. conſ.3.nu.11. f.30

1 Alienatio bonorum minoris vt valeat opus quod præcedat iudicis interlocutoria per quam declaretur bona mobilia non extare in quibus ſolui poſſit æs alienum. conſ.33.nu.6. f.156. & in conſ.99.nu.4. fol.382

Item quod vendatur res non magna pro paruo debito, vt ibi nu.8. f.156

Et res minus damnoſa pupillo, vt num.7. f.156. & in conſ.99.nu.5. f.382

Item quod fiat cum decreto iudicis quod interponi debet eo ſedente pro tribunali, vt in nu.9. f.156

Necnon neceſſe eſt antequam ad eam procedatur quod liqueat iudici per diſcuſſionem bonorum nõ extare bona mobilia ex quibus ſolui poſſit æs alienum, vt ibi nu.4. ibid.

1 Alienatio bonorum minorum vt valeat non ſufficit quod in inſtrumẽto dicatur creditorem inſtaſſe & petijſſe ſibi ſolui, & æs alienum eſſe & non extare alia bona in quibus ſolui poſſit debitum conſi.99. numero 8. & 9. Sed requiritur quod verè creditor vrgeat pupillos ad ſoluendum, vt ibi nu.4. f.383

1 Alienatio bonorum minoris quando nõ tenet non transfertur dominium cum cauſſa ſit nulla. conſ.33. nu.22. f.157

1 Alienatio bonorum eccleſię vel minorum ſine ſubhaſtatione de iure Canonico valet. conſ.99.nu.18. fol.383.

1 Alienatio dicitur prohibita ſi dicatur etſi alienabit vel tentabit alienare: quia dicta verba ſignificant tempus ante alienationem perfectam & quod antequam ea ſequatur & ſit in actu alienandi inducitur priuatio. conſ.56.nu.12. f.225

1 Alienatio facta à pupillo cum decreto iudicis preſumitur legitimè facta & cum omnibus ſolennitatibus à iure requiſitis, & illi ſtandum eſt donec pupillus oſtendat iudicem falſis allegationibus circumuentum fuiſſe. conſ.90.nu.10. f.346

1 Alienatio facta de re eccleſiæ ſine conſenſu ſuperioris licet non poſſit ratificari per ſequentem authoritatem, tamen ratificatur per ſubſequentem conſenſum. conſ.97.nu.31. f.376

1 Alienatio facta per commendatorẽ Hieroſolymitanum cum conſenſu Papę valet, etſi non interuenerit conſenſus magni magiſtri. conſ.15.nu.5. f.90

1 Alienatio facta per emphyteotam ex diuturnitate tẽporis præſumitur facta de conſenſu domini. conſil.2.nu.28. f.15

1 Alienatio facta per prætorem ob collectam non ſolutam à debitore, nulla præcedẽte citatione de ſoluendo non valet. conſ.32.nu.19. f.153

1 Alienatio feudi in qua nedum interuenit conſenſus domini & illorum ad quos feudum erat recaſurum adeo valet quod non admittuntur qui conſenſerũt ad reuocationem alienationis. conſ.2.num.35. f.15. quod declaratur nu.141. f.24

1 Alienatio feudi paterni & antiqui ſine conſenſu domini & agnatorum non valet. conſ.2.nume.106. fol.20.

1 Alienatio feudi paterni facta ſine conſenſu agnatorum quamuis non valeat de conſuetudine feudali, tamen ſecus eſt ſi adſit conſuetudo contraria. conſ. 42,nu.24. f.181

1 Alienatio feudi paterni & antiqui facta per patrem cum conſenſu domini etſi filijs & alijs agnatis obeſſe non poſſit, hoc tamen ſecundum communem fallit quando filij vel agnati eſſent heredes alienantis & inuentarium non confeciſſent conſ. 97. numero 46. f.377

Et eo maximè eſt vera huiuſmodi ſententia ſi alienãs promiſit non conuenire per ſe & heredes ſuos vt in nu.47. ibid.

1 Alienatio in agnatos proximiores fieri poteſt ſi ſunt de comprehẽſis in inueſtitura & feudum ſit ad eos aliquando recaſurum conſi.60.nu.51. f.239

1 Alienatio in agnatos proximiores & comprehenſos in inueſtitura non dicitur alienatio ſed refutatio. conſ.60.nu.52. ibid.

1 Alienatio neceſſaria quę fit per diuiſionem neceſſariam & iudicialem permittitur in feudis irrequiſito domino. conſ.80.nu.48. f.311

1 Alienatio per principem fieri non poteſt ex qua ſequatur expropriatio & abdicatio dominij, dignitatis & iuriſdictionis, quia eſſet deformare principatum. conſ.2.nu.98. f.20

1 Alienatio prædiorum pro perſoluendis collectis ſi minus ſoleniter facta fuerit retractãda venit conſ. 32.nu.16. f.153

1 Alienatio prohibita per teſtatorẽ cum clauſula quod in caſu contrauentionis ea ſit nulla & nullius momenti & res tranſeat ad cohæredem, non habet effectum

fectum quàndo non supereſt perſona in cuius fauorem facta fuit prohibitio & quæ poſſit dictam alienationem reuocare.conſ.25.nu.18. f.129
1 Alienatio regis quæ tendit nedum in præiudicium ipſius ſed totius regni, poteſt per ſe ipſummet reuocari.conſ.2.nu.100. f.20
1 Alienatio rei eccleſiæ facta ſine conſenſu ſuperioris qui non interuenit tempore alienationis non valet.conſ.97.nu 12.f.375.Sed contra,num.18.&30. fol. 376
1 Alienatio rei eccleſiæ cuius conſenſum requirat ponitur, in conſ.15.nu.4. f.89
1 Alienatio rerum eccleſię cuiuſcunq; hodie per conſtitutionem Paulinam quæ vbiq; ſeruatur eſt nulla. conſ.15.nu.9. f.90
1 Alienatio rerum eccleſiæ licet in nonnullis caſibus permiſſa ſit,tamen pro ea non præſumitur.conſ.15. nu.17. ibid.
1 Alienatio rerum eccleſiaſticarum requirit cauſſam neceſſitatis vel euidentis vtilitatis quæ ſecundum communem probanda venit.conſ.15.nu.16. ibid.
1 Alienatio rerum minoris depẽdens à facto paterno quamuis reperiatur facta ſine debitis ſolennitatib. requiſitis à iure valet.conſ.99.num.38.f.385.quod intellige vt in nu.45,46.47. ibid.
1 Alienatio rerum vniuerſitatis vt valeat,debẽt interuenire in ea duæ partes ex tribus conſilij,ſufficit tamen quod maior pars illarum duarum conſentiat. conſ.90.nu.19. f.346
Item debent interuenire cum Curialibus vel maiori parte maior pars honoratorum & poſſeſſorum qui propoſitis ſacroſanctis euangelijs iurent ſimul cum conſiliarijs quod credunt alienationem huiuſmodi vtilem eſſe patriæ vt in nu.20. f.347
1 Alienatio ſi facta fuit in plus per filiũ grauatũ quam importat legitima à poſſeſſorib. per fideicommiſſarios poterit vendicari quod plus venditum reperitur vltra legitimam.conſ.78.nu.21. f.303
1 Alienatio vbi à iure prohibetur impeditur tranſlatio dominij.conſ.33.nu.24. f.157
1 Alienatio vbi eſt prohibita ibi etiam eſt prohibita præſcriptio.conſ.3.nu.19.f.30.quod declaratur vt in nu.83.
2 Alienatio eſt actus per quem dominium transfertur.conſ.51.nu.7. f.172
2 Alienatio ſi prohibeatur ſub pœna per teſtamentũ, vel ſtatutum,nunquam incurritur per alienantem in pœnam ſi non fuit proceſſum ad actualem traditionem & nu.8.conſ.51.nu.3. ibid.
2 Alienatio feudi paterni,& antiqui facta cum conſenſu domini,ſed non agnatorum non valet.conſ. 41.nu.14. f.138
2 Alienatio, quæ fit propter delictum, non eſt digna priuilegijs,quæ habet alienatio neceſſaria abſq; delicto.conſ.93.nu.28. f.332
2 Alienatio partis feudi facta per fratrem fratri poſt lapſum temporis ſtatuti ad petendum confirmationem,non valet.conſ.64.nu.8. f.220
2 Alienatio feudi habentis naturam paterni, & antiqui facta per patrem, ſecundum communem non præiudicat filijs.conſ.64.nu.36. f.222
2 Alienatio rei dotalis facta cũ iuramento valet. conſ. 70.nu.24. f.246
2 Alienatio facta neptibus,licet ſola non ſufficiat ad arguendum donationem fraudulentam, tamẽ coadiuuat præcedentem.conſ.58.nu.4. f.197
2 Alienatio facta per vaſallum de parte feudi in agnatum proximum poſt lapſum temporis limitati ad petendum inueſtituram licet non valeat, tamen agnatus ipſe non obſtante dicta alienatione inualida admittitur ad illam partem ex iure accreſcendi. conſ.64.nu.10. f.220
2 Alienatio bonorum aduentitiorum filij, in quibus pater habet vſumfructum, & ſi ei ſit interdicta,tamen ad vtilitatem filij eſt ſibi permiſſa.conſ.54.numero 18. f.186
2 Alienatio feudi prohibetur,etiam quòad poſſeſſionem,quod intellige,vt in nu.19.conſ.59.nume.6. fol.199
2 Alienatio feudi,quæ domino directo non ſit præiudicialis valet. conſ.59.nu.17. f.200
2 Alienatio feudi dotalis non valet,etiam conſentiente vxore, fallit ſi cum iuramento facta ſit.conſ.25. nu.11. f.90
2 Alienatio feudi facta in agnatum proximiorẽ, non dicitur alienatio ſed refutatio.conſil.41.nume. 18. fol.138
3 Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo ſi fiat ab ignorante ignoranti licet valeat,tamen ſecus ſi expreſsè fuit prohibita alienatio. conſilio 7. numero 76. fol.39
3 Alienatio feudi antiqui facta ſine conſenſu domini & agnatorum non valet,conſi.57.nu.33. fol.202
3 Alienatio immobilium minoris vt valeat,non ſufficit quòd in inſtrumento notarius dicat creditorem inſtaſſe & petijſſe ſibi ſolui,& æs alienum eſſe.conſ. 7.nu.70. f.38
3 Alienatio feudi paterni,vel antiqui nedum eſt prohibita fauore domini, ſed etiam agnatorum. conſi. 60.nu.14. f.220
3 Alienatio facta per vaſallum in agnatum remotiorem ſine conſenſu domini licet valeat, non tamen in præiudicium aliorum agnatorum poſt mortem alienantis.conſi.57.nu.65. f.203
3 Alienatio feudi facta ſine cõſenſu domini & agnatorum non præiudicat agnato proximiori quin illud reuocare poſſit nedum poſt mortem alienantis,ſed etiam eius vita durante. conſil.57.nume.63. ibidem.
3 Alienatio feudi facta ſine conſenſu domini, & ſi ſit nulla ipſo iure,tamen hoc intelligitur domino volente.conſ.57.num.8. f.201
3 Alienatio bonorum omnium ſi eſt permiſſa, comprehendit tam bona tacitè quàm expreſsè prohibita alienari, & quæ aliàs non comprehenderentur ſi non eſſet appoſita illa dictio omnis, quæ omnia includit.con.54.nu.47. f.189
3 Alienatio immobiliũ minoris non ſubſiſtente cauſſa neceſſitatis, etiam ſi expedierit minori vendere. non valet.conſ.7.nu.26. f.36
3 Alienatio ſi eſt prohibita quoquomodo, cenſetur etiam prohibita alienatio neceſſaria.conſ.80.nu.37. fol.294.
1 Alienationis appellatione venit & donatio conſi.2. nu.104. f.20
1 Alienationis verbo quando lex vtitur permiſſiuè continetur & hæredis inſtitutio conſil.42.nume.8. fol.180.
2 Alienans feudum in immediatè ſucceſſurum,dicitur alienare cum conſenſu legis.conſ.64.num.23. fol.221
1 Alienationes rerum ſtabilium minorum, vt valeant,neceſſe eſt,quòd antequam ad eas procedatur, iudici liqueat per diſcuſſionem bonorum non extare bona mobilia ex quib. ſolui poſſit æs alienum. conſ.33.nu.4. f.155

Index materiarum Consil.

2 Alienationes iurium regalium interdictæ sunt,ne respublica propter multas, licet modicas alienationes,ad nihilum redigatur,consil.1.nu.125. f.15

3 Alimenta filio debētur de iure naturali & positiuo simul,quarta verò quæ debetur coniugi inopi est tantum de iure positiuo.consil.14.nu.17. f.72

3 Alimenta quando alicui relinquuntur in domo testatoris,si commodè potest in ea habitare, non debent extra domum præstari.cons89.nu.10. f.316

3 Alimenta quando à pluribus hæredibus debentur duobus,potest diuidi præstatio per tempora,declara vt infrà.consilio 89.nu 14. ibid.

1 Alimenta legatario præstari debent secūdum quantitatem fructuum,non autem vendi prædia si fructus non sufficiunt ad alimenta. consil.22.num.21. fol.115

1 Aliměta petēs extra domum hæredum dicitur plus petere cùm præstatio ipsa sit grauior hæredib.cons. 22.nu.10. f.114

1 Alimenta præstari debēt per hæredes legatario extra domum si adest iusta causla non morandi cum eis.consil.22.nu.11. ibid.

1 Alimenta quæ dantur miserationis gratia non debentur secundum dignitatem, sed necessitatem viuendi.cons.74.nu.41. f.289

1 Alimenta veniunt præstanda in domo hæredum. cons.22.nu.9. f.114

1 Alimentorum appellatione venit habitatio quam hæres variare potest.cons.22.nu.1. f.114

Item cibaria & potus.nu.2. ibid.

Medicinæ & expensæ medici.vt in nu.3.

Necnon vestes & pelles.vt in nu.4.

Ac calciarium lectus & culcitra. vt in numero 5.& 6. ibidem.

Plus & aqua quando est venalis vt practicatur Venetijs.vt in nu.7. ibid.

Pariterq; expensæ pro præceptoribus & magistris.vt in nu. 8. ibid.

Quæ sint iustæ causlæ hîc ponuntur.nu.12.& nu. 13. & 14. ibid.

1 Alimentorum præstatio danda est per hæredem legatario per menses videlicet respectu rerum quæ recipiunt menstruam solutionem,vt vinū frumentum & ligna.cons.22.nu.22. f.115

Respectu vero rerum quæ non possunt diuidi per mensem vt vestimēta tunc danda erit cum legatarius egebit,vt in nu.23. ibid.

Quo vero ad res quæ si pro toto tempore præstarentur corrumperentur in sua specie,vt pisces,carnes & similia,& in his debetur æstimatio seu pecunia.vt in num.24.

1 Aliud est alienare quod suum est & aliud accipere. cons.15.nu.31. f.92

1 Aliud est dispensare & aliud legitimare.cons.61.numero 52. f.245

1 Aliud est instigare & aliud mandare.cons.16.nu.14. fol.95.

1 Aliud est rationem esse redditam,& aliud redditam confiteri.cons 49.nu.53. f.207

2 Alimenta mulier petere nō potest finito primo anno statuto à lege hæredibus mariti ad soluendum ei dotes consistentes in pecunia. cons.55. numero 1. fol.191

2 Alimenta negare,est hominem necare,cons.54.numero 60. f.188

2 Alimenta vbi debentur ex dispositione legis,statuti,vel iudicis peti non possunt,quando aliunde quis viuere potest,secus quando debentur ex dispositione hominis,vel iure actionis.cons.55.nu.5. f.191

2 Alimenta debentur secundū qualitatem redituum, non autem secundum quantitatē patrimonij.cons. 74.nu.18. f.265

1 Alimenta augenda sunt secundum quod augetur ætas,& secundum conditionem eorum,quibus debentur.cons.74.nu.19. ibid.

2 Alimentorum appellatione, quæ veniant. cons.54. nu.26. f.187

2 Aliud est vniuersitas,& aliud singuli.cons.72.nu.4. fol.255

1 Allegans se procuratorem alicuius tenetur fidem facere de suo mandato.cons.48.nu.1. f.202

1 Allegans turpitudinem ad sui commodum & vtilitatem audiri non debet.cons.24.nu.72. fol.126

1 Allegatio malæfidei præsumta non admittitur vltra triginta annos.cons.3.nu.93. f.35

1 Allegatio sufficit in notorijs.cons.87.nu.23. f.336

3 Allegatio bona(vt experientia docet)sæpè inficitur, & obnubilatur ob nimiam allegationem,siniſtraq; oritur suspicio contra allegantem.cons.36.num.28. fol.134.

2 Allegatio tituli cum probatione immemoriali habet vim contractus oneros,qui per Principem sine causla reuocari non potest.cons.66.nu.23. f.227

3 Allegans se esse intra septimum gradum, debet hāc qualitatem probare.cons.10.nu.26. f.51

3 Allegans se descendentem alicuius,qualitatē ipsam probare tenetur,cùm sit fundamentum suæ intentionis.cons.32.nu.11. f.121

3 Allegans se agnatum, non solùm tenetur probare se agnatum,sed etiā legitimum.cons.32.nu.18. ibid.

3 Alleganti aliquem esse notarium,clericum,vel posse viuere ex operibus suis, incumbit onus probandi.cons.54.nu.76. f.189

3 Alleganti hæredes vasalli præmortui fore priuatos feudo propter renouationem non petitam intra tempus legale,incumbit onus probandi, quòd terminus anni & diei est lapsus post tempus aditæ hæreditatis.sed contra num.sequenti.cons.40.nu. 10. fol.143

3 Alleganti aliquem se laqueo suspendisse ob conscientiam sui criminis,incumbit onus probandi.cons. 20.nu.2. f.89

3 Allegāti feudum esse nouum,incumbit onus probandi.cons.32.nu.3. f.120

3 Alleganti copiam testium requisitam à statuto in testamento potuisse in ea interuenire incumbit onus probandi.cons.30.nu.9. f.116

1 Alterare modum in feudo non est disuestire & priuare vasallos sed ponere eos sub quadam regula iustitiæ & æquitatis, & istud posse inest à natiuitate cuiuscunque feudi.cons.3.nu.138. f.38

3 Amicus non tenetur alere amicum reductum ad egestatem.cons.5.nu.19. f.28

3 Amicum esse alterius, non est malum. cons. 1.numero 85. f.10

2 Amici conuocati ab amico, vt magis tutè adulterum vilem repertum cum vxore occidat puniendi non veniunt aliqua pœna. consilio 34. numero 8. fol.115

3 Amicitiam fuisse contractam in perniciem domini,probatur ex coniecturis.cons.1.nu.88. f.11

3 Ambages sunt reijciendæ. consilio 92.numero 3. fol.314

3 Amissio feudi licet ex copulatione amicitiæ cū inimicis domini caussetur ex præsumptione, non autem ex vera probatione,tamen contra eam admittitur

D. Rolandi à Valle.

titur probatio in contrarium. consil. 1. numero 91. fol. 11

1 *A*missio omnium bonorum & potentiæ est iustus metus.cons.2.nu.56. f.17

2 *A*mpliari hominum adiectione imperiũ cupit imperator,potius quàm pecuniarum copia.con.52.numero 10. f.167

2 *A*nima cuique rei præferenda venit.cons.70.nu.35. fol.247.

2 *A*nimalia,vestes & similia, quãdo dantur in dotem interest mariti,vt non dentur estimata.cons.92.numero 10. f.329

3 *A*nima corpori præfertur.cons.5.nu.14. f.28

1 *A*nima cunctis reb. præferenda est.cons.69.nu.29. f.273.& in cons.98.nu.33. f.381

1 *A*nima mariti contristatur per transitum vxoris ad secunda vota.cons.69.nu.34. f.273

1 *A*nimus declaratur nedum verbis,sed & facto.cons. 77.nu.31. f.300

1 *A*nimus talis esse præsumitur qualis fuit de præterito vel de præsenti declaratus.consilio 77.nume.33. ibidem.

2 *A*nimus hominis ex loquela iudicatur.cons.61.numero 9. f.206

3 *A*nimus iniuriandi in dubio non præsumitur. cons. 11.nu.45. f.55

3 *A*nimus per testes probari non potest.cons.11.numero 11. f.53

3 *A*nimus est quid latens in corde, quid inuisibile, & res quæ non potest percipi aliquo sensu corporis,& qui à solo Deo cognoscitur. consilio 11.nume. 12. ibidem.

3 *A*nimus verus per actus exteriores non cõprehenditur:sed fictè.ibid.nu.14. ibid.

3 *A*nimus verus per actus exteriores potest comprehendi quando præcisè tenderet ad delictum, aliàs secus.ibid.nu.16. ibid.

3 *A*nimo alicuius quæ dependent, probatur eius iuramento.cons.11.nu.49. f.55

3 *A*nimum delinquendi non habet, qui opponit exceptionem vt alium ab intentione repellat.cons.11. nu.22. f.54

3 *A*nimum fraudandi gabellã non habet, qui transit in loco gabellæ & non reperit gabellarium,sed ponit pecuniam in fenestra domus vel sub lapide, vt eam publicanus reuersus inueniat. cons 42.nu.10. fol.149.

3 *A*nchar.cons.70.declaratur.consil.51.numero 10. folio 179

2 *A*nnui reditus computantur inter immobilia, & nu.28.cons.54.nu.5. f.186

2 *A*nnui reditus excusant à satisdatione, sicut immobilia.cons.54.nu.7. ibid.

2 *A*nnui reditus ciuitatis vendi non possunt sine solennitate,quæ requiritur in venditione rerum immobilium,sicut nec annui reditus ecclesiæ.cons.54. nu.10. ibid.

3 *A*nnus & dies statutus ad petẽdum renouationem inuestituræ à principio est vtilis, & post scientiam continuus.cons.40.num.8. f.143

2 *A*ntiquitas tẽporis operatur,vt omnia præsumantur interuenisse, quæ ad validitatem laudi & compromissi erant necessaria. consilio 99. numero 24. f. 354.

3 *A*ntiquorum morem qui nõ seruat, honorem eorum non seruat,à quo successores valde cauere debent.cons.55.nu.18. f.191

2 *A*ppellans in prosecutione suæ appellationis debet summa ope niti.cons.15.nu.14. f.62

2 *A*ppellandum est gradatim,primò ad dominum inferiorem,& demum ad superiorem.cons.48.nu.33 fol.164.

2 Cauere debent malefactores, ne ad terras confœderatas aufugiant, quia poterunt ibi puniri. consil. 60.num.8. f.202

2 Cauere debent domini terrarum, ne ita passim faciant venationum proclamata. consilio 9. num.18. fol.44

2 Cauendũ est, ne onus quod debet esse multorum, pauci supportent aliis subleuatis.consilio 1.numero 177. f.19

1 Caussa conseruationis testamenti concernit publicam vtilitatem.cons.81.nu.43. f.315

1 Caussa dotis non minus est fauorabilis, quàm caussa alimentorum. cons.74.nu.44. f.290

1 Caussa ducentum aureorum dicitur magna si est inter ciues,secus si inter reges.consilio 16.numero 12. fol.131

1 Caussa miserabilium personarum relicto iudice ordinario potest examinari apud principem vel eius senatum.consil.76.num.35. f.297

1 Caussa pupillorum dicitur miserabilium personarum.cons.76.num.44. ibidem

1 Caussa requirirturr in legitimatione facta à comite palatino, secus si ab Imperatore: quia tunc sola voluntas pro ratione habetur.consilio 89.numero 15. fol.377

1 Caussa specialis rationabilis & consona iuri exprimi debet in legitimatione.consilio 89.num.52. f.379

1 Caussa testamenti fauorabilis est. consil.81.nu.59. fol.316

2 Caussa proxima & remota vbi concurrunt, potius attendenda est caussa proxima quàm remota. cons. 48.nu.30. f.164

2 Caussa immediata semper plus attenditur, quàm mediata.cons.48.nu.31. ibidem

2 Caussa miserabilium personarum, vt sunt viduæ,& pupilli, licèt dicatur summaria, & cognosci debeat de plano sine scriptis,& solutione sportularum, tamen illud procedit in viduis & pupillis pauperibus, secus si diuitibus, quia tunc non dicuntur miserabiles, nec earum gaudent priuilegio. consil.20. numero 13. f.75

2 Caussa possessorij, in qua est prohibita appellatio de iure communi,si committatur appellatione remota,non poterit etiam appellari in casibus, in quibus de iure speciali interponi potuisset.consil.81.nu.23. fol.350

2 Caussa quando requiritur ad essentiam actus, non sufficit illam habere pro subsistente, nisi verè caussa subsistere probatur.cons.55.nu.31. f.193

2 Caussa alimentorum,& si sit fauorabilis,non tamen adeò pia, ex qua plus possit pecuniæ deberi, quàm sit debitum principale.cons.55.nu.27. ibid.

2 Caussa vbi requiritur quòd certo,& limitato tempore adsit, sufficit, quòd tempore illo limitato adfuerit,quamuis postea cessauerit,& nu.56. cons.52. num.48. f.179

2 Caussa possessorij reputatur modici prẽiudicij. consil.75.num.15. f.292

2 Caussa criminalis clerici non potest per episcopum laico & clerico simul committi. consil.12.num.47. fol.56

2 Causa noua superueniente receditur à qualibet dispositione. cons.1.nu.159. f.18

2 Caussa,quando committitur cum potestate citandi per edictum,citationes debent affigi saltem in duobus locis,aliàs si secus fiat,illæ sunt nullæ.consil.68. nu.28. f.237

D. Rolandi à Valle.

2 Cauſſa criminalis vbi eſt præiudicialis ad ciuilẽ primo loco motam ſuperſederi debet in ciuili, quouſq; cauſſa criminalis fuit deciſa. conſilio 13. numero 1. fol. 57

2 Cauſſa criminalis vbicunq; abſorbet ciuilem, tunc ſuſpenditur ciuilis, & proceditur in criminali. conſi. 13. num. 3. ibid.

2 Cauſſa iuſta ſubeſſe debet in decreto iudicis. conſil. 54. num. 30. f. 187

3 Cauſſa poſſeſſorij, in qua de iure communi eſt prohibita appellatio, ſi committitur appellatione remota, nõ poterit etiam appellari in illis caſibus ſpecialibus, in quibus interponi potuiſſet. conſilio 7. nume. 79. f. 39

3 Cauſſa dotis non minus eſt fauorabilis, quàm cauſſa alimentorum. conſil. 85. nu. 3. f. 309

3 Cauſſa proxima magis influit quàm remota. conſil. 82. num. 14. f. 300

3 Cauſſa finalis in cõtractibus ſignificat principalem intentionem. conſ. 58. num. 86. f. 261

3 Cauſſa abſolutionis à iuramento eſt merè eccleſiaſtica. conſ. 99. nu. 28. f. 212

3 Cauſſa quando eſt commiſſa, ſola facti veritate inſpecta, iudex poteſt procedere manu regia. conſil. 7. num. 33. f. 37

3 Cauſſæ cognitio eſt de ſubſtãtia alienationis rerum minorum. conſ. 7. nu. 65. f. 38

1 Cauſſæ meri & mixti imperij poſſunt ex cauſſa abſentiæ neceſſariæ delegari, & creditur alleganti de aſſertione cauſſæ abſque alia probatione. conſil. 5. num. 23. f. 46

2 Cauſſæ duæ vbi concurrunt in aliquo actu, quarum vna ſit immediata, & altera remota, effectus attribuitur propinquæ, & non cauſſæ remotæ. conſilio 52. num. 52. f. 179

2 Cauſſæ omnes criminales, ſiue capitales, ſiue non, ex quibus imponitur pœna applicanda fiſco, dicuntur meri imperij, & numero 16. conſil. 42. numero 3. fol. 140

1 Cauſſæ cognitio quę pro forma requiritur in diſpẽſatione debet impleri per cognitionem & inquiſitionem in ſpecie adeò quòd non ſufficeret cognitio in genere. conſ. 89. num. 57. f. 379

1 Cautela pro patribus obſeruanda, ſi volunt quòd neptes ex filia non ſuccedant. conſilio 11. num. 14. fol. 77

1 Cautela pro mulieribus ſeruanda in venditione rerum dotalium fienda per maritum & vxorem. conſil. 64. nu. 15. f. 251

1 Cautela pro teſtatoribus ſi nolunt auferre heredibus commodum dilationis legalis ad reſtituendum dotem in pecunia conſiſtentem. conſ. 10. nu. 20. f. 75

1 Cautela eſt ſecundum communem, vt moræ purgatio impediatur, quod ſtatim poſt biẽnium dominus dicat, & proteſtetur etiam emphyteota abſente, quòd illum non vult amplius pro libellario. conſ. 87. num. 8. f. 334

1 Cautela per quam valebit teſtamentum in ſcriptis, etiam quòd moriatur vnus ex teſtibus viuo teſtatore, vel eo mortuo ante eius aperturam. conſi. 36. nume. 20. f. 164

1 Cautela, pro impetrante priuilegium legitimandi, vt faciat exprimere in ſuo priuilegio de infantibus & furioſis, alàs eos legitimare non poterit. conſ. 61. nume. 7. f. 241

2 Cautela eſt, ſi quis non vult habilitare perſonã contradictoris, quòd eum non ciret ſimpliciter, ſed ſi putauerit intereſſe. conſ. 29. nu. 9. f. 102

2 Cautela ad impediendum præſcriptionem. conſ. 25. nume. 30. f. 91

2 Cautela eſt pro ſubditis, vt audita prohibitione venationis immediatè ſe opponant, & appellent. conſilio 9. num. 16. f. 44

2 Cautela eſt, vt quando quis videt actum factum in contumacia, vt perquirat in actis, ſi eſt relatio nuntij. conſi. 47. nu. 70. f. 161

2 Cautela ad defendendum conuentum de incendio. conſ. 95. nu. 21. f. 338

2 Cautela pro ſaluando ſcientes proditionem contra principem, ſed improbabilem, ne incidant in dedignationem principis. conſ. 88. nu. 22. f. 318

3 Cautela ad euitandum ſententiam excommunicationis latam per ſtatuta epiſcopi contra contrahentes matrimonia clandeſtina. conſilio 33. nume. 34. fol. 125

3 Cautela eſt, quòd quando actor vult examinari facere teſtes ad æternam rei memoriam, quòd reus offerat ſe paratum litigare. conſ. 23. nu. 17. f. 98

2 Cautela dãtur patri volenti minus relinquere filiæ, ſi monaſterium ingrediatur, quàm ſi mũdo nupſerit. conſ. 35. nu. 31. f. 132

3 Cautela per quam ſuccurritur agnatis, ſi vaſallus alienet feudum paternum, vel antiquum ſine conſenſu domini, reprobatur. conſ. 60. numero 5, & 14. f. 269, & 271

1 Cauti aduocati quando reſpondent libello, ſi negant narrata prout narrantur, petunt, poſtea in fine iurari de calumnia nec vlterius inſiſtunt, quod iuramentũ ſi poſtea omittitur, totus proceſſus redditur nullus. conſ. 71. nu. 8. f. 276

2 Cauti eſſe debemus, vt in omni contractu apponatur iuramentum, quia operatur infinitos, & mirabiles effectus. conſ. 31. nu. 5. f. 107

3 Cautio vt curatoriæ & ſi ſit ſtandum, quando obligatus ſatiſdare non inuenit fideiuſſores, tamen id verum eſſe arbitratur, quãdo iuramentum præſtitum fuiſſet ad dilationem iudicis, ſecus ſi motu proprio. conſ. 65. nu. 27. f. 236

1 Cautio de vtendo & fruendo arbitrio boni viri in his quæ vſu conſumuntur, eſt de ſubſtantia, licèt in his quæ vſu non conſumuntur, quo ad originem non ſit neceſſaria, ſed ſolùm ad traditionem. conſil. 92. num. 8. f. 295

1 Cautio de vtendo, &c. debet præſtari cum ſatiſdatione & à quocunque valde idoneo, quæ ſi non reperiatur, non debet ſtari iuratoriæ cautioni vſufructuarij, ſed debent ſequeſtrari bona penes tertium idoneum, qui habeat reſpondere ei de fructibus. conſ. 92. nu. 11. ibid.

1 Cautio de qua ſuprà, ſufficit quòd præſtetur tempore quo traditur vſusfructus. conſilio 92. numero 12. ibidem

2 Cautio non debetur, niſi in caſibus à iure expreſſis. conſ. 37. nu. 25. f. 126

2 Cautio iuratoria nunquam admittitur, vbi alio remedio conſultum eſſe poteſt vtrique parti, quàm per iuratoriam cautionem. conſ. 43. nu. 49. f. 147

2 Cautio iuratoria licèt aliquando excuſet iurantem, tamen non arctat aduerſarium ad aliquid præſtandum. conſ. 43. nu. 18. f. 145

2 Cautioni iuratoriæ locus non eſt in caſu auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imper. offer. ſed contrà, nu. 34. conſ. 43. nu. 8. f. 144

2 Cautioni iuratoriæ locus eſt, ſi quis fideiuſſorẽ propter impotentiam reperire non poſſit. conſ. 43. numero 5. ibid.

Index materiarum Consil.

1 Cautionem per metum quis dicere nõ potest se fecisse, quando ex interuallo se concordauit, & soluit. consi. 83. num. 43. fol. 301

1 Cautus debet esse maritus ne promittat restitutionem augmenti seu antefacti cum dote, quia per dictam promissionem tale augmentũ morte mariti vxori acquititur. consi. 62. nu. 3. fol. 246

1 Cautus esse debet actor agens ad pœnam. l. si quis maior. C. de transactio. vt alleget & probet adimplementum liquidissimè, quia non sufficit probare adimplementum vt in aliis contractibus cùm in casu d. l. non admittatur iuramentum in supplementum probationis sicut in aliis contractibus. consilio 57. num. 19. fol. 227

3 Cedens si confitetur se recepisse pretium à filio, huiusmodi confessio patri non præiudicat. consil. 54. numero 13. fol. 188

1 Cedens sicut non intelligitur cedere contra se, ita quoque quis non præsumitur statuere contra se. consi. 86. num. 44. fol. 331

2 Cedens, si post cessionem confiteatur nullum ius habere in debitore cesso, talis confessio non nocet cessionario, ad cuius commodum cessio ipsa facta fuit. consi. 85. nu. 9. fol. 305

2 Cedens bonis Romæ ascendit Leonem marmoreum, qui est iuxta scalas Capitolij, dicens, cedo bonis. consi. 7. num. 11. fol. 38

1 Cedens iura hereditatis sibi delatæ censetur adire. consi. 11. num. 26. fol. 78

2 Cedenti bona relinquuntur vestes viles, ne nudatus remaneat, sicut ad mortem. consi. 7. nu. 10. fo. 39

2 Cedi potest bonis sine omni solennitate, sed sola nuda voluntate. consi. 7. nu. 15. fol. 38

1 Censu licèt quis non priuetur secundum communem ob non solutionem ipsius, tamen hoc nõ procedit, si censuarius iurauit soluere tali tempore in quo nõ soluit, quia tunc etiam secundum communem priuatur ipso censu. cons. 6. nu. 41. fol. 55

2 Centum, quæ valent sine pacto de retrouendendo. septuaginta tantum valent, si cum eodem pacto emantur. cons. 96. nu. 40. fol. 343

2 Cessante causa, debet cessare effectus, declara vt in nu. 50, & 55. cons. 52. nu. 39. fol. 178

2 Cessante causa, cessat & effectus si causa & effectus habent tractum successiuum. cons. 52. nu. 43. fo. 178

2 Cessante causa impulsiua, non cessat dispositio. cõs. 52. num. 24. fol. 179

2 Cessante causa impositionis vectigalis, cessare debet ipsius exactio. cons. 91. nu. 45. fol. 327

3 Cessante causa doli, debet cessare doli præsumptio. cons. 11. nu. 54. fol. 55

3 Cessio facta à laico clerico, & si non valeat, secus tamen si fit clerico coniuncto. cons. 16. nu. 45. fo. 81

2 Cessio facta per laicũ clerico, de iure canonico non valeat, nisi fiat coniunctę personæ, & nu. 32. secus de iure ciuili, vt in nu. 23. cons. 38. nu. 21. fo. 129

1 Cessio actionis & si fieri non possit absenti, tamen hoc fallit, si notarius cessionẽ ipsam pro eo receperit, quia tũc acquiritur ipso iure. cõs. 19. nu. 18. f. 106

2 Cessionis bonorum flebile etiam dicitur. consil. 7. numero 2. fol. 38

2 Cessionem bonorum sufficit facere coram iudice, & extra ius, & per epistolam, vel nuntium, etiam absente parte. cons. 7. nu. 14. fo. 38

2 Cessibile non est, quod competit contra ius commune. cons. 34. nu. 21. fo. 116

1 Cingendus de proximo habetur pro cincto. consil. 89. num. 38. fol. 378

1 Circuitus omnis euitandus est. cons. 51. nu. 8. fo. 211.

3 Circuitus non euitatur quãdo interest contrahentium vt circuitus saluetur. cons. 69. nu. 26. fo. 253

3 Circuitus debet euitari. cons. 58. nu. 83. f. 212

2 Citandus est ille, qui comparendo actum impedire potest, aliàs secus. cons. 2. nu. 13. f. 24

2 Citari vnusquisque debet in actu quocunque præiudiciali. cons. 76. nu. 30. f. 273

2 Citare aliquem nuntius nõ potest sine commissione iudicis. cons. 94. nu. 9. fol. 334

1 Citatio ad validitatem actus sententiæ vel processus non solùm requiritur, sed etiam quod iudex committens citationem exprimat personam nuntij, per quem ea fiat, aliàs non valet. cons. 90. nu. 36. f. 383. & cons. 32. nu. 25. fo. 154

1 Citatio ad videndum deferre iuramentum testibus est de substantia. cons. 29. nu. 45. fo. 144

1 Citatio ad videndum proferri sententiam de iure requiritur. cons. 29. nu. 46. ibid.

1 Citatio agnatorum in legitimatione quæ fit viuo patre & ad eius instantiam non requiritur. cons. 89. nu. 14. f. 376. & in cons. 61. nu. 15. f. 241. licèt secus in dispensatione. vt in nu. 16. ibid.

1 Citatio ambigua nõ reddit citatum contumacem. cons. 32. nu. 24. fol. 154

1 Citatio delegati non arctat citatum ad comparendum nisi in citatione inseratur tenor delegationis, quando citandus est absens, & agitur de maximo præiudicio. cons. 39. nu. 23, & 25. fol. 172

1 Citatio est executio interlocutoriæ de citando quæ præcedere debet. cons. 90. nu. 34 fol. 383

1 Citatio facta contra stylum curiæ principis est nulla. cons. 39. nu. 28. fol. 172

1 Citatio facta in tam breui tempore in quo impossibile est citatum comparere non valet, nec arctat citatum ad comparendum post terminum. consil. 39. numero 27. ibid.

1 Citatio facta per edictum non valet quando citandus est certus vel de facili potest certificari. cons. 18. numero 16. fol. 101

1 Citatio facta per nuncium nulla præuia commissione iudicis de qua appareat in actis est nulla, licèt de consuetudine aliter seruetur. consi. 32. nu. 20. quod declaratur vt in numero 21. fol. 154

1 Citatio facta personaliter parti ad videndum proferri sententiam non habet vim peremptorij. cons. 41. num. 7. fol. 176

1 Citatio filiorum legitimorum & naturaliũ secundum communem sicut requiritur in legitimatione, quæ fit ad instantiam patris, ita & in dispensatione. consi. 61. nu. 22. fol. 242. quod intellige vt in numero 53. & 55. fol. 245

1 Citatio incerta ratione loci non valet. consi. 32. numero 27. fol. 154

1 Citatio in dispensatione requiritur, quia in ea adesse debet causæ cognitio. consilio 61. numero 23. fol. 242

1 Citatio inualida nullam inducit contumaciam, & nullum bannum. consil. 39. num. 9. fol. 171

1 Citatio mariti facta in personam vxoris non valet, quando nuncius non refert eum citasse in personam vxoris in domo habitationis ipsius viri in consilio 32. nu. 29. fol. 154

1 Citatio nedum debet esse certa respectu actus fiendi, sed etiam personæ citandæ. consi. 32. nu. 28. ibid.

1 Citatio non præsumitur ex diuturnitate temporis, quando ex actis constat de contratio. consil. 2. numero 129. fol. 22.

1 Cita-

D. Rolandi à Valle.

1 Citatio non requiritur in actu pendẽte à libera voluntate.consil.2.nu. 177. f.26

1 Citatio non requiritur in priuilegio. consi.3. nume. 149. f.39

1 Citatio non valet si citetur qui venire nõ potest propter impedimentum notum principi. consilio 39. numero 26. f. 172

1 Citatio nulla vel omissa reddit sententiam nullam. cons.39.num. 14. f. 171

1 Citatio nulla reconualidatur per spontaneam comparitionem.cons.9.num. 36. f.70

1 Citatio nunquam præsumitur nisi probetur, vel de ea constet ex actis.cons.63.nu.35. f. 249

1 Citatio omnino est necessaria super decreto, quòd bona debitoris vendantur. consilio 32.numero30. fol. 154

1 Citatio partis est necessaria, vbi pars multum lædi-tur.cons.3.num.38. f.31

1 Quod etiam procedit in actu principis. cons.3. num. 39. ibidem

1 Citatio partis non requiritur in interpretatione voluntatis pontificis.cons.2.num. 167. f.25

1 Citatio partis non requiritur in reuocatione extrajudiciali superioris cùm sit declaratoria voluntatis. cons.2.num. 171. f.26

1 Citatio peremptoria circũducta videtur, si demum admittatur receptio testium. consilio 29. numero 47. f. 145

1 Citatio transmissa à iudice incompetente non valet cons.39.num. 15. f. 171

1 Citatio trina vel vna peremptoria requiritur in prolatione sententiæ.cons.41.nu.9. f. 176

1 Citatio vbi est nulla omnia quę sequuntur reddun-tur nulla.cons.32.nume.23.fol. 154.cons.39. nume. 11. f. 171

2 Citatio creditoris non requiritur in habilitatione à iuramento ad effectum agendi,quando debitor iurauit non vocare in ius creditorem. consilio 2. numero 17. f.24

2 Citatio vbi est nulla, vel minus legitimè facta, processus,sententia,& omnia quæ sequuntur,sunt nulla.cons.68.num. 14. f. 236

2 Citatio facta in loco notoriè non tuto, licèt valeat, tamen id fallit, vbi citatio fit per edictum in loco publico appositum cum saluo conductu. consil.68. numero 8. ibidem

2 Citatio tres habet partes, commissionem iudicis de citando, executionem nuncij, & relationem citationis factæ.cons.94.nu. 10. f.334

2 Citatio requiritur in vnoquoque actu parti præiudiciali,fallit vt in num. 11.cons.2.nu.2. f.22,& 24.

2 Quod ampliatur procedere etiam in notoriis.cons. 2.num. 3. f.22

2 Citatio inualida nullum producit effectum. consil. 68.num. 18. f.236

2 Citatio minus legitimè facta non interrumpit præscriptionem.cons.68.num. 19. ibid.

2 Citatio habetur pro circumducta, quando citatus non comparet.cons. 18.num.45. f.69

2 Citatio est executio interlocutoriæ de citando.consil.94.num.12. f.334

2 Citatio vbi minus legitimè facta reperitur, processus,sententia, & omnia, quæ sequuntur, sunt nulla. consil.44.num.6. f.148

2 Citatio tres partes habere debet, cõmissionem iudicis de citando, executionẽ nuncij, & relationem. consil.47.numero65. f.161

2 Citatio si sua putauerit interesse, nõ dicitur esse simplex,sed conditionalis,vel casualis.consilio 29.nu.5. fol. 102

2 Citatio est fundamentum iudicij. consilio 68. num. 16. f.236

2 Citatio non requiritur in concessione priuilegij. consilio 2.numero 16. f.24

3 Citatio in legitimatione nõ requiritur quando comes,qui legitimauit,potuit substitutis etiam non citatis præiudicare. cons.67.num.63. f.244

3 Citatio non requiritur in donatione facta per principem.consilio4.num.71. f.26

3 Citatio non requiritur vbi princeps declarat intentionem suam.cons. 7.num. 84. f.39

3 Citatio non requiritur in concessione restaurationis instantiæ.cons.4 num.69. f.26

1 Citationis commissio & relatio nuncij debent scribi in actis.cons.90.num.35. f.383

2 Citationis forma vbi est omissa, processus redditur nullus.cons.94.num.8. f.234

2 Citationis omissio vitiat sententiam, grauis enim est eius solennitas.cons.85.num.16. f.305

1 Citans aliquem vti heredem alterius debet illũ probare heredem.cons.58.nu.23. f.231

2 Citans aliquem videtur eius personam approbare, & dicitur legitimus contradictor, secus si quis citetur, si sua putauerit interesse. consil.29. numero 8. fol. 102

3 Citari etiam debent personæ in specie, quandõ de facili potest de eis certificari. consilio 72.nume. 17. fol.267

3 Citandus quis non est in impetratione gratiæ.consi. 4.num.75. f.26

1 Citatus ad locum vbi est malus aer, & corruptus habet iustam causam non comparendi.consi.81.num. 32. f.215

1 Citatus comparens licèt illicentiatus recedere non debeat, hoc tamen fallit si citatio est nulla. cons. 39. num.12. f. 171

1 Citatus in loco pestifero non tenetur comparere. consi.81.nu.31. fol.215

2 Citatus à iudice incompetenti,si non cõparet,multari potest.cons.47. nu.8. fol. 157

2 Citatus illegitimè si misit procuratorem ad prosequendum causam, præsumitur habuisse veram notitiam citationis.cons.47.numero.24. fol. 158

Et contra eum tanquam contra verum contumacem potest procedi ad executionem. consil.47. num.35. ibidem.

2 Citatus in loco notoriè nõ tuto, nõ tenetur appellare,nec excusationem mittere, nec allegare de loco non tuto.cons.68.nu.21. fol.237

2 Citatus à papa, si non comparet coram inferiore excusatur, nisi citatio fuerit affectata, quia tũc non excusaretur.cons.46.nu.37. fol.159

3 Citatus malitiosè procurans ne citatio ad eum perueniat,amplius citandus non est, etiam ad diffinitiuam sententiam.cons.47.nu.39. ibid.

2 Citatus pro interesse camerę Principis,licèt mulctari possit, si fuerit contumax,tamen id procedit post accusationem, seu inquisitionem: secus autem ante.cons.47.nu.44. ibid.

2 Citatus contumax non est, si citatio facta fuit ad vnum actum,vel ad vnum locum,& actus fiat in alio loco.cons.94.nu.35. fol.335

2 Citatus non cõparens excusatur,si citatio facta non reperitur secundum stylum. consi.47. numero 54. fol.160

2 Citatus tenetur comparere,quãdo ei,& causæ suæ

Index materiarum Conſ.

de ſecuritate per ſaluum conductum prouidetur. conſ.68.nu.10. f.236

2 Citatus ad locum non tutum, non dicitur contumax.conſ.68.nu.29. f.237

2 Citatus ad diuerſa loca copulatiuè comparere non tenetur.conſ.94.nu.27. f.335

2 Citatus vna hora ad videndum deferri iuramentum teſtibus,ſi alia deferatur, quod geſtum eſt non valet.conſi.85.nu.14. f.305

2 Citatus cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, aliàs quòd procedetur, ſi comparet, non dicitur actor voluntarius,ſed neceſſarius. conſilio 29. nume. 18. fol.103

2 Citatus ad locum notoriè non tutum, non tenetur comparere,etiam cum ſecuritate oblata.conſil.68. nume.26. f.237

2 Citatus, qui non tenetur comparere, nec etiam ſecundum communem ſub ſaluo conducto præſentiam ſui facere tenetur.conſ.68.nu.27. ibid.

2 Citatus in dubio quis preſumitur in loco maiorum. conſ.44.nu.23. f.149

2 Citatus ſi ſua putauerit intereſſe, ſi fuit contumax, non poteſt puniri tanquam cõtumax, quia iſta non eſt propriè citatio, ſed edictum.conſ.29.numero 6. fol.102

2 Citatus cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, non dicitur actor voluntarius quando comparet, & opponit exceptionem declinatoriam, petẽs ſe remitti ad ſuum iudicem competentem, quia tunc iudex laicus non dicitur competens ratione ipſius declinatoriæ.conſ.29.num.16. ibidem

2 Quæ declinatoria poteſt opponi tam in cauſſis magnis, quàm paruis, ordinariis, & extraordinariis, & tam coram iudicibus ordinariis, quàm delegatis. conſ.29.num.17. f.103

3 Ciuilitas acquiritur ex decreto & priuilegio.conſil. 79.num.1. f.286

3 Ciuilitas vera ita poteſt induci per ſtatutum ſicut per originem,cùm ciuilitas habeat ſub ſe plures ſpecies, & omnis ſpecies ſit vera ſpecies. conſ.79.nu.9. ibidem

3 Ciuis originarius ſi habitat extra prouinciam originis dicitur ab eo deſerta prouincia originis. conſ.79. num.32. f.287

3 Ciuis deſerens ciuitatem perdit priuilegiũ ciuitatis, & deſinit eſſe ciuis.ibid.nu.33,& 53. f.277,& 288

3 Ciuis qui fidelitatem nõ ſeruat, ſi machinatur contra principẽ vitam perdere poteſt, ſed vaſallus plus perdere non poteſt,quàm feudum. conſ. 52.nu.10. fol.182

3 Ciuis Peruſinus ex priuilegio ſicut non conſequitur commodum conceſſum ciuibus Peruſinis ab alia ciuitate, ita nec incommodum repreſaliarum, quæ ſunt conceſſæ contra ciues Peruſinos. conſ.79. num.17. f.287

3 Ciui Placentino origini nõ ſuſtinenti onera realia, licèt perſonalia, & alibi habitanti & ſuſtinenti dicta onera,non ſunt concedendæ repreſaliæ ſicut econtra non concederentur contra eum.conſ.79.nu.37. ibidem

3 Ciues cognoſcuntur ex muneribus & honoribus. ibid.num.38

3 Ciuis quando non vocatur ad munera & honores, propriè ciuis dici non poteſt: quia non tractatur vt ciuis.ibid.num.39

3 Ciues ex priuilegio gaudere debent beneficio immunitatis conceſſæ ciuibus. conſ.79.nume.2.f.286. declara vt in num.17. f.287

3 Ciues effecti ex conſtitutione habent ius ciuium ex origine:quia veri ſunt ciues.ibid.nu.4. f.286

3 Ciues qui facti ſunt ex priuilegio licèt cogãtur ſubire onera, id tamen procedit quando ciuilitas fuit conceſſa ad petitionem partis, ſecus ſi motu proprio:quia tunc nulla onera ſubire cogitur. conſ.67. nume.91. f.246

3 Ciuium appellatione non venit, qui alibi habitat, nec ſubit munera in ciuitate per ſe, nec per alium. conſ.70.num.29. f.287

3 Ciuibus, quod conceditur de iure communi competit etiam ciuibus alibi habitantibus. conſ.79.numero 25. ibidem

1 Ciuitas & eccleſia æquiparantur. conſil.27.nu.16. fol.135

1 Ciuitas etiam habens iuriſdictionem primarum & ſecundarum cauſſarum non poteſt tollere per ſtatutum,ſupplicationem & officium iudicis.conſ.29. num.51. f.145

1 Ciuitas Ianuæ in eius territorio vtitur iure ſupremi principis.conſ.29.nu.20 f.143

1 Ciuitas Ianuæ potuit concedere vniuerſitati Vexanii ius exigendi pedagia. conſ.29.nu.18. ibid.

1 Ciuitas minori æquiparatur. conſilio 5. numero 4. fol.44

1 Ciuitas poteſt facere donationem ex cauſſa remunerationis.conſ.5.num.9. ibid.

2 Ciuitas Ianuæ iuriſdictionem & ſuperioritatem in commune Sauonæ nõ habet, niſi in quibuſdam caſibus expreſſis.conſ.1.nu.47. fol.9

2 Ciuitas collectam non ſubdito imponere non poteſt.conſ.1.num.9. f.7

2 Ciuitas, vel princeps, tempore guerræ pro ipſius defenſione poteſt incaſtellare campanile eccleſiæ. conſ.69.nu.6. 240

2 Ciuitas, ſi vult facere foſſata per agrum alienum, domino precium ſoluere debet.conſilio 69.nu.41. fol.242

2 Ciuitas ſi efficitur rebellis, poteſt princeps eximere caſtra ob eius inobedientiam, & licèt redeat ad obedientiam,caſtra ipſa non recuperabit.conſi.66. nume.30. f.228

2 Ciuitas propter crimen læſæ maieſtatis poteſt dari in prædam.conſ.66.nu.31. ibid.

2 Ciuitas francha à ſuperioribus cõcedere poteſt inferioribus franchiſiam.conſ.91.nu.9. f.325

2 Ciuitas ſolo adæquari poteſt propter rebellionem. conſ.66.nu.26. f.228

Et damnari ad aratrum.conſ.66.num.27. ibid.

2 Ciuitas Mediolani tẽpore Federici Barbaroſſæ fuit ſale ſeminata in ſignum ſterilitatis, & quòd perpetuo non deberet reædificari. conſilio 66. numero 28. ibidem

3 Ciuitas legem dare poteſt rebus ſuis & ſubditorum ſuorum,ac extraneos in ſuo territorio terrere.conſ. 24.num.16. f.101

3 Ciuitas ſubdita principi poteſt concedere immunitatem perpetuam ob benemerita.& in tantum hoc eſt verum, quòd de benemeritis ſtatur aſſertioni decurionum.conſ.13.nu.41,& 42. f.67

3 Ciuitas ſi foſſata aliqua facere vult per agrum alienum,debet ei ſoluere precium. conſ.71.numero 6. fol.264

2 Ciuitates neminem recognoſcẽtes dicuntur reges. conſi.91.num.4. f.325

1 Ciuitates principes reges & omnes nationes de iure ſubſunt Cæſari & ſub eius protectione ſunt. con. 88.num.8. f.372

D. Rolandi à Valle.

1 Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem, non poſſunt tollere appoſitionem, nec ſuper ea aliquid ſtatuere in præiudicium præeminentiæ ſuperioris. conſilio 29.num.6. f.142

3 Ciuitates Italiæ quæ ſunt principes ſibiipſis, & ſimiliter omnes ciuitates quæ habent licentiam cõdendi ſtatuta,in negotiis magnis poſſunt facere leges vt exules reuertantur.conſi.4.numero 56. f.26

3 Clàm dicitur eſſe factum inſtrumentum, ſi cõmiſſum eſſet notario,vt illud teneret in ſecreto.d.conſil.93.num.33. f.399

3 Clàm dicitur fieri quicquid taliter fit,quod non poſſit venire in notitiam.conſi.93.num.30. ibidem

3 Claris,vide In claris.

3 Claudiæ propter ætatem crimen inceſti Imperatores remiſerunt.conſi.77.num.7. f.280

1 Clauſula acceſſoria quę reſpicit executionem diſpoſitionis iam factæ non videtur alterare principalem diſpoſitionem.conſi.8.num.15. f.63

1 Clauſula omni meliori modo,&c.operatur, vt ſi actus non valet eo modo quo fit, valeat eo modo quo valere poteſt.conſ.8.num.25. f.65

1 Clauſula appoſita in venditione quòd ſi plus valeret venditũ donabat venditor, operatur ſi contrahens erat ſciens, quòd ea refertur etiam ad non modicũ, ſecus ſi erat ignorans.conſ.59.numero 16. f.233

1 Clauſula,& quibus dederit, appoſita in conceſſione feudali,non ſolùm operatur licentiam alienandi irrequiſito domino, ſed etiam quòd ille in quem erit facta alienatio,retinebit illam rem liberam expeditam & tanquam allodialem.conſ.2.numero 137. f. 23.& in conſ.3.num.61. f.33

1 Clauſula etiam prædicta operatur, vt etiam ab inteſtato quis poſſit ſuccedere in bonis, de quibus in dicta conceſſione.conſilio 3. num.62. ibid.

1 Clauſula ex certa ſcientia nihil operatur in his, quæ in facto conſiſtunt, de quibus princeps non præſumitur habuiſſe notitiam.conſi.2.nu.161. f.25

1 Clauſula ex certa ſcientia poſita in conceſſione operatur quòd princeps præiudicare voluit, cui ius erat quæſitum.conſ.3.numero 129. f.38

1 Clauſula ex certa ſcientia quando habet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis. conſil.2. numero 162. fol.25

1 Clauſula ex nunc prout ex tunc,& econuerſo quantæ ſit virtutis remiſſiuè, ponitur in conſ. 31.nu.38. fol.151

1 Clauſula motus proprij licèt purget vitium ſubreptionis, non tamen tollit falſitatem cauſſæ natratæ ſuperiori.conſ.2.numero 163. f.25

1 Clauſula omni iuris & legum auxilio, quos effectus operatur, vide in conſilio 13.numero 6.f.89. vſque ad 20. f.82,&83

1 Clauſula paratus deducere omnem partem quę apparebit legitimè ſoluta appoſita in libello operatur vt reus in mora conſtituatur,ſi nõ offert quod prætendit debere, quam oblationem ſi non facit, demonſtratur, quòd omnino erat litigaturus etiam reſpectu partis verè debitæ.conſil.71.numero 41. fol.278

1 Clauſula poſita in libello petens ius & iuſtitiam miniſtrari operatur, vt quis videatur intentaſſe illud remedium & illam viam quæ libellanti competere poteſt,& eſt actori magis fauorabilis.conſ.79.num. 38. f.306

1 Clauſula pro ſe, heredibus,& quibus dederit appoſita in inueſtitura feudali non operatur, vt vaſallus poſſit heredem inſtituere in feudo.conſilio 42.numero 6.fol.180.ſed contra numero 9.ibid..15,&30. fol.182

2 Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento, ſecundum communem operatur ,vt relicta in eo debeãtur à venientibus ab inteſtato.conſ.71.nume.57. fol.316

2 Clauſula inſolita inducit præſumptionem latentis fraudis.conſ.47.nu.57. f.160

2 Clauſula- ſi preces veritate nitantur, ſemper intelligitur in reſcripto,etiam de iure ciuili. conſ.83.num. 16. f.300

2 Clauſula,ſaluo iure dominij, appoſita in refirmatione feudi,vel emphyteoſis, operatur, quòd ſi feudatarius,vel emphyteota antea ceciderit à iure ſuo ob aliquam cauſſam, non proſit ſibi refirmatio. conſi. 78.num.31. f.280

2 Clauſula ſola facti veritate inſpecta, operatur, ne in cauſſa poſſit procedi manu regia. conſ.53. nume.14. fol.181.

2 Clauſula ſola facti ratione operatur,quòd iudex poteſt iudicare ſecundum quod Deus eſſet iudicaturus. conſ.53.num.15. ibidem

2 Clauſula ex certa ſcientia habet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis.conſ.71.num.48. f.252

2 Clauſula pro te, & tuis heredibus, & quibus dederis,æquiparatur clauſulæ pro te, & quibuſcunq; heredibus.conſ.79.num.20. f.282

Itẽ & clauſula, & quibus iura tua concedere volueris.

Necnon,& quibus relinquere volueris.

Item ſi dictum fuerit, cõcedo tibi feudum, aut habituris cauſſam à te, vel ius aut actionem habentibus à te.conſ.79.nu.eod. ibid.

3 Clauſula non obſtante ſufficit ad derogationem omnium iurium in contrarium, vel aliter diſponentium.conſ.67.num.62. f.243

3 Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento rupto per querelam,non operatur, vt ab inteſtato intelligatur relicta hereditas heredi ſcripto. conſ. 87. numero 12. f.312

3 Clauſula ex certa ſcientia,ſolùm operatur in his,quę ſunt iuris, & non facti.conſ.7.numero 105. f. 40

3 Clauſula, non obſtantibus, non operatur vbi princeps non eſt informatus de facto. ibidem.nu. 106. ibidem

3 Clauſula ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus, non præiudicant tertio, ibid. numero 107.num. 114.quod amplia vt in numero ibid.& 41

3 Clauſula ex certa ſcientia, nihil operatur, niſi quando proceſſum eſt, cum cauſſæ cognitione, aliàs ſecus. Quod amplia procedere etiam ſi cum ea concurrerẽt clauſulæ de plenitudine poteſtatis,& motu proprio.ibid.nu.108,& 109. f.40

3 Clauſula ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, nihil operatur data impetratione ſubreptitia,& quæ ſit ratio, ponitur ibid. nu.110,& 111. f.41

3 Clauſula de plenitudine poteſtatis, locum non habet,quando reſultaret iniquitas.conſilio 7. nu.112. ibidem

3 Clauſula ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quicquid placuerit perpetuò faciendum, appoſita in conceſſione feudali, non operatur vt vaſallus feudum alienare poſſit. conſilio 55. numero 13.contrà numero 33.cum ſequentibus. fol. 191, & 192

3 Clauſula ex certa ſcientia,excludit errorem præſumptum,& tollit vitium ſubreptionis. conſ. 1. numero 66. f.9

Index materiarum Consil.

3 Clausula generalis quæ subijcitur non refertur ad eos, de quibus contrahentes specificam fecerunt prouisionem. cons. 59. nu. 48. f. 218

3 Clausula & quibus dederit, apposita in concessione feudali, operatur quòd vasallus de feudo poterit testari & contrahere sine licentia domini. consilio 1. numero 47. f. 7

3 Clausula de plenitudine potestatis, operatur, vt nihil opponi possit quod annullet gratiam, & ea stante, non potest dici principi, cur ita facis? consilio 1. numero 68. f. 9

3 Clausula ex certa scientia apposita in legitimatione tollit citationem. cons. 67. nu. 58. f. 243

3 Clausula de plenitudine potestatis, excludit citationem. ibid. num. 59. ibidem

3 Clausula non obstante, tollit citationem. ibid. num. 60. ibidem.

3 Clausula de plenitudine potestatis, est validior quàm sint clausulæ ex certa scientia, & non obstãte. consi. 61. num. 46. f. 223

3 Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur vt iudex iudicare debeat tanquam Deus in terris iudicaturus esset, qui soli innititur veritati. consi. 7. numero 31. f. 36

3 Clausula sola facti veritate inspecta, quando proceditur solum, considerandum est ius naturale, & diuinum, adiecta æquitate canonica. ibid. nu. 32. f. 37

3 Clausula sola facti veritate inspecta, operatur vt censeantur remotæ & sublatæ omnes solennitates iuris ciuilis, & iuris subtilitates & apices. cons. 7. nu. 34. ibidem

3 Clausula de plenitudine potestatis, operatur, vt nihil opponi possit, quod annullet gratiam. item operatur, vt principi dici non possit, cur ita facis? con. 7. num. 102. & seq. f. 40.

3 Clausula, sola facti veritate inspecta, tantæ est efficaciæ, vt si vnus agit ex vna causla, & probet de alia, obtinere debet. cons. 7. nu. 37. f. 37

3 Clausula ex iustis titulis, vide Verba ex iustis titulis.

3 Clausula & quosdam alios, apposita in rescriptis, cõprehendit & feminas. cons. 82. nu. 3. f. 299

3 Clausula, iuribus nostris semper saluis, nõ operatur in concessis, & expressis. cons. 1. nu. 73. f. 9

3 Clausula & quibus dederit, apposita in inuestitura feudali operatur licentiam alienandi feudum: pariterq; si dictum fuerit pro se & heredibus quibuscunque. cons. 55. nu. 33, & 34. f. 192

3 Clausula, petens ius & iustitiam ministrari, adaptatur ad omne remedium, quod ex facto narrato elici potest. cons. 41. nu. 26. f. 146

3 Clausula, nõ se astringens, operatur vt sufficiat probare illam partem narratorum, quę sufficiat ad causam. ibid. numero 28

3 Clausula petens sibi ius & iustitiam ministrari, operatur vt actor obtinere debeat omni meliori modo & via, quæ quocunque modo ex narratis & deductis colligi potest. ibid. nu. 29. f. 147

3 Clausula, omnia & singula, apposita in contractu, quid operetur. cons. 1. nu. 71. f. 9

3 Clausula ad dandum, & alienandum in concessione feudi operatur, vt alienari possit. Idem si dictũ fuerit pro se & cui voluerit. Aut quibus relinquere velit. Vel habituris causam ab eis. Siue cui iura sua cõcedere voluerit. cõs. 55. nu. 37, 38, 39, 40, & 41. f. 192

3 Clausula supradicta significat translationem dominij. ibid. nu. 43. ibidem

3 Clausula, & quibus dederit, & aliæ de quibus suprà, important in feudo secundum communem, quod feudum alienari potest per vasallum irrequisito domino. ibid. nu. 44. ibidem

3 Clausulæ geminatæ magis demõstrant voluntatem principis donantis, & concedentis. consi. 61. nu. 39. fol. 223

3 Clausulæ petens sibi ius & iustitiam ministrari, virtus & energia. cons. 41. nu. 8. f. 145

1 Clausulæ ex certa scientia de plenitudine potestatis & motus proprij tunc demum effectum producũt, quando cum causæ cognitione fuit processum. cõs. 2. num. 164. f. 25

1 Clausulæ geminatæ latiorem effectum producunt, quàm simplex clausula. cons. 5. num. 21. f. 45

1 Clausulæ insolitæ præsumptionem fraudis inducũt. consi. 39. numero 30. f. 172

2 Clericatus qualitas non inest à natura. consi. 32. numero 4. f. 108

1 Clericatus probatur per instrumentum, testes, & per vnum. consilio 4. numero 5. f. 40

1 Clerici sunt exẽpti à iurisdictione Imperatoris, quia sunt res spirituales. consil. 4. num. 7. ibidem

1 Clericus & feminæ in successione feudi à pari procedunt. cons. 23. numero 21. f. 117

1 Clericus incedens sine habitu & tonsura, non priuatur priuilegio fori, licèt priuetur priuilegio, capit. si quis suadente diabolo x vij. quæstio. iiij. nisi fuisset inueteratus in seuis & enormibus. consilio 4. num. 28. f. 42

1 Clericus incedens in habitu, sed sine tonsura non amittit priuilegium fori. cons. 4. nu. 26. f. 41

1 Clericus in feudo improprio etiam si sit in sacris ordinibus succedere potest. cons. 24. nu. 13. f. 17

1 Clericus in minoribus constitutus, est capax successionis feudalis. cons. 23. nume. 1. f. 116. quod declaratur in numero 23, & 24. f. 117

1 Clericus non potest consentire in laicum etiam episcopo consentiente. consi. 4. numero 10. f. 41

1 Clericus non potest renuntiare priuilegio clericatus, cùm sit inductum in fauorem ordinis clericalis, quod & procedit in clericis primæ tonsuræ. cons. 4. numero 9, & 16. f. 40, & 41

1 Clericus potest succedere in feudo, vbi non electa industria personæ, vt in feudo hereditario. cons. 23. num. 15. fol. 117. quod tamen intellige, vt in num. 34. f. 118

1 Clericus primæ tonsuræ gaudet immunitate ecclesiæ. cons. 4. numero 17. f. 41

1 Clericus pugnans in duello, nõ amittit priuilegium fori, sed deponendus est, imò etiam si depositus esset, illud non amitteret. cons. 4. nu. 22. ibidem

1 Clericus quamuis petere debeat licentiam ab episcopo iurandi de calumnia coram iudice laico, tamen si hoc non fecit, iudicium non redditur nullũ. cons. 24. numero 78. f. 127

1 Clericus qui diu fuit in possessione beneficij, præsumitur ritè institutus. cons. 2. nu. 26. f. 15

1 Clericus qui efficitur aut qui assumit votum religionis, feudum amittit cons. 23. nu. 19. f. 117

1 Clericus qui incedit sine habitu & tonsura secundũ communem, si immiscuit se in enormibus non perdit priuilegium fori, nisi prius à suo episcopo fuerit ter monitus, vt à prædictis desistat, & habitum reassumat. cons. 4. nu. 31. f. 42

1 Clericus si feudum retinere nõ potest, ergo nec acquirere. consi. 23. nu. 22. f. 117

1 Clericus suspectus qui torqueri debet, à suo iudice torquendus est. cons. 4. nu. 38. f. 42

1 Clericus vnius episcopi si est ordinatus ab alio, ordinatio

natio non valet.consilio 4.numero 18. fo.41
Fallit quando interuenit licentia proprij episcopi vel eius vicarij generalis,vt ibid.nu.19.
1 Clericus vt amittat priuilegium fori quatuor requiruntur.consilio 4.numero32. f.42
2 Clericus debet conueniri coram suo iudice, siue cõueniatur à laico,siue à clerico.consil.23.numero12. fol.86
2 Quod ampliatur procedere siue conueniatur actione personali, vel reali, etiam si cõueniatur reali pro bonis suis patrimonialib.con.23.nu.13. ibid.
2 Clericus coram iudice seculari non potest trahi,siue agatur reali, siue personali,siue possessorio,siue petitorio, siue iudicium sit ordinarium, siue summarium.consilio 12.num.37. f.55
2 Clericus trahens clericum coram iudice seculari,debet caussam perdere.consil.27.num.14. f.86
2 Quod amplia procedere, etiamsi interuenerit voluntas aduersarij,& proprium eius iuramentũ.con. 23.num.15. ibid.
2 Clericus delinquendo licèt sequatur forum in loco delicti, id tamen intelligitur de foro ecclesiastico. con.12.num.52. f.56
2 Clericus in respicientibus ordinem, & processum, ligatur statuto loci, in quo iudicium agitatur.consi. 57.num.20. f.196
2 Clericus ratione contumaciæ, non potest à iudice seculari mulctari.cons.12.num.39. f.55
2 Clericus delinquens coram iudice ecclesiastico suo non potest ab eo puniri.con.12.nu.49. f.56
2 Clericus Gallicanus Bononiæ delinquens,licèt non possit declinare forũ quin conueniatur sub episcopo Bononien. tamen poterit declinare iudiciũ iudicis laici Bononien.cons.12.nu.53. ibidem
2 Clericus committens proditionem in aliqua ciuitate,licèt illius efficiatur subditus,id tamen verum arbitratur,si efficiatur iudicis ecclesiastici subditus,nõ autem secularis. cons.12.nu.55. ibid.
2 Clericus cum clausula si sua putauerit interesse, secundum communem potest citari, quia huiusmodi citatio est potius incitatoria, quàm arctatoria.cons. 29.num.13. f.102
2 Clericus potest vocare laicũ in iudicio seculari.cons. 29.num.13. ibidem
2 Clericus generaliter citatus cum clausula, si sua putauerit interesse,si veniat,& opponat ac dicat quòd non spoliauit citatum, sed iure permittente possidet,iustitiarius seruato iuris ordine potest procedere, sicut procedit quando clericus petit iustitiam à laico.consilio29.num.14. ibid.
2 Clericus qui falsum deposuit coram iudice seculari, potest ab eo puniri, sed contrà, nu.34,& 48.vbi est magis communis.consilio12.nu.26. f.55
2 Clericus delinquẽdo in iudicio se astringit foro laicali.consil.12.num.27. ibid.
2 Clericus si contra laicum coram iudice seculari producat falsos testes, & deinde accusetur de falso coram episcopo, is propter pendentiam litis falsi non potest inhibere iudici seculari ne suo fungatur officio,quanquam accusatio falsi sit prejudicialis &maior.consil.12.num.28. ibid.
2 Clerici ab omni negotiatione prohibentur. consil. 38.num.24. f.129
2 Clerici non debent crimina sui episcopi denuntiare,nisi probationibus exhibitis.consil.33. nume.12. fol.113
2 Clericum aliquem allegans, tenetur illum probare. consilio32.nume.5. f.109
2 Clericum prohibens trahi coram laico, non dicitur ius nouum ponere, sed ab errore veterum legũ recedere: quia clerici nunquã fuerunt de iurisdictione laicorum.consil.12.num.35. f.55
2 Clericum negotiatorem ex inope diuitem,ex ignobili glorioſum factum, tanquam pestem fugiendũ esse,tradit S.Hieronymus.consilio 38.numero28. fol.129
3 Clericus litigans in foro seculari, ligatur statuto disponente super exhibitione mandati. consil. 48.numero22. f.167
3 Clericus litigans coram seculari, non potest appellare ante sententiam,nisi in casibus à iure ciuili permissis, secus in laico litigante coram iudice ecclesiastico.ibid.num.23. ibidem
3 Clericus, qui non est subiectus statutis laicorum, si agit coram iudice seculari, debet seruare statutum & consuetudinem curiæ secularis, quò ad ordinem procedendi.consil.48.num.20. ibidem
3 Clericus beneficiatus,qui est paratus corrigi,& corde non ficto sponte reuertitur ad vnitatem Christianæ fidei ante sententiam vel negationem,deponi non debet, & per consequens retinebit beneficia sua,immo etiam episcopatum.consilio63.num. 30,&31. f.230
3 Clerici vel religiosi etsi non succedant in feudo seculari,tamen secus in feudis ecclesiasticis.consil.76. num.13. f.178
2 Clericis est prohibita negotiatio, quæ consistit in mercando,emendo,& vendendo,non mutata forma,cons.38.num.27. f.129
2 Clericis prohibetur coram laiço litigare. cons.12. num.31. f.55
2 Clericis collecta imponi non potest.consil.1.numero11. f.7
3 Charitas ordinata incipiat à seipso. cons.20.nu.24. fol.90
3 Charitas,vide Prima charitas.
2 Cogi quis non potest de iure communi ad docendum de iusto titulo rei, quam possidet. cons.89.numero6. f.318
1 Cognitio aliqua non est necessaria in mera executione.cons.18.num.7. f.100
1 Cognitio an vestes sint clericales, vel ne, spectat ad iudicem ecclesiasticum, & non ad secularem. cons. 4.num.33. f.42
2 Cognitio,& punitio iniuriæ factæ officiali spectat ad dominum,& superiorem suum,& nu.19,ac 14. cons.48.num.17. f.163
2 Cognitio homicidij perpetrati in via publica, pertinet ad inuestitum cum mero imperio, non autem ad dominum directum, tanquam quòd via publica sit de regalibus.cons.42.nu.35. f.142
3 Cognitio causarum appellationum non comprehenditur sub concessione meri & mixti imperij,& omnimodæ iurisdictionis, nisi nominatim exprimatur in inuestitura. consilio 4.numero41. f.25
3 Cohabitatio est de essentia concubinatus.consi.67. num.13. f.240
1 Coitum habens cum asina punitur pœna mortis etiam de iure canonico. consilio 7. numero 1. folio 58
1 Coitum habens cum brutis committit scelus contra naturam humani generis.cons.7.nu.2. ibid.
1 Coitum habere cum brutis est delictum adeò nephandissimum & atrocissimum, quòd punitur effectus, quando aliquis procedit ad actum ordinatum de præsenti ad ipsum coitum, licèt non sequa-

Index materiarum Consil.

tur effectus.consi.7.num.4.ibid. quod declaratur in num.37. f.60

1 Coitus cum meretrice non est punibilis. cons.74. numero 16. f.288

1 Collatio legati de latere de beneficio vacante in curia Romana non valet.cons.46.num.23. f.195

1 Collatio secunda fieri potest vbi prima est nulla. cons.46.num.41. f.196

1 Collatio vltima valida præfertur primæ nulliter cõcessæ.cons.46.num.21. f.195

1 Collatio beneficij facta per legatum de latere reuocatum in publico consistorio non valet. consi.46. nu.27,&30.quod declaratur in nu.31. ibidem

1 Collatio beneficij facta minori 25.annis tanquam inhabili non valet.cons.47.num.58. f.201

1 Collatio beneficij habentis sacrum ordinem annexum à priuilegio statuto vel consuetudine requirit talem ætatem in persona cui confertur, qualem requirit sacer ordo annexus.cons.47.nu.59. ibid.

1 Collatio beneficij si eadem die facta reperiatur à summo pontifice & legato de latere, & non appareat de prioritate, is præferendus est, qui est in possessione.cons.46.nu.19. f.194

1 Collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione cõferendi præfertur collationi factæ ab illo, ad quem ius pertinet conferendi.cons.47.nu.29. f.199

1 Collatio facta ab episcopo sine præsentatione patroni secundum communem est nulla. consilio 47. numero 22. f.198

1 Vel saltem irritari debet.con.47.numero 23. ibidem

1 Collatio facta excõmunicato occulto adeò est nulla quòd per sequentem absolutionem non reconualescit.cons.46.num.36. f.195

1 Collatio facta excommunicato cum absolutione à censuris & pœnis quauis authoritate, & à quocunque illatis, quibus innodatus existit ad effectum literarum consequendum duntaxat, licèt valeat, tamen fallit quando collatio facta fuit excommunicato vltra annum cum tali absolutione.consilio 46. numero 37. ibidem

1 Collatio facta excommunicato tanquam facta omnino incapaci actiuè & passiuè non valet con.46. numero 33. ibidem

Quod ampliatur etiam in excommunicato occulto, vt ibi num.34. ibidem

1 Collecta clericis non imponitur. consilio 32. nu.7. fol.153

1 Collecta exigi debet à mercatoribus, qui ex mercibus suis fructus percipiunt.cons.66.nu.27. f.257

1 Collecta exigenda non est ab accola seu aduena, qui non animo habitãdi moratur in loco, sed inde breuiter est recessurus.cons.66.nu.25. ibid.

1 Collecta forensibus imponi non potest.consilio 32. numero 6. f.152

1 Collecta imponi debet, vt omnes peræquentur, ne quis grauetur plusquam suæ patiuntur facultates. cons.66.num.11. f.256

1 Collecta imponi debet secundum quantitatem patrimonij, videlicet per æs & libram, quando imponitur pro onere patrimoniali, vel mixto, vel etiam quando non apparet, pro quo onere sint imposita. cons.66.num.15. ibid.

1 Collecta imponi debet tam paruis, quàm magnis. cons.66.num.19. f.282

1 Collecta imponi debet ei, qui habet domicilium in vna ciuitate ac possessionem, si fructus prædiorum defert in aliam ciuitatem, in qua domicilium non habet, & illos vendit ac lucrum percipit, quia & pro his taxabitur in vtroque loco. consi.66.numero 31. f.257

1 Collecta indicenda est exteris, qui morantur in ciuitate, in qua domicilium sibi collocarunt & emũt, & vendunt, quia pro quæstu contribuere debent. consi.66.num.24. ibidem

1 Collecta indicenda est artificibus, ita tamen vt eis necessaria tempora pro vita corporis reseruentur. consi.66.num.23. ibidem

Similiter & venatoribus, inuentoribus thesauri, ac piscatoribus piscantibus in publico, vel priuato, deducto tamen pretio, quod soluitur domino, vt ibid. numero.28

Necnon colonis, qui nedum partem fructuum reddunt domino, sed pecuniarum pensionem soluunt vt ibid.num.29

Item & pastoribus ouium, qui non percipiunt à domino animalium partem fructuum ex eis prouenientium, sed aliquid pecuniæ nomine mercedis & stipendij, vt in num.30

Pariterque inquilinis, qui percipiunt pensiones domorum & apothecarum, vt in nu.32

Necnon & eis, qui habent annuos redditus, cùm inter immobilia reputentur, vt num.33

1 Collecta non est imponenda pauperibus, quorum nota est paupertas, vt sunt hi qui dietim laborant pro victu quærendo, & qui lapsi sunt facultatibus, vt in cons.66.num.20. f.256

1 Collecta in dubio dicitur onus mixtum, quod imponitur personis pro rebus.cons.66.nu.16. ibid.

1 Collecta quando imponitur secundum æstimum tenue, possessor debet soluere collectas, quamuis venditor remaneat descriptus in æstimo. consil.32. numero 12.fo.153.sed contrà,numero 14,&37.fo. 114,& 155

Et non tantùm pro tempore futuro, sed etiam preterito, pro prædiis tamen venditis, & non pro aliis, vt in num.13. ibidem

2 Collecta pro eadem re bis, vel duobus exigi nõ potest.cons.1.num.25. f.8

3 Collecta semper præsumitur ex timore præstari, & ideo in ipsa præscriptio currere non videtur. consi. 13.num.50. f.69

1 Collectæ exactio fit executiuè & summariè.cons.32. numero 5. f.152

2 Collectæ per principes subditis imponi nõ possunt, nisi duobus concurrentibus: primò quòd hoc expediat reipublicæ pro defensione patriæ. Secundò, q̃ non habeãt de suo.consilio 1.numero 51. f.9

1 Collectam quis subire & pati debet in loco, in quo possidet secundum consuetudinem generalem Italiæ, aliàs res & fructus auferuntur. consil.32.numero 8. f.153

1 Collectam soluere tenetur emphyteota de re emphyteotica deducto canone, quod soluitur domino ne duplici onere grauetur. consilio 66.numero 34. fol.257

3 Collegium totum non potest allegari suspectum. cons.19.num.7. f.88

3 Colonus, vide Fictabilem.

1 Colonus habẽs hypothecam in bonis locatoris durante locatione non potest ab ea repelli.cons.6.nu. 5.quod declara vt in nu.10. fol.52

2 Colonus non dicitur integer testis.consi.50.nu.18. fol.170

2 Comes Valentiæ in emendatione damni sibi dati in castro suo pro portione sua contribuere tenetur. cons.69.num.34. f.242

D. Rolandi à Valle.

2 Comes si concedit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali loco, concessio ipsa non valet, nisi constet de iure concedentis, & numero 16. cons. 82. numero 11. fol. 293

2 Comes, qui concessit militi castrum in feudum, potest necessitatis tempore custodes ibi ponere. cons. 69. num. 2. f. 239

3 Comes Virtutum potuit donare ciuitatē Astensem. cons. 1. num. 51. f. 8

3 Comes palatinus potest legitimare incestuosos natos ex filia spirituali. cons. 96. num. 19. f. 333

3 Comes habēs comitatum sub dominio regis, in dubio illum præsumitur habere iure proprio, & non feudi, & ideo si præstitit aliqua seruitia regi, præsumitur præstitisse simpliciter tanquam principi suo, & non tanquam domino feudi. consi. 32. nume. 34. fol. 122

3 Comes non potest liberare suum vasallum à iure vasallagij sine consensu regis. consilio 1. nume. 57. folio 8.

3 Comes si concessit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali re, talis concessio redditur inutilis, & nihil operatur, nisi de iure concedentis appareat. consil. 46. num. 67. f. 161

1 Comes asserens se habere priuilegium legitimandi, tenetur de eo fidem facere. cons. 89. num. 24. f. 343

1 Comes in suo comitatu magis assimilatur principi, quàm præsidi, & ideo eius statutum dicitur ius ciuile, & non prætorium. cons. 86. nu. 13. f. 330

1 Comes palatinus creatus ab Imperatore non potest legitimare in ducatu Mediolanensi quamuis infeudato ab ipso Imperatore sine cōsensu ducis Mediolani, cùm in illo sit princeps perpetuus, & in eo trāslata omnis potestas imperialis. cons. 88. numero 26. fol. 339

1 Comes palatinus habens facultatem legitimandi quoscunq;, cuiuscunque status, gradus, & præeminentiæ existant, potest legitimare filios nobilium. cons. 61. nu. 35. f. 243

1 Comes palatinus quando dispensat sine caussa, tunc ea non dicitur dispensatio sed dissipatio. consil. 89. num. 53. f. 344.

1 Comes palatinus qui habet authoritatē legitimandi filios inuitis parentibus multò fortius & eis ignorantibus. cons. 61. nu. 54. f. 245

1 Comes Sabaudiæ potest pro libito suo facere feudū nouum antiquum. cons. 60. num. 10. f. 236

1 Comiti asserenti in legitimatione quod illam facit vt ciuitas repleatur legitimis, & cum plena caussæ cognitione ac ex aliis rationabilibus causis credendum est, cons. 89. num. 18. fol. 342. sed contra. num. 56. f. 344

1 Comiti palatino asserenti se creatum fuisse à legato de latere iuxta facultatem sibi concessam à pontifice sibi non est credendum, si de illa non apparet, nec fuerit inserta in suo priuilegio. consi. 89. nu. 25. fol. 343
Imò nec etiam si fieret fides de exemplo ipsius priuilegij, vt est in num. 26. ibid.

3 Comiti si est concessa facultas, & potestas reuidendi statuta, & illa confirmandi, & infirmandi, si confirmat aliqua, alia infirmare videtur, & econtra. consi. 61. num. 12. f. 221

3 Comitatini eo ipso quod sunt recepti ad ciuilitatem, debent tractari vt veri ciues, nedum in fauoribus, sed & in odiis. cons. 79. nu. 7. f. 286

1 Commendabile est seruos Dei non litigare. cons. 15. numero 48. f. 93

2 Commercium omne in feudis sine consensu domini prohibitum est, declara vt in num. 15. consil. 59. numero 1. f. 199

2 Commercij prohibitio est magis lata quàm prohibitio alienationis. cons. 59. nu. 4. ibidem

3 Commercium in feudis sine consensu domini est prohibitum. consi. 60. num. 2. f. 219

2 Commiscēs se cum virgine carnaliter, tenetur pœna stupri. cons. 86. num. 21. f. 309

1 Commissio facta sub nomine dignitatis non transit in vicegerentem quando non fuit constitutus à superiore, sed ab eo cuius locum tenet. consi. 39. num. 17. f. 171

1 Commissio facta sub nomine proprio cùm sit personalis non transit in locum tenentem vel successorem. cons. 39. num. 16. ibidem

1 Commissio vsurarum facta per principē secularem non valet. cons. 75. nu. 48. f. 294

3 Commissio facta per iudicem nuntio vel executori de mittendo aliquem in possessione, expirat morte committentis, vel finito eius officio. consilio 38. num. 17. f. 138

3 Committens delictum in loco diœcesis exempto, non punitur secundum statuta diœcesis. consil. 33. numero 24. f. 124

2 Commodum qui sentit, etiam incommodum sentire debet. cons. 86. num. 17. f. 308

3 Commune quod est, negligi solet. consilio 10. nunum. 4. f. 49

2 Communis opinio non est sequenda in iudicando, vbi euidēter reperitur falsa, vel potest cōuinci probabilibus rationibus, & argumentis. quam rem bonus iudex acutissimi ingenij poterit existimare. cōs. 100. num. 56. f. 360

1 Cōmunis vsus loquendi probari debet, quando plures illustres doctores de eo attestantur. cons. 71. nu. 23. f. 277. cons. 83. num. 20. f. 320

1 Comparatio literarum licèt possit facere semiplenam probationem, tamen non potest suppleri iuramento suppletiuo si caussa est magna. consil. 26. nu. 10. quod intellige & declara vt in num. 22, & 23. fol. 131, & 132

1 Comparatio literarum hodie fit cum maiori cautela quàm olim, in cons. 26. nu. 5. f. 130

1 Comparatio literarum vt fieri possit, duę requiruntur scripturæ, vna ad quam, & alia ex qua. consil. 26. num. 2. ibid. quod declara vt in nu. 17. f. 131

1 Comparationem fieri petens duplex iuramentum præstare debet, vnum generale, & aliud speciale. con. 26. nu. 25. f. 133

3 Compensatio, quæ fit ipso iure, in effectu locū non habet, nisi pars velit & opponat. consil. 81. nume. 8. fol. 297

1 Compensatio admittitur in contractu iurato. cons. 6. nu. 31. fol. 53. & in cons. 17. nume. 5. fol. 98. sed in contrarium est communis, vt in num. 14. f. 99

1 Compensatio licèt regulariter non fiat, nisi opponatur ab homine, tamen hoc fallit quoad euitandā pœnam, quia tunc fit compensatio ipso iure. consil. 87. num. 28. f. 336

1 Compensatio non admittitur deposito confessionato. cons. 17. num. 2. fol. 97. sed contra. nu. 18. f. 99

2 Compromittere est de processu litis. cons. 57. nu. 19. fol. 196

1 Compromissum factum per tutricem sine pupillo cum facultate arbitrandi de iure & de facto nō valet. consil. 76. num. 12. f. 296

1 Cōpromissum licèt nemo cogatur acceptare, tamen

Index materiarum Consil.

id fallit in persona coniuncta vtrique litiganti. con. 45.nu.56. f.191

1 Compromissum si est nullum ita & laudum quod ab eo dependet.cons.76.nu.2. f.295

3 Compromissum non minus fieri potest super quæstione iuris dubij, quàm super quæstione facti.cons. 22.num.39. f.96

1 Computatio & reliquorũ restitutio venit in ratione reddenda.cons.49.num.41. f.207

3 Congregatio in dubio præsumitur fieri ex mala causa.cons.17.num.29. f.83

3 Coniecturæ non admittuntur vbi secundum consuetudinem inhærendum est literæ.consi.51.nu.15. fol.180

3 Coniunctus non præsumitur aliquid dixisse in iniuriam coniuncti.cons.11.nu.51. f.55

1 Concessio an dicatur feudalis vel ne, inspiciẽda sunt verba contractus.consil.8.numero3. f.62

1 Concessio facta studio Tholosano quod gaudeat priuilegiis studij Parisiensis non extenditur ad priuilegia nouiter concessa studio Parisiensi, nisi in concessione esset adiecta dictio, omnibus.con.60. num.20. f.237

1 Concessio feudalis quando est facta cum facultate alienandi,tunc de eo potest vasallus testari etiam in extraneos, & illud quocunque titulo relinquere. consil.3.num.11. f.30

1 Concessio feudi facta alicui ex eo quod concedentem liberauit à morte vel ab hostibus, vel à vinculis ex caussa ingratitudinis reuocari non potest. consi. 5.num.14. f.45

1 Concessio geminata præcisam & certam mentem disponentis ostendit.cons.2. num.169. f.26

1 Concessio immunitatis simpliciter facta si est confirmata à supremo principe cum clausula non obstante valet, & multo fortius si cum clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis. consilio 5. num.18,&20. f.45

1 Concessio Imperatoris continet absolutè donationem liberam,& non feudum quando in ea sunt apposita verba, concedimus,& speciali largitate donamus, & in ea de feudo nullum verbum habetur. consil.2.nume.8.f.14.& cons.3.num.74. f.34

1 Concessio pro se & heredibus quibuscunq; vel per verba,& quibus dederis, æquiparantur. consilio 42. num.11. f.180

2 Concessio regalium, & si priuatis fieri possit, id tamen verum esse arbitratur pro vita concedentium, non autem si fiat in perpetuum pro se & heredibus: quia tunc ea non valet, tanquam tendens in diminutionem principatus. consilio 1.numero28. fol.16

2 Concessio iurisdictionis, si facta est specialiter alicui tantùm, per dictam concessionem non excluditur potestas,qui est maior & generalis ordinarius.con. 80.num.7. f.286

2 Concessio regalium tanquam à iure exorbitans restringi debet.& nu.151.consi.1.nu.148. f.17

2 Cõcessio regalium debet intelligi de regalibus,quæ solita erant exerceri tempore concessionis,non autem de aliis.& nu.154.cons.1.nu.145.ibid.& f.18

2 Concessio generalis facta titulo lucratiuo, nõ complectitur, nisi ius concedentis. consilio71.num.23. fol.250

2 Concessio principis quòd homines Massæ astringi non possint ad portandum frumentum Ferrariæ comprehendit & Hebræos, sicut similiter faceret prohibitio.consil.35.numero36. f.120

2 Concesso castro secundum communem venit territorium & iurisdictio, quæ tempore concessionis erant castro annexa, & similiter merũ, & mixtum imperium.consil.42.num.30. f.142

2 Concessio Cæsaris facta alicui de castro pro se & filiis,extenditur ad nepotes.consilio 93.numero29. fol.333

2 Concessio iurisdictionis quia fauorabilis est, ampliari debet, & generaliter intelligi. consi.42.nu.23. fol.141

2 Concessio facta in feudum de pratis,terris,vineis,& siluis secundum communem non probat bona ipsa feudalia,nisi probetur de iure concedentis,& num. 14.consilio 82.num.10. f.293

2 Concessio feudi facta alicui pro se, & suis heredibus, & cui ius dabit nõ alterat naturam feudi, & nu. 55.vbi datur ratio.consilio 79.numero15. f.282

3 Concessio facta ex causa remunerationis reputatur fauorabilis. consilio 50.nu.44. f.173

3 Concessio facta de iure, quod quis habet in tali castro & eius finibus, tanquam obscura nihil operatur,nisi de iure concedentis appareat.cons.2.nu.17. fol.15

3 Concessio principis in dubio potius debet iudicari donatio,quàm cõcessio feudi. cons.50.nume.31. fol.172

3 Concessio facta de castro, quod est dignitatis, & comitatus in dubio præsumitur libera, & non feudalis.ibidem.num.33. ibidem

3 Concessio feudi seu emphyteosis semper in dubio debet censeri facta, prout est consuetudo ecclesiæ, vel domini concedentis. consi.79.num.68. f.290

3 Concessio facta de iure, quod quis habet in tali castro & eius finibus,tanquam obscura nihil operatur nisi de iure concedentis appareat. cons.98.numero 17. f.340

3 Concessio in qua nullum verbum habetur de feudo, arguit concessionem esse donationem, & non feudum.cons.50.numero18. f.171

3 Concessio facta sub verbis vniuersalibus non comprehendit reseruata principi. cons.75.numero 22. fol.277

3 Concessio principis quando statim non debet sortiri effectum, quia pendebat ex consensu alterius, non potest dici, quòd lex ab initio translationem dominij inducat. quod amplia etiam si traditio interueniisset pendente conditione. cons.7. num.11, & 12. f.35

3 Concessio castri etiam interueniente iuramento fidelitatis dicitur simplex, & mera donatio, si reperiatur facta per verbum,donamus, præsertim si ex caussa remunerationis.consilio 50.numero 55.folio 174

3 Concessio facta per principem cõtinens dationem vel factum,dicitur transire in contractum, & sic est irreuocabilis. Quod tamen sanè intelligendum est, quando datio vel factum habet perpetuam cõmensurationem cum re concessa. consi.13.num.11,12. fol.65.& num.32. f.66

3 Concessio veniæ ætatis subreptitia, nulla est.cons.7. num.97. f.40

3 Concessio remuneratoria non dicitur mera donatio,sed liberalitas.cons.13.num.27. f.66

3 Concessio principis facta alicui, quòd aquã ducere possit de flumine publico, intelligitur sine iniuria vicinorum.cons.80.num.45. f.295

3 Concessio facta ex caussa remuneratoria, quia dicitur concessa ex mera liberalitate, & non ex caussa onero-

onerosa sed lucratiua, reuocari potest. cons. 13. nu. 9. f. 65. sed contra nu. 59. f. 69

3 Concessio immunitatis facta ex caussa remunerationis non potest reuocari quia dicitur transiuisse in contractum. cons. 13. nu. 21. f. 66

3 Concessio, quæ transiuit in contractum onerosum si tendit ad noxiam, reuocari potest. cons. 13. nu. 16. fol. eodem. declara vt in numero 66, 67, & 68. fol. 70

3 Concessio rei in emphyteosim si facta est patri pro se & filijs masculis, & fœminis, licet æqualiter succedant masculi & fœminæ, secus tamen si in loco est statutum, quòd extantibus masculis fœminæ nõ succedant quia tunc admittuntur ordine successiuo. cons. 79. nu. 66 f. 290

3 Concessio facta per Cæsarem domino Peyphebo de Marchionatu Soraneæ, & eius curte, non comprehendit bona particularia existentia in territorio dicti Marchionatus, etiam si sint possessa per ipsum, nisi appareat, quòd fuerint Principis concedentis. cons. 64. nu. 68. f. 161

3 Concessio primogenituræ obtentæ per subreptionem redditur nulla. cons. 10. nu. 9. f. 49

3 Concesso vno omnia videntur cõcessa per quæ facilius ad illud perueniri potest. cons. 35. nume. 29. f. 132

3 Concessionis facilioris est prorogare id quod est, quàm concedere de nouo aliquid, quod iam extinctum sit. cons. 4. nu. 27. f. 24

3 Concessiones gratiosæ in quibus nõ est facta mentio de quocunq; iure tertij, etiam modico, reddũtur nullæ, & subreptitiæ, etiam si tale ius non esset omnino efficax. cons. 10. nu. 12. f. 29

2 Cõcessionis feudalis tenor inspicitur, & ab eius forma, & tenore in aliquo non est discedendum. cons. 41. nu. 3. f. 137

2 Concessiones principum, quæ tendunt in non modicam diminutionẽ status, vel dignitatis Marchionatus, non valent, nec à successoribus sunt obseruandæ, etiam si sint iuramento firmatæ. consil. 1. num. 106. f. 14

2 Concessiones Principis diuersis temporibus factæ, si excessiuæ sunt, reuocari possunt. consil. 1. nume. 122. f. 15

2 Cõcessa vno tempore, censentur alio tempore prohibita. cons. 71. nu. 34. f. 251

3 Concedens rem in emphyteusim & omne ius quod habet pro annua pensione facit contractum censualem, & verbum in emphyteusim exponetur, id est in censualem concessionem, ex quo omne ius est concessum & translatum. consil. 69. nume. 44. f. 254

3 Concedi quæ possunt parte inuita, ergo & ignorante. cons. 4. nu. 70. f. 26

3 Concilium Prouinciale, & Synodale potest recusari tanquam suspectum, & similiter tota ciuitas, vel vniuersitas potest recusari tanquam suspecta. consil. 19. nu. 11. f. 88

3 Conclusio in rescripto attenditur. idem in contractu. cons. 9. nu. 4, & 5. f. 45

3 Conclusio licet aliàs attendi debeat, & nõ narratio, tamen virtute clausulæ petens sibi ius & iustitiam ministrari, narrata attendi debent, & super his probatio fieri. cons. 41. nu. 10. f. 145

3 Conclusio supplicationis & rescripti delegatorij si contineat quòd iudex habeat declarare ad monasterium pertinere petias terræ, quas reperiret fuisse monasterij, & per Abbatem monachos & conuentum dicti monasterij possessas, verbum, pertinere, verificabitur etiam in solo possessorio seu iure pertinente ratione possessionis. cons. 41. nu. 23. fol. 146

3 Conclusio libelli attendi debet. cons. 9. nu. 2. f. 45

3 Conclusio libelli in qua requiritur reos conuentos ad restitutionem rerum respicit petitorium, secus si ad restitutionem possessionis rei. consil. 41. nu. 5. f. 145

2 Conclusio libelli attendi debet, & inspici. Idem in rescripto, & contractu, vt num. 3. cons. 90. num. 1. f. 321

2 Conclusio libelli attendi debet. consi. 50. nume. 1. f. 168

2 Conclusio in rescripto & cõtractu attenditur. cons. 50. num. 2. ibid.

2 Conclusio in petitione hæreditatis, qualis esse debeat. cons. 90. nu. 4. f. 321

1 Conclusio in caussa principali sicuti non extenditur in caussa appellationis, ita nec in caussa supplicationis. cons. 94. nu. 13. f. 361

1 Conclusio libelli attendi debet. cons. 48. nu. 5. f. 203. & in cons. 79. nu. 34. f. 306

3 Concubinam si quis instituat præteritis vel exhæredatis fratribus & sororibus, querelare poterunt ipsi testamentum fratris. consilio 87. numero 14. fol. 312.

2 Concubinarius testis esse non potest, & maximè manifestus, & in numero 29. consil. 63. nume. 26. f. 217

Et maximè, quando est vxoratus. consil. 63. num. 27. ibidem.

1 Condemnari non potest accusatus de mandato si probatur de instigatione. consilio 16. numero 15. fol. 95

1 Condemnari vt quis possit de crimine requiritur quod sit legitimè conuictus vel confessus. cons. 51. nu. 24. f. 212

2 Condemnatus ex contumacia magis dicitur condemnatus ex cõtumacia quàm ex delicto. consil. 45. nu. 67. f. 192

2 Condemnatus de facto resistere potest aduersus executionem sententiæ nullæ. consi. 6. nu. 23. f. 36

2 Cõdemnans aliquem de culpa criminaliter, debet etiam accessoriè eum condemnare ad restitutionẽ rei. cons. 30. nu. 11. f. 104

2 Condemnationes sunt meri imperij. cons. 42. nu. 2. f. 140

3 Condemnatus de furto fugiens de carcere aperto puniri debet. cons. 3. nu. 29. f. 20

3 Condemnato de hæresi, postmodum tamen reuerso, & ecclesiæ catholicæ incorporato, honores, dignitates, & pristina bona debent restitui. cons. 63. nu. 27. f. 230

1 Conditio importat formam. cons. 82. nu. 5. f. 317. & in cons. 97. nu. 60. f. 378

1 Conditio ex lege præscribitur spatio 30. an. cons. 79. nu. 20. f. 305

1 Conditio l. fin. C. de acquirenda possessio. durat annis triginta. cons. 79. nu. 19. ibid.

1 Cõditio l. prædictæ competit creditori habenti bona debitoris obligata cum constituto pro recuperanda possessione à qua fuit spoliatus. cons. 79. nume. 21. ibid.

1 Conditio legis ipsius non extenditur ad bona quæ per debitorem reperiuntur post cõstitutum acquisita. cons. 79. nu. 22. ibid. Sed contrà nu. 46. f. 307. secundum communem.

Index materiarum Conſ.

1 Conditio l. prædictæ procedit vbi conſtitutum vel precarium eſt validum. conſilio 79. numero 40. fol. 306

1 Conditio d. l. non datur pro quantitate debiti ſed pro recuperanda poſſeſſione quæ fuit creditori acquiſita. conſ. 79. nu. 48. f. 307

1 Conditio mortis tractum ſucceſſiuum habere videtur & multa tempora complectitur. conſ. 25. numero 16. f. 129

2 Conditio expreſſa ſicuti impedit ortum actionis, & obligationis, ita & conditio tacita. conſ. 98. num. 8. fol. 348

2 Conditio voluntaria adimpleri debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens. conſ. 100. num. 34. fol. 358.

2 Cõditio ſine cauſſa cedi poteſt. & ſimiliter iura perſonalia cedi poſſunt. conſ. 28. nu. 20. f. 99

2 Conditio canonis reintegrandæ non competit ei, qui nunquam poſſedit. conſilio 60. numero 14. fol. 169

2 Conditio ſi hæres deceſſerit ſine filio, comprehendit & filiam. conſ. 93. nu. 4. f. 331

2 Conditio in contractibus, ſi matrimonium dirimatur ſine filijs, ceſſat exiſtente filia. conſ. 93. nume. 5. ibidem.

2 Conditio ex cõſuetudine proueniens, eſt ſtricti iuris. conſ. 27. nu. 5. f. 96

2 Cõditio, ſi deceſſerit ſine liberis, adimpletur, ſi grauatus damnetur ad metallum. conſ. 97. nume. 40. fol. 347

2 Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, ſtatim verificatur in ingrediente monaſterium incapax bonorum. conſ. 97. nu. 41. ibid.

3 Conditio poſita in ſubſtitutione cenſetur repetita in ſequenti, ne plus iuris videatur tranſlatum in ſecundum ſubſtitutum, qui cenſeatur eſſe minus dilectus à teſtatore quàm in primum. conſ. 82. nu. 29. fol. 301.

3 Conditio importat formam. conſ. 49. nu. 15. f. 206. & conſ. 55. nu. 25. f. 191

3 Conditio nihil ponit in eſſe antequam impleatur. conſ. 70. nu. 67. f. 262

3 Conditio ſi deficit, totum corruit. conſ. 2. nume. 23. fol. 15

3 Conditio debet impleri in forma ſpecifica. conſ. 14. nu. 6. f. 71

3 Conditio propter quam quis retrahitur à matrimonio carnali, ſicut non valet, à fortiori valere non debet quando retrahitur à vita contẽplatiua. conſ. 35. nu. 25. f. 132

3 Conditio ſpecificè debet adimpleri. conſi. 65. nu, 24. fol. 235.

3 Conditio importat formam. ibid nu. 25. ibid.

3 Conditio ſi eſt appoſita ad ſubſtantiam actus, abſque dubio defecta conditione actus deficit. conſ. 58. nu. 17. f. 207

3 Conditio antequam impleatur, nihil ponit in eſſe ibid. nu. 18. ibid.

3 Conditionis enim natura eſt, vt interim faciat ceſſare omnem obligationem. ibid. nu. 19. ibid.

3 Conditio vbi deducitur in indicio debet liquidari, quod impleta ſit. ibid. nu. 20. ibid.

3 Conditio tacita ita impedit natiuitatem actionis ſicut expreſſa. ibid. nu. 21. ibid.

3 Conditio duplex vbi debet impleri, vna deficiente non eſt locus diſpoſitioni. conſilio 59. nume. 14. fol. 214

3 Conditio appoſita per teſtatorem quando eſt voluntaria reſtringitur in terminis ſuis & ad alium caſum non porrigitur. conſ. 56. nu. 22. f. 196

3 Conditio voluntaria appoſita à teſtatore formaliter & ſpecificè prout verba ſonant impleri debet. nu. 23. ibid.

3 Cõditio antequam impleatur nihil ponit in eſſe, & implemento deficiente nõ ſortitur effectum. conſ. 59. nu. 9. f. 214

3 Conditio tacita ſecundum communem impedit natiuitatem actionis ſicut expreſſa. ibid numero 13. fol. eod.

3 Conditione deficiente corruit donatio, & perinde eſt ac ſi à principio facta non fuiſſet. conſ. 59. nu. 7. ibidem.

3 Cõditione deficiente perinde eſt ac ſi diſpoſitio facta non fuiſſet. conſ. 58. nu. 15. f. 207

3 Conditionem ſufficit ſemel fuiſſe impletam, quauis implementum poſtea non duret. conſ. 56. nume. 11. f. 195

2 Conditionem ſufficit ſemel extitiſſe, licet implementum non durauerit. conſilio 52. numero 46. fol. 179

3 Conditionibus in ipſis, quæ apponuntur in ſubſtitutione, attendimus principium primæ exiſtentiæ, & non curamus poſtea eius ſucceſſum. conſil. 56. nu. 12. f. 195

1 Conditor legis non ligatur lege ſua, conſ. 86. nu. 39. fol. 331

2 Conducens rem ſterilem ratione ſterilitatis remiſſionem petere non poteſt, conſ. 52. nu. 28 f. 178

2 Conducens fundum tempore guerræ, ſi impediatur vti re locata, remiſſionem petere non poteſt. conſ 52. nu. 29. ibid.

1 Conductor licet nõ teneatur niſi vites veteres conſeruare & alias in locũ mortuarum ſubrogare, tamen ſi de nouo vites plantauit ex quibus locator ſit percepturus vtilitatem non modicam tenetur ad reſtitutionem expenſarum, alias ſecus. conſilio 28. nu. 27. f. 141

1 Conductor nõ tenetur facere foſſata in prędio conducto eius expenſis quando tẽdunt ad perpetuam vtilitatem domini, aliàs ſecus. conſi. 28. numero 24. fol. 140

1 Conductor qui iurauit ſingulo anno ſoluere affictum, ſi non ſoluit poteſt expelli. conſil. 6. num. 43. fol. 55.

1 Conductor ſciens tempus belli imminere non poteſt petere remiſſionem mercedis ſibi fieri ob cauſſam belli. conſ. 9. nu. 25. f. 69

2 Cõductor ex incendio dicitur eſſe in leui dolo, contra, nu. 15. vbi dicitur eſſe in leuiſſima, & nu. 25. conſ. 95. nu. 6. f. 337

2 Conductor tenetur de incendio, etiam ſi non probetur certa perſona, quæ ignem impoſuerit, ſed cõtra nu. 9. conſ. 95. nu. 7. ibid.

2 Cõductor nõ tenetur de incendio quando per ſcintillam vento emiſſam ignis euolat in paleam, & inuiſibiliter ignis multiplicatur. conſi. 95. nume. 23. fol. 338

2 Conductor de incendio orto in domo non tenetur ſecundum communem, niſi quando eſt in dolo, lata culpa, vel leui. conſ. 95. nu. 14. f. 338

2 Conductor tenetur nedum de culpa ſua, ſed etiam famulorum. conſ. 95. nu. 4. f. 337

2 Cõductor ſuccidens arbores fructiferas expelli poteſt, & nu. 19. quod tamen intellige, vt in num. 21. conſ. 49. nu. 10. f. 166

3 Conductor remiſſionem conſequi debet quaodn fructus

fructus recollecti ita ſunt modici, quod ſoluendo penſionem remanet deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, vel quando nõ colligit dimidium eius, quod erat conſuetum percipi. conſilio 86. numero 2. f. 310

3 Conductor, qui agit ad remiſſionem mercedis, debet probare ſterilitatem, aliàs ſuccumbere debet. ibid. nu. 4. f. 311

3 Conductori non fit remiſſio, quando annis præteritis redditus fuerunt vberes, ex quibus cõmodum conſequutus fuit. ibid. nu. 6 ibid.

3 Conductori fieri debet reſtaurum ſecundum communem, quando circa perceptionem fructuum deductis ſumptibus reperitur deceptus vltra dimidiã iuſti pretij. conſ. 86. nu. 1. f. 310

3 Conductori remiſſio non eſt facienda quando facta denuntiatione ſterilitatis locatori obtulit ſe paratum ſuo periculo recipere fructus & remittere penſionem oblationemque recuſauerit. d. conſilio 86. num. 9. f. 311

3 Conductori non eſt facienda remiſſio quando in contractu locationis renuntiatum fuit omni iuris, & legum auxilio. nu. 10. ibid.

3 Cõfœderans ſe cum inimico domini perdit feudũ, & priuatur omnibus priuilegijs, quæ à domino ſuo dignoſcit obtinere. conſ. 1. nu. 81. f. 10

1 Cõfeſſio dotis conſtante matrimonio facta per maritum vxori ſecundum cõmunem non valet. conſ. 93. nu. 1. f. 356. Sed contrà nu. 20. f. 358

1 Confeſſio dotis conſtante matrimonio facta vxori per maritum cum renuntiatur exceptioni non numeratæ dotis ſapit donationem. conſ. 93. nume. 3. f. 357

1 Confeſſio dotis conſtante matrimonio facta vxori licet morte cõfirmetur, tamen ſecus quando facta eſt vltra quingentos aureos, quia etiam infra non valet. conſ. 93. nu. 14 f. 358. quod declara, vt in nu. 37. f. 359. cum quatuor ſequentibus.

1 Confeſſio dotis facta cõſtante matrimonio per maritum quamuis non valeat, tamen ſi facta eſt fratri vxoris valet præiudicatque nedum viro ſed etiam creditoribus. conſ. 93. nu. 29. f. 359

1 Confeſſio facta alicui pro ſe, filijs, & nepotibus in vltima voluntate, vel in contractu, non operatur vt filius fratris præmortui admittatur vnà cũ patruo. ſed contra nu. 56. conſ. 68. nu. 19. f. 266

1 Cõfeſſio dotis facta conſtante matrimonio quæ valet in vim donationis cõfirmatur morte mariti precedentis quando interuenit aliquid loco traditionis. conſ. 93. nu. 30. ibid. vt ſi ſit clauſula conſtitut. vt ibi nu. 31.

Et hoc adeo verum eſt quod trahitur retro ad tempus celebratæ confeſſionis, vt in nu. 32. ibid.

1 Confeſſio dotis receptæ facta à marito fiſco nõ præiudicat. conſ. 31. num. 40. quod limitatur num. 42. f. 151

1 Confeſſio facta à minore ſine authoritate curatoris non valet ſi ſponte facta ſit. conſilio 51. num. 34. f. 212

1 Confeſſio facta in iudicio viua voce & non redacta in ſcriptis & ſine teſtibus non valet. conſil. 70. numero 5. f. 274. Sed contra nu. 11. f. eodem. & 16. ibidem.

1 Cõfeſſio facta ſine indicijs per metum ſicut eſt nulla, eſt inualida, ita & iuramentum ſuperueniens præſumitur meticuloſum. conſilio 2. numero 81. fol. 18.

1 Confeſſio facta ſuper inordinato proceſſu eſt ſufficiens ad condemnandum, quod etiam procedit in confeſſione ficta. conſ. 31. nu. 4. & 6. quod declara vt in nu. 7. f. 148. & 149

1 Confeſſio ficta nunquam probat verè delictũ. conſ. 45. nu. 70. f. 192

1 Confeſſio geminata etiam ex interuallo facta operatur vt contra eam non admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ. conſ. 6. num. 26. f. 54. & conſ. 17. nu. 11. f. 98

1 Confeſſio inualida non comprehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione. conſ. 31. nu. 11. f. 149

1 Confeſſio mariti de dote recepta licet præiudicet marito non tamen creditori etiam ſi decurſa eſſent tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. conſ. 85. num. 27. f. 326. Sed contra, num 41. f. 327

1 Cõfeſſio mariti de dote recepta tantum debet operari in præiudicium mariti & quorumcunque creditorum quando ſunt lapſa tempora opponendi exceptionem nõ numeratæ dotis ſecundum communem ſicut vera & realis ſolutio præſertim ſi fuerit facta ante contractum matrimonium. conſ. 85. nu. 42. ibid.

1 Confeſſio non requirit telam neq; ordinem iudicij. conſ. 31. nu. 5. f. 149

1 Confeſſio partis ſuperat omnes alias probationes. conſ. 21. nu. 3. f. 111

1 Item ceſſare facit præſumptionem iuris & de iure. conſ. 21. nu. 4. ibid.

1 Necnon & recipitur contra rem iudicatam. conſ. 21. nu. 5. ibid.

1 Confeſſio probat veram numerationem. conſ. 17. num. 8. f. 98

1 Confeſſio rationis redditæ non præiudicat confitenti, quando facta reperitur ſuper re non veriſimili & impoſſibili. conſilio 49. numero 54. folio 207

1 Confeſſio reſultans à ſtatuto ex cõtumacia non dicitur vera ſed ficta & præſumptiua. conſ. 45. num. 69. f. 192

1 Cõfeſſio tutoris, curatoris & procuratoris facta per modum contentioſæ iuriſdictionis præiudicat pupillo adulto & domino. conſil. 70. nume. 3. f. 274. quod etiam procedit in confeſſione ſyndici, vt nume. 4. ibid.

1 Confeſſio ſocij criminis in caſibus non ſpecialibus ſi facta eſt in tormentis non facit indicium ad torturam contra conſocium nominatum etiam ſi eſſet malæ vitæ & conditionis conſocius. conſil. 16. nu. 18. f. 96

1 Confeſsio geminata operatur, vt non poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. conſ. 60 n. 26. f. 237

2 Confeſsio vera licet probet delictum verè, tamen confeſſio ficta nunquam probat verè delictum. conſ. 31. nu. 12. f. 149

2 Confeſsio defuncti ſicut ei præiudicat, ita & hæredi, & nu. 59. conſ. 82. nu. 38. f. 295

2 Confeſſio defuncti cenſetur etiam confeſſio hæredis. conſ. 82. nu. 40. ibid.

2 Confeſſio reſultans ex banno, & contumacia, vt ſuum ſortiatur effectum, requiritur, vt bannum, & contumacia ritè, & rectè proceſſerint, aliàs nullius eſt momenti. conſilio 68. numero 30. folio 237

2 Confeſſio præiudicat confitenti, & nu. 42. conſ. 71. nu. 40. f. 252

Index materiarum Consil.

2 Cõfessio maior est quocunque publico instrumento,& quibuscunque depositionibus testium. cons. 71.nu.41. ibid.
2 Confessio vbi est,ibi est relaxatio omnis probationis.cons.71.nu.43. ibid.
2 Confessio donantis secuta donatione officere non potest.cons.35.nu.6. f.305
2 Confessio notarij asserentis instrumentum per se confectum falsum esse, vel vitiosum, non valet in tertij præiudicium.cons.85.nu.7. ibid.
2 Confessio auctoris quod donatio sit ficta & simulata,non nocet successori, in quem prius fuit translatum directum dominium. consilio 85. numero 8. f.308
2 Cõfessio propria superat omnes alias probationes. cons.75.nu.23. f.269
2 Cõfessio maior est quolibet instrumento publico, & quibuscunque depositionibus testium. cons.75. nu.24. ibid.
2 Confessio vbi est,ibi est relaxatio omnis probationis.cons.75.nn.25. ibid.
2 Confessio facta parte præsente probata per vnum testem,& testes singulares deponentes de confessione facta parte absente coniunguntur ad plenam probationem.cons.82.nu.48. f.296
2 Confessio superat omnem aliam probationẽ. cons. 85.nu.21. f.306
2 Confessio venditoris facta perfecta venditione nõ præiudicat emptori.cons.58.nu.13. f.198
2 Confessio præiudicat confitenti,non autem tertio. cons.58.nu. 14. ibid.
2 Confessio cedentis non præiudicat cessionario,si fiat post cessionem perfectam.cons. 58.nume. 15. ibidem.
2 Cõfessio donantis post donationem alteri factam, ei non præiudicat,& nume. 16.cons. 58.nume.10. ibidem.
2 Confessio patris asserentis se pecuniam à filio habuisse tanquam ad eum pertinentem, licet sit suspecta, tamen si tempore huiusmodi confessionis filius erat in tali exercitio ita edoctus, quòd verisimiliter potuisset ex dicta industria talem pecuniam lucrari,valet confessio.cons.90.nu.13. f.322
2 Confessio facta per maritum, quòd emit fundum pro vxore,& de suis proprijs pecunijs valet,si ex cõiecturis constare poterit.cons.90.nu.15. f.323
3 Confessio facta per torturam nullis præcedentibus indicijs non valet. quod amplia procedere etiam si sit ratificata ad banchum iuris.cons.17.nu.14.&15. f.83
3 Confessio facta metu tormentorum,nõ valet.ibid. num.16
3 Cõfessio facta metu tormentorum subrogatur loco confessionis factæ in tormentis.ibidem.num.18. ibidem.
3 Confessio facta per detentum in carcere dicitur facta metu tormentorum.ibid.nu.19. ibid.
3 Confessio rei constituti in fortijs iudicis dicitur facta metu tormentorum,cum iudex semper habeat potestatem & potentiam in habitu torquendi reũ. nu.20. ibid.
3 Confessio in dubio dicitur facta metu tormentorũ. ibid.nu.22. ibid.
3 Confessio facta super inordinato processu, nõ præiudicat confitenti quando est inualida.ibid.nu.23.
3 Confessio spontanea non nocet in criminalibus cõfitenti,nisi pluries in confessione sua perseuerauerit.ibid.num.27. ibid.
3 Confessio qualificata debet acceptari cum qualitatibus suis.ibid.nu.28. ibid.
3 Confessio extorta per torturam nullis præcedentibus indicijs nulla est,& inquisitio non præiudicat. quod amplia procedere,etiam si esset ratificata ad banchum iuris, & in ea perseueraret inquisitus, imò etiam si iurata fuisset. plus & si superuenissent indicia.quod procedit etiam non solùm in criminibus minoribus,sed etiam in maioribus exceptis.Itẽ & si iudex haberet plenum arbitrium. cons. 12.nu. 90,91,92,93,94,& 95. f.63
3 Cõfessio facta extra iudicium & si secundum communẽ faciat indicium ad torturam, tamen hoc fallit si confessio reuocata fuit ante torturam.cons.31. nu.17. f.218
3 Confessio facta incidenter coram iudice incompetente,non facit indicium ad torturam.ibid. nu. 19. f.119
3 Confessio facta incidenter coram iudice ordinario non sufficit ad condemnationem, quamuis si principaliter facta fuisset,sufficeret.ibid.nu.20. ibid.
3 Confessio maior est quocunq; publico instrumento,& quibuscunque depositionibus testium. cons. 6.nu.26. f.31
3 Confessio vbi est,& ibi etiam est relaxatio omnis probationis, & adeò efficax est, quod iudex illam nullam pronuntiare non potest,ibid.nu.27.
3 Confessio recepta à notario recusato, tanquam suspecto cum iuramento,non valet.cons. 31.nu.24. f.119
3 Confessio facta nunquam probat verè delictum. cons.29.num.26. f.114
3 Confessio præiudicat confitenti.cons.6.nume. 24. f.31
3 Confessio geminata non subsistit quotiens confitenti durabat eadem causa metus.cons. 17.nu.34. f.84
3 Confessio nõ nocet confitenti quando contra eam sententiam lata fuit.cons.31.nu.23. f.119
3 Confessio constito de errore confitenti obesse non potest,siue sit error facti,siue iuris.cons.69. nu.48. f.254
3 Confessio falsa veritatis apparentis substantiam nõ mutat.cons.69.nu.52. ibid.
3 Conditio si deficit,totum corruit.consil. 98. nume. 22. f.340
3 Cõfessio facta coram iudice incompetente est sufficiens ad torturam.cons.31.nu.1. f.118
3 Cõfessio facta coram iudice incompetente si reuocatur coram cõpetenti, per dictam reuocationem non tollitur virtus ipsius confessionis, tamen cõtrà secundum cõmunem quando reuocatio facta est ante torturam,etiam nõ docto de errore.ibid.nu.2. 17.& seq. ibid.
3 Confessio facta in tortura per doctorem nõ valet. ibid.nu.3. ibid.
3 Confessio emanans non præcedentibus indicijs sicut extorta dicitur,ita & variatio.cons.3.nume.53. fol.21
3 Confessio facta in tortura legitimis indicijs nõ præcedentibus est nulla, dato quòd fuerit millies ratificata,& noua superuenerint indicia.ibidem. unmero 54.
3 Cõfessio per torturam præcedente solo indicio famæ non præiudicat inquisito.ibid.nu.55
3 Cõfessio & instrumentum quò ad probandum paris est potentiæ.consil.54.nu. 17 f.188
3 Confessio est fortior,& efficacior quàm aliqua probatio

batio de mundo.ibid.num. 18.
3 Confessio est maior quolibet publico instrumento, & quibuscunq; depositionibus testium.ibid.nu.19.
3 Confessio vbi est, ibi est relaxatio omnis probationis.ibid.nu. 20.
3 Confessio partis adeò efficax est, quod iudex non potest ipsam nullam pronuntiare. ibidem. numero 21.
3 Confessio ficta & tacita inducta per statutum, non operatur, vt quis ex ea damnari possit, nisi processus fuerit ritè & rectè formatus. cons.94. nume.13, f.328
3 Confessio vera probat delictum verè, sed non ficta confessio.ibid.nu. 15
3 Confessio facta in iudicio & si præiudicet, tamen id procedit in vera confessione, & non tacita resultãt ex ficta contumacia.cons.94.nu.27. f.329
3 Confessio quæ inducitur ex vi statuti disponentis quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, dicitur ficta & præsumptiua.cons.94.nume.4. f.327
3 Confessio resultans ex contumacia habet eundem effectum quàm vera & expressa.ibid.nu.5.
3 Confessio sine caussa licet non valeat, tamen sustinetur si facta sit in articulo mortis.cons.37.num.5. f.135.quod declara, vt in nu.28. f.137
3 Confessio ficta vbi agitur de publica vtilitate, non egreditur personam.cons.29.nu.29. f.114
3 Confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi.cons.88.nu.7. f.314
3 Confessio partis admittitur post renuntiationem probationis.ibid.nu.8. ibid.
3 Confessio facta sine indicijs, per metum sicut est nulla, ita & iuramentum superueniens, quod præsumitur meticulosum, erit nullum. consil.7. num. 41. f.37
1 Confessioni mulieris iurantis se participasse, in pretio rei dotalis venditæ per eam & maritum non statur in fauorem mariti.cons.64.nu.11. f.251
1 Quod declaratur procedere in iuramento assertorio, non autem promissorio.cons. 64.nu.12. ibid.
1 Confessioni rei dicentis se plura delicta fecisse diuersis temporibus non est standum nisi appareat plures res subtractas fuisse.consilio 51.numero 14. f.201
2 Confessioni defuncti, hæres contrauenire non potest, cons.71.nu.45. f.252
2 Confessionem nullam iudex pronuntiare non potast.cons.71.nu.44. ibid.
3 Confessus & conuictus non appellat.cons.73. num. 25. f.272
3 Confessus solet condemnato cõparari, & quod non potest venire contra propriam cõfessionem. cons. 47.nume. 1, & 2.f.162.Declara tamen vt in numero 29. f.164
3 Confessus, & conuictus sicut non appellat, ita nec habitus pro confesso.ibid.nu.6. f.162
3 Confitens se hominem occidisse, & postea illum in mari proiecisse, si non constat de corpore mortuo, puniri non potest de homicidio, nisi illud probetur per famam.cons.17.nu.26. f.83
3 Confitens coram iudice competente & si cogatur perseuerare in sua confessione si eam non reuocet, tamen id verum esse arbitratur si de confessione orta est suspicio vel infamia.consil.31.num.18. fol.119
2 Confinia duo licet sufficiant ad probationem identitatis, tamen hoc fallit, quando in instrumento essent descripta quatuor, quorum duo conueniant rei petitæ, & alia non, sed contrà.nu.18, & 19. cons. 67.nu.5. f.232
2 Cõfinia duo, si reperiuntur apposita in instrumento rei cultiuæ, illa sufficiunt ad probationem identitatis, licet postea effecta fuerit syluosa. consi.67. num.16. f.233
1 Confirmatio Cæsaris cum clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis est maximę importantiæ.cons.2.nu.38. f.16
1 Confirmatio facta de eo quod fuerat extortum nihil operatur.cons.2.nu. 156. f.25
1 Confirmatio facta ex certa scientia si est subreptitia redditur nulla.cons.2.nu.157. ibid.
1 Confirmatio facta per imperatorem de donatione iam per eum reuocata non valet maximè quando reuocatio facta fuit cum clausula motu proprio ex certa scientia & de plenitudine potestatis. cons.2. nu.165. f.25
1 Confirmatio facta post ius quæsitum alteri personę & sic re non integra non valet.consil. 2.num.145. fol.24
1 Confirmatio generalis non inducit illum effectum quem confirmatio specialis.consilio 29. nume.33. fol. 144
1 Confirmatio reuocationis donationis magis demonstrat voluntatem principis quando in ea insertus est tenor ipsius reuocationis.cons.2.nu.170. fol.26
1 Cõfirmatio statutorum facta per principem in genere non extenditur ad statuta iniusta & illicita & ad ea quæ sunt iuri contraria vel quæ possunt aliquid noui inducere etiam si facta esset cum clausula ex certa scientia. consilio 29. numero 32, & 34. fol. 144
1 Confirmatio statutorum inducitur eo ipso quod princeps iurauit obseruare statuta.cons.29.nu.31. ibidem.
1 Confirmatio superioris in forma communi nõ tribuit ius.cons.5.nu.5. f.44
2 Confirmatio Principis mihi facta de inuasione castri alterius, cuius possessionem apprehendi, quanuis non valeat, tamen id fallit, nisi ea facta fuisset pro statu Reipublicæ, quia tunc valet, sed princeps tenetur vero domino ad æstimationem.cons. 69. nu.28. f.241
2 Confirmatio facta cum clausula ex certa scientia reddit validum, quod nullum erat.cons.71.nu.46. fol.252
2 Confirmatio Papæ ex diuturnitate temporis præsumitur.cons.99.nu.29. f.354
2 Confirmatio statutorum non extenditur ad statuta non recepta, vel aliàs abrogata. cons.99.num.8. f.353
3 Confirmatio facta cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, dicitur noua datio, & nouum pactum.cons.1.nu.58. f.9
3 Confirmatio facta ex certa scientia, & animo deliberato, operatur præsumtione informationis, ibid. num.59
3 Confirmatio non est noua datio, sed per eam confirmatur prius habitum & possessum.cons.2.num. 19. f.15
3 Confirmatio in vno inducit infirmationem in reliquo & econtra. cons.61.nu.11. f.221
3 Confirmatio non est noua datio, sed per eam confirmatur prius habitum & possessum. cons.98.nume.19. f.340

Index materiarum Conſ.

3 Confirmatio quando fit per Cæſarem cum clauſula ex certa ſcientia, ipſe facere videtur. conſ. 61. nu. 41. f.223

3 Confirmatio violentis poſſeſſoris facta à Principe non valet. conſ. 6. nu. 35. f.32

3 Confirmatio quando eſt facta ex certa ſcientia non poteſt apponi manus per aliquem ad illum actum præterquam à principe confirmante: nam qui habet verbum ſuperioris, non indiget verbo inferioris. conſ. 61. nu. 45. f.223

3 Confirmatum à ſupremo Principe per inferiorem reuocari non poteſt. conſ. 61. nu. 43. ibid.

1 Confiſcatio eſt alienatio. conſ. 56. nu. 9. f.225

2 Confiſcatio bonorum eſt de regalibus. conſ. 78. nume. 20. f.279

2 Confiſcatio ordinaria in caſibus à iure permiſsis, fit per quemcunque iudicem habentem merum imperium, ratione territorij. conſilio 78. numero 22. ibidem.

3 Confiſcatio nõ trahitur ad bona ſubiecta fideicommiſſo & ſic ad prohibita alienari. conſil. 1. nu. 44. fol. 7.

3 Confiſcatum minus legitimè, dicitur occupatum. conſ. 1. nu. 79. f.10

2 Confugiens ad eccleſiam, qui non poteſt de illa extrahi, ſi per epiſcopum capiatur, & iudici ſeculari tradatur non poteſt puniri. conſ. 60. nu. 21. f.202

3 Congregatio an ſit licita vel ne, duo conſideranda ſunt, videlicet qualitas perſonarum, & cauſſa. conſ. 17. nu. 32. f.83

1 Cõiectura alia quotieſcunque capi poteſt quàm approbationis obligationis meticuloſæ ſemper capienda eſt. conſ. 2. nu. 91. f.19

3 Coniecturæ inducunt probationem manifeſtam, & liquidiſsimam. conſ. 58. nu. 48. f.212

1 Coniecturis non eſt opus in claris. conſ. 2. num. 10. f.14. & in conſ. 41. nu. 6. f.176

2 Coniecturæ licet ſufficiant in materia difficilis probationis, tamen hoc ſecus, vbi iuris præſumptio militat in contrarium. conſ. 83. nu. 38. f.301

1 Coniunctio ſanguinis aliqualiter excuſat cõſanguineum, ſi non accuſauit conſanguineum de crimine læſæ maieſtatis. conſ. 45. nu. 57. f.191

2 Cõiunctio remouet dolum, & ſimulationem, & facit præſumere veram donationem. conſ. 38. nu. 22. f.129

2 Cõiunctus præſumitur ſcire factum cõiunctorum, & præſertim cum familiariter ſimul habitẽt. conſ. 4. nu. 32. f.30

1 Coniunctus poteſt relinquere meretrici coniuncti. conſ. 45. nu. 52. f.191

1 Coniunctus præſumitur ſcire facta cõiuncti & adeò efficax eſt hæc præſumptio quod transfert onus probandi in contrarium & maximè quando familiariter ſimul viuunt cum coniuncto. conſ. 19. nu. 39. f. 108. & conſ. 52. nu. 14. f.214

1 Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti in his quæ reſpiciunt ſanguinem. conſ. 3. nu. 100. f.36

3 Coniunctus non præſumitur aliquid dixiſſe in iniuriam coniuncti. conſ. 11. nu. 51. f.55

1 Coniugatus cognoſcens carnaliter ſolutam cõmittit adulterium. conſil. 74. nume. 3. f.288. Sed contra nu. 12. ibid.

3 Coniunx quando eſt diues, & indotata marito non ſuccedit in quarta. conſ. 14. nu. 10. f.72

2 Cõſanguineus, qui vigore ſtatuti vult cogere alium ad cõpromiſſum debet probare ſe legitimum. conſ. 100. nu. 22. f.358

2 Conſanguinei, qui habẽt facultatem à lege interficiendi aliquem repertum in flagranti crimine, poterunt illam interfici facere per extraneum, in cõtrarium eſt communis, vt in nu. 31. conſ. 34. nume. 13. f.116

2 Conſcij criminis læſæ maieſtatis puniendi ſunt, ſicut delinquentes. conſ. 88. nu. 8. f.316

2 Conſenſus præciſus & determinatus populi requiritur in conſuetudine. conſ. 87. nu. 55. f.315

2 Conſenſus capituli, tractatus, & aliæ ſolennitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ diuturnitate temporis interueniſſe præſumuntur. conſi. 99. nu. 27. f.354

2 Conſenſus domini ex antiquitate temporis præſumitur interueniſſe alienatione rei emphyteoticæ. conſ. 99. nu. 25 ibid.

1 Conſenſus domini ex longinquitate temporis præſumitur. conſ. 2. nu. 24. f. 15. & nu. 133. f.122

1 Conſenſus domini ſufficit, ſi ſequatur poſt alienationem factam de conſenſu agnatorum. conſ. 2. nu. 37. fol. 16

1 Conſenſus adhibitus cõtractui inualido nullũ operatur effectuum. conſ. 2. nu. 142. f.24

1 Conſenſus capituli ſolennitas & tractatus ex antiquitate temporis præſumitur interueniſſe in contractu. conſ. 2. nu. 27. f.15

1 Conſenſus domini directi ſufficit quod interueniat ſiue ante ſiue poſt, dummodo non tractetur de alterius præiudicio quam ipſius domini. conſ. 2. num. 146 f.24

1 Conſenſus domini nõ requiritur in venditione vel datione in ſolutũ facta per iudicem creditori emphyteotæ de re emphyteotica, ſaluo ſemper canone. conſ. 21. nu. 17. f.113

1 Conſenſus epiſcopi in donatione iuris patronatus ſufficit quod interueniat poſt ipſam donationem. conſ. 47. nu. 48. f.200

1 Conſenſus præſtitus per regem poſt reuocationem obligationis bonorum feudalium factæ ſine regio aſſenſu, non valet. conſ. 2. nu. 148. f.25

1 Conſenſus ſuperioris vbi requiritur in alienatione rerum monaſterij, ſufficit conſenſus prouincialis. conſ. 15. nu. 52. f.93

1 Conſenſus tacitè in ſocietate præſumitur ex actibus conſonantibus ſocietati. conſ. 91. nu. 27. f.351

3 Conſenſus alicuius quando requiritur in contractu ratione ſui intereſſe, ſufficit quòd interueniat ex poſtfacto, etiam ſi actus præcedens ſit nullus ipſo iure, dummodò approbatio pẽdeat à poteſtate cõſentientis. conſ. 22. nu. 45. f.97

3 Conſenſus tacitus filiorum ſufficit vt mater tranſiens ad ſecunda vota non priuetur proprietate bonorum filij in quibus ſucceſſit. conſilio 81. num. 13. f.298

3 Conſenſus præiudicat conſentienti vbi non interuenit coactionis materia. conſ. 57. nu. 29. f.201

3 Conſentiens alienationi rei ſuæ, vel illam ratificans perdit dominium, quod acquiritur emptori. conſil. 57. nu. 15. ibid.

3 Conſentiens alienationi rei ſuæ perdit ius ſuum, & alienum fortificat. ibid. nu. 16. ibid.

3 Conſentiens donationi rei ſuæ ipſe donare videtur. ibid. nu. 17. ibid.

3 Cõſentiens venditioni rei ſuæ licet ſibi præiudicet, tamen hoc fallit quando conſenſus eſt præſtitus ſuper contractu nullo. conſilio 57. numero 28. ibidem.

3 Conſentiens non tenetur de euictione vt vendens, niſi

nisi eam promittat vel se obliget. cons. 69. num. 39. f. 254.

3 Consentiens venditioni rei feudalis ad se spectanti in tantùm sibi præiudicat, quòd non potest amplius habere regressum ad renuntiata. quod amplia procedere, etiam si adesset consensus nedum expressus, sed etiam tacitus. cons. 57. num. 11, & 12. f. 200, & 201

3 Consequens non datur sine antecedenti. consil. 42. nu. 9. f. 148

1 Conseruator imperialis quamuis non possit constituere procuratorem ante litem cõtestatam, vel antequam habeatur pro contestata, tamen secus est quando ex verbis conseruatoriæ constaret de contrario vt si dicatur in ea quod possit facere omnes actus quos iudicauerit oportunos & necessarios quia propter illam dictionem omnes, poterit etiã ante litem contestatam procuratorem cõstituere. cons. 5. nu. 41. f. 47

2 Conseruator Imperialis, & si non possit procuratorem constituere ante litem contestatam, tamen secus si in conseruatorio dictum sit, quòd possit omnes actus facere, quos iudicauerit opportunos, & necessarios, quia tunc virtute illius dictionis omnes, poterit etiam ante litem contestatam procuratorem constituere. consilio 37. numero 13. fol. 126

3 Conseruator Imperialis quamuis non possit ante litem contestatam, vel habitam pro contestata procuratorem constituere, tamen secus est si esset constitutus ad omnes actus. cons. 54. nu. 46. f. 189

2 Consignatio pecuniarum integra esse debet, eaque fieri debet tempore congruo. cons. 27. nu. 8. f. 96

2 Consiliarij Principis non possunt recedere à Curia sine licentia Principis, aliàs puiuntur. cons. 47. num. 29. f. 159

2 Consiliarium Principis occidens ratione priuati odij, & non in contemptum dignitatis, non incidit in crimen læsæ maiestatis. consilio 48. numero 10. fol. 162

1 Consiliarij ciuitatum vel castrorum in rebus ponderosis vniuersitatis non debent procedere velo leuato nec perfunctoriè sed maturè. cons. 90. num. 56. f. 349

1 Consiliarij hodie subrogati sunt loco decurionum. cons. 90. nu. 2. f. 345

3 Consilium Oldrad. 178. reprobatur seu declaratur cons. 16. nu. 22. f. 80

3 Consilium Castrensis 154. secundum antiquã impressionem declaratur. consilio 16. numero 26. ibidem.

3 Consilium appellari potest omnis ops, & auxilium, quod præstatur verbis. cons. 3. nu. 7. f. 19

3 Consilium totum an possit allegari suspectum. consil. 19. nu. 4. & n. 10. cum seq. f. 88

3 Consilium non debet recusari si remotis suspectis secundum qualitatem causæ remanet in numero sufficienti. ibid. nu. 5. ibid.

1 Cõsilium castri repræsentat totum populum. cons. 90. nu. 1. f. 345

1 Consilium ciuitatis vel castri regulariter conuocari debet sono campanæ de authoritate superioris & fieri in loco publico. consi. 90. nu. 3, 17, & 18. vbi declaratur. f. 345. & 346

1 Consilium fuisse cõuocatum voce præconis, debet intelligi voce præconis hoc dicentis & constare debet præconi hoc fuisse commissum. consi. 90. num. 33. f. 347

1 Consilium sapientis si sit petitũ de caussa pendente corã ordinario, & caussa sit commissa cõsilio confidentis partium qui cõsilium dederit si demum ordinarius dissigillet consilium & dicat pronuntio, vt in d. consilio continetur talis sententia est nulla. cons. 41. nu. 12. f. 176

3 Consilium datur domino vt in inuestitura apponat pactum, quòd si peruenerit ad inopiam, vasallus teneatur eum alimentare. cons. 5. nu. 17. f. 28

3 Consilium cum fatuis non habendum. cons. 12. nu. 99. f. 63

1 Constare euidenter dicitur quod apparet ex inspectione instrumenti. cons. 39. nu. 6. f. 171

1 Constituens procuratorem ad contrahendum matrimonium si iurauit nõ pœnitere licet possit eum reuocare, tamen si à parte facta fuerit ratificatio ipsius constitutionis ante reuocationem non valebit ipsa reuocatio. cons. 6. nu. 56. f. 56

1 Cõstituens procuratorem ad permutandum beneficium cum iuramento de eum non reuocando si contra facit reuocatio non tenet. cons. 6. n. 55. ibid.

